Digitized by Google

HISTORIA
POLEMICA
DE
GRÆCORUM
SCHISMATE.
TOMUS TERTIUS,

PARS V.

Digitized by Google

145

Digitized by Google

2. 1. 117

HISTORIA POLEMICA DE GRÆCORUM SCHISMATE

Ex Eccleſiaſticis Monumentis concinnata

LABORE ET STUDIO

P. LAURENTII COZZA A' S. LAURENTIO

Ordinis Minor. Regularis Obſervantiæ, Provinciæ Romanæ
Lectoris Jubilati, ex Guardiani Sac. Montis Sion, ac totius
Terræ Sanctæ ex Cuſtodis, Sacræ Congregat. Indicis
Conſultoris, Supr. Rom. ac Univerſ. Inquiſit.
Qualificatoris, & in Ciſmontana Obſerv.
Familia Vice-Commiſſarii Generalis,

TOMUS III.

In quo præter Hiſtoriam exactè digeſtam, omnes & ſingulæ controverſiæ ab ætate Martini IV. Romani Pontificis, uſque ad Gregorii Papæ XI. tempora exortæ, ſummâ cum diligentia diſcutiuntur,

OBLATUS

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino

D.NO NICOLAO SPINOLA

S.R.E. Cardinali Ampliſſ., ac Collegii Miſſionum
Sancti Bartholomæi in Urbis Inſula
Protectori Vigilantiſſ.

PARS V.

ECCLESIASTICI Cap. 39. verſ. 1.
Sapientiam omnium Antiquorum exquiret Sapiens, & in Prophetis vacabit:
Narrationem Virorum nominatorum conſervabit.

ROMÆ, Typis Georgii Placho, propè S. MARCUM, MDCCXX.

SUPERIORUM LICENTIA.

Expenſis D. Laurentii Licca U. J. D.

Digitized by Google

EMINENTISSIME, AC REVERENDISS. PRINCEPS,

POlemicam *De Schiſmate Græcorum* Hiſtoriam, binis hactenus Voluminibus, publicâ nuper luce donatis, adultam, ad juſtam velut ætatem impigrè adniti jubeo, Tertii Tomi hujus acceſſione; perfectum conſiſtentiæ ſtatum celeriùs aſſecuturam, quò eam initiò deſtinaveram. Et cenſuêre quidem Eruditi Viri, candidè mentem ſuam in Approbationibus exarandis explicaturi, integrum hocce Opus, cùm futurum *Catholicis omnibus utiliſſimum*, tum verò, Miniſtris Evangelicis, in Orientem deſtinandis, profligandoque Schiſmati certâ quadam armaturâ fortium inſtruendis, *Apertum* extiturum *Armamentarium*. Ego verò, Princeps Eminentissime, mentis meæ conſcius, nec propriæ mediocritatis ignarus, tametſi non auſim, tantorum Virorum judicio nihil deferre; verè tamen dixerim, eo illud niti fundamento, quod Operis ipſius, ad omnes univerſim Catholicos pertinentis, concernat indolem, non quod Auctoris domeſticam reſpiciat intentionem. Hæc enim eò collimare æquum fuit, ut meis in Chriſto filiis Franciſcanis, in Sacris maximè Palæſtinæ Locis, aſſiduos cùm eo Schiſmate conflictûs inituris, arma id genus multa, è tenebris eruta, excuſsâque ferrugine in ordinem digeſta pararem; & quæ aliàs labore improbo ſingulis quæritanda Tyronibus, vix autem ullis invenienda, nedum appoſitè expedienda fuiſſent, ea, Typis multiplicata, ſingulorum manibus exhiberem.

Probè autem intelligit Eminentia Vestra, Franciſcanos Tyrones eos à me impręſentiarum deſignari, qui e Collegio Franciſcani Conventus Sancti Bartholomæi de Urbe, in Tyberis Inſula, Miſſiones Orientales proſpectant, dùm adoleverint, & in ea velut palęſtræ imagine ſufficienter exerciti, vero tandem illi certamini ſint idonei. Horum, inquam, in rem Eccleſiæ publicam tanto certamini parandorum, ſpecialis me cura diſtinuit; quâ, cùm in eum locum, exercitamento iſtiuſmodi deſtinatum, quantam per Seraphicam licuit Paupertatem, conferri vim Librorum, ad ſacra Dogmata, & eruditionem pertinentium, ſategiſſem; tum è re maximè futurum cenſui, in corpus unum variis ex libris advocare, quod inſtituendis in eum finem Tyronibus, eorumque linguis, & calamis exacuendis, Bibliothecæ inſtar eſſe poſſet, Quem ergo Męcenatem optaſſent alium vota iſthæc mea, niſi Te, Princeps Eminentissime; quem unum, tot inter Purpuratos Patres, ejuſdem Franciſcani Collegii non ita pridem donavit Divina mihi Providentia Protectorem?

Quem verò illa mihi donaſſet alium? quem, inquam, eam in rem ſelectum iri, ſuo in Terris Vicario inſpiraſſet ſuaviter, fortiterq; niſi cui dotes omnes, omnibus numeris id genus Protectorem abſoluturas, appoſitâ gratiarum ſerie præcontuliſſet? Præclaram nimirum indolem, in venas Tuas, puriſſimo, nobiliſſimoque Atavorum Sanguine divites, longo annorum curſu derivatam; nec rerum in pace tantum egregiè geſtarum Inſignibus renitentem, ſed & bellicæ SPINOLENSIUM Fortitudinis celeberrima toto Orbe Vexilla explicantem: Morum quoque Tuorum, vel in ipſo juventutis flore, maturitatem; vaſtam mentis Tuæ amplitudinem, & vim ingenii, nullius non generis præclara munera complectentem, rimantem abſtruſa quæque, & fœliciter extricantem negotiorum involucra: Prudentiam denique, Juſtitiam, Æquitatem, cumprimis autem propagandæ Catholicæ Fidei zelum Tuum, atque hoc ipſum Schiſma Græcorum radicitùs extirpandi ſtudium ſolertiſſimum; eximiamque devotionem erga Seraphici Pauperum Patriarchæ Filios, in id operis nullo non tempore adlaborantes, hæreditario velut jure transfuſam in animum EMINENTIÆ TUÆ: Has, inquam, egregias dotes, arcanâ Superni Numinis Providentiâ in Te præconfluere juſſas, Orbi Chriſtiano perſpectiſſimas, atque à Summo in Terris Principe ſacrâ dudum Purpurâ coronatas; jure optimo dixerim, Te mihi unum oſtendiſſe, cùm futurum præfati Franciſcani Collegii Protectorem, tum verò operis hujus, in eundem ſcopum collineantis, præoptandum, tot inter optimos alios, Mecenatem.

Porrò, in tanta Virtutum, Dotiumque Tuarum frequentiâ, quibus velut Sideribus in Orbe Catholico longè, latèque coruſcas, ire mihi per ſingulas, cùm arduum, imperviumque, tum verò nihil duxerim expedire: Neque enim eis, aut ſubduci quidpiam poteſt emeritæ celebritatis, reticentiâ meâ, aut meo, tantæ gloriæ impari, nova ulla ſplendoris gratia conciliari: Sed & Modeſtiam vereor Tuam, PRINCEPS EMINENTISSIME, ut ne quid illa mihi ſuccenſeat, quaſi delatum ſibi voluerim nihil; virtutum cęteroqui omnium, ſi minus Principi, certè amabiliſſimo apud Deum, & homines ornamento. Miſſa ergò fecerim pleraque omnia, in Tuo licèt animo ſublimem quæque gradum aſſecuta, ſatiſque Eminentes effectura Viros, etiam ſingula: Multiplices ipſos, qui *Hominem* in ſuo quemque genere *probant*, prætereo *Magiſtratus*, ad quorum velut lapidem lydium Te Roma novit per omnia probatum, quà in Sacris Congregationibus *Boni Regiminis*, *Baronum*, *Comitum*, & *Camerali*, aliiſque per Urbem Præfecturis, & Judiciariis Poteſtatibus, Forenſem Utriuſque Juris Prudentiam, Integritatem, Dexteritatem, Vigilantiam, Virtuteſque omnes, ad temporalem Chriſtianæ Reipublicæ felicitatem natas, adſtruentibus; quà in concernentibus eximiam morum probitatem, Sacrorum Canonum peritiam, ſanctiores *Eccleſiaſticæ Diſciplinæ* Leges, & zelum pro Domo Dei, *Apoſtolicis*, Tudertinâ, ac Spoletanâ *Viſitationibus*; quà etiam utraſque miſtim Virtutes, Animique heroici Dotes complexu admirando conſociantibus, ad ſtrenuè tuenda, & promovenda in utraque rerum claſſe Sanctæ Sedis jura, cùm in Florentina primùm, dein Polonâ NUNTIATURIS, tum verò in *Apoſtolica Cameræ*, cui jam olim præſederas, AUDITORATU. Niſi quòd hæc ipſa, tam varia perinde, ac ſublimia, quæ in præcellen-

tibus

tibus etiam Viris conflare velut ſchiſma conſuevêre, tanquam de Primatu contendentia, in Te verò CARDINALIS AMPLISSIME, amico adeo fœdere, ſervatoque graduum ordine conglutinantur; an non in rem veniunt meam, ſponte ſuâ? Non ſanè mihi præſagire aliud videbantur, cùm animum in concordiam eorum tantam adverterem, quàm profligando Græcorum Schiſmati, diſſidentibuſque illorum animis ad unitatem Eccleſiæ revocandis, non alio, quàm Te opus eſſe, cùm Patrono, tum Mœcenate.

Ceterùm, quæ rem omnino conficiunt meam, dum & hæreditariam in Franciſcanos Adminiſtros Protectionem, & ſtudium excidendi Græcorum Schiſmatis adſtruunt in EMINENTIA TUA; neque mihi eſt animus præterire & ne liceret quidem per veritatis in tempore non ſupprimendæ leges, aut per debitam animi gratitudinem. Nimirum, EMINENTISSIMI quondam Pro-Patrui Tui JOANNIS DOMINICI SPINOLA, S.R.E. CARDINALIS, & Eccleſiæ *Mazarienſis* in Sicilia Epiſcopi, non in corde ſolùm, ſed *marmoreis* grati animi *documentis* inſculptam gerimus Munificentiam honorificentiſſimam: Quippe quâ Regularis Obſervantiæ Alumnos complexus eſt adeo, ut minoris æſtimans, magno eos Nomine, Auctoritate, Manu ipsâ protegere, totum ſe illis publicè cohoneſtandis impendit; cùm Ampliſſimæ Diœceſeos fines prætergreſſus, Panormum uſque Purpureos invexit Faſces, Principalis inibi Conventûs Eccleſiam ſolenni ritu conſecraturus. Quid memorem tanti Viri doctrinam, & Paſtorales omnes virtutes alias, quibus, celeberrimâ indictâ Synodo, Diœceſanum in utroque foro ſyſtema ad Tridentinam exegit amuſſim, factus & ipſe ex animo *Forma Gregis*? Viget enim illic etiamnum EMINENTISSIMI PRÆSULIS Diſciplina; Eccleſiaſticis omnibus, & verbo, & opere eam Synodum exprimere ſatagentibus, quam antonomaſticè appellant, *Synodum Cardinalis*: In cujus proinde commendationem haud immeritò dixerim, quod Maximus de Euſebio Vercellenſi: *Quicquid in ea ſancta plebe poteſt eſſe virtutis & gratiæ, de hoc, quaſi quodam fonte lucidiſſimo, omnium rivulorum puritas emanavit.*

Sed totum enimverò *lucidiſſimum* eum *fontem* viſus eſt exhauſiſſe lectiſſimus tunc Adoleſcens, qui præſens omnia intuebatur, EMINENTISSIMUS JOANNES BAPTISTA SPINOLA, Patruus EMINENTIÆ TUÆ; in eos incontaminati candoris flores, & maſculæ virtutis gemmas erumpens, quæ ſuâ ipſorum ſpe, ac fragrantiſſima venuſtate, cùm illectam Diœceſim illam totam in præſentia recreabant, tum futuros uberrimos in rem Univerſalis Eccleſiæ fructus certo quodam ſpecimine portendebant. Non equidem ulli mortalium narrare auſim Viri incomparabilis Dotes magnas, magnę ſpei pręconceptę ſupereffluens adimplementum; quippe quæ recenti adeo memoriâ, neque ullo delendâ tempore, cunctorum oculis etiamnum ſtupentibus obverſantur; mox verò ſtupore diſcuſſo, linguas omnes in ea Viri præconia ſolvunt, quibus *addidiſſe* quidpiam, *decerpſiſſe* ſit. Sed & Religio quædam mihi eſt, illius quaſi Panegyrim intentare, cujus Paſtoralem Januenſis Archiepiſcopatûs ſolicitudinem, zelumque Fidei, ſanioriſque in moribus doctrinæ per Orbem propagandæ, ſimul autem integerrimum, æquiſſimumque *Romanæ Urbis Gubernium*, ad annos multos cunctorum plauſu, & lætitiâ prorogatum, Venerabilis Dei

Ser-

Servus, Summuſque Pontifex INNOCENTIUS XI. ſanctiore primùm encomio commendavit, dein ſacrâ *cum paucis* ornavit Purpurâ; Viros, inquam, inter *Optimos*, ac diuturnâ enimverò meditatione delectos.

Jam ubi quempiam, ſi fieri poſſit, lux tanta lateat; eum in Te, PRINCEPS EMINENTISS. juſſerim intueri; & flores, & gemmas illas in Tua pueritia deprehenſurum, moxq; grandeſcentes in diem fructus, illorum quos dicebam perſimiles, ad ipſam uſq; *Purpurei coloris* maturitatem. Ita, mecum conſpirantibus omnibus, magnarum adeo Virtutum Domi naſcentium EMINENTIÆ TUÆ ex aſſe hæreditas aſſeretur; earum præcipuè, quod nunc quidem attinet, quæ mihi, meiſque, & Lucubrationi huic, publicam grati animi ſignificationem ceteroque conteſtaturis, aptiſſimum profectò conciliant Patrocinium.

Quam in rem, niſi nihil videam, eſt quod in Te ſupra Majores Tuos emineat, Franciſcanorum adversùs Orientale Schiſma pugnantium Protector Optatiſſime: non hoc ipſum tantùm, Tutelaris velut Angeli munus, uni Tibi a SS.D.N. CLEMENTE XI. providentiſſimè concreditum; ſed Apoſtolicus ille genius, ingeniumque, quo, cùm Nuntium ageres in Polonia, Rhutenos, e Schiſmate Græcanico reduces, omnibus comitatis, generoſæque Caritatis officiis proſequebaris; ut per eoſdem, ſuavibus adeo vinculis feliciter implexos, Chriſto, & Eccleſię lucrifaceres, captareſque Schiſmaticos per ea loca alios, benè multos: Cùmque idipſum operis minùs proſperè proceſſurum, altâ rerum expenſione deprehendiſſes, quandiu rerum Eccleſiaſticarum imperitia in Rhutenorum animis dominaretur; effeciſti ſanè apud eundem Sanctiſſimum PATREM, ac perfeciſti, novum ut COLLEGIUM LEOPOLITANUM excitaretur, frequentiorem in dies Alumnorum multitudinem complexurum: unde Epiſcopi, ſacrâ Doctrinâ jam divites, unde Parochi, aliique propagandæ Catholicæ unitatis Adminiſtri ſint impoſterum aſſumendi. Scitè omninò, ac providè: neque enim non erit facile, id genus errantium ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ gremium revocare, ſi eis, comitate allectis, ne ſe neglectos, ac floccipenſos (quod non immeritò timent) arbitrentur; malè-feriati illi prætextûs, admotâ Hiſtoriæ, Dogmaticæque Veritatis luce, diſcutiantur. Quod cùm hoc in Opere, Franciſcanis Miſſionariis meis, imò verò Tuis, Tuiſque illis Leopolitani Collegii ſtudioſis Græci Ritûs, non certè nihil profuturo, adniti pergam; profectò, tam fuit obſervantiæ meæ, Volumen iſtud advolare jubere in ſinum EMINENTIÆ TUÆ; quàm Tuæ erit Humanitatis, cùm illud, tum ejus Auctorem, Religionemque ipſius totam, egregium adeo Patrocinium ambientem, ingenitâ excipere Comitate.

EMINENTIÆ TUÆ,

Ex Conventu Aracęlitano de Urbe,
Die 25. menſis Februarii, 1720.

Humill. Devotiſſ. & Obſequentiſſ. Servus
Fr. Laurentius a Sancto Laurentio.

IN-

INDEX CAPITUM

Hujus Quintæ Partis.

CAP. I. *De Martini IV. Pontificatu ; Michaelis Palæologi deſectione , & lata in eum excommunicatione . De Siculis operâ Palæologi deficientibus à Carolo Rege , & excommunicatione ab eodem Martino IV. in præfatos Siculos lata ,* pag. 3

CAP. II. *De Michaelis Palæologi obitu , Andronici Imperio , ac ſub eo renovato Schiſmate . De perſecutione excitata à Schiſmaticis adversùs Catholicos Græcos. Regis Siciliæ , & Martini IV. obitu , deinde creatione , & brevi Pontificatu Honorii IV.* 12

CAP. III. *De Nicolai IV. Pontificatu , matrimonio Andronici cum filia Aytonis Regis Armeniæ , deſtitutione , & inſtitutione Patriarcharum Græcorum , jubente Andronico . De Legatis miſſis à Nicolao pro diverſarum Gentium converſione ; de capta per Sarracenos univerſa Syria cum tota Terra Sancta ; & de Nicolai ſtudio pro illius recuperatione ,* 21

CAP. IV. *De Cæleſtini V. electione , ejuſque abdicatione , & Bonifacii VIII. ſubſtitutione ; de ejuſdem Bonifacii ſtudio pro eripiendo de Græcorum manibus Imperio ; de diverſis eorundem Græcorum cladibus , & de his , quæ geſta ſunt pro recuperanda Syria ,* 53

CAP. V. *De Bonifacii VIII. obitu , ac Benedicti XI. ſive potiùs X. electione ; ejus ſtudio pro abolendis erroribus exortis in Græcorum Eccleſia in Regno Serviæ , aliiſque in locis ſub ditione Andronici ; necnon pro revocando ad Eccleſiæ unitatem Oroſio Serviæ Rege ; de Græcorum cladibus , & tractatu pro expeditione facienda contra Andronicum ; de literis miſſis à Patriarcha Caldeorum ad ipſum Pontificem , & de illius obitu ,* 74

CAP. VI. *De electione Clementis V. ejuſque promiſſis factis Philippo Regi Francorum ; de ejus tractatibus pro expeditione facienda , tùm contra Andronicum , tùm pro recuperanda Terra Sancta , ac lata in Andronicum excommunicatione . De jurgiis cum Venetis , & Concilio Viennenſi , ac geſtis in eo . De confuſione Græcorum Eccleſiæ , ac deſtitutione Patriarcharum ; de Fide dilatata apud Tartaros operâ Fratrum Minorum ; & de Legatione Oroſii Regis Raſciæ ad Pontificem , & Pontificis ad Regem ,* 85

CAP. VII. *De obitu Clementis V. electione Joannis XXII. ejus ſtudio pro expeditione mittenda contra Infideles , & Schiſmaticos , & pro dilatanda Fide . De unione Raſcianorum , aliorumque Schiſmaticorum cum S. Romana Eccleſia , & de Græcorum diſſidio in cauſa ſucceſſionis ad Imperium Conſtantinopolitanum per obitum Michaelis Andronici primogeniti ,* 110

CAP. VIII. *De continuato Andronicorum diſſidio , ac diverſis Græcorum cladibus ; de Andronici ſenioris tractatu pro reconcilianda Eccleſia Græca cum S. Rom. Eccleſia ; de amiſſo tandem Imperio , ac ejus infælici obitu ,* 132

CAP. IX. *De reliquo Joannis XXII. ſtudio pro dilatanda Catholica Fide , pro reconciliandis Eccleſiis ſchiſmaticis , ac junioris Andronici cum eo tractatu pro ſuorum Græcorum ineunda unione ,* 141

CAP. X. *De Joannis XXII. morte , Benedicti XII. electione ; ac de ejuſdem Joannis opinione de ſtatu Animarum ſeparatarum ;* 158

CAP. XI. *De Turcarum in Aſia progreſſu ; Benedicti Papæ ſtudio pro unione Græcorum ; de Tartarorum Legatione ; & ejuſdem Pontificis eiſdem Tartaris datis literis ,* 191

CAP. XII. *De reaſſumpto ſub Benedicto XII. Unionis tractatu , & conditionibus ex parte Græcorum propoſitis ; Pontificis reſponſis ; ac exorta Thaborici luminis controverſia ,* 207

CAP. XIII. *De Andronici obitu , Benedicti XII. ac Clementis VI. electione ,* 219

CAP. XIV. *De ſtudio Clementis VI. pro Græcorum unione , dilatanda Fide ; necnon & bello inferendo adversùs Turcas ,* 224

CAP. XV. *De perfidia Joannis Cantacuzeni , inito cum Turcis fœdere adversùs Latinos ; ac de iterato Conciliabolo in cauſa Thaborici luminis , ac divinarum operationum ,* 233

CAP. XVI. *De iterata Cantacuzeni ad Clementem Legatione pro Eccleſiarum unione , ac fœdere ineundo adversùs Turcas ,* 238

CAP. XVII. *De Clementis obitu; Innocentii VI. electione; & Cantacuzeni cum Innocentio tractatu pro Eccleſiarum unione,* 243

CAP. XVIII. *De reaſſumpto Imperio à Joanne Palæologo, ejecto Cantacuzeno, ac illius ſtudio cum Innocentio VI. pro Græcorum ſuorum unione,* 258

CAP. XIX. *De Innocentii VI. obitu, Urbani V. creatione, ejuſque ſtudio pro rebus Orientis; ac ſolicitudine pro Græcorum unione,* 264

CAP. XX. *De Joannis Palæologi congreſſu cum Ludovico Hungariæ Rege pro unionis negotio; de ejus Legatione ad Urbanum, & Fidei apud Schiſmaticos propagatione,* 274

CAP. XXI. *De Joannis Palæologi ad Urbem Romam acceſſu, ejuſque S. Rom. Eccl. reconciliatione; ac Urbani ſtudio pro Fidei Catholicæ per diverſas Mundi partes dilatatione,* 285

CAP. XXII. *De Urbani V. obitu, Gregorii XI. electione, ac aliquibus ejus geſtis in ſui Pontificatus exordio,* 301

CAP. XXIII. *De Gregorii XI. ſolicitudine in componendis Chriſtianorum Principum diſſidiis, & promovendi neceſſaria adversùs ferocientes Turcas auxilia, necnon agendi pro Schiſmaticorum, & Infidelium converſione,* 308

Hi-

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſs. P. Magiſtro Sac. Palatii Apoſt.

H. Cervinus Epiſc. Eraclea Viceſgerens.

APPROBATIO.

Hiſtoriæ Polemicæ *de Græcorum Schiſmate*, Tomum Tertium, juſſu Reverendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici attentè, & magnâ animi oblectatione perlegi: Quidquid complectitur Fidei regulæ, boniſque moribus apprimè conſentit. Operi multis nominibus proficuo, accurata rerum tractatio, admirationem; prudens Sententiarum delectus, ſuffragium, illuſtre demùm Auctoris ſui nomen Orbi literario longè, latèque notum, pretium apud omnes, & celebritatem conciliabunt. Ita cenſeo. Romæ in Collegio S. Franciſci de Paula, 8. Julii 1719.

Franciſcus Zavarroni Ordinis Minimorum Lector Jubilatus, Sacræ Congreg. Indicis Conſultor, & in Collegio Urbana de Propaganda Fide Theologiæ Scholaſticæ Lector.

Franciſcus Bencini Sacræ Theologiæ Doctor, & in Collegio Urbis de Propaganda Fide Thealagiæ Polemicæ Lector, affirmo, ut ſupra.

Im-

Imprimatur.

Fr. Gregorius Selleri Sacri Palatii Apoſt. Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

Digitized by Google

HISTORIA POLEMICA
DE GRÆCORUM SCHISMATE.
PARS QUINTA.

1 NUllam gravitatem, nullam cōſtantiam, nullam firmum in Græcis hominibus conſilium, nullam deniquè eſſe teſtimonii fidem, exclamat Tullius Orat. 24. pro Flacco, indèque, etſi in pluribus Græcos excellere fateatur, nec Religionem, nec Fidem colere concludit: *Hoc dico de toto Græcorum genere*, inquit, *tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam; non adimo ſermonis leporèm, ingeniorum acùmen, dicendi copiam: denique etiam, ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno; teſtimoniorum Religionem, & Fidem nunquàm iſta natio coluit; totiuſque hujuſce rei, quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus ignorant*. Hanc ſanè hujus Tulliani dicti veritatem in tota hujus Hiſtoriȩ ſerie experti ſumus, ac comprobatam vidimus: quæ verò ſequuntur, validiùs comprobabunt. Apparebit nàmque, & Michaelis Palæologi, & Andronici, aliorumque Græcorum, qui tot laboribus, tot diſpendiis, & ærumnis procuratæ unioni conſenſerunt, reiteratis ſacramentis eam receperunt, firmarunt, atque roborarunt, qualis fuerit Fides, quævè Religio; quoniàm non diù ſacramenta ſervarunt, inverecundi, ultraquàm quòd Imperialis dignitas patiatur, mortuo Nicolao, Religione contemptâ, promiſſorum immemores, facti perjurii ad vomitum rediere, prout in hujus partis exordio demonſtrabimus. Sed & quæ indè ſubſecuta ſunt uſque ad Gregorii XI. ætatem, ad effectum tot vices rebelles filios, ad Sanctam Matrem Eccleſiam, operâ & ſtudio piorum Romanorum Pontificum, revocandi, in eadem parte palàm faciemus. Addemus pro fide catholica in univerſum ferè Orbem dilatanda eorundem pariter Romanornm Pontificum ſtudia, & labores; nec non & procuratas expeditiones, tùm pro Terra Sancta recuperanda, tùm pro domanda Schiſmaticorum Græcorum protervia. Clades quoquè Imperii Conſtantinopolitani, & excidia, Deo vindice, ab inimicis Chriſtiani nominis inflicta, aliaque plura inſeremus Viris non ingrata eruditis.

CAPUT I.

De Martini IV. Pontificatu, & Michaelis Palæologi defectione, & latâ in eum excommunicatione. De Siculis operà Palæologi deficientibus à Carolo Rege, & excommunicatione ab eodem Martino V. in præfatos Siculos lata.

2 ANno Domini MCCLXXX. Michaelis Imperatoris Græcorum Anno XX. Rodulphi Romanorum Regis Anno VIII. Pontificatus Nicolai Anno III. Indictione VIII. contigit, eundem Nicolaum in Caſtro Suriani apud Viterbium ex hac vita migraſſe die XI. Kalendas Septembris, qui erat octavus dies Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis. De cujus obitu Auctor ejus Vitæ apud Labæum hæc ſcribit: „ Tandèm, licèt cibi, potuſque abſtinentiſſimus eſſet, morte tamen ſubitaneâ in Octava Aſſumptionis Suriani ſublatus eſt, cùm Pontificatum Annis tribus, menſibus octo, & diebus quindecim obtinuiſſet: Indè Romam relatus, in Eccleſia Sancti Petri ſepultus eſt. *Hæc ille*. Sed quoniàm conſtat ele-

Digitized by Google

ctum Anno Domini MCCLXXVII. in feſto Beatæ Catharinæ, die videlicèt xxv. Novembris, ut ſuprà fati ſumus, dato ejus obitu die xxII. Auguſti, in octava ſcilicèt Aſſumptionis, Anni MCCLXXX. fit conſequens, ſediſſe non Annos III. ſed II. menſes VIII. & dies XXVIII. Ac ità corrigendus eſt Longinus, qui ſcribit, ſediſſe Annis II. menſibus IX. & diebus III. ſicut & Martinus Polonus, qui tribuit Annos II. menſes VIII. & dies XXII. Centuriatores verò Centur. XIII. cap. X. obitum Nicolai in Annum ſequentem conſignant, ac Sutrii, non Suriani objiiſſe teſtantur: ſed falsò, tùm quo ad Annum, cùm quo ad locum, contradicentibus cæteris, & præcipuè illius ævi Scriptoribus; Bernardus nàmque in Chronico Romanorum Pontificum ad hunc Annum ſcribit: *Nicolaus Papa III. in Caſtro Suriano exiſtens, ſubitò factus apopleticus, ſinè loquela moritur in Octava Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis*. Et Ptolomæus Lucen. lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 35. *Moritur*, inquit, *apud Surianum, juxtà Viterbium; & tunc Corpus ejus transfertur Romam, & in Baſilica Beati Petri in Cappella Beati Nicolai, quam ipſe ædificaverat, honorificè ſepelitur, Anno Domini MCCLXXX. in Octava Aſſumptionis*. Ità Weſtmonaſterienſis, & alii, quibus ſe ſubſcribit Calviſius, & cæteri Recentiores.

3 Refellendi præterea ſunt anteſati Centuriatores, qui luxuriæ maculam ipſi aſpergere nituntur: Habent enim contrà ſe cæteros omnes Scriptores, ejus pudicitiam teſtantes, inter quos Sanctus Antoninus 3. part. cap. 3. §. 3. apertis verbis ſcribit: *Hic igitur Nicolaus, ſecundùm Chronicon Florentinum, in juventute ſua fuit bonæ vitæ & famæ, & adeò honeſtus & caſtus, ut virginitatem ſui corporis ſervaſſe diceretur*. Weſtmonaſterienſis in Florent. Hiſtor. ad hunc Annum, poſtquàm de ejus obitu verba facit, ſubnectit: *Cùm tamèn ſecundùm benedictionem complexionis bonæ, & temperatum modum in vivendo, quem habebat, diutiùs vivere meritò videretur*. Hoc idem teſtantur Joannes Villanus lib. 7. cap. 54. Ricordanus in Hiſtor. Florentin. cap. 204. & alii, adeò enim ſummam in omnibus actionibus modeſtiam, ac honeſtatem monſtravit, ut communi elogio, *Pater compoſitus*, diceretur. Hinc Auctor vitæ ejus apud Labæum cit. *Laudatur*, inquit, *in eo, quod generoſi animi, & ſani conſilii, probatæ vitæ, morumque honeſtiſſimorum fuerit, literarum ſtudioſos amaverit, in diſtribuendis beneficiis perſonarum electionem evitaverit*.

4 Scribit tamen, ergà parentes valdè extitiſſe propenſum, adeoùt ex duobus Nepotibus de Urſinorum Familia, duos Reges in Italia creare decreviſſet: „ Duos Reges, *inquit*, „ ex Urſinorum Familia creare decreverat, unum Etruriæ, alterum Longobardiæ præfecturum; ille, ut Germanos ultrà „ Alpes compeſceret; hic, ut Gallorum, & „ Sicilienſium potentiam retunderet. *Hæc ille*. Et Sanctus Antoninus loco mox cit. ait: *Magni animi fuit, ac calore conſanguineorum, & conſortum, ſcilicet Urſinorum magna aggreſſus eſt, & ardua, ut exaltaret genus ſuum. Et Simonia per eos ſatis manifeſtè in Curia diſcurrebat. Multùm ditavit ſuos conſanguineos, poſſeſſionibus, caſtris, & pecuniis ſuper alios Romanos*. At de duobus Regibus, Jordanus apud Raynaldum ad hunc annum ſub num. 28. hæc ſcribit: „ Tractabat quoquè idem Pontifex „ cum dicto Rege, ſuper novitatibus faciendis in Imperio, ut videlicèt totum Imperium in quatuor divideretur partes, in Regnum Alemanniæ, quod dabatur poſteria „ Rodulphi perpetuum; in Regnum Viennenſe, quod dabatur in dotem uxori Caroli Martelli filiæ dicti Rodulphi; de Italia verò præter Regnum Siciliæ, duo Regna fiebant, unum in Lombardia, aliud „ in Tuſcia; ſed interim Papa mortuus eſt. *Hæc Jordanus*. Sed in his defenditur à Bernardino Tono in Vita m. ſ. Nicolai, ut tradit loco cit. Raynaldus.

5 Cæterùm multa hujus Pontificis egregia opera referunt Scriptores, inter quos copioſiùs Ptolomæus Lucenſis, inquiens: „ Hic „ Nicolaus III. multas novitates fecit: primò, quià apud Sanctum Petrum ædificavit Palatium multùm ſolemne Pontificale, „ ubi mādavit fieri domos pro omnibus Officialibus ſuis, ſed præcipuè pro omnibus „ Pœnitentiariis, qui claudebantur ſub uno „ Cancello, ubi fecit fieri unum Viridarium „ de diverſis conſitum arboribus, & magnæ „ amplitudinis, quod & muro cinxit ampliſſimo, fortiſſimo, & alto, ac Turribus munito, quaſi Civitas eſſet. *Et item*. Hic „ etiam Palatium Lateranenſe, quod de novo Hadrianus Quintus incœperat, fecit „ perfici, nec non & Sacram Baſilicam ad „ Sancta Sanctorum evidentiùs ruinoſam à „ ſolo terræ opere perpetuo inter ipſam per „ latera veſtitā marmore, ac in ſuperiori parte teſtudinis, picturis pulcherrimis ornatā „ fundari juſſit, Capitibus Apoſtolorum „ cum carne Circumciſionis Domini noſtri „ Jeſu Chriſti, Capillis quoquè Beatæ Virginis, Capite Beatæ Agnetis, ſeoraùm poſitis; quarum Reliquiarum quælibet in propria capſa erant, & exindè manu ejus proprià in Palatium ipſum novum de nocte „ tranſlatis, & cuſtoditis ibìdem per religioſas Perſonas, & fide etiam dignas, donec „ Baſilica fuit completa, commiſit. Demùm „ autem Romano Populo utriuſque ſexus „ generaliter, ac multis Prælatis, & aliis innumeris gentibus concurrentibus perſonaliter, argenteas capſas ipſas eas reduxit in „ Altare ejuſdem Baſilicæ, quam pridiè Nonas Junii conſecravit. Multa virtuoſa eidem attribuunt Hiſtorici, quòd Magnus

Ele-

Digitized by Google

,, Eleemoſynarius, quod devotiſſimè celebra- ,, bat, & ſemper in Miſſa flebat. De magna ,, prudentia commendabatur, ac in omnibus ,, actibus ſuis multùm maturus, vacantes ,, Eccleſias ſuper omnes prædeceſſores ſuos ,, velociùs expedivit. Notarios etiam, ut ,, Gregorius X. & Joannes XXI. à ſe repulit, ,, nullam eis audientiam dando. *Hactenus Ptolomæus*.

6 De renovato Palatio Vaticano meminit etiam S. Antoninus. Et idem habetur in appendice Martini Poloni, Eccleſiam quoquè Sancti Petri quaſi in totum renovaſſe, idem Ptolomæus eſt auctor, inquiens: ,, Hic ,, Eccleſiam Beati Petri quaſi totam renova- ,, vit, & numerum Summorum Pontificum ,, fecit deſcribi, ſecundùm Imagines in Ec- ,, cleſia Beati Petri in loco eminenti, & Bea- ,, ti Pauli, ac Sancti Joannis de Laterano. ,, Auget multùm divinum cultum Eccleſiæ ,, Beati Petri, quantùm ad numerum Cano- ,, nicorum, & augumentat præbendas. *Hæc ille*.

7 . Fuit inſuper ergà Minoritas valdè propenſus, adeoùt Ptolomæus ipſe dicat: *Hic multos Epiſcopos religioſos fecit de Ordine Fratrum Minorum*, additque, *quià ipſos ſpecialiter dilexit, & ipſorum Protector ſemper fuit uſquè ad Papatum*. Et Jordanus addit, ipſum inito Pontificatu, cum Minoritarum clientelam Matthæo Rubeo Cardinali commendaret, dixiſſe ait: ,, Si beneficia per nos tibi ,, impenſa, magna inveniantur, & multa, in ,, nullo tamèn ſic è vicino dedimus tibi ar- ,, rham æternæ vitæ, ſicut in eo, quod tibi ,, modò committimus. Damus enim tibi, ,, quòd te in Paradiſum inducat, merita ſci- ,, licèt Sanctorum Fratrum Ordinis hujus: ,, Damus tibi meliùs quod habemus: Damus ,, tibi deſiderium cordis noſtri, & pupillam ,, oculorum noſtrorum; & hoc dicens, non ,, modò lacrymas fudit, ſed etiam ſingultus ,, Vir tantæ maturitatis continere non va- ,, luit. Et extenſâ manu proprium Annulum ,, tradidit illi, dicens: Tibi committimus ,, Ordinem Fratrum Minorum: *& illa verba* ,, *regulæ recitavit: Qui ſit Gubernator, Pro-* ,, *tector, & Corrector iſtius Fraternitatis*: Gu- ,, bernatione inquiens, & correctione tua ,, non egent, ſed pauperes & imbecilles, & ,, habentes impugnatores, tuâ indigent pro- ,, tectione defendi. *Hæc Jordanus*, cui aſtipulantur univerſi Scriptores Ordinis.

8 Adeò benevolus ergà meum præfatum Minorum Ordinem fuit, ut in eodem Caſtro Suriani, ubi ad declinandos calores æſtivos ſe receperat, & ubi ultimum clauſit diem, præſcriptam à meo Sanctiſſimo Patriarcha Regulam, & vitæ formam, propter nonnullas ambiguitates expoſuit, & declaravit. Teſtatur idem Ptolomæus, præter Ordinis, alioſvè Scriptores, inquiens: ,, Propter quam cau- ,, ſam ipſorum Regulam declaravit per quan- ,, dam Decretalem, quam fecit, quæ habe- ,, tuur *in lib. 6. de Verborum ſignificat. cap.* ,, *Exivit, qui ſeminat*. Quod non fuit incon- ,, gruum, cùm etiam declarari poſſent per ,, ipſum, & Regula Evangelica, & Apoſtoli- ,, ca dicta, ſecundùm ſacrorum Doctorum ,, ſententias; undè quià dubia quædam in ,, dicta Regula videbantur, hæc certiorari ,, voluit in Decretali præfata. *Hactenus Ptolomæus*. Et quidèm præfata Decretalis legitur data Suriani XVIII. Kalendas Septembris, Pontificatus ſui Anno Secundo, ſed ſatis de Nicolao.

9 Ipſo itaque defuncto, ac ejus corpore Romam delato, ut ſuprà fati ſumus, Domini Cardinales convenientes in Palatium Pontificium Viterbii, ubi tunc Curia reſidebat, de ſucceſſoris electione tractaturi, nonnulla triſtia evenère; quoniàm Officiales Viterbienſes ſumptis armis, ingreſſi Palatium, impiè manus injecerunt in duos Cardinales, Matthæum ſcilicèt de Rubeis, Tituli Sanctæ Mariæ in Porticu, & Jordanum Tituli Sancti Euſtachii, quos vi tractos, in quadam ejuſdem Palatii Camera ſub arcta recluſerunt cuſtodia. Hæc quidèm apparent ex literis Honorii IV. lib. 1. Epiſt. cur. 18. ubi ait: ,, Cum ,, Romana Curia dudùm Viterbii reſiden- ,, te, præſata Eccleſia per fœlicis recorda- ,, tionis Nicolai prædeceſſoris noſtri obitum, ,, Paſtore vacaret, ac nos, & fratres noſtri, ,, de quorum numero tunc eramus, ipſius ,, Eccleſiæ Cardinales conveniſſemus ſolici- ,, citè in Palatio Epiſcopatus Viterbienſis ,, pro electione de Summo Pontifice cele- ,, branda; & ſtuderemus omnimodè impedi- ,, menti cujuslibet obicem ſubmovere, ut ſu- ,, pernâ favente clementiâ celeriter proveni- ,, re contingeret, quod tunc Mundi neceſſi- ,, tas, ac noſtrum, & ipſorum Fratrum fer- ,, vens deſiderium exquirebat; memorati Vi- ,, terbienſes, ut præconceptum virus evome- ,, rent, & quam gerebant iniquitatem inte- ,, riùs, exteriùs revelarent, pulſatâ campanâ, ,, ſumptis armis, & ſceleſtibus actibus datâ ,, licentiâ, in furoris ſpiritu ad prædictum ,, Palatium concurrentes, ac humanitatis, & ,, reverentiæ debito à ſe penitùs relegato, in ,, Palatium ipſum clamoribus terribilibus ,, editis irruentes, graſſantes in Patres, in ,, Paſtores atrociſſimè ſævientes, dilectos ,, filios noſtros Matthæum, Sanctæ Mariæ in ,, Porticu, & Jordanum, Sancti Euſtachii ,, Diaconos Cardinales, columnas quidèm ,, Eccleſiæ omnique reverentiâ pertractandos, ,, quamquàm Viterbienſes prædicti firmitèr ,, promiſiſſent, ſe tunc ad incluſionem, vel ,, arctationem prædictorum fratrum nullate- ,, nùs proceſſuros, injectis in nonnullos ex ,, eiſdem fratribus manibus violentis, & non ,, non levibus, dictis Matthæo, & Jordano ,, Cardinalibus irrogatis injuriis, in una ex ,, Cameris ejuſdem Palatii, obſtructis oſtiis

„ & feneſtris illius, auſu ſacrilego incluſe-
„ runt, nonnullis ex aliis fratribus ſupradi-
„ ctis, dùm præſumptioni tàm temerè, tàm
„ deteſtandis aggreſſibus refragari ſolicitè
„ niterentur, indecenter, & irreverenter im-
„ pulſis, ac eiſdem Matthæo, & Jordano Car-
„ dinalibus ſub dura & ſuſpecta nimis carce-
„ rali cuſtodia poſitis, tandèm prædicto Jor-
„ dano ab hujuſmodi cuſtodia, quamvis ſub
„ certis pactis, & conditionibus relaxato,
„ præfato Matthæo Cardinali, diebus pluri-
„ mis ſic ab illis injurioſè detento, per dies
„ aliquot cibaria inhumaniter ſubtraxerunt
„ eidem, pane & aquâ dumtaxàt, juxtà ipſo-
„ rum diſpoſitionem nefariam reſervatis, non
„ permittendo, quòd proprius Confeſſor ac-
„ cederet ad eundem. *Hæc ille*.

10 Jordanus verò meminit tantùm incarcerationis Cardinalis Matthæi, nullâ de Cardinali Jordano factâ mentione, fortè quià incarceratio Matthæi diuturnior, & arctior fuit; Scribit tamèn hæc omnia patrata à Viterbienſibus annuente Richardo de Annibaldenſibus nobili Romano, Præfecturam Viterbii tunc exercente; „ In electione Martini IV,
„ *inquit*, accidit turbatio, quòd D. Mat-
„ thæus de Rubeis Cardinalis fuit ſingulari-
„ ter recluſus in quadam Camera per Offi-
„ ciales Viterbienſes, conſentiente D. Ri-
„ chardo nobili Viro Romano de Annibal-
„ denſibus, dicto de Larota, qui tunc erat
„ Dominus Viterbii. Cardinales autem tunc
„ non includebantur ſecundùm formam Con-
„ ſtitutionis, quæ revocata fuerat per Joan-
„ nem Papam; recluſio tamen erat ſponta-
„ nea, ut in electionibus aliorum Prælato-
„ rum fieri ſolet. Ex hac igitùr violentia
„ omnes Auctores ſentētiam excommunica-
„ tionis incurrunt, & Civitas ſuppoſita in-
„ terdicto; & ex tunc Curia ibidem reſiden-
„ tiam facere noluit. *Hactenus Jordanus*.

11 Addit Sanctus Antoninus 3.par.cap.4. in exordio, prædicta acta fuiſſe in odium Urſinorum, qui ſub Pontificatu Nicolai in maximam elevati fuerant potentiam; & quidèm annuente etiam Carolo Siciliæ Rege, præſente Viterbii, cui Nicolaus fuerat infenſus, vel ipſe Nicolao, à quo & Senatoria fuerat exutus dignitate, & Vicariatu privatus Etruriæ, ut cap. 3. §.4. idem Antoninus fusè ſcribit: Itaquè loco ſuperiùs citato ait Sanctus Antoninus: „ Nicolao III. ex hu-
„ manis ſublato, cùm de ſucceſſore deligen-
„ do inter Patres agitaretur; aſſumpti nuper
„ à Nicolao Cardinales, Italicum; altera ve-
„ rò factio, & ipſa per ſe potens à Rege ſub-
„ levata atque impulſa, Gallicum cupiebat.
„ Aliquot menſes cum eo modo certaſſent,
„ neque de Pontifice conveniri poſſent, Vi-
„ terbienſes infenſi Urſino generi ex ſupe-
„ riori dominatu, ſeditione factâ ad arma le-
„ runt, novoſque ſibi Magiſtratus, pulſis
„ veteribus, creaverunt; indè cæco, amenti-
„ que furore, Conclave, quo Patres incluſi
„ erant, irruentes, duos Urſinos Cardinales
„ per vim detractos, non ſinè contumelia ab-
„ duxerunt. Abductus eſt etiam cum his
„ Latinus ille, quem Legatum nuper Flo-
„ rentiæ pacis auctorem fuiſſe ſuprà mon-
„ ſtravimus; ſed hic poſtmodùm Conclavi
„ redditus eſt. Duo autem Urſini privato
„ carcere detenti; quod factum dicitur, ſe-
„ cundùm Chronicon Florentinum, de vo-
„ luntate Regis Caroli, qui quærebat habe-
„ re Pontificem Gallicum; & propter hoc
„ auditâ morte Nicolai III. ex Etruria Vi-
„ terbium acceſſit. Cardinales autem deten-
„ ti in carcere, fuerunt D. Matthæus, &
„ D. Jordanus, ambo de Urſinis. *Hactenus Sanctus Antoninus*, Ceterùm, de Latino detento, & indè relaxato, nulla mentio habetur in literis Honorii ſuprà recenſitis, ubi Jordanum relaxatum ſcribit, detento indè in duriori cuſtodia Matthæo. Jordanus verò addit, Richardum de Annibaldenſibus ſummâ cum humilitate veniam petiiſſe, eamque obtinuiſſe; „ Prædictus autem Richardus,
„ *ait*, cum multa humilitate venit de domo
„ propria Romæ nudis pedibus, & cum cor-
„ rigia ad collum uſquè ad domum D. Mat-
„ thæi, humiliter veniam petens; & idem
„ Cardinalis ejus abſolutionem impetravit.
Hæc ille.

12 His porrò de cauſis diù vacavit Sedes, donec inſpirante Patre Luminum, conſenſerunt Domini Cardinales in Simonem Cardinalem, Tituli Sanctæ Cæciliæ, Gallum natione, patriâ Brienſem, de Agro Turonenſi, quondàm Turoni Canonicum, qui licèt non genere Nobilis, ſecundùm carnem, moribus tamen & virtutibus nobiliſſimus fuit, vir utique pius, & ſanctus; de quo Sanctus Antoninus 3.part. cap.4. in principio hæc ſcribit;
„ Demùm poſt vacationem Sedis quimeſtrem
„ electus fuit in Papam, qui dictus eſt Marti-
„ nus IV. natione Gallicus; & ſi non nobi-
„ lis generis, ſecundùm carnem, tamen mo-
„ ribus generoſus & magnanimus, & cupi-
„ ditate pro ſe, vel ſuis alienus; Eccleſiaſti-
„ cique juris zelator. *Et paulò poſt*. Cùm
„ autem Germanus ejus, *ſubnectit*, ad ipſum
„ acceſſiſſet gratiâ viſitationis, & congratu-
„ lationis, ſperans fortè aliquid ab eo ma-
„ gnum obtinere, quàm citiùs eum remiſit
„ ad propria cum modicis muneribus, & mo-
„ deratis expenſis, dicens, quæ habebat ut
„ Papa, bona eſſe Eccleſiæ, non ſua, undè
„ nec diſſipare vellet indiſcretè donando.
Hactenùs S. Antoninus.

13 Creatus eſt in feſto Cathedræ Sancti Petri, die nimirum XVIII. menſis Januarii, Sede vacatâ per menſes quinque minùs dierum trium, hoc eſt ab Octava Aſſumptionis, die videlicèt XXII. Auguſti, ad uſque XVIII. Januarii, & nomen ſibi indidit Martini IV. licèt tamèn ſecundùm ſeriem appellari debuiſ-

Digitized by Google

ſet Martinus II. quemadmodùm & Joannes, de quo ſuprà, XX. dici debuerat, licèt XXI. dictus fuiſſet. De ejus creatione Martinus Polonus lib. 4. hæc ſcripto demandavit: „ Martinus IV. natione Gallus, eligitur Anno
„ Domini MCCLXXXI. in die Cathedræ
„ Sancti Petri: Hic vocabatur Simon, Titu-
„ li Sanctæ Cæciliæ Preſbyter Cardinalis,
„ fuitque per Urbanum Quartum promotus
„ ad Cardinalatum, & per eundem Urba-
„ num primò, & ſecundò, & per Gregorium
„ Papam X. in Franciam miſſus Legatus, &
„ per plures annos ibi Legatus extitit. *Hæc ille*. Verùm clariſſimum & ineluctabile teſtimonium de ſuæ creationis tempore habetur in ſuis Encyclicis literis datis poſt ſuam coronationem ex Urbe Veteri, quas exhibet Raynaldus ad Annum Dom. MCCLXXXI. ſub num. 7. & in quibus de ſua creatione hæc leguntur: „ Memorato ſiquidèm prædeceſ-
„ ſore noſtro, prout Domino placuit, ab
„ hac luce ſubtracto, ejuſque corpore dela-
„ to ad Urbem, ibiq; in Apoſtolorum Prin-
„ cipis Baſilica, ubi ſepeliri delegerat cum
„ Exequiarum ſolemnitate debitâ tumulato,
„ nos, & fratres noſtri de vacatione ipſius
„ Eccleſiæ Viterbii, ubi tunc Romana reſi-
„ debat Curia, in Epiſcopali Palatio con-
„ cordi voto convenimus, proviſioni ejuſ-
„ dem Eccleſiæ propenſiorem daturi operam,
„ prout neceſſitas exigebat. Circà hoc au-
„ tem pluribus tractatibus habitis, poſt ali-
„ quanti temporis moram, quam caſus va-
„ rii, & diverſæ circumſtantiæ induxerunt;
„ demùm in feſto Cathedræ ipſius Apoſto-
„ lorum Principis iidem fratres noſtri per
„ viam Scrutinii ad electionem celebrandam
„ electam, concorditer in nos, tunc Tituli
„ Sanctæ Cæciliæ Cardinalem unanimiter
„ concordantes, ad Summi Apoſtolatus api-
„ cem, & ipſius Cathedræ nos eligere con-
„ ſcenſum.

14 Invitum, ac reluctantem onus ſuſcepiſſe, ac ſuæ electioni annuiſſe, ſubjungit, inquiens: „ Quam nos, ut eſt, ſpeculum
„ exiſtimantes eò non immeritò altitudinis
„ grandioris, quò eidem inſidens conſtitutus
„ ſuper omnia ſpeculator locatus altiùs, pro-
„ ſpectare longiùs, cuncta ſpeculari tenetur
„ attentiùs, & totius Orbis ambitum curæ
„ ſuæ commiſſi non tàm præſentiâ, quàm
„ providentiâ circuire; extirpare vitia, vir-
„ tutes inſerere, pro viribus Eccleſiarum ob-
„ viare periculis, providère commodis, &
„ ſaluti ſpecialiter contendere animarum;
„ ſtatus eminentiam, & immenſitatem immi-
„ nentis oneris penſabamus; tantò ex hujuſ-
„ modi vocatione redditi proindè magis at-
„ toniti, quantò ab altioris gradus appetitu
„ fueramus ab olim fixo propoſito alieni, ar-
„ bitrati ſemper tutioris fore conſilii nobis
„ altiora non quærere, in domo Domini hu-
„ militer habitando, de propria ſalute cu-
„ rare, quàm periculosè ſuper univerſalem
„ omnium curam erigi, & ad tanti faſtigii
„ ſolicitudinem elevari. Hinc inſufficientiæ
„ noſtræ conſideratio contrahebat animum,
„ & à tanti aſſumptione laboris dexteram re-
„ trahebat, ſuadebat inſtantiùs potiùs tantæ
„ molis pondus effugere, quàm eorundem
„ fratrum inſtantiæ conſentire.

15 „ Verùm in contrarium conſcientiâ
„ ſuadente non eſſe vocationi Domini, quam
„ tantò veriſimiliùs eorundem fratrum adeò
„ unanimis concordia prætendebat, quantò
„ diutiùs ipſorum fuerant vota diſcordia,
„ contumaciter reſiſtendum; nè ipſa Dei Ec-
„ cleſia eò prolixiùs viduitatis diſpendiis
„ gravaretur, quò aliàs ſpes erat incertior de
„ ipſius proviſione vicina; tandèm variis al-
„ legatis excuſationibus, nec admiſſis, ſed ab
„ eiſdem fratribus in eo fervore voluntatis
„ anxiæ, importunitatiſque multimodæ ob-
„ auditis, ut manus ad exuendum nos Cla-
„ mydem, qua tegebamur, extenderint, nec
„ ipſius rupturæ pepercerint; ſub ſpe Uni-
„ geniti Filii Domini Jeſu Chriſti humilita-
„ tis noſtræ colla ſubjecimus jugo Apoſtoli-
„ cæ ſervitutis. *Hactenus ipſe Pontifex*.

16 Ex hactenùs deductis conſtat, hanc electionē incidiſſe in Ann. Dñi MCCLXXXI. Imperii Michaelis Palæologi XXI. Rodulphi Romanorum Regis IX. Indictione IX. menſe Januarii, ut fati ſumus, die XVIII. licèt Calviſius ſcribat die XXIV. Anno XXII. Imperii Palæologi; qui & coronatum dicit die XXIII. Martii, Dominicâ *Lætare*, & in Paſchate ſex creaſſe Cardinales. In die verò Coronationis concordat cum Jordano, qui ſcribit coronatum X. Kalendas Aprilis, non tamen Viterbii; undè poſt ſuam electionem, quoniàm prædicta Civitas ob ſcelus in antedictos Cardinales patratum, ſuppoſita erat Interdicto, cum univerſa Curia diſceſſit, tranſtulitque ſe ad Urbem Veterem: Cupiebat pius Pontifex Romæ coronari impellente ad hoc mirâ ergà Sanctum Petrum devotione, at Civitate illâ inteſtinis Civium diſcordiis turbatâ, nec valens Pontifex ſuorum Legatorum operâ tàm citò controverſias ſedare, coactus fuit in præfata Urbis Veteris Civitate demùm coronari; *Hic*, ait Jordanus, *poſt ejus promotionem à Viterbio diſcedens, noluit ibidem conſecrari, ſed ſe tranſtulit ad Urbem Veterem, & ibi conſecratus fuit* X. *Kalendas Aprilis*. Et Auctor ejus Vitæ apud Labæum, ait: *Creatus eſt Pontifex* VIII. *Kalen. Martii, Anno Domini MCCLXXXI. tempore Rodulphi Imperatoris; Viterbii coronari recuſavit, quòd propter violentiam illatam, illa Urbs Interdicto ſubjaceret; ſed Orvieti* XXIII. *Martii inauguratus eſt: Ipſo die Paſchæ ſex Cardinales creavit*. Ubi errare videtur circà tempus illius creationis, cùm dicat creatum VIII. Kal. Martii, nimirum die XXII. Februarii, in quam incidit feſtum Cathedræ Petri in Antiochia, non Romæ;

Die

Digitized by Google

Die enim, in quem occurrit Feſtum Cathedræ Sancti Petri Romæ, creatum tradunt cœteri Scriptores: Si enim præfata electio prorogata fuiſſet uſque ad antedictum Februarii diam, Sedes non quinque poſt Nicolai obitum, ſed ſex integros vacaſſet menſes, cùm tamen idem Auctor in Vita Nicolai ſcribat, poſt illius obitum Sedem vacaſſe menſibus quinque, ſicut cæteri pariter Scriptores adnotant.

17 Sub hoc itaque Pontifice Michael Palæologus ad vomitum reverſus, Schiſmaticis adhęſit; apparuit namque qua cordis ſinceritate ſe egerat in concilianda Eccleſia Græca cum Latina, quo fine tractatus prædictæ unionis incœpiſſet: certè non alia de cauſa, niſi, ut hoc pio Religionis prætextu, Romani Pontifices Latinorum arma, præcipuè Caroli Siciliæ Regis diverterent, nè pro recuperando deperdito Imperio Conſtantinopolitano moleſtiam ei inferrent. Hanc ſimulationem Palæologi detegit Gregoras lib.5. cujus verba ſupra retulimus, & modo pauca repetemus: Scribit nàmque Palæologum agentem cum ſuis, qui unioni diſſentiebant, dixiſſe: *Cœptam eſſe rem nullo ſtudio novitatis, ſed propter difficultates temporum: Eſſe autem prudentiæ, impendentes præcavere calamitates; & ſi quid ad graviora mala avertenda novandum ſit, non eſſe cunctandum.* Excuſſo indè timore, facilè ádhæſit ſui Regni ſchiſmaticis quovis contempto Sacramento.

18 Adhùc vivente Nicolao, eodem ipſo tempore, quo ſacramentum pro ſtabili unione utriuſque Eccleſię renovarat, fœdus injit cum Petro Aragonæ Rage adverſùs Carolum Regem Siciliæ: mediatores verò fuère Joannes de Procida, & Benedictus de Zacharia Januenſis; undè ſcribit Jordanus apud Raynaldum ad hunc annum ſub num:28. ,, Tractatur compoſitio inter Palæologum, & Pe- ,, trum Regem Aragonum, qui filiam Man- ,, fredi habebat uxorem, vocatam Conſtan- ,, tiam. Mediatores autem compoſitionis ,, fuerunt Benedictus de Zacharia Januenſis, ,, & Dominus Joannes de Procida, qui fuit ,, unus de principalioribus in auferendo Re- ,, gnum Regi Carolo. Dùm verò paratur ,, Exercitus, Papa ſcribit ad ſuggeſtionem ,, Regis Caroli Regi Aragonum, quærens, ,, cùr paret Exercitum. Reſpondit ille, lin- ,, guam ſibi amputaturum, ſi ſecretum ma- ,, nifeſtare putaret. *Hæc Jordanus.* Utrumque notat Calviſius, ſed diſtinguit tempora; nàm ſub Nicolao tractatum fœdus adnotat, & ſub Martino paraſſe Exercitum. Sub Anno enim MCCLXXX. ait: *Joannes Procida olim Prorex in Sicilia, profugerat ad Petrum Aragonū poſt occiſum Manfredum. Hic ſub hoc Nicolao Pontifice, qui Gallis infeſtus erat, navigat ad Palæologum Imperatorem Conſtantinopolitanum, & fœdus impetrat pro Aragoniis.* Sub anno verò ſequenti, poſtquàm de Martini creatione verba feciſſet, ſubjungit: *Hic reſtituit Regi Carolo Senatoriam dignitatem, & per Legatum à Petro Aragonio inquirit, cùr tanto apparatu Claſſem ædificaret; à quo reſponſionem accepit, ſe tunicam interiorem laceraturum, ſi conſcia eſſet ſui conſilii.*

19 Cęterùm hujus rei Hiſtoriam confirmatam legimus teſtimonio antedicti Gregoræ Scriptoris Græci, qui omnia, quæ acciderant inter Carolum, & Palæologum, & quomodò hic illum ſuperaverit, diffusè deſcribit eodem lib.5. ſub titulo: *Latinorum adversùs Romanos expeditio*: ,, Carolus, *in- ,, quit*, Imperatori perpetuas ſtruebat inſi- ,, dias, eaſque perducendi ad exitum, oca- ,, ſionem captabat. Cùm autem hinc Joan- ,, nem Sebaſtocratorem Theſſalię Principem, ,, indè Illirios bellum inſerre illi cerneret; ,, ſibi quoquè Terra, Marique Romanos in- ,, vadendi opportunitatem, & deſtinata exe- ,, quendi dari ratus eſt. Itaquè magnâ claſſe ,, inſtructâ, terreſtres copias majores parat; ,, iiſque virum fortem Roſoſulem præponit, ,, qui Jonio Mari trajecto, nihil ſpectabat ,, magis, quàm ut Caſtello Bellogrado, & ,, opportunioribus Macedoniæ locis expu- ,, gnatis, impunè Bizantium uſquè progre- ,, deretur. Neque enim ſore quemquam, qui ,, cum tantis Exercitibus, & armis tàm fir- ,, mis congreſſus ſinè malo diſcederet.

20 ,, Quod cùm ad Imperatorem perla- ,, tum eſſet, non cunctandum ratus, & ar- ,, mis, & pecuniis, & conſiliis reſiſtendum ,, illi cenſuit. Undè apparet, quantò pru- ,, dentiâ ſit armis potentior, & ingenii ſoler- ,, tiâ milite numeroſo. Primùm enim omnis ,, generis opibus miſſis, Siciliæ Regem Fri- ,, dericum (*lege Petrum*) ad bellum Carolo ,, faciendum concitavit, ut eum, vel claſſem, ,, ſi aliud non poſſet domi retinere, & de vi- ,, cino quàm externo bello magis ſolicitum ,, eſſe cogeret. Id quod maximum & effica- ,, ciſſimum opus viſum eſt. Ac navales copias ,, Regis hoc aſtu Imperatoris dexteritas fecit ,, irritas. Deindè ſupplicationibus per omnes ,, Eccleſias indictis, Romanas copias, quæ ,, tùm erant, contrà Roſoſulem mittit. Qui- ,, bus abeuntibus, neque conſultum, naque ,, tutum viſum eſt, aperto marte congredi ,, cum hoſte tàm potente, & firmiſſimis ar- ,, mis munito; ſed inſidiis, & velitationibus ,, è loco ſuperiore laceſſendum eſſe, &, ut ,, ſuperbi, & impatientes eſſent, concitan- ,, dos, ut per indignationem nullo ordine, ,, ſolutâque acie erumperent. Nàm Italorum ,, à multis ſæculis ea diſciplina eſt, ut cum ,, ordine conſervato invadant hoſtem, firmus ,, ſit murus, & inexpugnabilis; ſin à conſue- ,, to ordine conſervato nonnihil receſſerint, ,, nihil prohibebat, quominùs ſtatim ab ho- ,, ſtibus capiantur. Neque raró inſitus illis ,, faſtus, & rationis expers iracundia ma- ,, gnoperè lęſit.

Digitized by Google

21 „ Quæ cum Romanis olim nota eſſent, talibus eos dolis circumveniebant, ac frumentarios mulos ex inſidiis cædebant, & mercatum, qui illos ſequebatur impediebant, & velitationibus è tumulis eos qui aquabantur occidebant. Roſoſules autem copias ſuas à Belligradi obſidione ad tutiorem reducere locum ſuo ſpiritu indignum judicabat: prætereaque turpiſſimum ducebat, manſiſſe diù, vacuumque reverti, ſed ira inflammatus, cum paucis omninò invadit eos, qui aquationem infeſtam reddebant, quos noſtri cùm vidiſſent, promptiſſimè deſcenderunt; iiſque circumdatis, equos ſagittis confixerunt, equites verò omnes in Romana caſtra vivos perduxerunt. Quæ res Latinos vehementèr perturbavit; Romaniſque cauſa fuit, in eos turbatos impetum faciendi. Ità inſigni victoria ſpem omnem potiuntur. *Hæc Gregoras*.

22 Ex qua quidem narratione licèt conjici, Palæologum timore Regis Caroli unionem procuraſſe, ut ex eodem Gregora oſtenſum eſt, ut nimirum hac via Pontificis operâ Carolus deſiſteret ab infeſtando Imperio Conſtantinopolitano, eoque timore perſeverante, unioni operam dediſſe, omniaque Sacramenta, & Acta ſupra recenſita peregiſſe: Cùmque poſteà comperiſſet adhuc à Caroli armis infeſtari, nec optatum finem ex ea unione conſequi poſſe, Regnum ſuum ex alia parte civilibus bellis impugnari, propter eos, qui præfatæ unioni ex Græcis potentioribus adverſabantur, facilè fuit ei reſiſtere, præcipuè ſuperato Carolo, factus certus res Caroli in tali ſtatu conſtitutas, attento fœdere inito adverſum eum cum Petro Aragone Rege, parante Eexercitum, ad effectum recuperandi Siciliæ Regnum, conſcius inſuper de proditione, quam Joanne de Procida in eodem Siciliæ Regno contra eundem Carolum, & Gallos ea in Inſula degentes meditabatur, ut moraliter impoſſibile videretur, poſſe in futurum, vel minimam à præfato Carolo recipere moleſtiam. Sic ergò ſtantibus rebus, nec Eccleſiam Romanam curans, nec Pontificem ampliùs attendens, ad Schiſma priſtinum cor vertit, & animum.

23 Et licèt ſub Nicolao Papa, ipſe, & filius ejus Andronicus profeſſionem Catholicæ fidei renovaſſet, & novo firmaſſet Sacramento, ſimulatè hæc omnia egiſſe manifeſtum eſt: nàm in ea forma, quam ſupra recitavimus, nec ipſe, nec Andronicus, proceſſionem Spiritus Sancti à filio, exprimere voluerunt, licèt in Concilio Lugdunenſi, hoc in profeſſione fidei Græcorum exprimendum decretum fuerit, licèt in formula à Sancta Romana Eccleſia ad Græcos miſſa, expreſſa contineretur; & licèt hoc in mandatis ipſemet Nicolaus ſuis dediſſet Apocriſiariis: Quod apertè indicat in corde hunc errorem Græcos reſervaſſe, cœtera autem ſimulatè tantùm egiſſe. Immò eodem tempore quoad Nicolaum præfatam confeſſionem miſit Palæologus, & filius ejus Andronicus, fœdus tractabat cum Petro Aragonio, contra Eccleſiæ Romanę jura, de occupando Siciliæ Regno, quod erat Eccleſię Romanæ Stipendiarium, & jurę fiduciario ab eadem Eccleſia Carolo traditum. Inſuper, & eodem tempore, miſit ad Pontificem Marchum, & Marchetum, ea cum inſtructione, ſupra à nobis recenſita, fortaſſe alterata circa Civiles motus ſui Imperii cauſa præfatæ unionis, ut oſtenderet hac via, ſe habuiſſe legitimam cauſam recedendi ab unione à qua juxtà mentem ſuam receſſurus erat. Cùm tamen præfatæ profeſſionis literæ, non ad manus Nicolai, qui jam deceſſerat, nec, Legatio apud eundem Nicolaum abſolvi potuiſſet, ſed omnia ſub Martino Papa exequi oportuiſſet: Hic conſcius Palæologi infidelitatis, nec Legationem præfatam attendit, nec novam fidei profeſſionem admiſit, diù luſa, immò deluſa Sancta Romana Eccleſia, & Paleologum apud Urbem Veterem in Platea Eccleſiæ Cathedralis ejuſdem Civitatis, in Feſto Dedicationis Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, die videlicèt XVIII. menſis Novembris, ſui Pontificatus, Anno I., ſolemniter excommunicavit, pronunciata excommunicatione ſub infraſcriptis verbis.

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium, &
memoriam futurorum.

24 „ Michaelem Palæologum, qui Græcorum Imperator nominatur, tanquam eorundem Græcorum antiquorum Schiſmaticorum, & in antiquo Schiſmate conſtitutorum, & per hoc hæreticorum, nec non, & hæreſis ipſorum, ac Schiſmatis antiqui fautorem, de fratrum noſtrorum Conſilio denunciamus, præſente fidelium multitudine copioſa, excommunicationis ſententiam latam à Canone incurriſſe, ac ipſum fore ſententiæ vinculo innodatum.

25 „ Cæterùm univerſis, & ſingulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & cæteris omnibus, cujuſcumque ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus; necnon Univerſitatibus Civitatum, Caſtrorum, & aliorum Locorum, diſtrictiùs inhibemus, cum eodem Michaele Palæologo, in hujuſmodi excommunicatione manente, ſocietatem, vel confœderationem aliquam contrahere ſub quovis ingenio, vel machinatione præſumant: vel etiam ei alias in his pro quibus excommunicatus eſt denunciatus à nobis, præſtare conſilium, auxilium, vel favorem, publicum vel occultum. Et ſi ſecum præſumptum fuerit, omnes ſingulares perſonas

Digitized by Google

,, ſonas contrarium facientes : non obſtante
,, qualibet indulgentia ſub quacumque for-
,, ma Verborum vel expreſſione ipſis abApo-
,, ſtolica Sede conceſſa , vel impoſterum con-
,, cedenda , quam quoad hoc viribus, volu-
,, mus omninò carere , ſententiam excom-
,, municationis , quam ex nunc in ipſos fe-
,, rimus , volumus incurrere ipſo facto: Ter-
,, ras autem ipſorum , necnon univerſitates
,, prædictas , quæ ſecus attentare præſum-
,, pſerint , prout expedire viderimus , Eccle-
,, ſiaſtico ſubiicere curabimus Interdicto , ad
,, privationem omnium bonorum, quæ à qui-
,, buslibet tenentur Eccleſiis , & ad pœnas
,, alias ſpirituales & temporales , prout uti-
,, le putabimus , proceſſuri . & nihilominùs
,, ſocietates confœderationum ipſas , etiamſi
,, pœnarum & juramenti adjectione , vel
,, quacumque ſuerint alia firmitate vallata ,
,, decernimus irritas , & inanes .

26 ,, Ut autem hujuſmodi noſter proceſ-
,, ſus ad communem omnium notitiam dedu-
,, catur , chartas , ſivè membranas proceſ-
,, ſum continentes eundem , in Majoris Ur-
,, beveteranæ Eccleſiæ appendi , vel affigi
,, oſtiis , ſeù ſuperliminaribus ſaciemus,quæ
,, proceſſum ipſum quaſi Sonoro Præconio ,
,, & patulo indicio publicabunt , ita quod
,, idem Palæologus , & alii contra quos pro-
,, ceſſus ipſe contigit , nullam poſſint poſt-
,, modùm excuſationem prætendere , quod
,, ad eos talis proceſſus non pervenerit , vel
,, quod ignoraverint eumdem , cum non ſit
,, veriſimile remanere quo ad ipſos incogni-
,, tum vel occultum , quod tam patenter om-
,, nibus publicatur . *Actum apud Urbem Ve-*
,, *terem , in Platea dictæ Majoris Eccleſiæ ,*
,, *in Feſto Dedicationis Baſilicæ Principis*
,, *Apoſtolorum , Pontificatus noſtri Anno I.*
Hactenus ſententia excommunicationis in
Palæologum : Quæ etiam habetur in Bullario
Romano .

27 Jordanus verò , Martinum à Carolo
Siciliæ Rege impulſum , Palæologum excom-
municaſſe , ſcribit , inquiens : *In inſtantiam
Regis Caroli , Papa Palæologum excommuni-
catum denuntiari jubet , quia juxtà promiſſum
& ſequentem requiſitionem ad obedientiam Ro-
manæ Curiæ non venerat : ex quo non parva
incommoda ſecuta ſunt .* Idem tradit Ptolo-
mæus Lucenſis , addens : *Quod quidem fa-
ctum fuit , dicto Carolo Regi cauſa ſcandali ,
& ruinæ , ut jam patebit , necnon & ipſi Ec-
cleſiæ fuit plurimum damnoſum.* Cæterum San-
ctus Antoninus hoc non dicit : ſcribit ſolùm
excommunicaſſe Palæologum , non tamen di-
cit ad inſtantiam Regis Caroli : ſed quia Ro-
manæ Eccleſiæ non parebat : *Ipſe etiam* , in-
quit , *excommunicationis ſententiam fulmina-
vit contra Palæologum* (quem Pallialo eum
vocat) *Imperatorem Græcorum , & contra
Græcos omnes : qui Eccleſiæ Romanæ non pa-
rebant* Neque alii Scriptores id cum Jordano ,
& Ptolomæo aſſeverant . Sed quoniam Marti-
nus utpotè Gallus , addictus erat Caroli ,
cui & ſenatoriam dignitatem qua exutus fue-
rat à Nicolao , reſtituit , aliaque beneficia
contulit , potuit ſalſa ſama invaluiſſe apud
aliquos minùs Pontifici & Gallis affectos ;
Martinum , inſtante Carolo , in eam deſcen-
diſſe ſententiam . Quod ſi ità eſſet , Grægo-
ras Græcus , qui geſta Caroli adverſus Pa-
læologum diligentèr ſcribit , non præteriiſſet
ſub ſilentio rem adeò notabilem ; utpotè Schi-
ſmaticus , non omiſiſſet , & ipſum cenſurare
Pontificem,quaſi,utRegi Carolo gratificaret ,
Catholicum Imperatorem Romanæ Eccleſiæ
addictum injuſtè , & ſine cauſa excommuni-
caſſe : ſiluit hæc omnia , utpotè , conſcius
de Palæologi Schiſmate , non habens in hoc
unde cenſurare Pontificem ex more contra
Schiſmaticos gladio ſuo utentem . Nèc ejuſ-
modi excommunicatio cauſa fuit Caroli rui-
næ , quoniàm non ex hoc motus Palæologus
ſœdus injerat cum Petro Aragonæ Rege , &
mediante Joanne Procida ſeditionem machi-
navit in Sicilia : ex qua ſeditione , & ex quo
ſœdere , ſubſecuta ſuit Caroli ruina,ad quam
Ptolomæus reſpicit : quoniàm ante latam ex-
communicationem , & ſub ipſo Nicolao præ-
deceſſore Martini , ſœdus cum Petro injerat ,
& de ſeditione cum Joanne Procida tractatum
habuerat, ut ſupra diſtinguendo tempora cum
Calviſio ſati ſumus . Non ergò Martinus, ut
Carolo inſtanti ſatiſfaceret , Palæologum
excommunicatum denunciavit. ſed quia pro-
miſſa non implevit , ſacramenta non ſervavit,
Schiſmaticis adhæſit , & ad priſtinum rediit
Schiſma .

28 Intereà Carolus aſſumpto Crucis ſi-
gno cogitahat valido cum exercitu transfre-
tare in ſubſidium Terræ Sanctæ , ut Martini
literæ , incipientes : *Cum ſicut ex porte ve-
ſtra* . Sub datis apud Urbem Veterem xv.
Kal.Aprilis , ſecundo ſui Pontificatus anno
ad ipſum Carolum , & Filium ejus Primoge-
nitum Salernitani Principem , ejuſdem cum
Patre nominis , apud Raynaldum , ad an-
num Domini MCCLXXXII. ſub num. 5. pa-
tentèr docent : Verùm ex ſeditione orta in
Inſula Siciliæ hujuſmodi expeditio effectur
ſuum haud ſortita eſt : Etenim Siculis rebe-
lantibus , opera , & ſtudio Joannis Procida
Conſilio quoque Petri Aragonæ Regis , ,
ſupra innuimus omnes Gallos , cujuſcumque
ſtatus , conditionis , & ſexus extiterint, uno
die per univerſam Inſulam trucidarunt , ad-
vocato inde præfato Petro Aragonæ Rege,cui
ſe Inſulani ſpontè ſubmiſerunt . Facinus de-
ſcribit Jordanus his verhis : ,, Eodem anno
,, (*videlicèt MCCLXXXII.*) Siculi rebel-
,, larunt contra Regem , interſectis multis
,, Gallorum , qui erant in Panormo : ſuc-
,, cenſa eſt primo ſtupenda rabies , propter
,, enim enormitates Gallorum cunctos inibi
,, commorantes, mares , & ſœminas , ſenes ,
& pue-

Digitized by Google

„ & pueros morti tradunt ; & quod eſt ma-
„ gis horrendum , cæteras mulieres impre-
„ gnatas à Gallis ſcindunt , ut fœtus interi-
„ mant . *Hæc ille*. Auctor Vitæ Martini
m.ſ. apud citatum Raynaldum ſimilia ſcribit ,
inquiens : „ In Regno Siciliæ , Panormitani
„ ſuccenſi rabiæ Gallicos , qui morabantur
„ ibidem , omnes tam mares , quàm fœmi-
„ nas , & ſenes , & juvenes in prædicti Re-
„ gis contemptum occiderunt : & quod de-
„ teſtabiliùs fuit , latera aperientes mulie-
„ rum , quæ dicebantur à Gallicis concepiſ-
„ ſe , partus occidebant antequam naſceren-
„ tur. *Hactenus hic Auctor*.

29 Huic defectioni manus dediſſe Palæo-
logum , narrat D. Antoninus par.3. titul.20.
cap.4. §.1. ubi agens de Caroli mente pro re-
cuperando Imperio Conſtantinopolitano , &
de parata Claſse , ait : „ Inter cæteros au-
„ tem fuit quidam vocatus Joannes de Inſula
„ Procida miles , qui & Dominus fuerat
„ dictæ Inſulæ : Vir utique ſagax , & aſtu-
„ tus . Hic mente concepit impedire tranſi-
„ tum Caroli in Conſtantinopolim . Quod ,
„ & fecit . Profectus ergò iſte ad Palæolo-
„ gum Imperatorem Conſtantinopolitanum ,
„ oſtendit ſibi imminere periculum maximũ
„ amiſſionis Imperii propter potentiam Ca-
„ roli , & præparationem quam faciebat con-
„ tra eum cum adjutorio Eccleſiæ . Sed ſi
„ vellet manus apponere ad Theſaurum ſuũ ,
„ & expenſas facere opportunas , impediret
„ Carolum utique ab opere ſuo cum adjuto-
„ rio Regis Aragonum , quod obtineret , ſi
„ pecunias ei deſtinaret . Et ipſe etiam ope-
„ ram daret , ut Siculi ſe ſubtraherent à Do-
„ minio Caroli : qui utique eum non dili-
„ gebant , nec Gentem ſuam . Palæologus
„ Imperator , quamvis ſibi videretur quaſi
„ impoſſibile potentiæ Caroli reſiſtere , ut
„ deſperans de aliorum auxilio, aquievit con-
„ ſilio ejus . Et deſtinavit quoſdam ex ſuis
„ Græcis cum Domino Joanne in Siciliam
„ cum magnis pecuniis , & lapidibus præ-
„ tioſis ad alliciendum homines : Qui cauto
„ modo , & ſecretò applicarent . Dictus Do-
„ minus Joannes locutus eſt cum aliquibus
„ principalioribus Baronibus ſibi notis: quos
„ ſibi conſtabat Dominium Francorum odiſſe:
„ & aperuit eis tractatum . Eoſque induxit
„ ad ſcribendum Regi Aragonum, rogando ,
„ & recomendando ſe ei , ut eos eriperet de
„ ſervitute Francorum , & quia parati erant
„ rebellionem excitare , & tradere ei domi-
„ nium Siciliæ . *Hæc S. Antoninus* . Addens
hujuſmodi tractatum factum eſſe ſub Ni-
colao Papa , ipſum verò Nicolaum horum
conſcium , conſenſum ſuum adhibuiſſe , ac
dilatam poſtea executionem ob Pontificis
mortem ſcribit inſuper , Petrum Aragonæ
Regem , qui conſiliis , & petitionibus Si-
culorum aquieverat , parando Claſſem , ſi-
mulaſſe ſe velle Sarracenos Africanos in-
vadere , reverà tamen ad effectum præben-
di Siculis poſtulatum auxilium , ac ſibi
Inſulam Siciliæ ſubiiciendi . Cauſas porrò
Siculorum odii in Gallos recenſet ſub §.2. in-
quiens : „ Cum igitur , ut ait Leonardus
„ in hiſtoria Floren. poſt victum Conradi-
„ num , recuperatamque Siciliam : Civita-
„ tes , quæ ſe rebellaverant , in Regis Caroli
„ fidem poteſtatemqne rediiſſent , Præfecti
„ ad eas gubernandas viri Gallici , feroceſ-
„ que natura , atque ſuperbi , innumeras
„ Siculis inferebant clades , tantaque erat
„ Gubernatorum petulantia , ut non jam li-
„ berorum hominum , ſed mancipiorum lo-
„ co haberentur . Pro leviſſimis rebus , ac
„ ſæpè pro verbo liberiùs emiſſo , ſupplicia
„ aderant crudeliſſima : Delatorum plenæ
„ erant Urbes , laquei , & ſecures in leviſſi-
„ mis habebantur pœnis . Ad hæc avaritia
„ Gallorum inexhauſta , & auri cupido in-
„ ſatiabilis , nocentes pariter , innocenteſq;
„ pervadebant , nec ullus rapinarum erat
„ modus : Divitiæ pro crimine læſæ maje-
„ ſtatis habebantur , ut quiſque ampliſſimo
„ erat patrimonio , ità in periculum acerri-
„ mè vocabatur . Id genus hominum rebel-
„ lionis auctor fuiſſe : id maledixiſſe Regi :
„ id Conradini Imaginem domui habuiſſe
„ accuſabatur . Jacturæ fortunarum jam in
„ conſuetudinem venerant ; optabiles qui-
„ dem , modo ſupplicia , excarnificationeſ-
„ que ceſſarent . His accedebant libidines ,
„ non Majorum modò , verùm etiam Mini-
„ ſtrorum in uxores & filias Siculorum ſine
„ ullo reſpectu , & verecundia , ut cuique
„ placitum fuerat . Hanc duriſſimam ſervi-
„ tutem aliquot annis perpeſſæ Civitates :
„ tandem ſuperante patientiam magnitudine
„ injuriarum , in furore vertuntur . *Hæc
ille*.

30 Hanc ſeditionem excitatam abſente
Carolo , & in Etruria commorante , auctor
eſt idem Antoninus , qui in progreſſu hujus
hiſtoriæ cuncta recenſet , quę egerat Caro-
lus pro domandis Siculis , licèt fruſtrà, & cum
ipſo Aragonæ Rege jam in Siciliam perſona-
liter conſtituto . Accidiſſe verò die 30. Mar-
tii anni MCCLXXXII. ſecunda Sancti Pa-
ſchatis die , notat Caluiſius , ſcribens ſub
prædicto anno : „ Interim Siculi conſtituto
„ tempore , quando feria ſecunda Paſchatis ,
„ die xxx. Martii , Veſperè Campanæ pul-
„ ſarentur , omnes Gallos , inter quos fue-
„ runt ducenti nobiles , duarum horarum
„ ſpatio in tota Sicilia , tanta crudelitate
„ occidunt , ut etiam prægnantes ex Gallis
„ occiderentur , nè quid Gallici ſanguinis
„ ſupereſſet : *Subjungit idem de Petro Ara-
„ gono* , Petrus certior factus de hac re ſta-
„ tim in Siciliam tranſit , & ſe Regem Sici-
„ liæ & Apuliæ coronari jubet . *De Carolo
„ verò hæc ſubnectit* : Carolus quidem citò
„ advenit , & Meſſanam aggreditur , ſed re

„ infecta diſcedit. *Hactenus ille*. Cùmque præſatum Regnum Stipendiarium eſſet Apoſtolicæ Sedis, & Jure fiduciarum ab eadem traditum fuiſſet Carolo, Pontifex ſolemni Dominicæ Aſcenſionis feſto die ex Cardinalium Sacri Senatus Conſilio, in Platea Eccleſiæ Cathedralis Urbis Veteris anathematis ſententiam in Panormitanos, ac alios omnes tulit, qui Regnum Siciliæ invadere auſi fuerint, vel conjuratorum partibus adhæreſcerent, vel opem aliquam præberent, ſequentibus conceptam verbis, videlicèt,

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

31 „ Cogit nos temporis qualitas,& ne-
„ quitia plurium deteſtanda ſolicitat, ut
„ infraſcriptorum prædeceſſorum noſtrorum
„ geſta, quæ pleniùs in Archivio conſervan-
„ tur Eccleſiæ, ipſius providere quieti cau-
„ tiùs ſtudeamus. Sanè fælicis recordatio-
„ nis Innocentius Papa IV. prædeceſſor no-
„ ſter, culpas graves, immò graviſſimas,
„ ac multiplices, & manifeſtos exceſſus,quō-
„ dam Friderici olim Imperatoris Romano-
„ rum propenſi maturitate Conſilii, recti
„ judicii cenſura dijudicans, eique ſecun-
„ dum prava ſua opera reddens, ipſum ho-
„ nore Imperii, Regno Siciliæ, Ducatu
„ Apuliæ, ac principatu Capuæ, generali
„ ſuper hoc congregato Lugdunenſi Conci-
„ lio approbante, ac juſtitia exigente pri-
„ vavit; prout in univerſalem Mundi noti-
„ tiam non eſt dubium deveniſſe. Nec ab
„ eadem creditur veriſimiliter alienum, qua-
„ liter Fridericus ipſe, aucto ſuperbiæ ſpi-
„ ritu, quamquam ſic dignè depoſitus, ſic
„ juſtè privatus, ſententiæ hujuſmodi pri-
„ vationis prolatæ in eum pertinaci animo
„ parere contemnens, Regnum, & Impe-
„ rium ſupradicta poſt ejuſdem prolationis
„ ſententiæ occupata detinere præſumpſit.
„ Qualitèr autèm poſt jam dicti Friderici
„ obitum,quondam Conradus natus ejus,pa-
„ ternæ malitiæ imitator dictum Regnum
„ præſumptuoſis auſibus occupavit; & tan-
„ dem prædicto Conrado humanis rebus
„ exempto, quondam Manfredo olim Prin-
„ ceps Tarantinus ejuſdem, ut dicitur Fri-
„ derici filius, qui etiam abſque privatione
„ prædicta non injuſtè legitimè ſucceſſionis
„ participium perdidit, quia ipſum partus
„ legitimum non agnovit, utpotè de dam-
„ nabili commixtione ſuſceptum, ad occu-
„ pationem prædicti Regni temerarias, &
„ occupatrices manus extendit.

32 „ Gravibus ergò, & enormibus ad-
„ modum per potentiam, & malitiam eo-
„ rundem, injuriis Irrogatis Eccleſiæ, ipſa-
„ que in ſuis afflicta multiplicitèr fidelibus,
„ reſpexit Altiſſimus Sponſam ſuam, & con-
„ vertens illi nubilum in ſerenum, ſceleſtam
„ prædicti Friderici domum, quæ conſue-
„ verat, quantunivis malis, abundare per-
„ ſonis, ſic penè redegit in nihilum, ſic il-
„ lam jacturam multimodæ diſſipationis op-
„ preſſit, ut de ipſa niſi ſcintilla unica re-
„ maneret; Conradinus videlicèt Conradi
„ filius ſupradicti, qui cum in eo malitia
„ ſuppleret ætatem, ipſeque annorum ſuo-
„ rum curricula nequitiâ ſuperaret, proge-
„ nitorum ſuorum nefarios actus ſequens, ac
„ illorum profanas inquitates amplectens,
„ mentiſque ambitioſæ vitio Imperium ex-
„ pectens, ſibi Regnum intitulando Siciliæ,
„ ſe ipſius Regni Regem denominare temère
„ præſumebat; Et cum nonnullis Eccleſiæ
„ inimicis Lombardis, Tuſcis, Marchianis,
„ & Apuliis, præcipuè de Regno profugis
„ prælibato,fraudolentis ſe implicando com-
„ merciis, in Urbe, Lombardia, Tuſcia,
„ & per alia diverſa Loca ſuas diſſeminare
„ literas præſumebat, ſub expreſſione ſui
„ proprii Nominis, & præmiſſæ intitulatio-
„ nis temère ſigillo Regiæ Majeſtatis impreſ-
„ ſas, per quas commovere populum, con-
„ citare gentes, ac turbare pacem Eccleſiæ
„ nitebatur, in ipſius Eccleſiæ, & chariſſi-
„ mi in Chriſto filii noſtri Caroli SiciliæRe-
„ gis Illuſtris grave præjudicium, & diſcri-
„ men. Unde piæ memoriæ Clemens Papa
„ prædeceſſor noſter, cum ſibi de his eviden-
„ tiùs conſtitiſſet; diligentèr attendens mul-
„ tam ipſius Conradini malitiam, & ſuorum
„ conatuum perverſorum, volens obviare
„ principiis, certum habuit contra eum in
„ hac parte proceſſum, prout vidit rationa-
„ bilitèr expedire, ac negotii qualitas per-
„ ſuaſit. Demum præfato Conradino ſubla-
„ to de medio, eidem Regno pax rediit, au-
„ rora tranquillitatis illuxit, ſedatis turba-
„ tionis fluctibus, quos ipſius Conradini
„ prava ſtudia ſuſcitarant.

33 „ Sed ſicut nuper, non ſine multa
„ turbatione, fide dignorum relatu perce-
„ pimus, nonnulli protervè aſſumentes, ad
„ noſtram, necnon Eccleſiæ, dictique Re-
„ gis turbationem, & ſcandalum aſpirantes,
„ in prædicto Regno ignē turbationis emor-
„ tuæ reaccendere moliuntur: ad id ſua ſtu-
„ dia inique congerunt, ad id ſuarum vi-
„ rium potentiam coacervant, manus præ-
„ ſemptuoſas apponunt, & etiam occulti
„ ſavoris auxilium largiuntur. Teſtatur hæc
„ inter cætera horrendi ſceleris feralis imma-
„ nitas de novo in Civitate Panormitana pa-
„ trati, ubi ſic debachatus eſt gladius, fer-
„ rum infremuit, furor incanduit, rabies
„ inſanivit, manus truculenta deſæviit quod
„ ſicut rumor meſtus enunciat, non ſuffecit
„ virorum, ac mulierum multitudinem ini-
„ bi cædi dari, niſi, & hi, quos nondùm in
„ lucem natura produxerat, maternis aper-

tis

„ tis uteris, necarentur, trucidarentur in-
„ nati, & deliteſcentibus viſceribus gene-
„ tricum impiè præfocationis exitium in-
„ ferretur.

34 „ Quià ergò præfatum Regnum Siciliæ ad Romanam Eccleſiam ſpectare dignoſcitur, ſuique juris, & proprietatis exiſtit; ac propter hoc nos, qui unà cum Eccleſia ipſa medullitùs in hac parte contingimur, & quaſi cujuſdam acerbæ punctionis aculeo excitamur; volentes tàm gravibus hujuſmodi malorum initiis, prout poſſumus, obviare, nè tàm horrenda principia convaleſcant, præſente hac fidelium multitudine copioſa, de fratrum noſtrorum conſilio, univerſos, & ſingulos cujuſcumque præeminentiæ & dignitatis, conditionis, aut ſtatus, monemus attentè, diſtrictè præcipientes eiſdem, nè in prædicto Regno, vel ejus parte, nos, & eandem Eccleſiam, & præfatum Siciliæ Regem, qui prædictum Regnum ab eadem tenet Eccleſia, per ſe, vel per alium, aut alios moleſtent, ſeù impetant, aut perturbent, occupando, vel invadendo hoſtilitèr faciant Regnum ipſum, vel aliquam partem ejus.

35 „ Præcipimus inſuper univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, ſpecialiter autem Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus, Communitatibus, & Univerſitatibus Caſtrorum, Villarum, & aliorum quorumcumque locorum Italiæ, & maximè juriſdictioni temporali Eccleſiæ Romanæ ſubjectis, nè prædictis in occupatione, vel invaſione ejuſmodi prorsùs intendant; nè cum armis, vel ſinè armis ad turbandam in prædicto Regno pacem ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ac præfati Regis Siciliæ, in eadem, præſtent eis occupatione, vel invaſione prædictis conſilium, auxilium, favorem, publice, vel occultè; & nè ſuper hoc ſocietatem, conjurationem, aut fœdus aliquod ineant cum eiſdem. Si qui autem contrà monitionem, & præcepta noſtra, præmiſſa per ſe, vel per alium, aut alios quocumque dolo, fraude, arte, vel machinatione fecerint, cujuſcumque ſint preeminentię, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, excommunicationis ſententia, quam ex nunc in illos proferimus, ipſo facto ſe noverint innodatos. Civitates quoquè, & Communitates quaslibet, quæ contrà montiones, & præcepta noſtra prædicta, quocumque dolo, fraude, ingenio, arte, vel machinatione venire prçſumpſerint, Eccleſiaſticæ ſententiæ Interdicti, quam ex nunc in illos proferimus, volumus ſubjacere.

36 „ Apertè quoq; prædicimus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis inferioris gradus Prælatis, quòd ſi contrà monitionem, & præcepta noſtra præmiſſa, vel eorum aliquid venire tentaverint, nos eos omni Eccleſiaſticæ dignitatis honore, cæteros autem Clericos, non prælationis officium, ſed dignitatis forſitàn, vel perſonatus, aut alicujus Eccleſiaſtica Beneficia obtinentes, & obtentis privare curabimus, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout nobis facti qualitas ſuggeret, & juſtitia ſuadebit. Laicis verò cujuſcumqne præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus, & præcipuè Juriſdictioni temporali Eccleſiæ Romanæ ſubjectis, denunciamus expreſsè, quòd ſi contrà monitiones, & præcepta noſtra hujuſmodi per ſe, vel per alium, ſeù per alios, temerè veniendo ea non curaverint obſervare, nos tantæ temeritatis audaciam non intendentes relinquere impunitam, ipſos feudis, & aliis omnibus, quæ à prædicta, & aliis Eccleſiis, ac perſonis Eccleſiaſticis obtinere noſcuntur, privare, & Vaſſallos eorum, qnos habent, à fidelitatis juramento, quo tenentur eiſdem reddere penitùs abſolutos; & perſonis eorum citrà mortis, & mutilationis periculum expoſitis, ad expoſitionem bonorum eorum procedere, Deo auctore, curabimus, prout eorundem culpæ exigerint, & videbimus expedire.

37 „ Cæterùm quià prędicta Civitas Panormitana, & nonnulla Caſtra, ſeù Villæ illarum partium contrà præfatum Regem Carolum, qui Regnum ipſum ab eadem tenet Eccleſia, rebellionis ſpiritum aſſumpſiſſe dicuntur; Nos circà illa nolentes in hoc juris rigorem obſervare, ſed uti potiùs manſuetudinis lenitate, quam in actibus noſtris libenter amplectimur, intendentes, ac volentes eadem ab ejuſmodi erroris initio paternis ſtudiis revocare; Communitatibus Civitatum, & Caſtrorum, ac Villarum prædictarum diſtrictè præcipimus, ut ſublato cujuslibet difficultatis, & dilationis objectu, ad noſtra mandata, & Eccleſiæ, ac Regis prædictorum redire procurent; eiſdemque Communitatibus diſtrictè præcipimus, ut prædictos moleſtatores, & turbatores, occupatores, ſeù etiam invaſores, aut dantes eiſdem in prædictis conſilium, auxilium, vel favorem in Civitatem, Caſtra, & Villas, ſeù diſtrictus eorum quovis modo recipiant, vel receptent, nec ipſorum, vel alicujus eorum dominio, vel regimine quomodolibet ſe ſubmittant, neque ipſis, vel eorum alicui contrà nos, & eandem Eccleſiam, ac Regem prædictum impendant in prædictis conſilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. Nos enim confœderationes, ſeù colligationes quaslibet, ſi quæ inter Communitates eaſdem, vel ipſos, & quoſcumque alios Initas, vel factas ſuper occupatione, vel invaſione prædictis, pe-

„ penitùs diſſolventes, ac juramenta de illis „ ſervandis, vel alio quocumque modo prædictis, hinc indè præſtita relaxantes omninò; Communitatibus ipſis apertè prædicimus, quod niſi præmiſſa curaverint quantociùs adimplere, contrà eas, & Civitates, & Caſtra, & Villas earum ſpiritualiter & temporaliter, Auctore Domino, procedemus, quòd pœna dicente cognoſcere potecrunt quàm ſit temerarium, & ſuperbum mandatis Apoſtolicis contraire. Ut autem hujuſmodi noſter proceſſus &c. *ſicut ſub num.* 30. Datum apud Urbem Veterem in Platea dictæ majoris Eccleſiæ in die Aſcenſionis Domini, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

38 Cùm verò hac monitione parùm, aut nihil profuiſſet, rebellibus in ſua rebellione perſiſtentibus, Petro Aragonæ Rege eis favente, ac Regnum ſibi uſurpante, idem Pontifex juſtè motus ſententiam excommunicationis, & privationis Regnorum in ipſum Petrum fulminavit, cui ſententiæ ſubjecit Civitates, Caſtra, Villas, & Univerſitates, qui præfatæ monitioni parere neglexerunt. Poſt enim longum proceſſum publicatum in eadem Platea majoris Eccleſiæ antefatæ Civitatis Urbis Veteris XII. Kalendas Aprilis, tertiò ſui Pontificatus Anno, in fine ſic pronunciat: „ Nevè ſinè vindicta gravis adeò „ creſcat inſania, dignum putavimus, ut memoratum Petrum nepotem Regem Aragonum, tantamque ipſius proterviam ultrix ſententia proſequatur. Et ideò Regnum Aragoniæ, cæteraſque terras Regis ipſius de fratrum ipſorum conſilio exponentes, ut ſequitur, ipſum Petrum Regem Aragonum eiſdem Regno, & Terris, Regioque honore ſententialiter, juſtitiâ exigente, privamus, & privantes exponimus cadem Regnum, & Terras occupanda Catholicis, de quibus, & prout Sedes Apoſtolica duxerit providendum, in dictis Regno, & Terris ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, ut præmittitur, jure ſalvo. Vaſſallos ipſius, ut præmiſſa declarant, à juramento fidelitatis, ſi quo tenebantur eidem, jàm abſolvimus, denunciantes penitùs abſolutos, & denuò ab eodem, & à quolibet fidelitatis vinculo, & homagio expreſſiùs abſolventes; ac eoſdem, Petrum quondam Regem, Siculos, complices, & fautores eorum, omneſque alios ſingulares, qui prædictas monitiones, inhibitiones, comminationes damnabiliter contempſerunt, præmiſſis excommunicationibus; Univerſitates verò, Civitates, Caſtra, & loca cætera denunciamus Interdicti ſententiis ſubjacere, ipſos, & ipſa ex cauſis eiſdem, & propter continuatam, auctamque ipſorum contumaciam ſimilibus ſententiis ſupponentes. *Hactenus ſententia lata in Petrum Aragonum Regem*.

39 Sed ut ad Palæologum redeamus, ipſe Martinus poſt latam in eum excommunicationem in feſto Dedicationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum: iterùm in feſto Aſcenſionis in Platea Eccleſiæ majoris Urbis Veteris renovavit, cui & ſubjecit eos, qui ſub ſpecie commercii in legis fraudem, ferre auſi fuerint ad præfatum Palæologum, aut vendere *arma, equos, ferrum, lignamina, naves, galeas, aliaque vaſa, aut qualibet alia, per quæ dictus Palæologus ad præſtandum favorem ſchiſmaticis, & ſchiſmati validior, efficacior, & inſtructior reddi poſſet*. Deniquè tertiò eandem excommunicationis ſententiam in eundem Palæologum pronunciavit, recurrente feſto Dedicationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, apud Montem Flaſconem ante Eccleſiam Sancti Flaviani, ut videre eſt apud Raynaldum ad Annum Domini MCCLXXXII. num.8, & 10. Et ità adeò iteratæ ſententiæ, bis, & ter, ſatis oſtendunt, non inſtante Carolo Palæologum excommunicaſſe; nàm ſemèl ſuffeciſſet, ut Carolo ſatisfaceret, ſed quià reverà ad priſtinum ſchiſma redierat, quod poſteà validiùs renovavit, impius & ſceleſtiſſimus Andronicus, ut capite ſequenti demonſtrabimus.

CAPUT II.

De Michaelis Palæologi obitu, Andronici Imperio, ac ſub eo renovato ſchiſmate; De perſecutione excitata à Schiſmaticis adversùs Catholicos Græcos; & Regis Siciliæ, & Martini IV. obitu; deindè creatione, & brevi Pontificatu Honorii Quarti.

40 Cum Michael Paleologus ſe à Papa excommunicatum accepiſſet, ſuoſque Legatos Theophanem, & Leonem, hos enim miſiſſe ad Apoſtolicam Sedem auctor eſt Pachimerius lib.6.Hiſtor.Græcorum) ſinè honore dimiſſos: *Ægrè tulit*, ait idem Pachimerius, *adeòut Diacono pro conſuetudine Papæ commemorationem facere Imperator ſilentium impoſuerit*. Scindere inſuper cuncta præterita acta, fœderaque cogitabat cum Sancta Romana inita Eccleſia, & utiquè reſcindiſſet, & eunctos ad priſtinum ſchiſma revocaſſet, niſi complures Nobiles, qui unionis cauſâ multa paſſi erant, reſtitiſſent: *Quare*, ſubjungit antefatus Pachymerius, *fœdus cum illis ictum diſſolvere cogitabat, & diſſoluiſſet utiquè, niſi conſiliis obſtitiſſet multa ipſum eorum cauſa toleraſſe, & vix ad exitum perduxiſſe, ut ſi è veſtigio decantans opus deſtruxiſſet*. Et fortè nihil tunc hac in re publica, ac univerſali defectione, innovare auſus eſt, occupatus contrà Joannem Sebaſtocratorem Theſſaliæ Principem, qui per idem tem-

tempus ab ipſo defecerat, adversùs quem iracundiâ inflammatus expeditionem paraverat, adjunctis copiis ſuis quatuor delectorum Scytharum millibus, ut præfatum Principem, qui ſæpè, & pluriès reconciliatus defecerat, prorsùs deleret, omnemque militarem ætatem, quæ Theſſaliæ præſidio erat, trucidaret, atque occideret, prout ſcribit Gregoras lib. 5. Hiſtor. licèt in ea expeditione morte præventus, meditata exequi minimè potuiſſet: *Sed priuſquàm*, ait Gregoras, *conſilium hoc ad rem conſerretur, mors conatum illius interrupit*.

41 At quomodò mors hujus Principis acciderit, idem Scriptor his verbis declarat:
,, Cùm propè Lyſimachiam, juxtà Pagum,
,, qui inter Pachomium, & Allagem (loco-
,, rum hæc nomina ſunt) ſitus eſt, verſare-
,, tur, ibiquè Scythicum Exercitum inſpi-
,, ceret, Romanoſque Duces deligeret, eoſ-
,, que quid agendum eſſet moneret, morbo
,, cordis corripitur, qui brevi mortem de-
,, nunciaret, ac Medicorum omnia judicia
,, conſunderet, & turbaret, & artis præſi-
,, dia aſperneretur. Ferunt & ipſum mortis
,, metu, eos, qui adeſſent percontatum, quo
,, nomine locus ille vocaretur? Cùm Pacho-
,, mii, & Allages nomen audiſſet, cum alto
,, ſuſpirio dixiſſe: Hic ſibi finem inſtare vi-
,, tæ, quæ mutationem fato decretam eſſe,
,, & ſeipſum graviter accuſaſſe, quòd non ità
,, pridèm honeſtum quendam virum, nomine
,, Pachomium, excæcaſſet: propterea quòd
,, vulgò ferebatur oraculum de Imperatore,
,, ſub vitæ mutationem Pachomium illi ſuc-
,, ceſſurum; quo deceptus, & Imperii cupi-
,, ditate amens, Pachomium Imperio inuti-
,, tilem efficere feſtinarat. *Hactenus Gregoras*.

42 Pachymerius verò hæc alia habet:
,, Ut itaquè, *inquiens*, dies obitus acceſſit,
,, & mors jàm, & potiſſimùm á Medicis ex-
,, pectabatur, Actuario Cabaſilei non tutum
,, videbatur de diſcrimine verba facere: id
,, enim non minima pars mortis ab ægrotis
,, reputatur, quaſi in ſimilibus verba facti
,, cauſa ſint; ex alia verò parte permittere,
,, ut imparatus abiret, indecorum valdè exi-
,, ſtimabatur: Quarè Andronico Imperato-
,, ris filio rem aperit, & decretum, & pericu-
,, lum pandit, Imperatorem vitam ultrà non
,, producturum. Ille quoq; inauſpicata ſug-
,, gerere non audebat: nihilominùs præpara-
,, tionem hoc modo comminiſcitur. Nàm-
,, que ſtatim Dominicæ mortis Symbola præ-
,, parantur, quæ accipiens ex Clero, & piis
,, aliis, Sacerdos amicto indutus, ut par erat,
,, nihil illi de ſimilibus cogitanti aſtat; nàm-
,, que tùm Imperator fortè fortunâ versùs
,, parietem conſpexerat, res ſuas, quibus
,, ſanus, & validus mentis erat, ut poterat
,, penſitans.

43 ,, Stabat igitùr Sacerdos ex alia par-
,, te, ſacra dona manibus tenens, tantùm
,, illius ad ſe converſionem expectans; Im-
,, perator ſivè quidpiam ſimile ſubodorans,
,, ſivè quid aliud in pectore volutans, ad Sa-
,, cerdotem revolutus, ſtatim atque vidit,
,, factum deprehendit. Et quid eſt hoc? *in-*
,, *quit*. Cùm Sacerdos reſſponderet pro eo
,, auxilium á Deo imploraturum, donaque
,, ſanctitatem parerent, deferre; Imperator
,, interrupto ſermone, animos ſumit, aſſur-
,, git è lecto, cingulum poſcit, ſanctum Sym-
,, bolum recitat, nec non, *Domine libera*
,, *me ex hac hora*, effatus, neceſſariaque ad
,, Deum altiſſimum pronuncians, ſacroſan-
,, ctam communionem aſſumit; rursùmque
,, recumbens, paululùm cunctatus, animam
,, efflat.

44 ,, Defunctus, tùm Tocharorum, tùm
,, familiarium lacrymis cohoneſtatur. Illius
,, cadaver ſubitò, qui in id deſtinati erant,
,, noctu cùm procuraſſent, ad novum Mona-
,, ſterium penès ea loca ſitum deferunt. Sic-
,, que Imperator defungitur, qui integros
,, annos quinquaginta & octo vixerat, re-
,, gnaverat verò viginti quatuor, dies minùs
,, viginti; Nàmque Imperii rubra Inſignia
,, Induit. Januarii die primò, ut dictum eſt,
,, diem obiit Decembris undecimo, die Pa-
,, raſceve. Sicque ipſius nota completur,
,, quæ II. triplici Græcorum elemento com-
,, plebatur, quæ erat illius teſſera. Innue-
,, bat porrò cognomen, nàmque ille erat Pa-
,, læologus, locum, in quo obiturus erat,
,, qui Pachomii Pagus nuncupabatur; præ-
,, tereàque poſtremum ſui obitus diem, Pa-
,, raſcevem ſcilicèt, qua iſta peracta ſunt,
,, undecimo, ut dictum eſt, Decembris die,
,, Anno vicio DCCLXXXXI. *Hactenus Pa-*
,, *chymerius de Michaelis obitu*.

45 Caruiſſe ab exordio nedùm Imperatoriâ, verùm honorificâ Sepulturâ, ſcribit Gregoras, & quidèm hoc ab Andronico filio factum fatetur, in odium unionis cum Latina Eccleſia per ipſum Michaelem procuratæ:
,, Imperator, *inquit*, illis in locis, quæ dixi,
,, præter ſpem ſuam fato functus eſt, Anno
,, ab Orbe condito Sexies milleſimo ſeptin-
,, cêteſimo nonageſimo primo, Annos LVIII.
,, natus eſt. At filius ejus Imperator Andro-
,, nicus, quamvis adeſſet, Patrem Impera-
,, toriâ ſepulturâ adeò non honoravit, ut nè
,, plebejâ quidèm ſit dignatus; præterquàm
,, quòd juſſit, ut noctu pauci quidam cada-
,, ver procùl á Caſtris abductum, multa ter-
,, ra obruerent: id modò cavens, nè Impe-
,, ratorium á feris diſcerparetur. In cauſa
,, erat, quòd dùm viveret, á recta Eccleſiæ
,, doctrina deſciviſſet, ut ſuprà expoſuimus:
,, quod factum filius, etſi Patrem adamabat,
,, & pietate filios omnes, atque obſervantia
,, ſuperabat, ex animo, ut poſteà dicemus,
,, clàm oderat. Ac Michaelis Palæologi hic

cxi-

„ exitus fuit, viri naturâ decori, cum gra-
„ vitate quadam, & dignâ Principe majeſta-
„ te. Erat porrò in eo robur corporis, &
„ rei militaris peritia, diuturni temporis
„ parta exercitationibus. *Hactenùs Auctor ſchiſmaticus*, cui de ſepultura non conſentit Pachymerius, licèt & ipſe Scriptor Græcus aſſerens, primò humatum in Monaſterio quodam novo circà ea loca ſitum. Addit infrà Gregoras cadaver Michaelis, jubente Andronico, nè fortè à Lætinis furaretur, in Urbem Selyhriam delatum.

46 Deindè poſt varias diſſenſiones habitas inter Arſenii ex una parte, & Joſephi ex altera, ex Patriarcharum ſectatores, petentibus Arſenitis, præfatum cadaver Conſtantinopolim translatum, refert idem Gregoras, inquiens: „ His peractis Arſenii ſtudioſi pe-
„ tiverunt, ut cadaver illius in Urhem refer-
„ retur. Ea poſtulatio minimè ſimplex fuit,
„ ſed à magno conſilio profecta, uti; ſcili-
„ cèt factum illud Arſeniatis palàm honori-
„ ficum eſſet, & Joſephitis verò clàm igno-
„ minioſum: facilè tamèn impetratum eſt.
„ Cùm autem funus ad Eugenii portam uſq;
„ perlatum eſſet, & Patriarcha cum omni
„ Clero, & Imperator cum toto Senatu de-
„ ſcenderunt, atque ità cum hymnis inſi-
„ gnibus,& facibus in Divinæ ſapientiæ am-
„ pliſſimam ædem eſt perlatum. Sed poſteà
„ Theodora Michaelis Imperatoris è ſorore
„ Eulogia neptis, primùm Muzalonis, dein-
„ de Raulis, utriuſque Protoveſtarii, uxor,
„ impetravit, ut in Divi Andreæ Monaſte-
rio, quod ipſa renovarat, reponeretur. *Hactenus Gregoras*. Quarè corrigendus eſt Jordanus ſcribens, corpus Michaelis adhùc inſepultum jacère, dùm ait: *Tunc factus eſt tumultus magnus in Conſtantinopoli per Calogeros, acclamantes, Palæologum non debere ſepeliri in Cæmeterio, qui Latinis adhæſit; & uſquè nunc inſepultus manet*. Apparet nàmque ex Gregoræ teſtimonio, cadaver Michaelis cum pompa Conſtantinopoli in Templo Sanctæ Sophiæ funeratum. Cæterùm Calogeres, quos ſcribit proclamaſſe, non debere ſepeliri in Cœmeterio, Joſephitas fuiſſe, ex allegatis à præfato Gregora, deduci poteſt, non tamèn prævaluiſſe conſtat ex eodem pariter Grgora.

47 Ex hactenùs itaquè deductis ſequitur, Michaelem vitâ functum Anno Domini MCCLXXXIII. qui coincidit cum Græcorum Anno ſexmilleſimo ſeptincenteſimo nonageſimo primo, ſui Imperii Anno XXIII. Rodulphi Romanorum Regis Anno IX. Pontificatus Martini Papæ IV. Anno IV. Indictione XII. inchoata à Septembri proximo, die XI. menſis Decembris, feria VI. ſuæ ætatis Anno LVIII. cùm imperaſſet Ann. XXIII. menſes XI. dies verò X. Auctores Græcos in hac ſupputatione ſequitur Calviſius, qui ad Annum Domini MCCLXXXIII. ſcribit: *Michael Palæologus Imperator Conſtantinopolitanus moritur die XI. Decembris, cùm imperaſſet poſt Laſcharem Annis XXIV. mortuus eſt Anno Conſtantinopolitano 6791. palpitatione cordis, Annos natus LVIII.* Et ità corrigendi ſunt complures Latini Scriptores, qui Palæologi obitum ad poſteriora tempora contulerunt.

48 Sublato, ut fati ſumus, Michaele, ſumma rerum potitus eſt Andronicus ejus filius, jàm conſors Imperii, qui ſtatim, qualis erat, apparuit; & quæ in cauſa unionis, vivente Patre, egerat, ſimulatè, & nè adverſari Patri videretur, ſchiſma tamen fovena in corde, egiſſe demonſtravit: primùm in Caſtris ipſis, indè in Regia Urhe, ubi cunctoa ad priſtinum ſchiſma revocare conatur, & quos exules Pater ſchiſmaticos fecerat, ab exilio revocavit; & datis edictis publicis, ad priſtinum ſtatum ſchiſmatis Eccleſias univerſas traducere eſt aggreſſus: Bechus autem Patriarcha hanc conſpiciens mutationem, Sede ſuâ relictâ, in Monaſterium Panacranti clàm ſe contulit; ſtatimque Imperator loco Bechi ſuffecit Joſephum illum, qui ſub Michaele nolens aſſentiri unioni Eccleſiarum, deturbatus, & exauctoratus fuerat: Quæ quidèm omnia Gregoras in principio lib. 6. Hiſtor. Roman. his verbis exponit: „ Ipſe
„ (ſcilicèt Andronicus) Bizantium rediit,
„ juſtiſque peractis, in componendo Eccleſiæ
„ ſtatu ante omnia elaboravit; quod conſi-
„ lium Patre ſuperſtite ſedulò diſſimulatum,
„ per occaſionem protulit, & quis eſſet,
„ oſtendit. Proindè caduceatoribus, & edi-
„ ctis quolibet miſſis, Eccleſiæ correctio-
„ nem nunciabat; Et qui Eccleſiæ ſtudio
„ exulabant, aut malè tractati fuerant, eos
„ revocabat, Intereà Bechus Sede clàm reli-
„ ctà, ſecedit, ſeque in Panacranti Mona-
„ ſterio concludit, veritus, nè in hac ſubita
„ mutatione à nonnullis diſcerparetur. In
„ ejus verò locum ſtatim ſuffectus eſt Joſeph,
„ qui loco illi ceſſerat, morbo, & ſenio con-
„ fectus, & morti proximus. *Hactenùs Gregoras*.

49 Verùm nec ipſi Schiſmatici inter ſe concordes fuere, in duas ſciſſi factiones, quarum una Joſepho adhærebat Patriarchæ, altera Arſenio Joſephi anteceſſori, licèt jàm vità functo, quærentes, qui Arſenio nitebatur adversùs Joſephum, quaſi injuſtè adhùc, Arſenio ſuperſtite, Sedem ejus occupaſſet; reclamantes Joſephitæ Arſenium à toto Pontificum Concilio canonicè depoſitum. Ad quas ſedandas rixas & diſſenſiones, ut videlicèt paci conſuleret, & quià morbo, & ætate confectus inhabilis erat ad onus ſuſtinendum, Joſephus Throno ceſſit, & paulò poſt exceſſit è vita. Ità idem Gregoras, inquiens:
„ Nàm eo (*ſcilicèt Diabolus*) redegit popu-
„ lum, ut in binas, & ternas ſectas ſcindere-
„ tur, quorum alii Joſepho Patriarchæ, alii
Ar-

,, Arſenio olim mortuo niterentur; à quo
,, Joſepho ſacris interdictum dicerent, quòd
,, ipſo vivo Sedem occupaſſet; illis recla-
,, mantibus, canonicè depoſitum eſſe Arſe-
,, nium à toto Pontificum Concilio: Alii
,, utrique factioni, alia crimina obiicerent;
,, Itaque Joſephus duabus de cauſis cedere
,, eſt coactus, tũ, ut paci eorũ quibus moleſtus
,, erat conſuleret; tùm quod Patriarchæ munus
,, obire nequibat, totius Corporis viribus
,, morbo, & ſenio exhauſtis. *Hæc ille*.

50 Joſepho porrò datus eſt ſucceſſor Georgius Cyprius, qui ut idem Gregoras, ait, elegantes Græcæ litteraturæ numeros, & Atticam illam linguam longo jam tempore oblivionis gurgite demerſam, ingenii dexteritate, ac ſingulari ſtudio in lucem produxit, ac velut ab inferis revocavit. Erat enim tunc ex Imperatorii Cleri Collegio, nondùm ſacris initiatus, & quoniàm nemo ex Epiſcopis, qui unionis aſſenſerant manus in eum imponere voluerunt, per aliquod tempus Patriarchalia jura, quæ cum Sacerdotio nihil conjunctum habebant, adminiſtravit: ſed poſtea advenientibus Conſtantinopolim Mozilea, & Debrorum Epiſcopis, illo cauſa fungendi Legatione pro Ætoliæ Principe, hoc aliis de cauſis: & quinullo pacto ſub Michaele unioni aſſenſum præbuerc; ordinatus priùs Gregorius in Diaconum, & Sacerdotem ab Epiſcopo Heracleæ, ab eodem, præfatis duobus Epiſcopis Muzyleno, & Debreno adjutoribus.conſecratus eſt Patriarcha.

51 At non proinde factionum Principes quievere, adhuc contra ſeſe rixabantur: nec eis novi Patriarchæ placuit promotio, quem criminare incæperunt, *quod viginti natus annos è Cypro ad Romanos mores ſe contuliſſet: & quaſi Latinorum inſtituta probaret, ſuſpectus eſſet, & à Latinis Lector creatus fuiſset*, ut in terminis tradit Gregoras. Imperator verò, ut omnia hæc ſcandala de medio amoveret, diſſentientium animos, aliqua media via, in concordiam revocaret, juſſit omnes convenire Atramytium, quæ Civitas eſt ſita ad latum Heleſpontiaci freti, ut ibi velut in quadam Synodo diſſentientium examinarentur opiniones, & ſententiæ, liteſque terminarentur, & jurgia. Cùmque ad prædictum conveniſſent locum, nec poſt varia verborum certamina concordari poſſent, placuit omnibus à Deo judicium quærere medio miraculo. Sed factum hoc ab ipſo Gregora audiamus: ,, Cæterùm, *inquit*, cum
,, Atramytii, ut dictum eſt conveniſſent,
,, omnibus poſt multa verborum certamina
,, placuit, ut utrorumque opiniones, unde
,, magnæ illius contentionis rationes germi-
,, naſſent, duobus libris inſcriberentur, ac
,, Deo judicium per ignem, & miracula com-
,, mitteretur. Cum autem per totam noctem
,, ſtetiſſent, & Deum ſedulò deprecati eſſent
,, in ipſo magno Sabbato libros in medio
,, Templo in ignem conjecerunt. Ac utra-
,, que ſanè factio ſperabat ſuum Codicem in-
,, violatum permanſurum. Sed vana ſpes
,, illa fuit. Ignis enim utrumque comple-
,, xus, ſtatim in Cineres redegit: Idque
,, Dei judicium fuit, & deriſus eorum om-
,, nium, qui rem ſeriam in nugis agerent,
,, & Eccleſiam alieno tempore turbarent.
,, Quod cum vidiſſent, ipſis quoque omni-
,, bus viſum eſt, repudiata contentione,
,, ſpectare concordiam, & pacem, & fau-
,, ſtam comprecationem à Gregorio Patriar-
,, cha admittere. *Hactenus Gregoras*.

52 Sic ergò ſedata Schiſmaticorum diſcordia, in eo cætu, ſanè Diabolo præſidè, decreta eſt perſecutio adversùs Catholicos, eos ſcilicèt, qui Michaeli in Decreto unionis conſenſerunt:; & tam crudeliter, omni ſemota clementia, quinimmò humanitate, ſævitum eſt in eos, quod ipſemet Gregoras, qui hiſtoriam deſcribit, quamvis Schiſmaticus, facinus deteſtatur: ,, Poſt Atramyttenum
,, illud rixoſum librorum incendium, *inquit*
,, *Gregoras*, omnes ii qui ſtudium Religionis
,, ſimulabant, Metropoles, & cæteras di-
,, gnitates partim jam partiti, partim parti-
,, turi, abrogationem Pontificum, & Cle-
,, ricorum omnium, qui Michaeli aſſenſi
,, fuiſſent, in univerſum decreverunt: for-
,, tunâ non moderate, nèc humanitèr uſi.
,, Nam cùm plerique ex circumforanea, &
,, malè educata, & contumaci turba eſſent,
,, quibus paulò antè, nè vultum quidem Im-
,, peratoris intueri licuiſſet, nunc verò be-
,, nigniſſimè ab illo accepti eſſent: ſuæ con-
ditionis obliti ſunt, ab ebriis nihil diffe-
rentes. Nam poteſtate accepta ab Impe-
,, ratore, quippe qui eis propter ardentem
,, uniendæ Eccleſiæ cupiditatem, nihil non
,, concederet: planè ſecuri jam, eos, omnes
,, contra quos infame illud ſuffragium laturi
,, erant, velut oves in magnum Blachernium
,, Templum congregarunt: qui cum ſuppli-
,, cibus, & verbis, & geſtibus commiſera-
,, tionem elicere ſtuderent, & ſimilia vete-
,, rum humanitatis exempla, quàm alia,
,, tùm duplicis illius Iconomachię proferrent,
,, quòd illis cùm graviùs deliquiſſent, hu-
,, manos eos experti eſſent, qui orthodoxam
,, ſententiam defendiſſent, & ſuum quique
,, locum retinuiſſent, ab immanitate decre-
,, ti ſui non recedendum putaverunt: ſed om-
,, nem Clementiam, omnem miſericordiam
,, improbitatis fluctus in Maris Athlantici
fundum dejecerunt.

,, 53 ,, Tanta invidia in ſacro illo cætu,
,, tantaque acerbitas initiò ſtatim præclaræ
,, illius concordiæ graſſabatur. Quis autem
,, adeò durus eſt, & animo adamantino, ut
,, contumeliam illam, & maximam inhu-
,, manitatem referre queat, qua contra mi-
,, ſeros Epiſcopos, & Sacerdotes uſi ſunt?
,, Nam poſt verborum convicia Præſides in-
ferio-

„ fer̃ioribus imperabant, ut direptos illis
„ pileos humi abiicerent, ter acclamantes,
„ *Indignus eſt*: Aliis verò aliorum veſtes
„ exuere, eaſque à fimbria inverſas ad caput
„ applicare, atque iterum ter acclamare,
„ *Indignus eſt*: Deinde alapis impactis, tan-
„ quam Sicarios vi extrudere Sacro Loco. At
„ humanus Jeſus, & ſervator, etiam Latro-
„ nem admiſit: & Proditoris pœnitentiam,
„ modò ipſe voluiſſet, deſideravit, & ex-
„ pectavit: Proinde ſerò illi quidem, ſed ju-
„ ſtas tamen pœnas luerunt. Neque enim
„ novorum iſtorum Legislatorum ullus in
„ ſua dignitate deceſſit: ſed turpiſſimè ſuis
„ pulſi ſedibus, ut poſteà dicemus, præ ani-
„ mi ægritudine vitam abruperunt. *Hæc Gregoras*.

54 Hujus porrò præcipuum auctorem ipſum fuiſſe Pſeudo-Patriarcha Gregorium, ut Schiſmaticis, illis præcipuè, qui ſub Michaele unionem repudiarant, rem gratam faceret: ut ſe ipſum quoque hac via purgaret, qui ſub Michaele cum Meliteniote, & Metochite Imperatorii Cleri Diaconis, pro Eccleſiarum unione, magno ardore, & omnimodis ſtudiis laboravit indubium eſt: Erat enim ille idem Gregorius Cyprius, de quo Gregoras, lib.5. ſcribit coadiutorem fuiſſe Bechi pro prædicta ſtabilienda unione: licèt poſtea Monachus paulò ante factus, mutato nomine, Gregorius appellari voluiſſet: unde non immeritò erat Schiſmaticis ſuſpectus, ut ergò talem de ſe à Schiſmaticorum mente deleret ſuſpicionem, nefariis omnibus aquievit eorundem ſuggeſtionibus. Deinde, quoniàm Bechi facundia & acùmen, ut idem Gregoras ſcribit, ſtimulabat Gregorium, egit perfidus ille, ut Bechus in exilium amandaretur: quod & factum eſt, jubente Andronico, relegatusque eſt ad radices Olympi, omni deſtitutus humano auxilio: Ex quo loco clamaſſe, idem Gregoras teſtatur, ac poſtulaſſe cauſam ſuam recognoſci: „ Ita-
„ que, *ait*, ab omni parte deſtitutus, pu-
„ blico judicio cauſam diſceptari poſtulabat:
„ forſitan (*Schiſmaticus ſubjungit Auctor*)
„ ut aut Judices præſentia conſpectuque ſuo,
„ & oratione mitigaret, aut ſaltem oſten-
„ deret, quàm immiſiricordes, & duri eſ-
„ ſent. Quæ cum audiſſet Imperator, non
„ negligenda eſſe judicavit, nè injuriam ho-
„ mini fieri vulgus ſuſpicaretur. *Et paulò*
„ *poſt*. Viſum igitur eſt, *ſubjungit*, Proce-
„ ribus, & eruditis omnibus, tam profanis,
„ quàm Eccleſiaſticis, in Regiam convoca-
„ tis, illuſtre de illo, in tanto theatro, ju-
„ dicium fieri oportere.

55 Ducto Becho in judicium, acerrime de verò dogmate diſputaſſe, proſequitur Gregoras, qui ut Schiſmaticis victoriam tribuat, ait: *Fortaſſe mendacium veritatem viciſſet, & curioſitas virtutem ſuperaſſet, niſi Gregorius Patriarcha, & Muzalo magnus Logotheta, doctrinæ copia, & Sacræ Scripturæ ſententiis reſtitiſſent, & ingentem illam exitioſæ linguæ tempeſtatem ſedaſſent*. Sic Schiſmaticus Græcus Scriptor conviciis inſectatur Sanctiſſimum Patriarcham Bechum: Rectè Tullius lib.2. de Finibus ſcribit: *Sit iſta in Græcorum levitate perverſitas, qui maledictis inſectantur eos, à quibus de veritate diſſentiunt*. Pachimerius licèt, & ipſe Schiſmaticus, diſputatum refert de Spiritus Sancti proceſſione, & cum Becho in Judicium ductos egregios illos Confeſſores, & Archidiaconos, qui olim cum ipſo Georgio, tunc tamen Gregorio Cyprio, unionem Eccleſiarum promoverant ſub Michaele, Conſtantinum ſcilicèt Melitiniotam, & Gregorium Metochitam: Quorum ſententiam de prędicto dogmate Gregorium Patriarcham exquiſiviſſe, tradit, & quid illi reſponderint prodit, inquiens: „ Cum re-
„ ſumpſiſſet ſermonem Patriarcha Gregorius:
„ Quidnam illud eſt, ait, quod opinantur,
„ qui circa te ſunt? Namque erant cum eo,
„ qui multo ante Archidiaconi munere fun-
„ gebantur, Conſtantinus Meletiota, & Me-
„ tochita Georgius Archidiaconi. Tum illis:
„ ſi ſincerè Theologiam addiſcere cupis, &
„ opinionem, quam & corde tenemus, &
„ ore profitemur, hæc eſt, quam quilibet,
„ nec à Theologia aberrans tenet; in eaque
„ nos ad extremum uſque ſpiritum perſiſte-
„ mus. Quod ſi eam quoque, quæ Patrum
„ eſt, expoſcis nullo modo fidei Symbolo ad-
„ verſariam, ſed explicationem, & decla-
„ rationem potiùs eorum, quæ in Symbolo
„ ſunt, profitemur. Invenimus in ſacris li-
„ teris Spiritum Sanctum exhiberi, dari,
„ mitti, provenire eum ex Patre per Filium,
„ in nonnullis etiam Patribus habetur pro-
„ cedere. Ait verò, & magnus Damaſcenus
„ Joannes: *Et productor per Verbum Spiri-*
„ *tus, agnoſcimus autem idem eſſe, & pro-*
„ *ductorem, & cauſam*. Et poſteà: *Patrem*
„ *cauſam per Filium Spiritus dicimus, cum*
„ *productor in locum cauſæ accipiatur*. *Hactenus ille, apud Pachimerium*.

56 Sed Gregoras loco mox citato apertum ſubjungit mendacium, dùm ait poſt diſputationem initam, Bechum victum, unionem Eccleſiæ Orientalis cum Occidentali, & Romana improbaſſe. *Cùm Bechus*, inquit, *poſt multas diſputationes, atque applauſus, nullam pro ſe clementem ferri ſententiam, nullam ſuorum commodorum rationem haberi cerneret: unionem apertè improbavit*. Conſtantiam tamen Bechi, & duorum Sociorum non eſt auſus, ità aperta fronte celare Pachimerius, quos in dogmate de proceſſione Spiritus Sancti à Patre, Filioque firmos extitiſſe tradit: Cùm enim Schiſmatici ea in diſputatione urgerent Bechum, ut concordiæ ſtudio, ſua dimiſſa opinione, cum ipſis ſentiret, reſpondiſſe, ait: „ Quemadmodùm

vul-

,, vultis, eum ipſe pacem æquè, ea vosper-
,, optem, ſimplici, ac minimè curioſo ſermo-
,, ne ſententiam feram. Nos itaque dicta,
,, quæ Patrum, tempore id puſcente com-
,, perientes, ut tuis, ac rectæ fidei conſonis
,, animum advertimus, & eum, qui Spiri-
,, tum Sanctum ex Patre procedere confite-
,, tur, exoſculati ſumus, & nunc exoſcu-
,, lamur: quippe ea Salvatoris verba ſunt,
,, & Synodi, noſque quotidie, ità confite-
,, mur. Præterea eum quoque, qui Spiri-
,, tum ex Patre per Filium procedere dicit,
,, ut eſt ſeptima Univerſalis Synodus, quæ
,, ità ſentit, excipimus. Eum porrò, qui
,, Patrum dicta in prætio, & dignitate non
,, habet, audaciæ condemnamus. *Et poſt*
,, *alia*. Quare, quod à me poſcitis, *ait Be-*
,, *cbus*, & me, & hos, qui unà mecum ſunt,
,, cogitis Patrum dogma, tam antiquum,
,, & à multis dicto comprubatum reiicere,
,, & de his, vos curam habere dicitis, non
,, mihi videtur rationi conſonum. *Hactenus*
Becbus, apud eundem Pacbimerium.

57 Cæterùm nullo pacto unionem improbavit Joannes Bechus, qui pro confeſſione orthodoxæ fidei, exul, & carceratus ultimum clauſit diem. Teſtatur in primis Chamata apud Raynaldum ad Annum Domini MCCLXXXIV. ſub n.48. ubi tradit, tùm ipsū, tùm Socios ejus renuiſſe ſubſcribere Tomo cuntra Occidentalem Eccl. compoſito à Gregorio Cyprio, & aliis Schiſmaticis, & hac de cauſa cum præſatis Sociis fuiſſe carceribus mancipatum: ,, Tomo à Cyprio Patriarcha-
,, tum obtinente, *ait Cbamata*, & Orientalis
,, Eccleſiæ habenas præter jus omne mode-
,, rante, cum ſuis ſequacibus adversùs Oc-
,, cidentalem Eccleſiam damnationem am-
,, biente compoſitum, cui impio iniquo, &
,, peſſimo Tomo pius, Orientalis Eccleſiæ
,, Pontifex, & ejuſdem magnæ Eccleſię Char-
,, tophilax, & dictus Diaconus Metochita,
,, quod Tomus ille inderiſionem Eccleſiarum
,, expoſitus malignè fuerat, nolentes ſub-
,, ſcribere, carceribus traduntur. *Hactenus*
ille. Qui poſtea addit præſatum Tomum, à præſato Metochita licèt in carcere detento, ad veritatis Catholicæ comprobationem, fuiſſe ſapienter reſutatum.

58 Teſtatur deinde Pachimerius lib. 7. qui de Io: Becho Meliteniota, & Metochite abſoluta antedicta diſputatione, ſcribit, primùm in Monaſteri um fuiſſe detruſos in cuſtodia, dehinc propter eorum conſtantiam in exilium amandatos: ,, Illos itaque, *inquit*, tunc
,, diſſoluta Synodo Coſmidii Monaſterium
,, habuit, convenientibus carceribus cuſto-
,, diiſque circummunitos. Ad eos mittens
,, Impeiator, ut quieſcerent hortabatur, &
,, cauſæ ſuæ juribus neglectis, ut libitum fo-
,, ret utinam traducerent, ſua præmuniti
,, benevolentia: ſin minùs exilia ipſis mina-
,, batur, & malis, atque ærumnis affligendos:
,, neque enim fieri poſſe, ut aliter quàm ſta-
,, tutum eſſet fieret: eos autem turpitudine,
,, atque infamia notatos, vitam perdere, niſi
,, reſipiſcentes pacem amplecterentur. Hæc
,, Imperator ſæpius denunciante, & bona
,, promittente. Illi neque triſtium metu ter-
,, riti ſunt, neque bonorum promiſſionibus
,, delinivit; quin utrique vires adumentes,
,, promptos ſe exhibebant ad omne id, quod
,, Imperatori placuiſſet: libentiùs enim om-
,, nia ſe paſſuros, quàm cum ita condem-
,, nantibus ſœdus inituros. Porrò magis, ac
,, magis in eos concitabatur Imperator, om-
,, ninò pertinaces, & obſtinatos. Cum ita-
,, que nihil illi reliquum eſſet, quo diliuire
,, eorum animos poſſet, tandem exiliis agen-
,, dum eſſe dixit: ſicque ad Arcem S. Grego-
,, rii in Aſtaceno ſinu naviganti dextra ſitam
,, navigio impoſitos abduci, ibique clauſos,
,, commiſſoſque Cœltis Cuſtodibus, & ne-
,, ſcio, cui ex procitonibus Imperatoris, re-
,, linqui, rebus neceſſariis deſtitutos. *Ha-*
ctenus Pacbimerius. Ex quibus apertè evincitur in Catholica ſententia conſtanter permanſiſſe cum ſuis Comilitonibus Bechum, quos omninò pertinaces, & obſtinatos, auctur iſte Schiſmaticus aſſerit in ea adversùs Imperatorem ſtetiſſe, minas illius parviſacientes. Immò ipſe Gregoras ſibimet contradicit, cum ſcribat unionem apertè Bechum improbaſſe: ſubdatque ſtatim: *Quapropter denuò in exilium, in Oppidolum quoddam Bitbyniæ maritimum, unà cum Meliteniote, & Metocbita mittitur*: Quare meo videri poteſt dici, fortaſſe Gregoram loqui de nova Schiſmaticorum unione inter ſe, non de unione cum Eccleſia Latina inita ſub Michaele, & novam illam improbaſſe Bechum, & propterea in exilium amandatum: nam ſi unionem cum Eccleſia Latina improbaſſet, egiſſet ad Schiſmaticorum, & Imperatoris placitum, eiſque conſenſiſſet, atque eorum opinioni adhæſiſſet, unde hujus rei cauſa non fuiſſet in exilium miſſus. Denique idem Pachimerius lib. 9. aſſerit Joannem Bechum ſub Andronico in carcere obiiſſe, atque per contemptum in eodem carcere ſepultum. Ante cujus obitum, ſua manu ſcripſit profeſſionem ſuæ fidei ſupra Articulum de Proceſſione Spiritus Sancti ſub titulo Teſtamenti, ubi teſtatur non ob aliam cauſam, quam ob fidem Catholicam carceri addictum fuiſſe: Quod quidem Teſtamentum Leo Allatius exhibuit, & ex eo recenſet Raynaldus ad hunc annum ſub num. 49. tenoris ſequentis, videlicèt.

Teſtamentum Conſtantinopolitani Patriarchæ Joannis,

59 ,, Multi homines in exilio, & carce-
,, re, vitæ curſum conficiunt: qui licèt fortè
,, nihil præterea habeant, de quo teſtantur;
,, nihilominus ſub teſtamenti forma facinus
,, abnegant, quod in exilium, aut carcerem
,, deducti ſunt; nihil inde aliud ſibi procu-
,, rantes, ſed tantummodò maleficium, cu-
,, jus cauſa multi ſimiles pœnas luunt, re-
,, pellentes. Mihi autem, & peccatori, de-
,, que ſede, quam ineffabili Dei judicio ob-
,, tinueram, pulſo, & exiliis, & carceri-
,, bus ad extremum uſque ſpiritum condem-
,, nato, tantum abeſt, ut curæ ſit, cum mi-
,, ſerum inopſque Teſtamentum conficere de-
,, beam, ut horum mihi cauſâ facinus ab-
,, negem, ut etiam ſtudio id confitear, quod
,, jam extrema neceſſitate preſſus teſtor, at-
,, que confiteor: quemadmodùm enim aliis
,, ad amolitionem dedecoris, facinoris abne-
,, gatio plurimùm facit, ſic mihi ad eundem
,, ſcopum reſponſio vertitur.
60 ,, Quando enim à Patre per Filium
,, proceſſionem Spiritus Sancti, à Patre per
,, Filium exiſtentiam ſentire, & aſſerere de-
,, lictum mihi, pro quo è Patriarchico ſolio
,, depellerer, appictum eſt, dignumque exi-
,, lio, & carcere, quibus tandem è vita tru-
,, derer; facinus non detrecto, non inficior
,, ut opprobrium, & dedecus non amolior:
,, & ſi in quoquam infamiâ dignum cenſetur,
,, illius ipſe infamiæ coronâ cingi minimè re-
,, cuſo. Quomodo enim dedecus pro dog-
,, mate recuſarem, quod in dedecus ipſius
,, Chriſti, adverſarii nobis appingunt? Ete-
,, nim ſi nullum deducus Scriptura Chriſti
,, enuntiat, hoc ipſe nullum aliud eſſe affir-
,, mo. Illi quippe, qui à Scripturarum exa-
,, mine anguſtiantur, coguntur per Filium
,, proceſſionem Patrum eſſe ſententiam affir-
,, mare; nec rectè in proceſſionis homony-
,, mia ambulant à Scripturis arctati, hypo-
,, ſtaticam Patris proprietatem proceſſionem
,, edicentibus, nihilominùs tamen ex ſolo
,, Patre inverecuudè nimis exiſtentiam ſpiri-
,, tum habere aſſerentes, omni neceſſariæ de-
,, monſtrationis, vi contra ipſam proceſſio-
,, nem redarguuntur; idem enim eſt dicere
,, exiſtentiam, quam, ut ipſi ajunt, ex ſo-
,, lo Patre habet Spiritus Sanctus, & inſtru-
,, mentaliter per Filium tranſire, tanquam
,, id, quod conſequitur hanc ſententiam, &
,, verbis tantum nudis proprium Filii, re ta-
,, men vera ab ipſo alienum conſtituere. Cum
,, nulla fuerit ratio, quæ ſuadere valeat pro-
,, prium eſſe Filii, quod ex ipſo non eſt, aut
,, per ipſum propriam exiſtentiam non ha-
,, bet.
61 ,, Hæc itaque dico abſurda, ac im-
,, pia, ut verum fatear, dicta inſtrumentale
,, Patri miniſterium Filii in proceſſione Spi-
,, ritus, & Spiritus ex Filio alienatio neceſ-
,, ſariò demonſtantur ex iis, quæ dicunt, qui
,, ex ſolo Patre Spiritum exiſtentiam habere
,, aſſerunt, & per Filium proceſſionem ſecun-
,, dum Scripturarum examinis anguſtiam
,, cum proprietate proceſſionis inficias ire
,, non valentes, in opprobrium, ut ego di-
,, co, Chriſti, ex Patre per Filium proceſ-
,, ſionem prævertunt. Et quidem oppro-
,, brium Chriſti excogitari poſſet immaniùs,
,, quam miniſteriale eundem Organum Pa-
,, tris fateri? Planè hæc Ariana ſunt. Et ego
,, vitans, opprobrium non refugio, licèt non
,, nemini dedecus videatur, ex Patre per
,, Filium proceſſionem, ex Patre per Filium
,, exiſtentiam tenere, & palàm profiteri. Et
,, hanc confeſſionem huic meo teſtamento
,, præfigo. Deinceps verò teſtor, non opes,
,, non divitias, non poſſeſſiones, quibus om-
,, nibus ex una cum throno ſpoliatus ſum,
,, propriis alieniſque diſtribuens; ſed hæc
,, quæ mihi ſuppetunt, modica, & dejecta
,, miniſtris, qui in carcere una mecum per-
,, ſtiterunt, quorum unus Filii, alius Servi
,, loco eſt, ſecundum meum elargior judi-
,, cium. Joannes humilis miſeratione Divi-
,, na Archiepiſcopus Conſtantiuopolitanus,
,, ob verum autem Patrum dogma, *ex Patre*
,, *ſcilicèt per Filium proceſſionem Spiritus San-*
,, *cti*, exilio carcereque mactatus, hoc meum
,, Teſtamentum propria manu ſcripſi, ſubſcri-
,, pſique. *Hactenus Ioannis Becbi Teſtamen-*
tum.

62 Verùm ex hactenus deductis licèt coniici, Andronicum pro diſſolvenda inita ſub ejus Patre unione, cui, & ipſe ſubſcripſerat, eo uſum prætextu, nè ex ea unione cogerentur Græci Spiritum Sanctum profiteri à Patre, & Filio procedere, cùm ſupra hoc tantum dogma certatum ſit ab ipſis Schiſmaticis cum Ioanne Patriarcha, & hujus tantum cauſa Sanctiſſimum Confeſſorem paſſum exila conſtet, & carcerem: Ipſum verò Andronicum, Michaelem quoque ejus Patrem, in ſuis repetitis, & juratis fidei profeſſionibus ad Romanos miſſis Pontifices, nullo pacto voluiſſe exprimere hunc fidei articulum, ſe nimirum profiteri Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, non obſtantibus eorundem Romanorum Pontificum hortationibus, monitionibus, præceptis, & mandatis, ex prædictis eorumdemque Principum fidei profeſſionibus clarum, & manifeſtum ſit: Et ſanè non ſine dolo; cùm enim omnia, cogente potiùs neceſſitate, quàm excitante pietate, ut ex hiſtoriæ hujus ſerie apparet, ſimulatè non in veritate, ludendo, & illudendo, quæ acta ſunt per eos in præfata unionis cauſa egiſſent, viam ſibi apertam ſinere voluerunt, ut minori cum dedecore, ſpecioſoque aliquo prætextu, poſſent pro libitu initam reſcindere unionem, omniaque per

eos

eos acta retrotrahere, proteſtantes in eo caſu ſe receſſiſſe, quoniàm cogi videbantur ab Eccleſia Romana præfato ſubſcribere articulo, dogmaque hæreticum (ut ipſi Græci debachantur) profiteri, quod ſuis in fidei confeſſionibus nunquàm hactenùs profiteri voluerunt. Hæc ſunt, ut ait Tullius lib. 1. ad Quintum fratrem, Epiſt. 2. *Græcorum hominum ingenia ad fallendum parata*.

63 Intereà verò Carolus Siciliæ Rex, Fogiæ die VII. menſis Januarii, ineunte Domini Anno MCCLXXXV. magnâ cùm devotione ſumptis Eccleſiaſticis Sacramentis, ut ſcribit Sanctus Antoninus part. 3. titul. 20. cap. 4. §. 9. Deo reddidit ſpiritum, cùm regnaſſet in Siciliæ Regno Annos XIX. ut habetur in m.ſ. Chronic. Sueſſan. Cujus corpus translatum fuit intùs majorem Eccleſiam Neapolitanam die XXIII. ejuſdem menſis, prout legitur in eodem Chronic. & confirmat loco mox citat. antefatus Sanctus Antoninus. Quo mortuo, addit Ptolomæus Lucenſis, *omnia navigia ſunt diſperſa: Legatus autem ſe ibìdem firmat ad firmamentum Regni. Inſuper, & Rex Franciæ cum Militia Comitem Atrebatenſem illùc tranſmittit ad defenſionem Patriæ. Interim verò Princeps Salernitanus, hoc eſt, Filius Regis Caroli, qui & poſteà Rex Carolus dictus eſt, in Cataloniam vinctus deducitur. Hæc ille*. Calviſius pariter ſub eodem anno ex Nangio, conſignat Caroli obitum, inquiens: *Carolus, qui Siciliam, & Aquilã obtinuerat Annis ferè XVII. jàm pulſus à Petro Aragonio, & adverſarum multitudine fractus, moritur die ſeptima Januarii*.

64 Eodem anno, & paulò poſt, ad Superos evocatus, deceſſit Martinus IV. ſui Pontificatus Anno V. Andronici Orientis Imperatoris Anno II. Rodulphi Romanorum Regis Anno XIII. Indictione XIII. die IV. Kalendis Aprilis, Feria IV. poſt Dominicam Reſurrectionis, horâ noctis VI. poſtquàm rexerat Eccleſiam Annis IV. menſe 1. diebus verò VII. Auctores verò diſcrepant inter ſe de die hujus Pontificis obitus; nàm Auctor vitæ ejus ex m. ſ. Bibliothecæ Vallicellanæ, apud Raynaldum ad hunc annum, ſub num. 12. Kalendis Aprilis objiſſe tradit: *Martinus Papa*, inquit, *objit in Peruſio Kalendis Aprilis, in Oct. Paſchæ Anno Dom. MCCXXXV. ferturque à quibuſdam, miraculis claruiſſe poſt mortem*. Sanctus Antoninus part. 3. tit. 20. cap. 5. in principio, ſcribit objiſſe die 24. Martii, immò & anno ſequenti, nimìrum MCCLXXXVI. inquiens: *Poſtquàm Martinus Quartus appoſitus eſt ad Patres ſuos Peruſi* XXIV. *die Martii, ibiquè honorificè ſepultus, Anno Domini MCCXXXVI. de menſe Aprilis, Domini Cardinales canonicè elegerunt in Summum Pontificem Honorium Quartum*. Auctor verò Appendicis ad Martinum Polonum, lib. 4. in Vita Martini, apud Raynaldum loco mox citat. ſtatuit obitum Martini feriâ IV. poſt Dominicam Reſurrectionis antefati Anni MCCLXXXV. Ait enim, & quidèm oculatus teſtis: „ Die Reſurrectionis „ Domini, quæ fuit in die Annunciationis „ Virginis Mariæ (*ſcilicèt 25. Martii*) poſtquàm celebraſſet, ſolitamque refectionem „ cum ſuis Cappellanis ſumpſiſſet, arripuit „ eum infirmitas occulta, ex qua, licèt ſe „ graviter pati diceret, ejus Phyſici morbum „ & cauſam in eo nullam, nullumque mortis indicium aſſerebant eſſe. ipſe verò die „ Mercurii proximè ſequenti (*die videlicèt* „ XXVIII. *Martii*) circà noctis horam quaſi „ ſextam, debitum conditionis exſolvens humanæ, ad Dominum, ut certis opinatur „ indiciis, tranſmigravit. *Hæc ille*.

65 Cui porrò ſententiæ aſtipulatur noſter Wadingus ad hunc annum ſub num. 1. ubi ſcribit: *Peruſii hoc anno Martinus IV. lentà febri ſenſim vexatus, objit* IV. *Kal. Aprilis, in quem incidit feria* IV. *poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ, horà ſextà noctis*. Et hæc quidèm opinio, ut veriſſima comprobatur ex literis Honorii Papæ ejus ſucceſſoris de ſua electione datis ad Mediolanenſem Archiepiſcopum, & cæteros ſuffraganeos Epiſcopos, in quibus inter plura ait: „ Nuper „ ſiquidèm IV. Kalendas Aprilis fœlicis recordat. Martino Papa prædeceſſore noſtro, „ prudentiæ, ac ſcientiæ, multarumque aliarum virtutum dono pollente, per naturalis „ mortis occaſionem de nequam ſæculi hujus „ anguſtiis liberato, & ipſius corpore cum „ debita exequiarum ſolemnitate ſepulto, „ primà die dicti menſis cum fratribus noſtris, de quorum numero tunc eramus, liberè nullà incluſionis coactione præambulâ, quam aliquandò in Eccleſię ipſius vacationibus damnabilis præſumpſit abuſus, „ convenimus ad tractandum de ſubſtituendi „ electione Paſtoris. *Hæc ille*. Quarè corrigendus eſt etiam Nangius, qui ſcribit deceſſiſſe XXV. Martii, & poſt Nangium Calviſius, & alii hos ſequuti, qui in eundem inciderunt errorem.

66 Nęvum tanto Pontifici adſcribit Calviſius, quòd ſummo odio perſecutus fuerit Germanos: *Hic*, inquit, *tanto odio perſecutus eſt Germanos, ut ſępè exoptaverit, ſe Ciconiam eſſe, aut Lucium, Germanos autem, vel ranas eſſe, vel piſces*. Centuriatores verò ex more inſectandi Roman. Pontifices Centuria XIII. cap. 10. confictis criminibus, famam & ſanctitatem ejus obſcurare niſi ſunt, cùm tamèn Deus vitæ illius integritatem, & ſanctitatem miraculis conteſtatam feciſſet, prout communiter ferunt Scriptores, ut Platina, Genebrardus, Maſſonus, Binius, Cicarelli, Joannes Baptiſta de Glen, Brandius, Joannettus, Quercetanus, Schedel; Riocha, Ciaconus, Andreas Victorellus, agentes de Martino IV. Item Trithemius in Chronica

Hiſſaugienſi, Cardinalis Ægidius Viterbien. in m.ſ. Chronica, Sæculo XX. Paulus Nangius in Chronico Citizenſi ad Annum MCCLXXXVI. Gualter. in Tabula Chronologica Sæculi XII. Spondanus in Epitome Annalinm ſub Anno MCCLXXXV. Bzovius Tom. XIII. Annalium ad eundem Annum, §. 1. Friſonus lib. 1. Galliæ Purpuratæ in Martino IV. & cæteri alii, quibus addo teſtem oculatum ſuprà relatum, apud Martinum Polonum lib. 4. ſcribentem in Martino Quarto: „ Nàm diverſarum afflicti paſſionum, & ſpe- „ cialiter viſus, auditus, & loquelæ proſtrati „ juxtà feretrum, in quo exiſtit ſepultum, „ infrà paucos dies, videntibus, & aſſiſtenti- „ bus Clericis, & Laicis quampluribus, mul- „ ti ſunt ſanati; nec adhùc quandò hæc Scri- „ ptura fuit proſtracta, XII. menſis Maji, „ ceſſabant ibidèm miracula; veriùs immò „ diebus ſingulis occurrenti populoſæ fide- „ lium multitudini miſericorditer à Domino „ largiuntur. Et qui ſcripſit hæc, vidit ea. *Hactenus ille*. Et ipſe. Nangius idem teſtatur, inquiens: *Diverſarum afflicti paſſionum, & morborum ad tumulum ejus venientes, multis videntibus, ſunt ſanati*.

67 Hic porrò amantiſſimus fuit Minorum Fratrum, & Prædicatorum, ut Martinus Polonus notat, inquiens: *Religiones dilexit Minorum maximè & Prędicatorum*; quapropter antè obitum, Fratrum Minorum Habitum poſtulavit, ac cum eo ſepeliri voluit, ut Wading. ſcribit ad hunc annum ſub nu. 1. mandavitque ſuo teſtamento, ut corpus ejus deferretur ad Eccleſiam Sancti Franciſci Aſſiſii, relicto inter alios ſui teſtamenti executore Jacobo Cardinali Sabellio, qui poſteà in Pontificatu ei ſucceſſit, appellatus Honorius IV. ut dicemus; qui, ut voluntas antedicti Martini adimpleretur, jàm Pontifex electus ſui Pontificatus Anno I. ſcripſit ad Peruſinos, hortans, mandans, & præcipiens, ut ſecundùm voluntatem ultimam Martini, permitterent illius corpus liberè transferri ad præfatam Sancti Franciſci Eccleſiam. Datæ ſunt literæ Romæ apud Sanctam Sabinam Kalendis Februarii, incipientes, *Sincera, & antiqua illa*, quas Wadingus ex Regeſto Vaticano recitat ad Ann. Dom. MCCLXXXVI. ſub num. 3. Licèt Peruſini, nè tanto privarentur theſauro, diverſis interpoſitis appellationibus rem in longum protraxerunt, donec vità functo Honorio, nemo ampliùs pro hujuſmodi inſtiterit translatione, manſitque apud Peruſinos; & noſter Piſanus teſtatur apud Wadingum loco mox citat. quod dùm aliquot poſt annis reſarciretur Templum, inventum fuerit corpus omninò integrum, & Habitus Minoriticus, quo ſepultus fuit prorsùs illæſus.

68 Itaquè tumulato Martino, Domini Cardinales convenientes pro ſucceſſoris electione, ſummà conſenſione die ſecunda Aprilis renunciarunt Romanum Pontificem Jacobum Cardinalem Tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconum, patrià Romanum, de nobili, & antiqua Sabellorum Familia, qui Honorius IV. appellari voluit. Sanctus Antoninus 3. part. titul. 20. cap. 5. in principio, menſem tantùm creationis Honorii deſignat, non diem: *De menſe Aprilis*, ait, *Domini Cardinales canonicè elegerunt in Summũ Pontificem Honorium IV. de Familia Sabellorum Nobilibus Romanis*. Martinus Polonus, creatum dicit ſecunda die Aprilis, inquiens: *Honorius IV. natione Romanus, de Sabellenſibus, priùs Diaconus Cardinalis, electus fuit Peruſii Anno MCCLXXXV. die ſecunda Aprilis*. Hoc idem teſtatur ipſemet Honorius in ſuis ſupracitatis literis, quæ fuerunt Encyclicæ, in quibus refert, poſt tumulatum Martinum conveniſſe Dominos Cardinales die 1. Aprilis tractaturos de ſucceſſoris electione, & indè ſubjungit: „ Et poſt Miſſarum ſolemnia, „ ex more, in honorem Spiritus Sancti cele- „ brata, tractatu aliquo habito, tandèm in „ craſtinum Scrutinii viâ electâ concorditer, „ factoque, ac publicato Scrutinio, quod „ nec ſequens habuit, ſicut nec oportuit, „ nec præcedens votorum fratrum eorundem „ directorum in nos, eo tempore Sanctæ Ma- „ riæ in Coſmedin Diaconum Cardinalem, „ tanta eſt inventa concordia, & de unani- „ mi omnium eorum voluntate, adeò con- „ cors de nobis in Summum Pontificem ele- „ ctio ſubſecuta, quòd nos de tàm grandi, „ tàmque inexpectata, immò & nobis omni- „ nò inopinatâ novitate pluſquàm verbis ex- „ primere poſſimus, attoniti facti ſumus, „ velut in mentis exceſſu. *Hæc ille*. Cùm itaquè dicat, primâ Aprilis conveniſſe, ac in craſtinum ſecutam electionem, conſtat apertiſſimè, electum fuiſſe die ſecundâ Aprilis, Sedem vèrò poſt Martini obitum quatuor tãtùm vacaſſe diebus. Non ergò ſecuta eſt prę-fata electio in Dominica octava die poſt Paſcha, ſed ferià ſecundà poſt octavam Paſchæ. Martinus Polonus, fuiſſe hominem temperatum, & magnæ diſcretionis, tradit. Ptolomæus Lucenſis appellat hominem ſapientem, nulli læſivum, & ſuis benè profectivum. Concordant omnes in eo, quod dicunt morbo podagrico plurimùm laboraſſe, adeò ex eo impeditum in manibus, & pedibus, ut nonniſi quibuſdam adhibitis inſtrumentis celebrare poſſet.

69 Poſt ſuam creationem noluit Peruſii conſecrari, & coronari, ſed Romam ſe contulit, & apud Sanctum Petrum conſecratus eſt, & coronatus, ac indè in Monte Aventino nobili extructo Palatio, habitationem elegit; ſic Ptolomeus inquiens: *Statim creatus, in Urbem ſe transfert, & in Monte Aventino, juxtà Sanctam Sabinam magna fabricat Palatia, & ibidem Sedem Pontificalem conſtituit, totuſque ille mons renovatur in ædificiis*.

Hæc

Hac de cauſa complures ejus literæ leguntur datæ apud S.Sabinam.

70 Sub hujus Pontificatu, vitâ functo Carolo Siciliæ Rege, ut fati ſumus, in tuto Imperium ſuum eſſe conſtitutum Andronicus cogitarat, ſicque ſchiſma fovere, & catholicos vexare proſequebatur. Ad minuendas verò ſui Ærarii expenſas, maritimam Claſſem dimiſit, id quod malorum omnium, quæ paulatim Imperio ſuo acciderant, cauſa fuit. Sic Gregoras lib.6. inquiens: ,, Cùm ,, pericula omnia, propter quę Romana Claſ- ,, ſis tantoperè aucta fuiſſet, propulſata eſ- ,, ſent; ac præter cætera etiam Carolus Ita- ,, liæ Rex, omnium malorum caput, objiſ- ,, ſet; inanem eſſe navium ſumptum, qui Fi- ,, ſcum pluſquàm cætera omnia exhauriret. ,, Quod cùm Romanis evidentem perniciem ,, afferret, tamèn in præſentia opportunum ,, eſſe viſum, atque utiliſſimum, animis pe- ,, cuniæ ſitientibus, & præter ea omnia Im- ,, perii præſidia, & firmamenta contemnenti- ,, bus. Hoc Romanis malorum principium ,, extitit, & immobile fundamentum; hoc ,, Latinos, Romanorum vires priùs, ut in- ,, victas metuentes, confirmavit, & animo- ,, ſiſſimos reddidit. *Hæc Gregoras*. Cùm verò Honorius non diù in Pontificatu vixiſſet, nihil ab eo actum cum Græcis ſcripto proditum legitur, detentus etiam in componendis Siciliæ Regni rebus propter continuatam Sicilienſium rebellionem, foventibus Conſtantiâ Manfredi quondàm filiâ, & Jacobo filio quondàm Petri Regis Aragonum, quos cum præfatis Sicilienſibus anathemate percuſſit in die Cœnæ Domini, repetitâ excommunicatione contrà Jacobum in die Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſuppoſitâ universâ Inſulâ Eccleſiaſtico Interdicto.

CAPUT III.

De Nicolai IV. Pontificatu, matrimonio Andronici cum filia Aytonis Regis Armeniæ, deſtitutione, & inſtitutione Patriarcharum Græcorum, jubente Andronico; De Legatis miſſis à Nicolao per diverſarum Gentium converſione, de capta per Sarracenos universa Syria, cum tota Terra Sancta, & de Nicolai ſtudio pro illius recuperatione.

71 HOnorius exacto ſuo Pontificatus biennio, carnis debito ſoluto migravit ad Dominum Anno ab Incarnatione Domini MCCLXXXVII. in die Cœnæ Domini, ſepultus in Eccleſia S.Petri juxtà ſepulchrum Nicolai III. in die Paraſceve objiſſe, III. Nonas Aprilis, ſcribit Auctor vitæ ejus apud Labbæum, de quo ait: ,, Ad ,, extremum vir bonus & integer, ſcientiæ ,, & honeſtatis verus amator, quandò Petri ,, naviculam fœliciter duobus annis, & uno ,, die rexiſſet, naturæ debitum in Monte ,, Aventino, in quo ſe continebat, perſol- ,, vit, III. Nonas Aprilis, Anno Chriſti ,, MCCLXXXVII. ac indè ad Sanctum Pe- ,, trum ad ſepeliendum delatus eſt. Sedes ,, propter Cardinales diverſis morbis exagi- ,, tatos, decem menſibus vacavit. *Hæc ille*. Conſentit Calviſius ex Honuphrio, ad eundem annum ſcribens: *Interim Honorius hic moritur die* III. *Aprilis, cùm ſediſſet Annis duobus, & vacat Sedes menſibus decem*. Ptolomæus Lucenſis de ejus obitu agens, inquit: ,, Anno Domini MCCLXXXVII. Honorius ,, moritur apud Sanctam Sabinam, & in Ec- ,, cleſia Beati Petri, juxtà ſepulchrum Nico- ,, lai III. honorificè ſepelitur, quamvis dùm ,, adhùc viveret, apud Sãctam Sabinam con- ,, tinuatam reſidentiam faceret, niſi in æſtate, ,, quià tunc ſe Tiburim cum Curia transfe- ,, rebat. Sedit autem annis duobus, & die- ,, bus aliquibus, & vacavit tunc Eccleſia à ,, Cœna Domini, quià tunc mortuus eſt Ho- ,, norius, uſquè ad Cathedram Sancti Petri, ,, in qua electus eſt Nicolaus. *Hæc Ptolomæus*. Et ità Scriptores universi concordant in die obitus, quoniàm eo anno dies Cœnæ Domini incidit in diem III. Aprilis, Paſchatis verò ſolemnitas in diem VI. ejuſdem menſis. Ut enim Cyclus Paſchalis demonſtrat, eo in anno Luna Paſchalis incidit in Kalendia Aprilis, Dominica verò proximè ſequens in VIII. Aprilis. Et ità in Pontificatu vixit Annis duobus, ac duobus pariter diebus. Ejus porrò corpus translatum eſt ad Baſilicam Sanctæ Mariæ de Araçœli, conditum in Sacello Sanctiſſimo meo Patriarchæ Franciſco dicato, in tumulo muſivo opere elaborato, nullà tamèn adhibitâ inſcriptione, neque translationis memoriâ, licèt in ſuperiori parte tumuli habeatur expreſſa hujus Pontificis effigies, ut cunctis Sacellum illud viſitantibus, apparet.

72 Convenerunt autem Domini Cardinales poſt Honorii obitum, apud Sanctam Sabinam tractaturi de ſucceſſoris electione; cùmque non tàm citò concordes ad electionem deveniſſent, ſupervenientibus æſtivis caloribus, plures ex Cardinalibus adversâ valetudine tenti ſunt, nonnulli verò gravitati morbi ſuccubuere, quos nominat Ptolomęus Lucenſis, inquiens: ,, Recluſerunt ſe Car- ,, dinales in Sancta Sabina; & quià in æſtate ,, locus infirmus erat, multi Cardinales in- ,, firmati ſunt ibidem, & mortui circà ſex ,, Cardinales, vel ſeptem; inter quos fuit ,, D.Jordanus de Urſinis, D.Comes de Me- ,, diolano, D.Ugo Anglicus, D.Gervaſius ,, Andegavienſis, & Decanus Piſanus, & ,, D.Antonins. Indè omnes redierunt ad propria.

pria. *Hæc ille*. Itaquè diſſolutus hujus rei cauſâ conventus fuit; ſed ad proprias ædes redeuntibus Cardinalibus, ſolus Hieronymus de Aſculo Cardinalis Præneſtinus, ex Ordine Fratrum Minorum remanſit ibidem: *Dominus autem Hieronymus cùm eſſet Cardinalis*, ait Jordanus, *imminentè electione Summi Pontificis, clauſis Cardinalibus in Sancta Sabina poſt mortem Honorii, cæteris propter infirmitatem locum fugientibus, ſolus ibi remanſit, & ſanus*. Et ferunt Scriptores, hunc noxii aeris periculum eâ ratione propuliſſe, ut medio æſtu ignes ubiquè in Palatio voluerit accendi, per quos aerem perpetuò reddebat puriorem.

73 Sedata porrò hyemis frigoribus Epidemiâ, ac redeuntibus Dominis Cardinalibus ad Conclave, ad eaſdem Sanctæ Sabinæ ædes, magnâ Cardinalium conſenſione, univerſis ſuffragantibus, renunciatus eſt Romanus Pontifex idem D. Hieronymus (quem aliqui perperàm Joannem vocant) Presbyter Cardinalis Præneſtinus, ex Minorum Ordine, ut præfati ſumus, qui cùm in Cardinalium numero à Nicolao III. ex Miniſtro Gen. præfati Ord. adſcriptus fuiſſet, Nicolaus IV. appellari voluit. De quo apud Labæū in ejus vita ſic habetur: „ Nicolaus IV. patriâ Aſculanus, Ordinis Minorum Generalis, dictus ante Hieronymus, Religionis, & pacis amator, ex Cardinale Presbytero Sanctæ Sabinæ, creatus eſt Pontifex Maximus VIII. Kalendas Martii, Anno MCCLXXXVIII. ſub Imperio Rodulphi Imperatoris. *Hæc ille*. Jordanus verò de eodem Nicolao, quem dicit natione Marchianum, quià ejus patria in Provincia Marchiæ ſita, ait: „ Hic vocatus eſt Hieronymus, magnus literatus, & valdè religioſus. Factus fuit Generalis Minorum, demùm Epiſcopus Præneſtinus, poſteà Papa. *Sanctus Antoninus 3. part. tit.20. cap.6. in initio*: Defuncto igitùr Honorio, ut dictum eſt, *inquit*, Anno Domini MCCLXXXVII. (*ſupple* 1288.) in feſto Cathedræ Sancti Petri canonicè fuit electus in Pontificem Summum Nicolaus Quartus de Eſculio Marchię oriundus, qui priùs vocabatur Hieronymus. Hic Ordinis Minorum fuit, qui propter ſuam eminentem ſcientiam, & morum probitatem priùs Generalis Miniſter Ordinis, exindè in Cardinalem aſſumptus; poſtmodùm creatus eſt Summus Antiſtes. *Hæc Antoninus*.

74 Conſignando itaquè creationis hujus Pontificis tempus, apparet creatum Anno Domini MCCLXXXVIII. Imperii Rodulphi Romanorum Regis Anno XVI. Andronici Imperatoris Græcorum Anno V. Indictione I. die verò XIII. Februarii; nàm ipſe in ſuis Encyclicis literis datis VII. Kalendas Martii apud Lateranum, incipien. *Judicia Dei, abyſſus multa*, de ſua electione ſic habet: „ Fœlicis ſiquidem recordationis Honorio Papâ IV. prædeceſſore noſtro, ut Domino placuit, ab hac luce ſubtracto, ejuſq; corpore cum Exequiarum ſolemnitate debitâ tumulato, nos tunc, ut prætangitur, Epiſcopus Præneſtinus cum fratribus noſtris aliis in Curia Romana præſentibus, in Palatio Sanctæ Sabinæ de Urbe, in quo prædeceſſor ipſe reſederat, concordi voluntate convenimus ſubſtitutioni Romani Pontificis ſolicitè vacaturi. Circà quod licèt impedimenta varia, & præcipuè diverſarum, & prolixarum infirmitatum anguſtia, quæ quamplures de ipſorum fratrum Collegio vexavere diutiùs, & proh dolor! nonnullos etiam ſubtraxerunt, aliquandiù conatibus noſtris obſtiterint; demùm tamèn in I. Dominica præſentis Quadrageſimæ nobis, & reliquis fratribus tempore ipſo præſentibus convenientibus in Palatio ſupradicto, electâ concorditèr viâ Scrutinii, & uno tantùm facto, publicatoque Scrutinio, illo, qui concordiam in ſublimibus ſuis fecit, ut ſupponit devota credulitas, aſſiſtente, tanta finaliter in votis eorundem fratrum eſt inventa concordia, quòd de ipſorum omnium unanimi voluntate ad conſcendendam Petri Cathedram, ſecuta eſt de humilitate noſtra concors electio, & communis, fratribus ipſis inſtantibus importunè, ut electioni conſentiremus eidem. *Hæc ille*.

75 Ex hiſce Pontificiis literis conſtat, creatum non die XXII. Februarii; nàm ſi Dominica prima Quadrageſimæ eo in anno incidit in diem XIII. Februarii, quoniàm ſecundùm Cyclum Paſchalem dies Cinerum incidit in IX. Februarii, & Paſcha in V. Kalendas Aprilis, ideſt in diem XXVIII. Martii: ſicque conſtat, primam Dominicam Quadrageſimæ illius anni incidiſſe in diem XIII. Februarii. Raynaldus tamèn exiſtimat irrepſiſſe errorem in literis Papalibus ex Amanuenſis fortè incuria, & loco primæ Dominicæ legendum eſſe, *ſecunda Dominica præſentis Quadrageſimæ*; & ideò nè in hoc recederet à Scriptorum illorum ſententia, aſſerentium creatum VIII. Kalendas Martii, & aliorum adnotantium feſtum Cathedræ Sancti Petri in Antiochia, quod in præfatum incidit VIII. Kalendarum Martii diem. At hoc etiam admiſſo errore, neque conciliantur Scriptorum ſententiæ, quoniàm prædicto anno ſecunda Quadrageſimæ non incidit in VIII. Kalendas Martii, aut XXII. diem Februarii, & feſtum prædictæ Cathedræ Antiochenæ, ſed in XX. Februarii, videlicèt X. Kalendas Martii. Proindè mihi veroſimile videtur, nullum errorem irrepſiſſe in præfatis Nicolai literis, ac reverà creatum Pontificem Nicolaum die XIII. Februarii, in Dominica prima Quadrageſimæ illius anni, coronatum indè die XXII. Februarii in prælibato Cathedræ feſto, Auctores verò deceptos, diem Coronationis pro

crea-

creatione adnotaſſe. Et hæc mea conjectura comprobari poteſt, ſi attendatur dies quo antedictæ Nicolai literæ leguntur datæ: In fine enim earum dicitur. *Datū Laterani* VIII. *Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno primo*. At non eſt veroſimile creatum VIII. Kalend. Martii, & VII. Kal. ejuſdem menſis, die immediatè ſequenti Encyclicas feciſſe ad Orbem Chriſtianum literas, & ideo veriùs exiſtimo coronatum VIII. Kalend. Martii, & poſt ſuam Coronationem de more Encyclicas feciſſe, VII. ſcilicèt Kalend. Martii, creatum tamen anteà, & quidem prima Dominica: nam etiam ſi in ſecunda, adhuc videtur improbabile poſt triduum, & nondum coronatum ſæpedictas miſiſſe literas. His verò ſtantibus Sedem ab obitu Honorii vacaſſe concludi debet menſibus x. & diebus x. à die ſcilicèt III. Aprilis MCCLXXXVII. ad XIII. uſque diem Februarii MCCLXXXVIII.

76 Hoc itaque regnante Pontifice, Andronicus Imperator Græcorum, ut rebus ſuis conſuleret, pacemque firmam, atque ſtabilem cum Caroli quondam Siciliæ Regis hæredibus, & ſucceſſoribus, nè ab eis amplius pro Imperio recuperando in favorem Philippi quondam Balduini II. filii, vel illius hæredum moleſtaretur, poſſetque inpoſterum quietè, & pacificè Græcorum ſive Conſtantinopoli frui Imperio, quovis ex Latinorum parte excuſſo timore, egit cum Roberto Comite Atrebatenſi Regni Siciliæ loco Caroli, primi Caroli filii tunc captivi detenti apud Regem Aragonum moderatore de deſponſando filio ſuo primogenito cum Catharina filia antedicti Philippi, pro qua re Legatos miſit, & Oratores ad præfatum Robertum, ut ſuo nomine poſtularent prædictam Catharinam in uxorem pro dicto ſuo filio Michaele. At Robertus honorificè ſuſceptis Oratoribus reſpondit ſe rem tantam, inconſulto Pontifice, & Francorum Rege perficere non potuiſſe, ipſis verò conſultis ultimatam daturum reſponſionem: indeque ſcripſit ad Nicolaum exponens Andronici poſtulata, & reſponſionem Oratoribus datam, expectans illius conſilium, & ſententiam, quemadmodùm fecit cum Galliæ Rege. Placuit Nicolao tractatus, fortè ſperans ex hoc Matrimonio res Eccleſiæ Grecorum in ſeniorem ſtatum reducturas: Reſcripſit proinde Roberto, probans illius prudentiam ex data pro tunc Oratoribus reſponſione, mandatque inde, nè ab eo tractatu recedat, donec recipiat ſuper eodem negotio Regis Francorum reſponſionem: eâque acceptâ, etiamſi Rex conſentiret, præcipit, nè ad Concluſionem procedat donec Apoſtolicæ Sedis accedat beneplacitum. Nicolai literas exhibet Raynaldus ad hunc annum ſub num. 18. ad hunc modum ſe habentes.

Dilecto Filio Nobili Viro Roberto Comiti Atrebatenſi Bajulo Siciliæ per Sedem Apoſtolicam Conſtituto.

77 „ Literas tuas recepimus, quas no-
„ bis tua devotio deſtinavit, & earum teno-
„ re pleniùs intellecto, perpendimus in es
„ inter alia contineri, quod Procuratores,
„ & Nuncii Nobilis Viri Andronici Palæo-
„ logi ad tractandum, firmandum, & com-
„ plendum Matrimonium inter Nobilem Vi-
„ rum Michaelem ipſius Primogenitum, &
„ dilectam in Chriſto Filiam Catharinam
„ Domicellam natam claræ memoriæ Philip-
„ pi Imperatoris Conſtantinopolitani ad tuā
„ præſentiam acceſſerunt, aſſerentes, quod
„ ex hujuſmodi Matrimonio inter eundem
„ Palæologum, ac ejus hæredes, ac ſucceſ-
„ ſores claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ
„ ex altera, & utriuſque partis ſubditos pax
„ perpetua poterit provenire. Cùmque prę-
„ dicti Nuncii, apud te circa præmiſſum
„ tractatum inſiſterent, tu tanquam hono-
„ ris Eccleſiæ Romanæ, & chariſſimi in Chri-
„ ſto filii noſtri Regis Francorum Illuſtris
„ Zelator præcipuus, provide cogitans, quod
„ hujuſmodi negotium ſine ipſorum Eccleſiæ,
„ ac Regis conſilio, & conſenſu expediri
„ commodè non poterat, nec debebat, de-
„ creviſti ſuper hoc fore noſtrum, & ejuſdem
Regis beneplacitum requirendum.

78 „ Nos itaque tuæ devotionis pru-
„ dentiam dignis in Domino laudibus com-
„ mendantes, nobilitatem tuam rogamus,
„ & hortamur attentè per Apoſtoiica tibi
„ ſcripta mandantes, quatenus à tractatu
„ prędicto, donec ſuper hoc dicti Regis re-
„ ſponſionem receperis; & recepta reſpon-
„ ſione prædicta ipſam nobis ſtudeas intima-
„ re, ad conſummationem dicti negocii,
„ etiam ſi contingat dictum Regem ſponſali-
„ bus hujuſmodi conſentire, nullatenus pro-
„ ceſſurus, niſi priùs noſtrum ſuper hoc ha-
„ bueris beneplacitum, & conſenſum. Da-
„ tum Reate III. nonas Junii. Anno I. *Ha-
ctenus Nicolai literæ.*

79 Verùm hujuſmodi tractatus haud ſortitus eſt effectum, & quidem propter conditiones à Rege Siciliæ propoſitas, quas nimis arduas exiſtimavit Andronicus, ut ſcribit Gregoras lib. 6. cap. *de Patriarcha Joanne*, hujus meminit tractatus, inquiens: „ Hoc
„ tempore Legatos ad Imperatorem mittit
„ primùm Italię Rex, quia Filiām è Baldui-
„ ni Filia, quem Conſtantinopoli pulſum
„ fuiſſe ſupra oſtendi, ſuſceperat, eam no-
„ vo Imperatori deſpondere cupiebat. Poſt
„ ſimili ratione Armenię, quæ Ciliciæ fini-
„ tima eſt, Rex, ſororem per Legatos of-
„ fert, annos natam XIII. ſed cum Regis
„ Italiæ Legatio propter ea quæ poſtulabat,

quę

Digitized by Google

„ quæ concedi non' debebsnt, repudista eſ-
„ ſet, Legati deliguntur ejus ætatis doctiſ-
„ ſimi viri. *Miſſi ſcilicèt ad Armeniæ Regem
cum quo tractatum perſecerunt, ut ipſe ſubjun-
git, inquiens*, loquens de prædictis Orato-
ribus: „ Aegis digreſſi, itineribus, & in-
„ tervsllls certis ad Regiam pervenerunt.
„ Ubi dies complures commorsti, ex ſen-
„ tentis, omnis confecerunt. Ac nè ſim ver-
„ boſior, Maris Regis ſorore accepta, Spon-
„ ſam Imperatori adducunt. *Hactenus Gre-
gorat*. Sed in hac narratione apertum in-
texuit mendacium, aſſerens Italię Regem
Oratores ad Andronicum primùm miſiſſe pro
deſponſanda filia è filia Balduini, quoniàm
ex recitstis literis Nicolsi conſtat nec in mẽ-
tem veniſſe Italię Regi, nec Bajulo Caroli
Comiti antefato hujuſmodi trsctandi Matri-
monium, ipſum recepiſſe Legationem Impe-
rstoris Græcorum poſtulantis prædictam Ca-
thsrinam, Philippi filism, non filiam filiæ
Balduini, ut ait Gregoras, in uxorem Mi-
chaeli Primugenito ſuo, quem jam Impera-
torem inauguraverat; ac reſpondiſſe, non
poſſe tractatum perficere, Pontifice Romano,
& Rege Francorum inconſultis.

80 Matrimonium porrò cum Msria ſo-
rore Aytonis Armeniæ Regis, nonniſi ſexen-
nio poſt initum conſtat, ex iis, quę refert
Marinus Sanutus lib. 3. par. 13. cap. 2. Quod
quidem Matrimonium cauſs diverſorum ex-
titit malorum, propter exhortas inter Re-
gem, & fratres diſſenſionem, unde bella, in-
de excidium totiùs Armeniæ Regni: „ Chri-
„ ſtiani, *ait Sanutus*, ultramarini, licèt im-
„ piorum cladibus lscerati, in Armenia ma-
„ xima ſcandala concitant inter ſe. Cùm
„ enim Ayton Rex Armeniæ Conſtantinopo-
„ lim ſpergeret, quia ſilius Andronici, ejus
„ ſororem deſponſaverat, ducens ſecum fra-
„ trem Thoros, Sebsth, alter frater Re-
„ gni diadema ſibi impoſuit MCCXCIV. ex
„ eo motus, quod Ayton nunquam corona-
„ ri voluit; ſed magis Fratrum Minorum
„ ſumpſiſſet hsbitum, & Frater Joannes ex
„ tunc communiter vocaretur. Cum igitur
„ rediiſſet Ayton, ab Armenis repellitur.
„ Cognitâ cauſâ, in Cyprum primò, dein-
„ de in Conſtantinopolim navigat, & inde
„ pergit ad Tartaros, ut de fratre ponst quæ-
„ relam: ſed hunc ille prævenit, & sd gra-
„ tiam captsndam, Tartaram duxit uxorem,
„ & in reditu fratres Aytonum, & Thoros
„ capiens, & cunctis bonis expolisns in Ar-
„ meniam duxit: Thoros cum Chorda ar-
„ cùs ſtricto gutture ſuffocari fecit; & vi-
„ ſum Ayton abſtulit, quem ille nutu Dei
„ recupersvit; quod attendens Conſtans
„ Quartus frater, indoluit vehementer, &
„ aggreſſus Regem ſenibat, perſonaliter cœ-
„ pit, & carceri mancipsvi; & Aytonem
„ libertati reſtituit. Ille liber effectus, am-
„ bos fratres ſub tuta Cuſtodia miſit ad Con-
„ ſtantinopolitanum Imperatorem rogans, nè
„ eos fineret evsgari. *Hæc ille*. At ex hu-
uſmodi Civilibus, & domeſticis diſſenſioni-
bus Regnum viribus debilitatum, facilè fuit
Sarracenis illud occupare t unde ſubjungit
Sanutus: „ Sarraceni autem MCCXCIX.
„ Armeniam diſcurrerunt, caſtra, & loca
„ fortiſſima occupsntes: frater verò Joan-
„ nes (*ideſt Ayton*) ſe, ſuoſque in monti-
„ bus ſalvans, in arcto poſitus, Tartaro-
„ rum implorst auxilium; eoſque contra
„ Sarracenos inſtigat, oſtendens plurimsm
„ aquiſituros prędam; nec verendas eorum
„ acies auro, srgentoque fulgentes, in qui-
„ bus plus lucri, quàm periculi invenirent.
Hactenus Sanutus.

81 De ſuſcepto sb Aytone Minorum Fra-
trum habitu, conſentiunt ferè Scriptores
omnes, Bsrtholomæus Piſanus lib. 8. confor-
mit. Rodulphus fol. 272. Marianus lib. 4. ca-
pit. 5. Hieronymus Platus lib. 2. de Bono Sta-
tu Relig. Cap. 26. Genebrardus ad Annum
MCCCV. Et alii quibus ſuffragatur S. Anto-
ninus 3. psr. titul. 24. cap. 9. §. 13. in fine, in-
quiens: „ Quo tempore Rex Armeniæ Joan-
„ nes dimiſſo Regno nepoti ſuo Leoni ex ma-
„ gna devotione Ordinem Minorum intra-
„ vit. Sed quis contra Regnum infideles Tur-
„ chi inſurgebant, & dictus Leo ei reſiſtere
„ non valebat, zelo fidei ſucceuſus, arma
„ cum habito aſſumpſit, & infideles quam-
„ plurimos fugat, & proſternit. Demum sb
„ infidelibus occiſus fuit. *Hæc ille*. Toti-
dem ferè verbis idem ſcribit Marianus citatus:
De cujus obitu Hieronimus Platus loco pa-
riter mox cit. ait: „ Cùm Turcę in eam Pro-
„ vinciam irruperent, nec poſſet Leo reſiſte-
„ re, Ioannes Dei csuſam sgi videns, armis
„ novo modo ſuper Religiuſam tunicam in-
„ jectis, perrexit ad Bellum, in quo Chri-
„ ſti hoſtes ex finibus cum magna ſtrage eje-
„ cit ille quidem, ſed dum victorism ſequi-
„ tur ità Dominum viſum eſt, ut in pugna
„ quadam occiſus ad Cœli præmis evolaret,
„ *actenus Platus*.

82 Cavendum eſt ab errore nonnullorum
hiſtoricorum ſcribentium, hunc Aytoneum
Armeniæ Regem habitum Monachorum Prę-
monſtratenſium ſuſcepiſſe, Machariumque
appellatum: Hunc enim non fuiſſe ipſum Ar-
meniæ Regem, ſed nepotem, vel conſangui-
neum ipſius, qui univerſis interfuit bellis,
Aytonem pariter sppellatum, & qui hiſto-
riam ſcripſit Armenię, ipſemet teſtstur in
prædicta hiſtoria, ubi cap. 30. & 31. spud Ga-
lanum in prima part. Conciliat. Eccleſiæ Ar-
menæ cum Romana cap. 27. recenſito priùs
fœdere inito cum Csſſano Tartarorum Rege,
apud Niniven Regnante, & enarratis auxiliis
ab eodem Caſſano præſtitis Aytoni Regi ad
debellandos Turcas, & deinde deſcripta præ-
fati Csſſani morte, hæc ſubjungit: „ Pro-
pter Caſſsni obitum Rex Armeniæ fuit
plu-

„ plurimùm conturbatus: ex eo enim ipſius „ inimici magnam in ſuperbiam elevati fuerant. Cùmque Sultanus eundem Regem, „ ac ejus gentem odio nimis haberet, ſingulis annis, & ferè unoquoque menſe multos „ mittebat de Civitate Baldach (*ideſt Babylonia*) ad totam Armeniæ Regionem depopulandum, & præcipuè omnes agrorum „ fructus; ut numquam aliàs Regnum Armeniæ adeò ingentia damna ſubjerit. Sed „ Omnipotens & miſericors Deus, qui non „ deſerit ſperantes in ſe, Chriſtianorum calamitatum miſertus fuit. Unde accidit, „ quod menſe Julii ſeptem millia Sarracenorum ex melioribus, quos haberet Sultanus invaſerunt Regnum Armeniæ, ipſum „ totum vaſtando, ac deſtruendo, uſque ad „ Civitatem Tharſi, in qua natus erat Paulus Apoſtolus. Cum autem illis Provinciæ prædis onuſti reverterentur, occurrit „ illis Rex cum ſuo Exercitu propè Civitatem Giszæ, & prælium cum eis inivit. „ Tandem voluntate, & miſericordia Dei, „ non induſtria, aut viribus hominum, ità „ Sarraceni ſuperſti fuerunt, ut ex tanto „ numero, vix fugere potuerint trecenti, reliquis omnibus, aut mancipatis, aut neci „ traditis, quamvis ob magnam ipſorum audaciam arbitrati priùs fuiſſent, ſe unico „ hauſtu totum Regnum Armeniæ, cum „ Chriſtianis in eo exiſtentibus, fuiſſe deglutituros. Actum eſt hoc Dominica, die „ XVIII. Julii: poſt quam cladem non ampliùs auſi ſunt Sarraceni in Regnum Armeniæ ingredi; immò Sultanus Ægipti „ Nuncios miſit ad Regem, & cum eo fœdera pacis compoſuit.

83 „ Ego autem Aytonus fui præſens „ omnibus rebus prædictis: & quamvis multo antea animum induxiſſem, ut habitum „ regularem ſuſciperem; non potui tamen „ propter negotia, & vexationes Regni Armeniæ, ſalva ratione mei decoris, conſanguineos & amicos meos in tot neceſſitatibus deſerere. Poſtquam verò Deus per „ ſuam miſericordiam, gratiam mihi conceſſit, „ ut Regnum illud, ejuſque Populum Chriſtianum poſt multos meos labores in tranquillo, ac pacifico ſtatu relinquerem; ſtatim perſolvere volui votum, quod jam pridem nuncupaveram. Quare venia mihi à „ Rege, aliiſque meis conſanguineis, & amicis poſtita in eodem Campo, in quo Deus „ triumphum, & victoriam Chriſtianis de „ ſuis inimicis conceſſerat, inde diſceſſi, „ venique in Cyprum in Monaſterium Epiſcopii, ubi ſumpſi habitum regularem Ordinis Præmonſtratenſis, Anno Domini „ MCCCV., ut qui in mea juventute militaveram ſæculo, abjectis deinde ejuſdem „ ſæculi pompis, reliquum vitæ meæ in Dei „ ſervitio inſumerem,

84 „ Deo itaque gratias refero, quod „ Armeniæ Regnum temporibus his in tranquillo, bono, & pacifico ſtatu conſiſtat, „ præſertim ſub novi Regis Domini Leonis „ filii Haytonis regimine: qui illuſtratus „ virtute, & indole glorioſa, ſpeculum præfefert gratioſum gentibus univerſis: quare „ in ſpem certam adducimur, fore, ut ope „ Divina, Regis hujus adoleſcentis ætate, „ qui majores ſuos probitate antecellit, Regnum Armeniæ reſtituatur in priſtinum. „ *Hæc Ayton*. Ex qua hiſtoria ſine contradi„ tione liquet Haytonem Regem habitum ſumpſiſſe Seraphicum; Alterum verò illius conſanguineum ejuſdem nominis, Ordinem ingreſſum Præmonſtratenſem. De noſtro verò Haytone Rege, Toſſinianus lib. 2. hiſtoriæ Seraph. hoc diſtichon ſcripſit,

Hunc vidit Regem, ſtupuitque Armenia, Veſtem
Franciſci Regnis ante tuliſſe ſuis.

Galanus verò loco mox citato cap. 29. ſcribit Aytonem hunc, unà cum Leone Rege proditione cujuſdam nefarii Tartari occubuiſſe: „ Leo, *inquit*, Rex Armeniæ, ejuſque „ Religioſus, ac Longævus pater; Hayton, „ à nefario quodam Tartaro, dolo pacis (ne„ ſcio, qua ſanè cauſa) improviſo noctu in„ vaſi ſunt, & occiſi. Conturbatis tantis cla„ de Armeniis, quod præſertim Rex ipſo„ rum è vivis nulla relicta prole, ſublatus „ eſſet; Oſcinus, Haytonis germanus, ac „ reliquos inter fratres natu minimus, ſce„ ptrum, Regnumque nepotis moderandum „ ſuſcepit. *Hæc ille*. Quod ſi hæc vera ſunt, non in prælio occubuiſſe infertur: niſi velimus dicere in ipſo campo. Poſt initum prælium, & partâ jam victoriâ, præfatâ occubuiſſe proditione. Sed ſi benè perpendantur dicta Haytonis Iunioris ſupra recenſita colligi debet nequaquam in prælio occubuiſſe Haytonem, cùm de illius obitu, vel minimam faciat mentionem, aſſeratque Sultanum fœderis ineundæ cauſa Legatos ad Regem miſiſſe: illamque pugnam cum Sarracenis ſub Aytone extremam fuiſſe pariter indicat. Cum itaque oculatus teſtis, nihil de occiſo Aytone in prælio referat, veroſimile eſt, Latinos Scriptores deceptos fuiſſe fortè fama delata in Occidente, quod eſſet occiſus, creditum fuit, hoc in prælio accidiſſe. Ejus corpus translatum in Aquitaniam ibique miraculis claruiſſe ſcribit Volateranus lib. 21. Antropol. Titul. de Eremitis.

85 Intereà verò Conſtantinopoli inſtituebantur, & deſtituebantur Patriarchæ, Schiſmaticorum more, nullâ Eccleſiaſticâ obſervatâ regulâ, contemptiſque Sacrorum Conciliorum Canonibus: Omnium primus poſt Schiſma renovatum deſtitutus eſt peſſimus ille Gregorius Cyprius, loco Joannis

Bechi Imperiali auctoritate ſubſtitutus, primarius Schiſmatis ſautor crudeliſſimus aliorum perſecutor, ut ſupra ſati ſumus. Is à Deo deſtitutus, à ſuis derelictus, omnibus infenſus redditus, amicis, & inimicis prorsùs odioſus factus, & apud omnes contemptibilis, juſto Dei judicio, ſedi cedere coactus eſt, ut ipſemet Schiſmaticus Scriptor Gregoras cogitur fateri. Qui lib. 6. ſub titulo *de Patriarchæ contumelia*, ſcribit: „ Sed
„ cum Gregorio etiam dolores inſtarent, &
„ immiſericordiæ pœnæ luendæ eſſent, quod
„ Becho opem imploranti, & omnia con-
„ ceſſurum pollicenti (in hoc mentitur Schiſ-
„ maticus iſte) ſi qua ſui ratio haberetur,
„ & auxilium negaſſet, & miſero calamita-
„ tes augure non dubitaſſet. Sed multis un-
„ dique fluctibus jactato, ipſe à tergo alias
„ procellas excitaſſet, & accumulaſſet; in-
„ dignum ſua doctrina facinus, cætera om-
„ nibua laudibus dignus. Sed cum hic quo-
„ que affligendus eſſet, quid à providentia
„ moderante cuncta fit? Deſtituitur & ipſe
„ à Deo, ut caſtigetur. & aſperſam labem
„ eluat, & purus ad alteram vitam tranſeat.
Hæc ille.

86 Non negat Judicium Dei fuiſſe, ut pœnas criminum lueret, tamen ex parte lauda re non ſinit propter ejus, ut ait, virtutem: & eodem tempore calumniam in Bechum pronunciat, dum fatetur ſuiſſe paratum convenire cum eo: Cum ſemper conſtantiſſimum in Catholica fide extitiſſe ex dictis apparet manifeſtiſſimè. Nè ergò aſſerat in Schiſmatis ab eo procurati crimen Juſto Dei judicio talia paſſum, crudelitati dumtaxat attribuit ejus mala, quaſi Becho omnia pollicenti, ideſt parato aſſentiri innovato Schiſmati, non pepercerit, immò & pœnas auxerit. Suhjungit poſteà, referena quomodo ab omnibus deſertus fuerit: inquiens: „ Sed apparebat
„ utique, Deum ad utilitatem omnium di-
„ rigentem, noluiſſe viro illi etiam cætera
„ ex ſententia ſuccedere. Itaque vires ad-
„ verſariorum augentur, certamenque ac-
„ cenditur, ut è parva ſcintilla magnum
„ oriatur incendium. Primùm non minima
„ Pontificum, & Clericorum para eum de-
„ ſtituit: deſtituitur, & ab iis quos cæte-
„ ris præferebat, Chila Epheſino, & Da-
„ niele Ciziceno, quibus ob eruditionem
„ juſtò majores honores detulerat, princi-
„ patu illis inter cæteros Sacerdotes, & Pon-
„ tifices decreto t idque Patriarcha inlquio-
„ re animo tulit, quod ii, quos aliorum in ſe
„ convicia refutaturos putabat, & loco mu-
„ ri firmiſſimi ſibi futuros, præter ſpem ini-
„ mici extitiſſent. *Et paulo poſt*, ait: Cum
„ fidiſſimos ſibi, & chariſſimos infeſtos eſſe
„ cerneret, neque adeſſe defenſorem videret,
„ non Imperatorem, non ullum potentem:
„ tandem Dei judicium eſſe intellexit, & ſen-
„ tentiam divinitùs in ſe latam confirmari.
„ Proinde contentionibus, & ſoliis valere
„ juſſit, in Hodegium Deiparæ Monaſterium
„ in ocium ſe contulit. *Hactenus Gregoras*.
Subnectis inde, & Chilam Epheſium, & Danielem Cyzicenum debitas luiſſe pœnas, Clericis ſuis fidiſſimis, atque chariſſimis adversùs inſurgentibus, & apud Imperatorem quærelas detulentibus, à quo vocati in Regiam Urbem, Eccleſiis, & redditibus privati, coacti ſunt ibidem miſerè vitam ducere, donec præ doloris magnitudine occubuerint.

87 Loco verò Gregorli Cypri, ſuffectus eſt Patriarcha Athanaſins quidem nomine, qui, ut ait Gregoras eodem lib. 6. Titul. *De Athanaſio Patriarcha*, ocioſam in Gani montibus vitam agebat, homo rudis literarum, & morum Civilium; ſed quantum ad Moraſticam vitam bonua, naturâ tamen auſterus, ac ideò rigidua in Clerum, præcipuèque in eos, qui contra Gregorium Patriarcham inſurrexerunt: „ Sed malè tractari utique, *ait Gre-*
„ *goras*, tùm Pontificea, tùm Clericoa opor-
„ tebat: & dignas improbitate ſua luere pœ-
„ nas, tùm prior illa (*in Bechum ſcilicèt*)
„ quàm ea, qua contra Gregorium Patriar-
„ cham uſi fuerunt: Nam cùm Patriarchi-
„ cum ſolium conſcendiſſet, ſtatim in eos,
„ primos trucem conjecit oculum, & Zelo
„ Divino, atq; exacerbato plenum. *Et in-*
„ *fra*. Qui Conſtantinopoli inventi ſunt, eos
„ in ſuam quemque Metropolim miſit, ut ibi
„ ævi reliquum exigerent: nè, inquit, hic
„ deſidentes, aliquid mali contra vos ipſos,
„ & me conſuatis. *Et in fine*. Dicebat enim
„ æquum eſſe, ut ſuam quiſque Eccleſiam
„ paſceret, ut Patriarcha Conſtantinopoli-
„ tanam: & ut præſentes ovium ſuarum cu-
„ ram agerent, non autem emolumentis in-
„ de acceptis in Urbe morarentur. *Ità Gre-*
„ *goras*. Sic, Deo vindice, ob receſſum ab unitate Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, in invicem inſurgentes ſeſe paulatim deſtruebant, uſus Deua benedictus altiſſima ſua providentia ad rebellos Græcos Eccleſiaſticos puniendum, eorumdem Eccleſiaſticorum miniſterio, ut in praxi experirentur illius Divini oraculi veritatem: *Caſtigaba inimicos meos cum inimicis meis*.

88 Hic porrò quadriennium tantùm Pontificatum tenuit; univerſia adverſus eum inſurgentibus Epiſcopia, & Monachis, & cujusvis generis Eccleſiaſticis, coactus eſt, & ipſe Sedem dimittere, & Monaſterium repetere, ad quod, ut incolumis reduceretur, neceſſe fuit, ut ab Imperatoria Satellitibua ſociaretur in via. Hæc idem Gregoras loco mox citato ſub titulo: *Athanaſii recuſatio Patriarchatus*, ubi ait: „ Non multo poſt,
„ inde reverſo Imperatore, ſcriptam reſi-
„ gnationem offert Athanaſius Patriarcha,
„ quartum jam annum eo Sacerdotio fun-
„ gens: Cujus cauſa erat, omnium Ponti-

ficum

„ ficum, & Monachorum, & Laicorum tumultus, ſpiritualem illius rigorem non ferentium; eique principio clàm, poſt etiam apertè, & abſque larva maledicentium; qui eum jamjàm diſcerpturi videbantur, ni ſolio cederet. Sperabat ille quidèm, ſe ope Imperatoris convinciatores ulturum; deindè ſpe, neſcio quomodò, fruſtratus, petit, atque impetrat Satellites, à quibus in Monaſterium ſuum Xerolophum incolumis reducatur. *Hactenus Gregoras*.

89 Athanaſio porrò datus eſt ſucceſſor Joannes Monachus Sozopolitanus, de quo hæc Gregoras ſubnectit: „ Erat autem quidam Monachus, nòmine Joannes, qui olim è legitima uxore liberos ſuſceperat; eâque amiſsâ, Monaſterium ingreſſus, ætate provectus, naturâq; ad virtutem optimè compoſitus ob morum ſimplicitatem, ſed Græcarum literarum planè rudis, recens Sozopoli in Urbem profectus. Is decreto Imperatoris, & ſacri Collegii ſuffragiis, Patriarchicam Sedem occupat: Sub quo improbi Monachi res ſuas è tempeſtatis naufragio, in tutum portum perveniſſe putabant, hyeme in ver commutatâ. Is Michaelem Andronici filium Imperatorio diademate coronavit. *Hactenus ille*. Subjungens de Legatione miſſa pro matrimonio ineundo inter Michalem, & filiam Philippi Balduini hæredem, ficut ſuprà fati ſumus. Undè, licèt Gregoras, nec tempus adnotet, nec diſtinguat, quo anno ea, quæ narrat, acciderint, ex dictis tamèn inferri poteſt, omnia ſuprà recenſita eveniſſe intrà quinquennium Imperii Andronici, intrà quod tempus Conſtantinopolitana Civitas quatuor vidit Patriarchas, Joannem Bechum initio primi anni ſui Imperii deſtitutum; Gregorium Cyprium infrà eundem annum elevatum, & expulſum; Athanaſium indè poſt quadrienninm fortaſsè nondùm abſolutum, ad priſtinam monaſticam vitam reverſum; ac denique Joannem hunc Sozopolitanum, quem conſtat, Thronum conſcendiſſe Anno V. Imperii Andronici, Domini MCCLXXXVIII. Rodulphi Regis Romanorum XVI. Pontificatus verò Nicolai I. Si nàmque hic Joannes coronavit Michaelem, & poſt coronatum, actum eſt de eo deſponſando cum Balduini nepote, cùm ex literis Nicolai IV. ſuprà recenſitis conſtet, hujuſmodi tractatum habitum fuiſſe primo ſui Pontificatus anno, fit conſequens, Joannem Sozopolitanum ad Patriarchicum Thronum evectum Anno V. Imperii Andronici, qui incidit in Annum primum Nicolai IV. & in Annum Domini prænotatum. Et quoniàm Gregoras ſcribit, Athanaſium quarto Anno fuiſſe abdicatum, neceſſe eſt aſſeri, Gregorium Cyprium vix annum in ſolio abſolviſſe.

90 Circà hæc eadem tempora obſtinata Græcorum ſchiſmaticorum perfidia, duos ex meo Seraphico Minorum Ordine Religioſos miræ perfectionis viros, ſcientiâ pariter divinarum literarum claros Martyres fecère: Erant hi Frater Conradus de Saxonia, & Stephanus de Hungaria, qui apud Montes Caſpios in Ormetia, ſivè Ormeria, vel Vivaria ſchiſma Græcorum deteſtantes, in publicis concionibus complures ex audientibus ad rectam fidem traducebant: Cujus rei causâ indignati, qui tenaciter ſchiſma profitebantur, ut ab inceptis deſiſterent, comminati ſunt, verùm illi zelo animarum, & fidei propagationis incenſi, minas contempſerunt. Cùmque perfidi illi reſiſtere haud potuiſſent ſpiritus ſapientiæ, qui in eis loquebatur, cernentes in dies augeri converſorum numerum, eos interficere decreverant. Abeuntes ergò prædicti Religioſi, ex more, ad locum, ubi coràm maxima populi multitudine diſputationem, & Concionem habere conſueverant, ab hæreticis, & ſchiſmaticis in via inſidiantibus intercepti ſunt, atque vùlnerati, indeque jugulati; qui mortem læto animo ſuſcipientes, & Sanctiſſimum nomen Jeſu in ore habentes, victores ad Cœlum evolarunt, ut quędam pia fœmina in viſione conſpexit. Horum Athletorum pro Chriſto ſic occiſorum, meminerunt Wadingus ad Annum Domini MCCLXXXIV. num. 2. Gonzag. 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Provincia Saxoniæ Sanctæ Crucis, Toſſinianus lib. 1. Hiſtor. Seraph. Salazar. lib. 2. Chronic. Prov. Caſtellæ, cap. 9. & 12. Algeriza in Arbor. Epilogic. totius Ord. Franciſcani, Piquetus in Catalog. Viror. Illuſtr. Ordin. Minor. Boſius tom. 1. de Signis Eccleſ. lib. 7. cap. 3. Sæcul. 14. & alii. Paſſos verò Anno Domini MCCLXXXVIII. ſcilicet Anno primo Nicolai IV. adnotatur in firmamento trium Ordinum Tract. 1. Et in Memorali ſub XIII. Miniſtro Generali; Marcus verò Uliſſip. in 2. part. Chronic. Minorum lib. 5. cap. 16. ſcribit, paſſos anno poſteriori, ſcilicèt Domini MCCLXXXIX. Decebat nàmque ſanguine ejuſdem Ordinis Fratrum confirmari apud Græcos veritatem primatus Romani Pontificis, quorum ſtudio, & labore ad illius cognitionem, Deo auxiliante, devenerant, & qua, Diabolo inſtigante, tàm citò receſſerant.

91 Cæterùm, dùm ſic Græcorum Eccleſia propter ſchiſma reaſſumptum in præceps ruebat, multæ aliæ gentes, agnitâ veritate, ſub eodem Pontifice Nicolao IV. & veram fidem amplecti viſi ſunt, & Sanctam Romanam Eccleſiam recognoſci, ut omnium Eccleſiarum Chriſti Matrem; Nàm & Argo Tartarorum Rex (qui in Aſia majori, ſeù Tauriſio, occiſo patruo ſuo Mahumeto à Chriſti fide Apoſtatâ, Regnum ſuſceperat) de chriſtiana fide in ſuo Imperio ſtabilienda Legationem miſit ad Romanum Pontificem, quam gratanter ſuſcepit Nicolaus IV. ſui Pontificatus Anno I. ut ex literis ejuſdem Nicolai ad eum reddi-

tis, liquet; in quarum exordio hæc habet:
„ Ad ſummi Præſulatus officium nuper nobis
„ ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, quo cœle-
„ ſtia pariter, & terrena diſpoſitionem, ordi-
„ nemque ſuſcipiunt, evocati, Venerabilia
„ frater noſter Berſauma Epiſcopus in parti-
„ bus Orientis, nobilis vir Sabadinus, Tho-
„ mas de Anfuſis, & Uguetus Interpres, tuæ
„ Magnitudinis Nuncii ad noſtram præſen-
„ tiam accedentes, Regias nobis literas præ-
„ ſentarunt. Nos autem Nuncios ipſos, &
„ literas libenti animo, vultuque ſereno re-
„ cepimus intuitu deſtinantis, & tàm quæ in
„ literis continebantur eiſdem, quàm quę
„ Nunciorum prædictorum facta coràm no-
„ bis, & fratribus noſtris propoſitio.refera-
„ vit, benignè audivimus, & intelleximus,
„ diligenter gaudentes quamplurimùm, &
„ exultantes in Domino, in cujus manu cor-
„ da ſunt Principum terrenorum, quòd te
„ clementer gratiæ ſuæ dono præveniens, illo
„ tui pectoris intima fœcundavit affectu;
„ quod ſicut & literarum ipſarum tenor ape-
„ ruit, & eorundem pateſecit aſſertio Nun-
„ ciorum, ad dilatandos Chriſtianitatis fines
„ fervens dirigitur deſiderium mentis tuæ,
„ quodque de gentibus tuæ ditionis ſubjectis
„ Imperio, fidei cultoribus Chriſtianæ te be-
„ benignum, & benevolum exhibes, eoſque
„ non ſinè laudis humanę præconio, & diſpo-
„ ſitionis indiciis ad ſalutem, quæ de bono
„ ſemper in meliùs deduci cupimus, in au-
„ gumentum favore proſequeris gratioſo.
„ De quo Celſitudini Regiæ tantò gratiarum
„ uberiores exſolvimus actiones, quantò id
„ plenior, & benignior operatur affectus, &
„ ex munificentia provenire dignoſcitur am-
„ pliori. *Hæc ille*, alia poſteà ſubnectens.
Datæ ſunt Romæ apud Sanctum Petrum IV.
Nonas Aprilis ſui Pontificatus Anno primo.
Et quoniàm præfatus Rex inter alia per ſuos
Nuncios intimare fecit eidem Romano Pon-
tifici ſe in votum habere, recuperatâ ſanctâ
Civitate Hieruſalem, ac de Sarracenorum
ereptâ manibus, ibìdèm ſacro Baptiſmatis
regenerari lavacro, Nicolaus ob hanc ratio-
nem breviorem aliam fecit ad eundem Epi-
ſtolam, tenoris ſequentis.

Argoni Regi Tartarorum Illuſtri gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

92 „ Intelleximus referentibus Venerabili
„ fratri noſtro Berſauma Epiſcopo in parti-
„ bus Orientis, nobili viro Sabadino, Tho-
„ ma de Anſuſis, & Uqueto Interprete Lai-
„ cis, tuæ Magnitudinis Nunciis, quod ſi
„ Regnum Hieroſolymitanum de manibus
„ liberari contigerit impiorum, in Civitate
„ Hieroſolymitana renaſci deſideras lavacro
„ baptiſmali. Nos autem tuam, tuorumque
„ ſalutem propenſiùs cupientes, hujuſmodi
„ tuum ſalubre, laudandumque propoſitum,
„ multipliciter in Domino commendamus.
„ Verùm quià magna ſpe ducimur, quod ſa-
„ cro à te ſuſcepto baptiſmate, faciliùs, Do-
„ mino favente, proveniet Regni memorati
„ liberatio, quià etiam ſalutis tuæ commo-
„ dis expedire dignoſcitur, ut conceptum
„ propoſitum perducere ſtudeas, ſublato di-
„ lationis obſtaculo, ad effectum. Celſitu-
„ dinem tuam excitandam attentè duximus
„ & hortandam, quatenùs tibi ſalubriter
„ conſulens, & exhortationibus noſtris, quæ
„ de puri pectoris intimo prodeunt, lauda-
„ biliter acquieſcens, ad baptiſmum prom-
„ ptus acceleres, illumque ad laudem Dei,
„ tuæque ſalutis profectum, feſtinus ſuſci-
„ pere non omittas, tantò ampliùs proindè
„ Domino placiturus, quantò celeriùs & li-
„ bentiùs ad ſuſceptionem ejus procedere te
„ continget, quantòque plures ad eam tuo
„ exemplo laudabili provocabis. Datum
„ Romæ apud Sanctum Petrum IV. Nonas
„ Aprilis Anno primo, *Hæc Nicolaus*, qui
pariter intelligens, Tartarorum Reginam ſa-
crum ſuſcepiſſe baptiſmum, ſcripſit ad ean-
dem ſequentes literas.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Tuctani Reginæ Tartarorum Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

93 „ Habet chariſſima filia, fide dignæ
„ ralationis expreſſio, quòd tu catholicæ
„ fidei lumine illuſtrata, eam non ſolùm ſtu-
„ diis obſervare ſolicitis comprobaris, ſed
„ alios etiam ad agnitionem illius excitan-
„ do, & ejus terminos dilatando, opem, &
„ operam curioſa non deſinis exhibere. Hæc
„ ſunt profectò quæ te reddunt in conſpectu
„ Divinæ Majeſtatis acceptam, quæ tibi lau-
„ dis humanæ præconium vendicant, & au-
„ gent multipliciter famam tuam, dùm ex
„ his pietatis divinæ clementiam, quæ te de
„ tenebris infidelitatis ereptam ad viam vitę
„ reduxit, & ad veritatis ſemitam revocavit,
„ tanquàm benedicta, & reverens filia reco-
„ gnoſcis. Excitamus igitur Magnitudinem
„ tuam, & hortamur in filio Dei Patris, qua-
„ tenùs mentis tuæ oculis erectis ad Domi-
„ num, cujus obſequiis ſalubriter adhæſiſti,
„ præmiſſis de bono in meliùs ſemper proſe-
„ quaris, & quaſi apis argumentoſa procu-
„ rare non ceſſes, ut eo gratior, & præmiis
„ digna majoribus occurras Domino Deo
„ tuo, quo uberiores bonorum operum in
„ ejus horreum manipulos introduces. Da-
„ tum Romæ apud Sanctum Petrum IV. No-
„ nas Aprilis, Anno primo. *Hactenùs literæ*;
& ſimiles fecit ad Elgagem pariter Tartaro-
rum Reginam, ſacro quoquè baptiſmate re-
natam, hortans ad conſtantiam in colenda
fide chriſtiana, eamque latiùs propagandam:
Inte-

Interim Ssbadinus Archaon unus ex Regis Tartarum Legatis in ſuperioribus literis nominatur, vir apud Tartaros magnæ nobilitatis, in hac ſua Legatione Romæ Sacro Fonte Baptiſmatis regenerari voluit, indeque Apoſtolicam efflagitanti benedictionem, impertiit Nicolaus ſequentibus literis.

94 „ Te nuper ad noſtram præſentism accedentem affectione paterna recepimus, & benignè audivimus, quæ coram uobis proponere voluiſti; lætantes in Domino, quod ſi fidei Catholicæ lumine illuſtratus, & lavacro regenerationis aſperſus, in iis ſalubri ſtudio diceris delectari, quæ ſint in oculis Divinæ Majeſtatis accepta, & in tuæ ſalutis cedant augumentum, & dilatationem fidei Chriſtianæ. Duximus itaque ſolicitudinem tuam excitandam attentiùs, & hortandam, quatenus præmiſſa de bono ſēper in melius proſequaris, ut eo gratioſior occurras Domino Deo tuo, quo majori extiteris cumulo meritorum. Cæterum quia benedictionis noſtræ munus exhiberi tibi humiliter poſtulaſti, uos tuis devotis præcibus beniguiùs annuentes, benedictionem noſtram in remiſſionem tuorum tibi concedimus peccatorum. Datum Romæ apud S.Petrum Idibus Aprilis, anno primo. *Hactenus Nicolaus.* Quas literas cum antecedentibus exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCLXXXVIII. & ante Raynaldum Wadingus ex Regeſto Vaticano, ad eundem pariter annum.

95 Eodem Anno Pius Pontifex propagandi ſtudio Catholicam fidem apud Sclavones, & Illyricos, quibus in partibus, cum in Minoribus eſſet, Officium Provincialatus Ordinis Minorum exercuerat, familiaritatem quandam cum Rege contraxerat, duos ad eum ex Minorum præfato Ordine delegit fratres, Marinum ſcilicèt, & Cyprianum, ut cæteros quoque in Chriſtianæ fidei dogmatibus inſtruerent, datis ad Uroſiúm Regem præfatum literis incipientibus. *Æterni Patris immenſa benignitas*, in quibus inſeruit formulam Catholicæ fidei profitendæ, eamque ſcilicèt, quam in ſuperioribus miſſam ad Græcos retulimus, & tranſcripſimus. In quarum literarum fine, ait: „ Cæterùm quia humana renitente natura, uno eodemque tempore diverſis locis perſonaliter adeſſe nequimus, nè ullatenus uegligentiæ relinquamus abſentes, ad eos viros providos, & diſcretos tranſmittimus vice noſtra ipſorum miniſterio circa illos Apoſtolicæ ſervitutis debitum exolventes, propter quod viros electos de Fratrum Minorum Ordine, viros utique pauperes iu hoc mundo, in fide devotos, in lege Domini pleniùs eruditos, dilectos ſcilicèt filios Fratres Marinum & Cyprianum, latores præſentium, ad te duximus deſtinandos, ut tu, tuuſque populus ipſum Dei Filium Jeſum Chriſtum, ſuam glorioſam Matrem, ac fidei Chriſtianæ obſervationem, ipſorum fratrum ſalutaribus traditionibus pleniùs agnoſcatis. Fides autem Catholica hæc eſt; *Credimus Sanctam Trinitatem*, & cætera, ut in literis ad Græcos. *Datum Reate x. Kalend. Auguſti anno primo*. Erat tunc Elena Sclavorum Regina Voroſii Regis, ac Stephani, qui cum fratre regnabat, Mater quæ fidei Chriſtianæ & dogmata Catholica ſectabatur. Ad hanc enim per eoſdem fratres literas miſit Nicolaus à Raynaldo, & Wadingo ex Vaticano Regeſto ad eundem annum exhibitas, tenoris ſcilicèt ſequentis.

Chariſſimæ in Chriſto Filiæ Elenæ Reginæ Sclavorum Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

96 „ Gratias agimus gratiarum omniū Largitori, quod ſicut accepimus, & utique acceptamus ipſo menti tuæ timorem ſui uominis, & amorem miſericorditer inſpirante, ab eo, qui ſolus habet in regno hominū poteſtatem dignitatis regalis, gloriam recognoſcens in Deum ſinceram, habes fidem, ac ejus Eccleſiam Zelo pietatis Catholicæ veneraris, Hanc itaque fidem vigere in tua progenie cupientes, magnificos viros Stephanum, & Uroſium Illuſtres Reges Sclavorum natos tuos, per noſtras literas hortandos duximus, & monendos, ut piè conſideranter, quod una eſt fides extra quam nullus omninò ſalvatur, & ſine qua Deo impoſſibile eſt placere, ad ipſius venias fidei unitatem, eamque fideliter teneas, & obſerves (nihilominus populum *ut habetur in literis ad Voroſium*) tuæ ditioni Regis æterni poteſtate ſubjectum, ad eandem unitatem reducas, & in illius obſervatione tuo exemplo laudabili, & piis exhortationibus ſtudeas conſervare. Ità quod ex hoc à Patre luminum æterni conſeqnaris luminis claritstem)

97 „ Cæterùm, ut iidem Reges, eorumque populus, ipſum Dei Filium Jeſum Chriſtum, ſuam glorioſam Matrem, ac fidei Cchriſtianæ obſervationem ipſorum Fratrum ſalutaribus traditionibus pleniùs agnoſcant, dilectos Filios Fratres Marinum, & Cyprianum de Fratrum Minorum Ordine, viros utique pauperes in hoc mundo, in fide divites, & in lege Domini pleniùs eruditos, cum prædictis noſtris literis deſtinamus. Ideòque celſitudinem tusm rogamus, & hortamur attentè in remiſſionem vobis peccaminum injungentes. quatenus prædictos Reges natos tuos, ut devotè redeant ad prædictæ fidei unitatem, & humiliter ſuſcipiant noſtra, & prædictorum fratrum ſalutaria monita, ſedulis exhor-

Digitized by Google

„ exhortationibus inducere non omittas, ipſoſque in obſervantia, & perſeverantia fidei prælibatæ foveas, & confortes, ita quod in tui ventris fructu lætari, & benedicta inter mulierea vocari à Domino merearis. Prædictos quoque fratrea habens pro Divina, & noſtra reverentia propenſiùs commendatos, ſic eos ſavore benevolo proſequsris, quod tua propter hoc devotio dignis poſſit in Domino laudibua commendari. Datum Reate VI. Idua Auguſti, anno primo.

98 Cùm porrò antedlcti Argonis Tartarorum Regis Nuncii eidem expoſuiſſent Nicolao, ex parte ejuſdem Regia, Cham magnum Tartarorum Principem, permaximè exoptaſſe, ut ad ipſum ſuumque Populum inſtruendum ergà Eccleſiam Romanam & fidem Chriſtianam plurimùm propenſos, mitterentur Religioſi aliqui Latini, Pius Pontiſex ſedulè hæc attendens, cum ad ſuam præſentiam ex Aſia reverſua, accesſiſſet frater Joannes à Monte Corvino ex Minorum Ordine, quem olim Palæologus Legatum miſerat ad Gregorium X. in Concilio Lugdunenſe, & pro Gentium converſione, in Aſiæ Provinciis, multùm, & magno cum fructu laboraſſet, expoſuiſſetque optimam earundem Gentium propenſionem recipiendi Catholicam, & Chriſtianam fidem, decrevit eundem Joannem iterum in Aſiam remittere aliis cum Sociis, tùm ad magnum Cham Tartarorum, tùm ad Argonem ſupradictos, indè ad alios Principea, & Primates Orientales, collatâ ei, & Sociis Apoſtolicæ Sedis Apocriſiariorum dignitate. Itaque anno ſui Pontificatua ſecundo præſatum Joannem, & Socios expedivit, ſequentibus munitum literis, videlicèt ad magnum Tartarorum Cham, ſic ſe habentibus.

Cobyla Cham, magno Principi Tartarorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

99 „ Gaudemus in Domino Princepa egregie, ſibique devotaa, & uberea gratiarum referimus actiones, quod ipſe, in cujus manu corda ſunt Principum terrenorum, te, prout lætanter audivimus, ſuæ dono gratiæ clementi pietate præveniens, in illo tui pectoris intima ſœcundavit affectu, quod ad Chriſtianitatis terminos ampliandos dirigitur deſiderium mentis tuæ.

100 „ Dudùm ſiquidem poſt noſtræ promotionis initia, certos Nuncios ad noſtram præſentiam ex parte magnifici Principia Argonis Regis Tartarorum illuſtris tranſmiſſos accepimus, nobis apertè referentea, quod ad perſonam noſtram, & Romanam Eccleſiam, & etiam gentem, ſeù populum Latinorum, grandis devotionis affectum magnificentia tua gerit, dictique Nuncii ex parte ragia cum inſtantia petierunt, ut aliquoa Religioſos Latinos ad tuam præſentiam mitteremua. Nos autem, tam gratis, & acceptis de tanto tamque ſublimi Principe rumore intellectis, exultavimus in Domino vehamenter, cùm tuæ ſalutis augumentum, tuique nominis gloriam ſinceris affectihua cupiamus; Patri luminum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, humiliter ſupplicantes, ut tui pectoris intima de bono ſemper in meliua munere ſuæ inſpirationis illuminet, ac ſuæ gratiæ rore perfundat ad laudem ſui glorioſi nominis, & honorem.

101 „ Volentes igitur votis regils benignè annuere in hac parte, ac deſiderantes admodum, ut ad ſuſcipiendam Chriſtianam fidem, quam prædicta tenet, & ſervat Eccleſia, promptus accedas, præſto te offeras, ſtudioſiùs occurras, cum ſine ipſius comitante ſuffragio placere Altiſſimo nemo poſſit: Ecce dilectum Filium fratrem Joannem de Monte Corvino cum ejus Sociis de Ordine Minorum latorem præſentium ad te duximus deſtinandum, cum inſtantià poſtulantes, ut ipſum, & Socios ſupradictoa benignè habeas commendatos eis, quorum doctrinæ, cum ſalutis commoda ſuggerat, te inſeparabiliter cupimus adhærere, ſuper ſalubri commiſſo illis negotio, quod ſalutem reſpicit animarum, Regii ſavoris auxilium impenſurus, ut ejus fulti præſidio utiliùs & efficaciùa habere ſe valeant in eodem, tuque à Domino, qui pro minimis grandia recompenſat, æternæ beatitudinis præmia conſequaris. Datum Reate III. Idus Julii anno ſecundo. *Haſtenus literæ*. Ad Argonem pòrrò Tartarorum Regem alias dedit per eundem Apocriſiarium, & Socios literas tenoris ſequentis.

Argoni Regi Tartarotum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

102 „ Inter cætera deſideria cordis noſtri, hoc novimus eſſe potiſſimum, hoc propenſiùs affectamus, ut cuncti Reges, & Principea Orbis Terræ, cæterique gentium populi, ſic ſalubriter dirigant greſſus ſuoa, ſic providè ſuorum operum moderentur habenas, ut poſt vitæ præſentia exitum, quę nullius certitudinia ſtatum habet, ſalus læta proveniat animarum, ideoque uberibus perfundimur gaudiis, cùm illos perpendimus fore diſpoſitoa ad complacendum Altiſſimo per laudabilium exercitum actionum.

103 „ Sanè dilectus Filius frater Joan-
„ nes de Monte Corvino, de Ordine Mino-
„ rum, lator præſentium, ad noſtram de
„ Orientalibus partibus præſentiam veniens,
„ attentè relationis officio, noſtro Apoſtola-
„ tui patefecit, quod tu tanquam à Domi-
„ no, in cujus manu ſunt corda Terreno-
„ rum Principum, inſpiratus, & ſpecialis
„ gratiæ dono præventus, erga hos, & Ro-
„ manam Eccleſiam, ac etiam alias Chriſtia-
„ norum Eccleſias, magnæ devotionis geris
„ affectum. Adjecit etiam dictus frater, quod
„ ſibi ejuſque Sociis, dum in tuis partibus
„ morarentur, Chriſti proſequentes obſequia
„ humanitatem grandem, & benignitatem
„ exuberem, tua clementer exhibuit magni-
„ tudo, quodque degentibus in terris tuæ
„ ditionis ſubjectis Imperio fidei cultoribus
„ Chriſtianæ, te benignum, & benevolum
„ exhibes, eoſque non ſine ſonoro præconio,
„ & diſpoſitionis indiciis ad ſalutem, quæ
„ de bono ſemper in melius deduci cupimus
„ in augmentum, ſedulæ tuitionis auxilio
„ confoves, & favore proſequeris gratioſo.
„ Nos autem, tam gratis, & acceptis ru-
„ moribus intellectis, lætati fuimus in im-
„ menſum, cum tuæ ſalutis augumentum
„ ſinceris affectibus cupiamus. Celſitudini
„ Regiæ tanto providè profuſiores gratias
„ referentes, quanto id uberioris benignita-
„ tis Zelus exequitur ex munificentia pro-
„ veniri ampliori.

104 „ Porrò, Princeps Egregie, ſicut
„ magnificentiæ Regiæ per alias noſtras lite-
„ ras tibi per Venerabilem Fratrem noſtrum
„ Roban Berſaumam in partibus Orientis
„ Epiſcopum, & nonnullos alios tuos Nun-
„ cios ad nos miſſos, duximus intimandum.
„ Nos, qui quamvis inſufficientibus meritis
„ Vicarii Chriſti ſumus, & Petri Apoſtolo-
„ rum Principis ſucceſſores, quamplurimum
„ cupimus, & ardenti deſiderio affectamus,
„ ut quos Baptiſmalis unda non diluit, &
„ fidei Chriſtianæ religio non includit, er-
„ roris invio; per quod greſſibus periculoſis
„ oberrant, omninò relicto, ad rectitudi-
„ nis ſemitam revocentur, & fidem ſervent
„ fideliter ſupradictam.

105 „ Hæc eſt enim, ſicut magnifi-
„ centiæ Regiæ per jam dictas notificavimus
„ literas, fides recta, fides vera, quæ fælicitatis
„ ſperandæ fiduciā repromittit, & ſine cujus
„ ſuffragio placere Domino nemo poteſt. Hęc
„ eſt, quæ reatus expurgat, quæ commoda
„ ſalvationis impendit, & per quam æterna
„ gaudia, bonis concurrentibus actibus,
„ aquiruntur. Per hanc hoſtis antiquus de
„ Arce mentis expellitur. Hæc corda puri-
„ ficat, & infidelitatis nubilum ſuæ radiis
„ expiat claritatis. Hæc eſt virtutum om-
„ nium fundamentum, Sydus irradians,
„ Stella micans, Solem juſtitiæ, intelligen-
„ tiæque præveniens, per quam dies oritur
„ gratiæ, per quam dies gloriæ ſubſequitur.
„ Excitamus itaque magnitudinem Regiam,
„ & hortamur attentè, tibique, cujus in
„ hac parte ſalutem exquirimus, ſano & ſin-
„ cero conſilio ſuademus, quatenus alta, &
„ ſedula meditatione recogitans, quam fra-
„ gilis; & caduca humanæ naturæ conditio,
„ quàm plena periculis, quàm expoſita ca-
„ ſibus, quàm ſit inſtabilis ſtatus ejus; Con-
„ ſiderans etiam quod à lege mortis, qua
„ nihil certiùs cernitur, nihil habetur incer-
„ tiùs hora ejus, nullus excluditur, nullus
„ effugit metas ſuas, nullus à Domino red-
„ ditur exemptus illius, promptus exurgas,
„ præſto te offeras, paratus accedas ad agni-
„ tionem Chriſtianæ fidei, ac ſuſcipiendum
„ Baptiſmatis Sacramentum, ad laudem Di-
„ vini nominis, tuæ ſalutis profectum, &
„ augumentum fidei ſupradictę: ut lucis ſuę
„ radio illuſtratus, ejus triumphalis efficia-
„ ris Athleta, illius fines amplificans, ter-
„ minoſque dilatans; ut poſt vitæ præſentis
„ ergaſtulum, à porta inferi libereris, & ejus
„ diris cruciatibus, pœniſque graviſſimis
„ evitatis, æternæ beatitudinis præmia, quæ
„ omnem delectationem excedunt, tanquam
„ Princeps emeritus conſequaris.

106 „ Cæterùm prælibatum Fratrem
„ Joannem, & ejus Socios ad partes ipſas
„ ſalubre proſequuturos negotium, quod cœ-
„ perunt, fiducialiter remittentes, inſtan-
„ ter expoſcimus, ut eos intuitu Dei, & ob
„ reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram
„ benignè habeas commendatos, eis ſuper
„ hujuſmodi executione negotii favorem re-
„ gium impenſurus, cujus fulti præſidio,
„ utiliùs, & efficaciùs ſe habere valeant in
„ hac parte, quodque aliquos ex ipſis tecum
„ jugiter teneas, qui tibi tuoque proponant
„ populo Verbum Dei, & de ſalute tractare
„ valeant animarum. Datum Reate Idi-
„ bus Julii, anno ſecundo. *Hactenus Nico-*
lai ad Argonem literæ. Ex quarum ultimo
paragrapho certò certiùs fit, tam magnam,
tantarumque Gentium converſionem incœ-
ptam à prædicto Fratre Joanne, & Sociis
fuiſſe, quos ad effectum perficiendi eos Ni-
colaus ad eaſdem gentes remiſit. Scripſit in-
ſuper Nicolaus Gydono alteri Tartarorum
Principi, & ipſo in voto habenti Baptiſmum,
quem pariter Pontifex hortatur, nè differat
illum ſuſcipere. Literæ verò ſic ſe habent.

Caydono Principi Tartarorum Illuſtri, gra-
tiam in præſenti, quæ perducat
ad gloriam in
futuro.

107 „ Ad ea, quæ tuæ ſalutis augumen-
„ tum reſpiciunt, tuique nominis titulos in
„ Orbem Terrarum attollunt, celſitudinem
„ tuam libenter inducimus, operamque ſo-
„ licitam impertimur. Sanè, Princeps egre-
giæ,

„ gie, tuis aperlri ſenſihua affectamus, quod Dei Filius Jeſus Chriſtua ad ima Mundi, ut hominem, quem ad Imaginem & ſimilitudinem ſuam de limo Terræ formaverat, de ſervitutis nexibus, in quos ipſum impegerat maligna ſuggeſtio, liberaret, clementi dignatione deſcendens, veſtem noſtræ mortalitatis aſſumpſit, ut proprii aſperſione cruoris incendia perpetui cruciatùs extingueret, ac ſuos mortis æternæ tenebria abvolutos, vitæ perennis efficeret poſſeſſores, qui commiſſæ ſibi Legationia à Patre in regione peccantium piis ſtudiia exercens, officium, Mundumque ſalutaribus inſtitu.is informans, tandem poſt Sanctæ Converſationis, & operationis exempla, poſt Evangelicæ inſtructionis eloquia, poſt doctrinæ ſalutaria effectum, diræ mortis ultrò ſupplicium ſubiit, dieque tertia reſurrexit à mortuis glorioſus, ut mortem noſtram moriendo deſtrueret, ut vitam reſurgendo henignua repararet, qui priùſquam pateretur, Claves Regni Cœlorum Beato Petro Apoſtolorum Principi, & per eum duxit ſuis ſucceſſoribus committendas, per hoc eis tam ſublimis poteſtatis auctoritatem impendens, ut quodcnmque ſuper Terram ligarent, haberetur ligatum in Cœlis, & quodcumque ſolverent ſuper Terram ſolutum exiſteret in eiſdem,

108 „ Unde nos, licèt inſufficlentibus meritis, Chriſti Vicarii, & ejuſdem ſucceſſores in terria, diſponente Domino conſtituti, magno deſideramus affectu, ut fidei Chriſtianæ cultorea ſalutarihus actibus immorentur, ac illi quos fides eadem non agnovit, ad rectitudinis ſemitam, auctore Domino revocentur, eamque ſolicitè ſervent fidem, cum ipſa ſit vera fides, & recta ſine cujus comitante ſuffragio placere Domino nemo poteſt, quæ reatus expurgat, ſalutis commoda elargitur, quæ corda, menteſque purificat, & infidelitatis obſcurum ſuæ radiis expiat claritatis,

109 „ Excitamua itaque magnitudinem tuam, & attentiùs hortamur ſano & ſincero tibl conſilio ſuadentes, quatenus ſedula medltatione recogitas, quàm ſit fragilia & caduca humanæ naturę conditio, quàm plena periculis, quantis expoſita caſibus, quam inſtabilis ſtatus ejus, conſiderana etiam, quod à lege mortis nullus excluditur, cùm omne quod naſcitur moriatur, promptua exurgas, præſtò te offeras, paratus accedas ad agnitionem Chriſtianæ fidel, ad ſuſcipiendum Baptiſmatls Sacramentum, laudem Divini nominls, tuæ ſalutis profectum, & augumentum fidei ſupradictæ; ut lucis ſuæ radio illuſtratus, ejus triumphalis efficiaris Athleta, illlus fines amplificans terminoſque dilatans, ut poſt vitæ præſentis ergaſtulum à porta inferi libereris, & ejus duris cruciatibus: pœniſque graviſſimis evitatis, æternæ Beatitudinis præmia, quæ omnem dulcedinem ſuperant, & omnem delectationem excedunt, tanquam Princeps Catholicus conſequaria. Datum Reatæ III. Idus Julii, anno ſecundo. *Hactenus ad Caydonum Nicolaus*. Erat quoque inter Barbaras illas Tartarorum Gentes quidam vir nobilis Piſanus, qui, neſcio qua de cauſa ex Italia in eas profectus eſſet regiones, Zelo Chriſtianæ fidei ſuccenſus, quamvis Laicus, munia, ut ità dicam, Apoſtolici præconis exercebat, ſolicitè fidei dilatandæ incumbebat, operamque & ſtudium omne pro animarum adhibens converſione, ad quem pariter ut à bene inceptis non deſiſteret, ſed in laudabili Chriſti obſequio fæliciter laborantihus adeſſet & auxilio, ſequentes per eoſdem Fratres ſcripſit literas:

Nobili Viro Jolo de Piſis.

110 „ Lætamur in Domlno, quod ſicut habet fide digna relatio, ad dilatandos Chriſtianæ fidei terminos laudabiliter, & ſolerter intendens, illoa ad agnitionem ipſius, qui nondùm ſunt ejus lumine illuſtrati, ſollicitè inducendo, quodque cunctia Religioſis per partes ipſas habentibus tranſitum impendis intuitu Jeſu Chriſti conſilium, auxilium, & favorem, exhibendo te nihilominùs illis ſpecialem, & pręcipuum protectorem, de quo laudandę ſolicitudinis ſtudium tanto ampliùs commendamus, quantò magis ſalutem appetimus ſingulorum. Excitamus itaque diligentiam tuam, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenùs circa hujuſmodi ſalubres tuos actus, & opera ſedula ſolicitudinis ſtudium largiaris, ut exinde tanto acceptior, & gratior tuo reddi valeas Salvatori, quantò per te plures ab erroris invio ad veritatis ſemitam, & ab infidelitatis nubilo ad claritatem Catholicæ fidei reducentur, Nos autem Benedictionem noſtram tibi tenore præſentium in tuorum remiſſionem dirigimus peccatorum. Datum Reatæ III. Idua Julii, anno ſecundo. *Hactenus ad Iolum literæ*.

111 Hæc porrò miſſio, ſive ad Tartaros Legatio haud infructuoſa fuit, proſperè namque, & ad Pontificis mentem ſucceſſit, tam Cobyla, quam Argone Sacramentum Baptiſmi ſuſcipientibus, ut ex eis quæ tradit Marinus Sanutus, lib.3. par.13. Cap.5. & 8. coniici licèt. Is enim agens de Tartarorum Origine, & proceſſibus, recenſita hiſtoria, quomodo ſe David Indorum Regi, cui parebat, ſubduxerant ſub *Cyngi* ab eia conſtituto Duce & Domino, ſub nomine *Chaam*, quod In eorum lingua Imperatorem, & Regem ſignificat, progreditur ad enarrandam illius

Digitized by Google

Illius ſucceſſionem, aitque huic *Cyngi*, qui
fulmine percuſſus interiit, ejus filium *Octo-
tam* nomine, in Principatu ſucceſſiſſe, qui avi-
ditate dilatandi Imperium, ex tribus filiis,
quorum nomina *Jochim* unus, *Batho* alter,
Cagaday tertius, primum convenienti coho-
neſtatum Exercitu contrà Occidentalem Aſiæ
plagam miſiſſe; ſecundum contrà Aquilo-
nem; tertium verò contrà Meridiem, ſibi re-
ſervatâ majori Aſiâ occupandâ. Mortuo ve-
rò Octota ſucceſſiſſe ei tradit alterum filium,
cujus nomen *Guya*, quo brevi ſublato, Man-
gonem ejus conſanguineum virum conſilii,
atque in armis ſtrenuum, Imperium arripuiſ-
ſe, quem plures occupaſſe Provincias, ſcribit.
Hoc porrò in Mari Catay, cùm ad occupan-
dam quandam Inſulam proceſſiſſet, ſubmerſo,
Cobylam ejus fratrem regnaſſe illius loco ait,
& hunc chriſtianum fuiſſe dicit, ac XLII.
Annis imperitaſſe. Ait ergò: „ Hic (*ideſt*
„ *Mango*) plures ſubjugavit Provincias, &
„ cùm per Mare Catay ad occupandam
„ quandam Inſulam proceſſiſſet, perforatâ
„ ab adverſariis ſub aqua navi, cum multis
„ ſubmerſus eſt; & ſucceſſit illi frater Co-
„ byla, qui Annis XLII. tenuit Imperium
„ Tartarorum. Hic chriſtianus fuit, & fun-
„ davit in Regno Catay Romam Civitatem
„ majorem, vocatam *Jong*, ubi continuè im-
„ moratus. *Hæc ille*. Subjungit porrò, ut
ſuprà etiam fati ſumus, Mangonem Cobylæ
fratrem operâ Aytonis Armeniæ Regis chri-
ſtianam fidem amplexum, baptiſmum ſuſce-
piſſe. Cùm verò Cobylam Mangoni ſucceſſorē
chriſtianum fuiſſe teſtetur, ſequitur talem ef-
fectum eveniſſe poſt receptas Nicolai literas,
quoniàm ex præfatis literis apparet nondùm
anteà baptizatum.

112 Mangoni verò ſucceſſit Halao frater,
qui Regnum ſubegerat Perſarum, de quo Sa-
nutus cap. 7. ait: „ Poſt hoc occupaverunt
„ Tartari Regnum Perſarum; baptizato enim
„ cum univerſa domo ſua, multiſque Proce-
„ ribus Mangone, Halaoni fratri aſſignat
„ militiam, & profectus eſt: Hic cum Re-
„ ge Armeniæ (*ſcilicèt Haytone*) flumen
„ magnum Phyſon petranſiit; & infrà ſpa-
„ tium ſex menſium totum Regnum Per-
„ ſarum ſuæ ditioni ſubjecit. *Et poſt aliqua*.
„ Erat quoquè ei uxor chriſtiana, vocata *Do-
„ tonſcaton*, de ſtirpe illorum trium Regum,
„ qui venerunt Chriſtum, Stellâ prævià, ado-
„ rare. Hæc à viro ſuo impetravit, Templa
„ Sarracenorum ubiquè proſterni, ac inhi-
„ beri à quoquam coli ſpurciſſimum Mahu-
„ meth; factique ſunt Sarraceni ſub maxima
„ ſervitute. *Et infrà*. Dùm vellet ad Re-
„ gnum Hieroſolymitanum conquirendum
„ procedere, de morte Fratris Mangonis
„ Chaam recepit Nuncium, afferentem, quià
„ Tartari ejus expectarent adventum; ut in
„ Sede fratris pro Domino collocarent. Tunc
„ dimiſſo pro cuſtodia Regni Syriæ, cum
„ duodecim millibus Tartaris *Guiboga* ad
„ Orientis partes revertitur; ſed receptis
„ Nunciis, quod alterum fratrem Gabilam
„ (*hic eſt Cobyla*) Chaam conſtituiſſent, apud
„ Tauriſium reverſus eſt. *Hæc Sanutus*. Ex
quò apparet, ſublato Mangone magno Tar-
tarorum Chaam, in Perſia regnaſſe Halao-
nem, in Tartaria verò Cobylam, de quo ſu-
prà locuti ſumus.

113 Halaone indè vitâ functo, regnavit
pro eo in Perſide Abaga illius filius: „ In-
„ terim, *ait Sanutus in fine cap*. 7. Soldanus
„ Babiloniæ (*videlicèt Ægypti*) contrà *Gui-
„ boga* exercitum duxit, & in bello interfe-
„ cit, obtinuitque Regnum Syriæ. Halao
„ verò, hæc audiens, accerſitis Armenis, &
„ Georgianis, dùm vellet in Syriam profi-
„ ciſci, vitâ exceſſit, ſucceſſitque illi filius
„ Abaga, Anno Domini MCCLXIV. à Co-
„ byla Chaam avunculo ſuo confirmatus, vo-
„ catus eſt Abaga Chaam. *Hæc ille*, qui ſub-
jungit fuiſſe virum prudentem, proſperèque
rexiſſe, baptizari tamen renuiſſe. Et hic, ut
ſuprà fati ſumus, Legatos miſit ad Grego-
rium X. in Concilio Lugdunenſi, ſed eo unà
cum fratre veneno ſublato, Anno Domini
MCCLXXXII. ſucceſſit alter ejus frater,
nomine *Tangodomor* in pueritia baptizatus,
factus poſteà Sarracenus, *Mahumeth Chaam*
voluit appellari. Hic Tartaros ad infamem
ſectam allicere eſt conatus, Chriſtianos verò
crudeliter perſecutus, quorum Eccleſias à fun-
damētis evertit. Reprehēſus à Cobyla Magno
Tartarorum Chaam, quòd à progenitorum
receſſiſſet veſtigiis, irâ, & idignatione re-
pletus, nepotem interfecit, & Argonem Aba-
gæ filium in carcerem, ibique occiſurum
includi fecit; at operâ amicorum patris ela-
pſus, perſecutus eſt Tyrannum, quem captum,
coràm ſe trucidari fecit, imperavitque loco
illius Anno Domini MCCLXXXV. & à Co-
byla Magno Tartarorum Imperatore confir-
matus, obtinuit, ut Chaam vocaretur.

114 Ad hunc ergò Argonem ſcripſit Ni-
colaus, de quo hæc ſubjungit Sanutus:
„ Hic fuit aſpectu pulcherrimus, fortis ro-
„ bore, & prudens in agendis; Chriſtiano-
„ rum Eccleſias reparavit; redieruntque ad
„ ejus obedientiam Reges Armeniæ, atque
„ Georgiæ, qui à Mahumetho receſſerant.
„ Rogatus quoquè pro Terræ Sanctæ libe-
„ ratione, reſpondit ſe velle cum vicinis om-
„ nibus pacis inire fœdera, ut ſecurus opus
„ illud perficiat: Sed dùm hæc aguntur,
„ quarto Anno Regni ſui vitâ exceſſit,
„ MCCLXXXIX. *Hæc ille*. Errat tamen in
deſignando Anno obitus Argonis, ut inferiùs
patebit.

115 Cæterùm ex eodem Sanuto conſtat
nonnullos de Regia Stirpe ſacro regenera-
tionis lavacro ablutos; nàm licèt *Quægatus*
ejus frater, qui immediatè ſucceſſit in Regno
hanc gratiam non fuiſſet conſecutus, propter

ejus turpes mores: erat enim quaſi animal
brutum, gulæ, & luxuriæ deditus, cujus rei
causâ ſexto ſui Regni anno à ſuis ſuffocatus
fuit: *Baydo* tamen ejus conſanguineus, qui
poſt *Quegatum* regnavit, chriſtianus fuit;
undè de hoc hæc ſubjungit Sanutus: „ Cui
„ ſucceſſit (*ſcilicèt Quegato*) conſanguineus
„ *Baydo* chriſtianus fidelis, qui citò mortuus
„ eſt. Hic præcepit, ut nullus Sarracenus
„ legem Mahumeti inter Tartaros prædica-
„ ret. Sarraceni itaquè ad Gazenum miſe-
„ runt, quià ſi vellet Chriſti fidem relinque-
„ re, & legem ſumere Mahumeti, dominium
„ illi conferrent. Ille honoris avidus cuncta
„ promittit, & contrà *Baydonem* hoſtiliter
„ vadit. Ante commiſſum verò bellum, cun-
„ cti Sarraceni *Gazeno* ſe jungunt: *Sic Bay-*
„ *do* captus, & interfectus eſt, regnavitque
„ pro eo *Gazenus* Argonis filius. *Hæc ille*.
Et ità palàm conſtat etiam Gazenum fuiſſe
chriſtianum, & ferè omnes de familia Argo-
nis ſacri baptiſmatis lavacro eâ tempeſtate
fuiſſe renatos; Nàm de Gazeni filio idem
teſtatur præfatus Sanutus in fine Cap. VIII.
inquiens: *Poſt hæc Gazenus moritur, & ſuc-*
ceſſit ei frater Carpanda: hic filius fuit Domi-
næ Chriſtianæ, & baptizatus; ſed poſt mortem
matris cultum ſumpſit ſpurciſſimi Mahumeti.
Hucuſquè de Tartarorum origine, & pro-
greſſu, ac ſucceſſione Marinus Sanutus. At
de hoc clariùs inferiùs.

116 Sed ad Nicolaum redeamus, cui non
ſatis viſum fuit ad unam gentē tantùm Evan-
gelicos Operarios deſtinare, zelo divini cul-
tus, & animarum ſalutis inflammatus, ad
univerſas ferè totius Orientis gentes, eaſq;
variis infectas erroribus amandare curavit.
Regnabat eâ tempeſtate in Armenia Hayton,
chriſtianus, & chriſtianæ Religionis propaga-
tor, eamque ſui Regnicoli profitebantur, de-
vii tamen à Sancta Matre, & Apoſtolica Ec-
cleſia Romana. Cùmque ad ſuas partes mi-
graſſet antedictus frater Joannes à Monte
Corvino, Regique, & Populo aperuiſſet ex-
trà Sanctam Romanam Eccleſiam non adeſſe
ſalutem, informaſſetque, quam fidem habere
debuiſſent, ut ſalutem conſequi poſſent: Di-
vinâ tacti gratiâ, ſe in unitate fidei cum San-
cta Romana Eccleſia uniri optarunt; cujus
rei gratiâ ipſemet Rex, & alii omnes eidem
fratri Joanni expoſuerunt, ſe plurimùm de-
ſiderare Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adhærere,
unionemque cum ea inire. Ille verò reverſus,
ut præfati ſumus, inter alia, hoc quoquè Ni-
colao ſignificavit: Qui nullâ interpoſitâ morâ
diverſas ſcripſit literas, inſerens in eis fidei
formulam ab ipſis profitendam, eam ſcilicèt,
quam prædeceſſores ad Græcos miſerant, ad
Regem ſcilicet, ad Reginæ ſororem, Mariam,
ad Toroſum, & alios Regis fratres, ad Leo-
nem Regis Comeſtabulum, ad ejuſdem Ma-
reſcallum, & ad populum univerſum. Ve-
rùm, quæ ad Regem datæ ſunt, & ad Mariam
ſororem, ex Wadingo, & Raynaldo ad An-
num Dñi MCCLXXXIX. exhibemus; & pri-
mò ad Regem datæ ſic ſe habent.

Chariſſimo in Chriſto filio Regi Armeniæ
Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam
benedictionem.

117 „ Gerentes in terris, licèt inſuffi-
„ cientibus meritis vices Chriſti, grandi, nec
„ immeritò lætitiâ, & exultatione perfundi-
„ mur, cùm ad noſtram pervenire contingat
„ audientiam, quòd corda Regum, & Prin-
„ cipum terrenorum Summi Regis, per quem
„ Potentatus altitudine præeminent, bene-
„ placitis ſe coaptant. Nuper etenim audi-
„ vimus, & lætati ſumus in Domino vehe-
„ menter, dilecto filio fratre Joanne de Mon-
„ te Corvino, de Ordine Minorum, latore
„ præſentium, nobis ex parte Regia referen-
„ te, quòd ergà Romanam Eccleſiam cun-
„ ctorum Matrem fidelium, & Magiſtram
„ ferventis devotionis geris affectum, quòd-
„ que ad habendum cum eadem Eccleſia,
„ tanquàm Princeps catholicus chriſtianus
„ unionem, in te voluntatis vigere dignoſci-
„ tur promptitudo. Subjunxit quoquè fra-
„ tris memorati relatio, quod claræ memo-
„ riæ Pater tuus, veluti obedientiæ filius, &
„ catholicus chriſtianus mortem ſubjit tem-
„ poralem.

118 „ Reverà fili chariſſime, tàm gratis,
„ tàmque acceptis rumoribus intellectis, cor
„ noſtrum in Domino uberibus gaudiis exul-
„ tavit, cùm animarum ſalutem, quam in
„ cunctis mortalibus ex debito Paſtoralis
„ officii exquirimus, votis ferventibus cu-
„ piamus. Rogamus itaquè Celſitudinem
„ Regiam, & hortamur in Filio Dei Patris,
„ quatenùs mentis oculis erectis ad Domi-
„ num, tuæque intentionis propoſito dire-
„ ctos ſalubriter ad exercitium laudabilium
„ actionum devotionem, & voluntatem præ-
„ dictas dignis præconiis attollendas ſtabili
„ mente continues, ac intrà tui pectoris tha-
„ lamum ſummoperè ſtudeas conſervare.

119 „ Nos enim te tanquàm filium præ-
„ dilectum ad unionem lætanter recepimus
„ Eccleſiæ memoratæ, penès Magnitudinem
„ Regiam precibus inſiſtentes uberibus, eam-
„ que paternis exhortationibus excitantes,
„ ut ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, dictiq; fra-
„ tris, & ſociorum ſuorum doctrinam, quæ
„ ſalutis commoda ſumminiſtrat, in omnibus
„ promptus, & efficax exequaris, ad rece-
„ ptionem celerem, & efficacem executionem
„ illius, Prælatos, & Populum Armenorum
„ Regiæ ditioni ſubjectum ſolicitis ſtudiis
„ inducendo. Sic te in præmiſſis curâ vigili
„ habiturus, ut à Domino proindè præmium
„ conſequi valeas pro minimis grandia lar-
„ giente, tui nominis fama incrementa ſu-
„ ſcipiat, & Sedis Apoſtolicæ gratiam, quam
li-

Digitized by Google

,, libenter ad filios devotos extendimus, ube-
,, riùs merearis.

120 ,, Cæterùm magnitudinem Regiam
,, plenis proſequimur actionibus gratiarum,
,, quod ſicut ejuſdem fratris patefecit aſſer-
,, tio, ipſum & Socios ſupradictos benignè
,, recipiens, eis multæ humanitatis affectum
,, exhibuit, eoſque gratioſi favoris impendio
,, extitit proſequuta, petentes inſtanter, ut
,, eos clementer habeas commendatos, ut ad
,, laudem Divini nominis, & animarum ſa-
,, lutem, utiliùs, & efficaciùs opus proſequi
,, valeant inchoatum. Ut autem in fide Chri-
,, ſtiana, quam tenet, & ſervat Romana
,, Mater Eccleſia, pleniùs & efficaciùs valeas
,, informari, dictam fidem, & ejus formam
,, præſentibus fecimus annotari, quæ ſunt
,, hæc. Credimus Sanctam Trinitatem, Pa-
,, trem, & Filium, & Spiritum Sanctum,
,, unum Deum Omnipotentem, *& cætera ſi-*
,, *cut in formula miſſa ad Græcos ſupra à nobis*
,, *exhibita*. Datum Reate Nonis Julii, Pon-
,, tificatus noſtri anno ſecundo. *Hactenus*
literæ.

121 Ad aliqualem hiſtoriæ Armenorum elucidationem, cum nonnulla confusè à nobis ex Sanuto in ſuperioribus à num. 84. recenſita fuerint, notandum eſt. Hunc Haytonem, ad quem Nicolaus præfatus miſit Epiſtolas, alium fuiſſe ab altero Haytone, de quo ſupra fati ſumus. Illum verò Leoni Primo ſucceſſiſſe tradunt Hiſtorici, quem ab Archiepiſcopo Moguntino Apoſtolicæ Sedis Legato in Syria Coronam Regiam accepiſſe, Acta Innocentii III. demonſtrant, inde Belluacenſis in ſpecul. hiſtor. lib. 31. cap. 29. Agens de Regibus Armeniæ Minoris, ait: ,, Hujus
,, Armeniæ Regnum, aquiſierant paucis an-
,, te temporibus duo Fratres de majori Ar-
,, menia, Leo ſcilicèt, ac Robinus (*vel Ru-*
,, *pinus*) & Robinus quidem, major natu,
,, prior in ea regnavit, vel potiùs præfuit;
,, moriturus verò Regnum, & Filiam ſuam,
,, ejuſdem videlicèt Regni hæredem, fratri
,, ſuo Leoni commiſit, ejuſque fidei credidit:
,, ac ipſe Leo Regnum in ſe ipſum retorſit,
,, quin potiùs de Baronia Regnum ſibi facere
,, voluit, nàm anteà, ut dicitur, Rex ibi
,, non erat, ſed Baro, qui Sultano Turciæ
,, ſub Tributo ſerviebat. Itaque ad petitio-
,, nem ipſius Leonis, Avus Domini de Trou-
,, ſtot perrexit ad Curiam Romanam, & ad
,, Imperatorem Othonem, petens ab ambo-
,, bus, ut ipſum in Regium hominem reci-
,, perent. Eccleſia verò ſub conditione, ſal-
,, vo ſcilicèt hæredia jure, recepit ipſum in
,, Regium hominem, & Otho ſimiliter. Por-
,, rò Archiepiſcopus quidem Theutonicus,
,, videlicèt Moguntinus, attulit eidem Leo-
,, ni coronam, ſub tali conditione, ut om-
,, nes pueros infra duodecim annos exiſten-
,, tes, ipſe Leo poni faceret ad literas Lati-
,, nas. Tunc ergò Rex Leo dedit Eccleſiæ in
,, dotem Caſale Eſteliæ, Caſtrum Paperon,
,, & alia multa Caſalia, pluraque alia. Hæc
,, autem omnia juraverunt Barones ſe firmi-
,, ter ſervaturos. Factum eſt autem hoc (*pu-*
,, *ta donatio, & Baronum juramentum*) An-
,, no Domini MCCXLII.

122 ,, Porrò idem Leo ter infirmus ter
,, fecit omnes Barones ſuos Robino nepoti
,, ſuo jurare, tanquam verò & ultimo Domi-
,, no ſuo, & juſto hæredi Regni Armeniæ,
,, filiam tamen ſuam, cui Regnum relinque-
,, re diſpoſuerat, fratri Antiocheni Princi-
,, pis in conjugium dedit, & poſtea ipſum
,, dolosè interfecit. Ipſo autem Leone mor-
,, tuo, quidam Baro ejuſdem Armeniæ Con-
,, ſtans nomine, filiam ejus violenter rapuit,
,, & poſtmodùm eamdem invitam filio ſuo
,, Haytoni Matrimonio copulavit, eique cum
,, illa Regnum tradidit. Porrò filiam Ro-
,, bini, quæ Regnum hæreditario jure poſſi-
,, dere debuit, Philippus miles de Montefor-
,, ti uxorem accepit: unde & merito ad illud
,, aſpirat, ipſumque ut juſtum eſt, aquiſi-
,, turum ſe ſperat. Idem etiam Conſtans di-
,, verſis dolis, & machinamentis, ſexaginta
,, duos Barones Armeniæ majoris interfecit;
,, Sultani quoque Turciæ Matrem, atque So-
,, rores, quas idem Sultanus ipſi, tanquam
,, ſuo homini Regio, & fideli, utpotè Chri-
,, ſtiano, cauſa refugii miſerat à facie Tar-
,, tarorum, ipſe reverà infidelis, & iniquus
,, miſit eiſdem Tartaris in favorem ipſorum:
,, & ille quidem in ipſo itinere dicitur obiiſ-
,, ſe. Itaque Sultanus ipſe terram ejus intra-
,, vit, & Urbem Tarſum obſedit; ſed ibi-
,, dem infirmatuus, mortuus eſt, & in Ur-
,, be Regali Satellia ſepultus. *Hæc Bellua-*
cenſis.

123 Hic porrò Hayton regnavit annos XLV. quibus elapſis dimiſſo Imperio Leoni ejus filio, habitum Religionis aſſumpſit, hæc in Hiſtoria Orientali par. 2. cap. 17. apud Ramuſium, ubi habetur: ,, Hayton autem poſt-
,, quam annos quadraginta quinque Arme-
,, nium Regnum tenuerat, illud reliquit, ac
,, tradidit D. Leoni filio ſuo, ex Ægipti
,, carceribus liberato: & ipſe renuncians pom-
,, pis hujus ſæculi, eſt Religionem ingreſſus.
Hæc ille.
Subjungens obiiſſe inde Anno Domini MCCLXX. Et de Leone illius ſucceſſore, quem aliqui *Livonum nominant* tale ſcribit Encomium. *Leo autem Rex Armeniæ ſupramemoratus, fuit valdè ſapiens, atque prudens & ſuum Regnum provide gubernavit. Dilectus fuit nimis, tam à ſua Gente, quàm à Tartaris, & ex animo ſemper ſtuduit deſtruere Sarracenos*. Initia Regni Leonis II. auſpicantur ab Anno Domini MCCLXX. quo Anno Haytonem obiiſſe narrat Auctor hiſtoriæ Orientalis mox laudatus. Sanutus autem lib. 3. par. 12. cap. 12. Haytonis obitum conſignat ſub Anno MCCLXXII. Hunc porrò Leonē II.

invitatum à Gregorio X. ad Concilium Generale Lugdunenſe, ejuſdem Gregorii literæ lib.2. Epiſt.1, teſtantur, quibus literis præfatus Gregorius rogavit, ut ad ſe integra Acta Nicænæ Synodi, quæ Armeno idiomate ſcripta habet, unà cum aliis Conciliis, ac peritiſſimis interpretibus mitteret. Id quod pariter ejus Patriarchæ ſcripſit lib. 2. Epiſt. 2.

124 Defuncto Leone II. ſucceſſit in Armeniæ Regno Hayton hujus nominis ſecundus, Leonis filius. Hic ſui regiminis initio, per Joannem à Monte Corvino, de quo ſuprà, poſtulavit Summum Pontificem, ut in Eccleſiæ Romanæ communionem admitteretur, & ad hunc Haytonem ſunt directæ ſuprarecenſitæ Nicolai literæ. Hic eſt ille Hayton, qui ſororem ſuam deſponſavit Andronici filio Michaeli, cui frater ejus Sembath rebellaverat. Hic pariter eſt ille Rex, qui Minorum Fratrum Religionem eſt ingreſſus, nec unquàm coronari voluit, ut ex Sanuto ſuprà meminimus, concordantibus temporibus; nàm, ut ſcribit Sanutus jam relatus, Sembath coronam Regni aſſumpſit Anno Domini MCCXCIV. inquiens: *Sembath alter frater Regni diadema ſibi impoſuit Anno Domini MCCXCIV. ex eo motus, quòd Hayton nunquàm coronari voluerit, ſed magis Fratrum Minorum ſumpſiſſe habitum, & Frater Joannes ex tunc communiter vocaretur.*

125 Ità ergò conciliantur Scriptorum ſententiæ aſſerentium, Haytonem habitum Religionis Præmonſtratenſis ſumpſiſſe, & aliorum, qui ſcribunt, habitum ſumpſiſſe Fratrum Minorum; nàm illi loquuntur de Haytone primo, alii verò de hoc Haytone ſecundo. Quoniàm ille Hayton, qui Hiſtoriam Orientalem ſcripſit, teſtis oculatus, qui & de Stirpe Regia fuerat, ut ſuperiùs fati ſumus, apertè ſcribit, Haytonem primum Habitum Premonſtratenſium Ordinis aſſumpſiſſe: *Hayton autem, inquit, poſtquàm annos quadraginta quinque Armeniæ Regnum tenuerat, illud reliquit, ac tradidit Domino Leoni filio ſuo ex Ægypti carceribus liberato; & ipſe renuncians pompis hujus ſæculi, eſt Religionem ingreſſus, & vocatus fuit Macharius, mutato proprio nomine, juxtà conſuetudinem Armenorum; & poſt modicum temporis ſpatium requievit in pace Anno Dom. MCCLXX.* Conſtat ergò, hunc Haytonem longè ante Nicolai tempora diem ultimum clauſiſſe, & quidèm in pace, non cæſum in prælio, nec à proditoribus interfectum.

126 Porrò ſecundus hic Hayton, de quo Sanutus ſcribit, Minorum habitum ſuſcepiſſe, Joannis aſſumpto nomine, vixit utiquè ætate Nicolai, & multò etiam poſt, qui, ut præfati ſumus, obcæcatus à Sembath fratre ejus, viſum divinitùs recuperavit, & libertati reſtitutus, fratres ſub tuta cuſtodia ad Imperatorem Conſtantinopolitanum cuſtodiendos amandarat: Regnum verò commiſit Leoni hujus nominis III. de quo loquitur alter Hayton Hiſtor. Orientalis Scriptor ſuprà relatus, dùm ait: *Deo itaque gratias refero, quòd Armeniæ Regnum temporibus his in tranquillo, bono, & pacifico ſtatu conſiſtat, præſertim ſub novi Regis Domini Leonis filii Haytonis regimine.* Et hunc Haytonem cum Leone Rege proditoriè ſublatum ſcribit Galenus, inquiens: *Leo Rex Armeniæ, ejuſque religioſus, ac longævus Pater, Hayton, à nefario quodam Tartaro, dolo pacis (neſcio qua ſanè cauſa) improviſò noctu invaſi, & occiſi ſunt.* Leoni porrò huic ſucceſſit in Regno Oſcinus Haytonis germanus inter fratres natu minimus.

127 Itaque facilis fuit æquivocatio de hiſce duobus ejuſdem nominis Regibus, qui dimiſſo Regno religioſam vitam elegerunt, unus in Ordine Præmonſtratenſium, alter in Ordine Minorum, utriſque ejuſdem nominis ſuccedentibus Regibus, Leone videlicèt ſecundò Haytoni primo, & Leone tertio Haytoni ſecundo. Alter verò Hayton, qui Hiſtoriam ſcripſit Orientalem, & Habitum pariter Ordinis Præmonſtratenſis in Inſula Cypri aſſumpſit, fuit Curchi Princeps Haytonis ſecundi conſanguineus, & juſſu Clementis V. ſcripſit Hiſtoriam Orientalem, ut ex præfatione illius operis apparet, ubi ait: *Non habuiſſem audaciam conſulendi ſuper tàm arduo negotio, niſi de mandato veſtræ Sanctitatis proceſſiſſet.* Ex his ergò lector corrigat quæ in ſuperioribus dixi cum aliqua confuſione de Haytone Rege, & Minorita, ſecutus Wadingum, qui ut concordaret Auctorum opiniones circà Haytonem Præmonſtratenſem, & alterum Minoritam, exiſtimavit pro Præmonſtratenſi voluiſſe intelligi Haytonem ſcriptorem Hiſtoriæ Orientalis, Principem Curchi; quandò reverà loquuntur de Haytone Armeniæ Rege, primò tamen hujus nominis, juxtà ea, quæ modò adnotata ſunt. Sic damus Ordini Præmonſtratenſi ſuum Armeniæ Regem, non negato altero ejuſdem Regni Rege noſtro Minoritico Ordini. Sed redeundum eſt ad Nicolaum Papam ſcribentem ad Mariam ſororem Reginæ Armeniæ ad hunc modum.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Mariæ ſorori claræ memoriæ Reginæ Armeniæ.

128 „ Nuper ad Apoſtolatus noſtri præſentiam dilectus filius frater Joannes de Monte Corvino de Ordine Minorum, lator præſentium, de Armeniæ partibus rediens, ubi Chriſti proſecutus obſequia, & Animarum ſalutem, juxtà datam ſibi à Domino gratiam, extitit operatus, grata, & accepta quampluribus de tuis laudabilibus actibus, piiſque ſtudiis nobis referre curavit, inter cætera exprimendo, quod ad ob-

ſer-

Digitized by Google

„ ſervandam fidem catholicam, quam Ro-
„ mana tenet, & obſervat Eccleſia, & ejus
„ unionem ſtabilem proſequēdam fervens di-
„ rigitur deſiderium mentis tuæ, de quo tan-
„ tò majorem concipimus intrà noſtri pecto-
„ ris arcana lętitiam, quantò propenſiùs tuæ
„ ſalutis diligimus incrementum.

129 „ Hortamur igitur nobilitatē tuam,
„ & excitamus in Domino Jeſu Chriſto, qua-
„ tenùs mentis oculis erectis ad Deum, &
„ ad ſalutis & pietatis opera directo propo-
„ ſito ad obſervationem fidei chriſtianæ, di-
„ ctæque proſecutionem continuam unionis
„ efficaciter, & reverenter intendas, aliaque
„ ſtudeas exercere ſolicitè, quæ divinæ ſint
„ placita Majeſtati, ad obſervationem & pro-
„ ſecutionem ejuſdem, juxtà datam tibi à
„ Domino gratiam cæteros inducendo, ac
„ fratrem, & ejus ſocios ſupradictos ad par-
„ tes redeuntes eaſdem, præfata proſecutu-
„ rus obſequia; & alios etiam chriſtianos in
„ partibus ipſis degentes, habendo benignè,
„ ac favorabiliter commendatos; dictiſque
„ fratri, & ſociis tuum in hac parte præben-
„ do auxilium opportunum, ſic ſemper de
„ bono in meliùs proceſſura, quod ab Altiſ-
„ ſimo gratior tibi uberioribus digna præ-
„ miis lætanter occurras, quò majorum fue-
„ ris fulta ſuffragiis meritorum. Cæterùm,
„ quià te ſincerâ in Domino charitate com-
„ plectimur, tuæque ſalutis affectamus au-
„ gumentum, tibi noſtræ benedictionis mu-
„ nus in remiſſionem concedimus peccato-
„ rum. Datum Reate ſecundo Idus Julii,
„ Pontificatus noſtri Anno II. *Hactenus li-
teræ Nicolai ad Mariam.*

130 Hæc verò Pontificis ſolicitudo ergà Armenorum Regem, & Populum, ac Apoſtolicorum Nunciorum labores, & ſtudia pro eorundem rectâ fide, & unione non fruſtrà abière; quoniàm Gregorius Silenſis Armeniorum Patriarcha obedientiam exhibuit Romano Pontifici, Sembath quoquè frater Haytonis pro eo tempore, quo, excluſo fratre, regnavit, eandem obedientiam reddidit Apoſtolicæ Sedi miſſis ad Bonifacium VIII. Nunciis, ut ejuſdem Papæ literæ, tùm datæ ad Sembath, incipientes, *Regiæ Serenitatis Nuncii*, ſub datis Reate III. Nonas Octobris, ſui Pontificatùs Anno IV. Ex lib. 4. Epiſtol. 261. tùm ad Gregorium Patriarcham, incipientes, *Ex literarum tuarum*, ſub datis pariter Reate VII. Kalendas Novembris, eodem Anno IV. ex præfato lib. 4. Epiſtol. 271. clarum exhibent teſtimonium. Univerſa deindè Armenia, reverſo ad Regnum Haytone, ſub Leone Rege ſe Romanæ Eccleſiæ univit, celebrato primùm generali conventu apud Siſen, poſtea ſub Oſcino Rege, & Conſtantino Patriarcha in Urbe Adano; operam dantibus in hoc Adanenſi Concilio inclyti Ordinis Prædicatorum Sanctiſſimi Patriarchæ Dominici religioſis Viris à Joanne XX. miſſis; quoniàm nonnulli, inſtigante Sathana, ſublatis Haytone, & Leone, decretis Siſenſis Concilii adverſari conabantur, prout ex Armenorum Hiſtoria Galanus par. 1. Concil. Eccleſ. Armen. cum Romana, cap. 29. accuratè ſcribit.

131 Sed quoniàm præfatus frater Joannes à Monte Corvino cum ſuis ſociis peragratus erat etiam Jacobitarum Regionem, Æthyopiæ, Georgianorum, Hiberorum, & Neſtorianorum terras, ad effectum reducendi ad agnitionem veræ, & catholicæ fidei, ut & qui Chriſtum agnoſcebant, diſſiti tamen ab Eccleſia Romana, eidem Eccleſiæ in unitate fidei copularentur. Et reverſus, ut præfati ſumus, eidem Nicolao retulerat etiam has gentes diſpoſitas reliquiſſe ad parendum Apoſtolicæ Sedi, veram profitendi, & orthodoxam fidem, & cum Sancta Romana Eccleſia unionis fœdus ineundi. Pontifex non ſurdus factus auditor, hiſce acceptis, ſtatim literas fecit ad Imperatorem Æthiopiæ, ad Populum ſuum, ad Demetrium Georgianorum Regem, ad Davidem Regem Hiberorum, ad Jacobitarum Patriarcham, & ad Populum Neſtorianorum, ferendas per eundem fratrem Joannem à Monte Corvino, & ſociis, ut qui opus incœperant, in Domino perficerent: quæ quidèm literæ cùm ferè ejuſdem tenoris ſint, tùm à Wadingo, tùm à Raynaldo ad Annum Domini MCCLXXXIX. ſolùm exhibentur, quæ datæ ſunt ad Imperatorem, & Populum Æthyopiæ, ad Patriarcham Jacobitarum, & ad Dionyſium Epiſcopum in Tauriſio ſub dominio Argonis Regis, quas & nos exſcribemus. Itaq; ad Imperatorem Æthyopiæ ſcripſit ad hunc modum.

Chariſſimo in Chriſto filio Imperatori Æthyopiæ Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

132 „ Summi Paſtoris, qui pro ſuis ovi-
„ bus animam poſuit, diræque mortis ſpon-
„ tè pati ſupplicium voluit, ut nos ab hoſtis
„ laqueo liberaret, vices, licèt inſufficienti-
„ bus meritis, gerentes in terris, cuncto-
„ rum ſalutem appetimus, ſolerter exqui-
„ rimus, ſolicitè procuramus, ut poſt vi-
„ tæ præſentis ergaſtulum fidelium animæ in
„ cœleſtibus paſcuis collocentur. Cùm ita-
„ què fides catholica, quam Romana tenet,
„ & ſervat Eccleſia, ſemitam præparet, pan-
„ datque aditum ad ſalutem, Celſitudinem
„ tuam hortamur attentè, ac excitamus in
„ Filio Dei Patris, quatenùs mentis oculis
„ erectis ad Dominum, & ad ſalutis, & pie-
„ tatis opera directo propoſito ad obſervan-
„ dam chriſtianam fidem, & proſequendam
„ ipſius Eccleſiæ unionem, ferventer, & effi-
„ caciter intendas, aliaque ſtudeas operari
„ ſolicitè, quæ in conſpectu Altiſſimi ſint
„ accepta, ſic de bono ſemper in meliùs, ad-
ju-

,, juvante Domino, proceſſurus, ut poſſis ad
,, æternæ beatitudinis gaudia pervenire.
,, Cæterùm, quià Celſitudinem tuam ſincera
,, in Domino charitate complectimur, tuæ-
,, que ſalutis affectamus augumentum, tibi,
,, tuiſque noſtræ benedictionis munus im-
,, pendimua in veſtrorum remiſſionem pecca-
,, torum. Datum Reate v. Idus Julii, Pon-
,, tificatus noſtri Anno ſecundo. *Hactenus*
Epiſtola ad Imperatorem Æthyopiæ, quam ſub
iiſdem terminis datam ad Populum Æthyo-
piæ, mutato titulo, & perſona in numero ſin-
gulari, verſâ in plurali recitat. Quæ porrò
datæ ſunt ad Patriarcham Jacobitarum ſic ſe
habent.

Venerabili fratri Patriarchæ Jacobitarum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

133 ,, Diſponente Summi Regis arbitrio,
,, cujus providentiæ Magnitudo cœleſtia, ſi-
,, mùl, & terrena diſponit, ad apicem Apo-
,, ſtolicæ dignitatis aſſumpti, grandi deſi-
,, derio ducimur, ut ſic cunctorum greſſus
,, mortalium ſalubriter dirigantur: Sic illi
,, ſuorum operum moderentur habenas, ut
,, accepti reddantur Altiſſimo, ejuſque ſalua
,, proveniat animarum. Quid enim illa ju-
,, cundiùs? Quid deſiderabilius? Quid in
,, terris pretioſiùs fore dignoſcitur, cùm ſi
,, totius Orbis quis ſibi Dominium vindicet,
,, prout Evangelica teſtatur auctoritas, nihil
,, proſit, ſi detrimentum animæ patiatur.
,, Quamobrèm multiplici reddimur attentio-
,, ne ſoliciti, ut univerſi per Mundum populi
,, conſtituti Chriſto Dño ſub chriſtianę fidei
,, Religione commilitent, quam ſacroſan-
,, cta Romana Eccleſia tenet firmiter, & ob-
,, ſervat, quæ vitæ ſemitam pręparat, pan-
,, ditque aditum ad æterna gaudia prome-
,, renda &c.

134 ,, Speramus inſuper, ut & tu, cui mul-
,, tus, ut dicitur, ſubjectus eſt Populus,
,, magno deſiderio ferveas, & ſolerter ex-
,, quiras, ut per laudabilium exercitium
,, actionum ſic ſuo Creatori complaceat, ut
,, ſalutis commoda mereatur, quòd abſque
,, ipſius obſervatione fidei, quæ reatus ex-
,, purgat, maculas diluit, nequit penitùs
,, provenire. Idèoque fraternitatem tuam
,, paternis exhortamur affectibus, & in Fi-
,, lio Dei Patris tibi ſinceris mentibus ſua-
,, demus, quatenùs ad obſervandam fidem
,, Catholicam, quam ſicut præmittitur, tenet
,, & ſervat Romana Eccleſia inconcuſsè, ac
,, etiam ad ipſius Eccleſiæ unionem, ſublato
,, cujuslibet tarditatis obſtaculo, & nexibus
,, difficultatis effractis feſtinus acceleres,
,, promptus advenias, occurras ſpontaneus,
,, ſtudioſus accedas, eò majoris retributionis
,, prœmium proinde conſecuturus à Deo, quò
,, plures ad id tuo exemplo laudabili evoca-
,, bia, cum facili trahi ſoleat in exemplum
,, à ſubditis, quòd agi conſpicitur à Præ-
,, latis.

135 ,, Speramus etenim, magnâque fidu-
,, ciâ ducimur, quòd præmiſſa libenter, &
,, efficaciter adimplebis ſubjectum tibi popu-
,, lum ad ea diligenter, & ſolicitè inducendo,
,, cùm ſicut dilectus filiua frater Joannes de
,, Monte Corvino de Ordine fratrum Minor.
,, lator præſentium, multa bona, multaq; lau-
,, dabilia opera, quæ lętanter audivimus, de
,, tuis ſtudiis nobis duxerit referenda. Suſci-
,, pe igitur reverenter exhortationem ſince-
,, ram, & ſalubrem devotua amplectere Chri-
,, ſti Vicarii ſuadelam, ſic te laudabiliter ge-
,, rere ſtudeas ad honorem & gloriam om-
,, nium Conditoris, ut in conſpectu ejua red-
,, daris acceptior cumulo meritorum. Cæte-
,, rùm inſtanter expetimus, ut eundem fra-
,, trem, & ejus ſocios ſpecialiter habeas com-
,, mendatos, ipſoſque benignè, ac favorabili-
,, ter proſequaris, ut tali & tanto muniti
,, præſidio utiliùs & commodius in miniſterio
,, ſe gerere valeant, quod exercent, & ad
,, laudem Divini Nominis opera efficaciùs
,, proſequi Jeſu Chriſti. Ut autem in fide
,, Chriſtiana prædicta pleniùs, & meliùs va-
,, leas alios informare, dictam fidem, & ejus
,, formam præſentibus fecimus annotari, quæ
,, talis eſt: Credimus Sanctam Trinitatem,
,, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, &
,, *cætera, ſicut in ſæpèdicta forma ad Græcos*
,, *tranſmiſſa*. Datum Reate Nonis Julii,
,, Pontificatus Noſtri anno ſecundo. *Hactenus*
Nicolaus ad Patriarcham Jacobitarum. Quas
verò ſcripſit ad Dionyſium Epiſcopum, omittit
Raynaldus, recitat Wadingus ad præfatum
Annum MCCLXXXIX. ſub num. XIII. &
ſunt tenoris ſequentis.

Venerabili Fratri Dionyſio Epiſcopo in partibus Orientis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

136 ,, Aſſluentis devotionis affectu, &
,, zelo reverentiæ filialis, promptæque obe-
,, dientiæ ubertate pollebant miſſæ nobis tuæ
,, fraternitatis literæ, quas Apoſtolatui no-
,, ſtro, cùm tuæ devotà recommendatione
,, perſonæ nobis in Chriſto chariſſimæ, dile-
,, ctus filius frater Joannes à Monte Corvino
,, de Ordine Minorum, lator præſentium
,, præſentavit. Nos autem literas ipſas læti
,, ſuſcepimus, & exultantibus animis, earum
,, tenore pleno collegimus intellectu, Patri
,, luminum, à quo eſt omne datum optimum,
,, & omne donum perfectum, gratiarum actio-
,, nes devotas, & uberes referentes, quòd ad
,, obediendum humiliter fidei Chriſtianæ,
,, quam ſacroſancta Romana Eccleſia cuncto-
,, rum Mater, & Magiſtra fidelium tenet fir-
,, miter, & obſervat, fervens dirigitur, prout
,, ex eiſdem perpendimus literis, deſiderium
,, mentis tuæ.

137

137 „ Rogamus igitur & hortamur attentiùs tuæ ſinceritatis conſtantiam, tibiq; pro tuę ſalutis augmēto cum inſtantia ſuademus, quatenùs erectis ad Deum, digna dignis præmia largientem, hominis interioris obtutibus, poſitâque in eo anchorâ ſpei tuæ prædictam fidem, per quam ad ſupernorum gaudia Civium aditus panditur, ſtabiliter teneas & obſerves, eique inſeparabiliter adhærere procures, ipſamque in Eccleſiæ tuæ libris conſcribi fideliter faciens, gregem Dominicum tuæ gubernationi commiſſum in ea diligenter & ſolicitè inſtruas, & informes, ut tandem poſt tuæ peregrinationis excurſum, vitæque præſentis fugitivæ miſeriam, æternæ beatitudinis gloriam meritorum fultus auxilio conſequaris.

138 „ Proſequimur autem donis uberibus gratiarum multę benignitatis & humanitatis affectum, quem circa eundem fratrem & ſocios, Chriſti operarios ſervos Dei per effectum operum, prout ejuſdem fratris profitetur aſſertio, hactenùs oſtendere ſtuduiſti; apud te precibus inſiſtentes, ut ipſos opportuni favoris gratia, & conſuetę benevolentię ubere pro Divina, & Apoſtolicę Sedis, ac noſtra reverentia proſequi non deſiſtas, ut ad laudem & gloriam Summi Regis, & animarum profectus, quos ſpecialiter expetunt, utiliùs & efficaciùs in miniſterio ſe gerere valeant, quod exercent, tuque proinde à Domino prēmium, quod propriis recompenſat actibus, conſequaris.

139 „ Licet autem prēlibatę fidei ſeriem pridèm tibi noſtris inſertam litteris duxerimus deſtinandam, quia tamen amplo deſiderio ducimur, ut ejus sēper tibi recentior, promptiorque memoria, nè, quod abſit, oblivioni ſubjaceat, habeatur, ſeriem ipſam præſentibus etiam fecimus annotari. Suſcipe igitur reverenter exhortationem ſinceram, & ſalubrem devotus amplectere ſuadelam Vicarii Jeſu Chriſti, ſic te in præmiſſis gerendo ſolicitè, ſic ea efficaciter adimplendo, ut in conſpectu Altiſſimi reddaris aptior cumulo meritorum, & Sedis Apoſtolicæ gratiam uberiùs merearis, tuoque exemplo laudabili ad æternæ vitæ lætitiam promerendam ſubditorum tuorum pectora provocētur. Fides autem prædicta & forma ejus hæc ſunt: Credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, *& cætera, ut ſuprà*. Datum Reate Nonis Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Hactenus Nicolaus ad Dionyſium Epiſcopum*.

140 Intereà hoc regnante Pontifice deleti ſunt de promiſſionis terra Chriſtiani, exigentibus namque peccatis, aggravata eſt ſuper eos manus Domini: Anno Itaque Domini MCCLXXXVIII. à Soldano Babyloniæ *MelecMeſtor*, menſe Aprilis capta eſt Civitas Tripolis, deſiderata ſeptem millia chriſtianis, cæteris ſolâ fugâ ſalvatis. Deinde eodem præcipiente Soldano, igni tradita eſt, ac in univerſum diruta die xxv. Aprilis, quam reædificare juſſit in loco nuncupato, *Mont Peregrinus*, mille paſſus à mari. Defuncto interea prę-fato Melec, *Seraf*, ſumpto paterno ſcetro, anno Domini MCCXCI. die v. Aprilis cum exercitu ſexaginta millia equitum, & centum ſexaginta millia peditum, venit Ptolemaydem, eamq; obſedit, ac die XVIII. Maii feria VI. dato generali aſſaltu per omnē circuitum, Civitatem obtinuit, occiſis in ore gladii quotquot invenère, aliis igne abſumptis, aliis verò in mare ſubmerſis: *Erat quoque in Mari tempeſtas valida*, ait Sanutus lib. 3. par. 12. cap. 21. *ut ad magna navigia accedere non valerent* (qui nimirum fugam arripiebant) *undique erat tremor & pavor, & gemitus mortis. Soldanus quoque ad quatuor partes Civitatis fecit ignes accendi, ut ferro & igne conſumeret univerſa*. Scribit Sanctus Antoninus 3. par. titul. 20. cap. 6. §. 9. Juſto Dei judicio deletos Chriſtianos: „ Neque hoc accidit, *inquit*, ſine magno & juſto judicio Dei: nam habitatores ejus, etſi nomine Chriſtiani, re autem infidelibus erant deteriores, repleti omni iniquitate & laſciviâ; ideo in præſenti Deus ſupplicia reddidit, ne in æternum eos puniret, qui in tàm ſæva morte ad Deum ſunt converſi, & nè impœnitentes ex ejs diutiùs viventes majores ſibi acquirerent cruciatus. *Hæc ille*. Sanutus quoque mox relatus propter iniquitatem habitantium in ea, captam & dirutam Urbem, & deletos Chriſtianos exagerat, inquiens: „ Nunc luit peccata, ſed non abluit civitas ſcelerata, gratiis Divinis ingrata. Ad ipſam confluebant Reges & Principes terræ; ad ipſam mittebant ſuccurſum tributariæ cunctæ partes occiduæ: & nunc contra eam pugnant omnia elementa. Terra enim ejus ſanguinem devorat, quæ chriſtiano ſanguine tota madeſcit, Mare abſorbet populum; ædificia conſumit ignis, aer, fumo, caligine tenebratur. *Hactenus Sanutus*.

141 Duas externas præfatæ cladis cauſas aſſignant Scriptores, violatam ſcilicet Soldano Babyloniæ treguarum fidem, & dominantium in eadem Civitate Chriſtianorum diſcordias, voluntatumvè diverſitatem. De prima cauſa hæc Sanutus loc. cit. ait. „ Cùm verò carnalia, cæteraque peccata continuè augerentur in fractoribus fœderis baptiſmalis, nec de malis vellent conteri, nec per pœnitentiam ad viam redire juſtitiæ, aſſumpſit *Seraf* paternum propoſitum, eò ardentiùs commotus, quòd XIX. Sarracenos Mercatores Ptolemayde, in loco vocato, *Lafunda*, juſta cambinm, contra fidem treguarum crucesignati gladio peremerunt, ac poſcenti juſtitia denegata ſit. *Hæc ille*. Altera cauſa notatur à S. Antonino lo-

loco ſupra relato, ubi recenſitâ morte Guillelmi à Belloico ſupremi Templariorũ Magiſtri, & Chriſtianarum copiarum Ducis, veneuato telo transfixi, ſubjungit: „ Ex ejus
„ morte tota Civitas commota eſt, & con-
„ trita: & quia ubi multitudo, ibi confuſio,
„ cùm ſcilicet non ineſt ordo, ideò cum mul-
„ torum ibi eſſent dominia, & ſine ordine,
„ orta inter eos diſcordia de cuſtodia, eùm
„ omne Regnum in ſe ipſum diviſum deſo-
„ letur ſecundùm doctrinam Chriſti, idèo
„ deſertâ deſenſione Civitatis quilibet cona-
„ tus eſt evadere manus Sarracenorum nè
capere tur. *Ita S. Antoninus*.

142 Utramq; cauſam complectitur Ptolomæus Lucenſis lib. 14. cap. 23. ubi agens de capta à Sarracenis Ptolemayda, ait: „ Cauſa
„ autem iſtius captionis duplex fertur; una
„ fuit diverſitas voluntatum in Dominis,
„ quia non ſimul concordabant in regimine,
„ ſive defenſione terræ: Erant autem ibidem
„ ſex, vel ſeptem dominia, videlicèt Templa-
„ rii, Hoſpitalarii, Teutonici, Conſul Pi-
„ ſanus, Rex Cypri, Rex Carolus, item
„ Patriarcha. Propter hanc igitur diverſita-
„ tem Soldanus invaleſcit ad expugnandam
„ Civitatem; cùm tamen inexpugnabilis di-
„ ceretur. Secunda cauſa fuit ſtultitia Cru-
„ ceſignatorum; Nicolaus enim Papa poſt
„ perditionem Tripolitanam fecit prædicari
„ Crucem per regiones, & ſubitò tranſeunt
„ ſine capite in Achon; Cumque viderent
„ Sarracenos portantes merces, injuriabantur
„ ejſdem, & aliquandò ſpoliabant eos, in-
„ terdùm verò occidebant; propter quam
causã provocatus eſt Soldanus. *Hactenus Ptolomæus*. Hanc eandem cauſam idem prælaudatus S. Antoninus, nimirum par. 3. titul. 20. cap. 6. §. 9. recensère non omittit, inquiens:
„ Violatæ ſunt treguæ per Chriſtianos con-
„ tra Sarracenos deferentes mercimonia, &
„ victualia ſub immunitate treguæ, ipſis præ-
„ datis & occiſis ibi, & in aliis caſalibus vi-
„ cinis dictæ Civitati. Eâ propter Soldanus
„ miſit oratores ſuos ad Dominos illos, qui
„ erant in Acri querelam faciens de treguis
„ violatis & damnis illatis, petens emendam
„ injuriarum: Et quòd mitterentur ei aliqui
„ ex illis, qui primi fuerant ad frangendum
„ treguam, ut de illis ſupplicium pateren-
„ tur. Quod illi denegarunt. Et propter hoc
„ ad vindicandum injurias venit ad obſidio-
„ nem Acri.

143 De Monialibus Clariſſis, Fratribuſque Minoribus eâ in Civitate captione pro Chriſto occiſis, idem Sanctus Antoninus pariter 3. part. tit. 24. cap. 9. §. 11. hanc narrat hiſtoriam, videlicèt: „ Circà idem tempus,
„ Anno ſcilicèt Domini MCCXCI. Civitas
„ Achon capta ſuit per Sarracenos, occiſis
„ ibi, vel captis pluſquàm triginta millia
„ Chriſtianorum utriuſque ſexus. Cùm au-
„ tem eſſet in Achon ſolemne Monaſterium
„ Sanctæ Claræ Sororum, & Abbatiſſa ca-
„ ptam Civitatem audiſſet, & Sarracenos
„ intraſſe, zelo caſtitatis viriliter effecta
„ omnes ſorores ad Capitulum convoca-
„ vit, & prima facto ſermone ſalubri, nè
„ à Sarracenis deluderentur, omnes ad Mar-
„ tyrium animavit; & ait: *Filiæ meæ, &*
„ *ſorores contemnamus vitam iſtam; & ut im-*
„ *maculato Sponſo, immaculato corde, & corpo-*
„ *re fortes in fide Domino noſtro Jeſu Chri-*
„ *ſto nos valeamus offerre, & pretio proprii*
„ *ſanguinis vitam interminabilem compare-*
„ *mus, quod me videritis facere, hoc & vos*
„ *faciatis*. Virilis ergò mulier, gladio ſuo
„ ſibi naſum proprium mutilavit, & fluente
„ ſanguine totam faciem cruentavit. Ani-
„ mantur ſorores ad ſimilia, & ſacies ſuas di-
„ verſimodè vulnerantes ex cruore virgineo
„ aſpectum horribilem aſpicientibus intule-
„ runt. Quid plura? Intrant Sarraceni Mo-
„ naſterium, evaginatis gladiis ſanguinem
„ Chriſtianorum ſitientes. Occurrerunt Vir-
„ gines ſacræ intrepidè non decorem, ſed
„ horrorem canibus illis offerentes; qui pri-
„ mo videntes, obſtupuerunt, deindè hor-
„ rentes omnes gladiis peremerunt; nempè
„ in eo, quod ſe vulneraverunt, niſi excu-
„ ſentur ex ſpeciali inſtinctu Spiritus Sancti
„ hoc feciſſe, ſecundùm communem legem
„ graviter peccaſſent. Fratres etiam Mino-
„ res Conventus, qui ibi erant, interfecti
„ ſunt à Sarracenis. *Hactenus Sanctus Antoninus*.

144 Captâ itaquè Ptolemayde, Soldanus facilè cæteras, quæ Chriſtianis parebant Civitates, Caſtra quoq; occupavit: „ Eodem
„ die, *ait Sanctus cap.* 12. quo Ptolemayda
„ capta eſt, Tyrii Civitatem vacuam in Ve-
„ ſperis relinquentes victoribus, ſinè ictu
„ gladii, abſquè tumultu belli occupandam
„ liberè, aſcenſis navibus, reliquerunt: In
„ craſtino verò Sarraceni intraverunt, nemi-
„ ne prohibente, feceruntque quod libuit.
„ *Et infrà ſubjungit*: Templarii autem, qui
„ priùs fugerant, Sydonem adeunt, & mu-
„ niunt Caſtrum Maris. Contrà quos Sol-
„ danus unum Admiraldum tranſmiſit, no-
„ mine *Segei*, qui cùm eos ex parte terræ
„ ſuperare non poſſet, in Lycia præparavit
„ navigia, Quod cernentes Templarii timo-
„ more percuſſi, ad Tortoſæ Inſulam primò,
„ Cyprum deindè confugerunt. Admiraldus
„ verò Caſtrum dirui juſſit. Tunc qui Baru-
„ thi erant Nuncios illi tranſmittunt, pe-
„ tentes quid de eis Intenderet; reſpondit-
„ que Subdolus *Segei*, cùm inter eos eſſet
„ tregua conventio, & Soldanum, ideò ſibi
„ per confines ſuos tranſeunti feſtivè occur-
„ rant. Illi dùm juſſa perficiunt, trucidan-
„ tur, capiuntur, cateniſque nectuntur, di-
„ ruitque muros Civitatis, & Caſtrum. Poſt
„ hæc parvo elapſo tempore, Caſtrum Pere-
„ grinorum à Chriſtianis relinquitur, & à

Sar-

Digitized by Google

„ Sarracenis deſtruitur. Tunc omnis Syria „ amiſſa eſt, cunctique Chriſtiani habitato„ res Terræ promiſſionis, aut morte extincti „ ſunt, aut profugi, exulesque ſuis demeri„ tis indè ad Inſulam Cypri habuere refu„ gium, illicque ſecùm manente, quam ſe„ cùm in conſcientia portaverant, ſarcinâ „ peccatorum, & causâ deſolationis præfa„ tæ, in multa anguſtia, multoque tremore „ miſeram vitam agunt. *Hactenus Sanutus*. Et ità finis rerum Chriſtianorum in Syria.

145 Conatus eſt Nicolaus pro poſſe damna reſarcire, datis mœſtiſſimis ad Occidentales Chriſtianos Principes literis, ut ipſos in Sarracenos concitaret, quæ apud Raynaldum legi poſſunt, præcipuè ad Annum MCCXCI. miſiſſe Pontificem in Inſulam Cypri xx. Triremes, auctor eſt Sanutus lib.3.par.13.cap.1. inquiens: „ Cùm ad âures Summi Pontifi„ cis, Romanique Capituli,nova tàm infœli„ cia pervenerunt,afflictis fidelibus in Inſula „ Cypri xx. Galeas continuè tranſmiſerunt. „ Cypreſes verò alias munierunt; quarum „ xxv.ad præoccupādum quoddam Caſtrum, „ vocatum *Quandelor*, perrexerunt, quòd „ Turchi præſentientes taliter munierunt, „ ut nihil eis nocere potuerint. Indè autem „ recedentes, Alexandriam perrexerunt, & „ diebus aliquot immorantes,cùm nihil egiſ„ ſent, in Cyprum reverſæ ſunt. *Hæc Sanutus*. Alii ſcribunt, præfatum Pontificem ſexaginta millia Cruceſignatos in Terræ Sanctæ ſubſidium ſuis ſumptibus, de exactis videlicèt decimis, miſiſſe, ut videre eſt apud Auctorem Annalium Colmarienſium ad hunc annum. Conſtat nàmque, non ſolùm literis excitaſſe Occidentales Principes ad præfatum ferendum ſubſidium, verùm,& univerſos Chriſtifideles, miſſis Encyclicis, quæ habentur in Bullario Romano v. hujus Pontificis, incipientes: *Illuminet ſuper vos Dominus vultum ſuum*. Sub datis apud Urbem Veterem Nonis Auguſti, ſui Pontificatus Anno IV. Alias fecerat pariter Encyclicas anteriores, ſub datis iv. Kalendas Aprilis, quibus hortabatur fideles ad accipiendam Crucem, & militandum pro Chriſto adverſùs Infideles ſub vexillo Eduardi Anglorum Regis, qui, ut ait, in ſecundis literis tranſfretare debuerat Anno Domini MCCXCIII. in feſto Sancti Joannis Baptiſtæ,aſſignato ab eodem Pontifice termino: *Terminum*, ait, *feſtum videlicet Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ (quod erit, Anno Domini MCCXCIII. & ei ad tranſfretandum perſonaliter, nec non ad dictum generale paſſagium Cruceſignatis, & Cruceſignandis, omnibus duximus præfigendum) humiliter acceptavit*. Rex ſcilicèt Eduardus. Hæc tamen pii Pontificis ſtudia fruſtrà abière. Eo nàmque defuncto, diutiùs vacante Sede, ut infrà dicemus, Rex Angliæ arma adverſùs Sarracenos parata in Gallos vertit: Veneti quoquè, & Januenſes propè Ajacium Urbem Armeniæ minoris nobiliſſimam, idem fecere, arma in invicem vertentes. Mutuis ergò Chriſtianorum Principum diſcordiis furentibus, manſit apud Barbaros Syria, & univerſa Terra promiſſionis, ſub quorum jugo adhùc in præſens gemit, undiquè vaſtata, & contrita.

146 Eodem anno idem Nicolaus literas Argonis Tartarorum Regis, de quo ſuprà, accepit per Nuncium ab eodem Rege deſtinatum, quibus auxiliares copias Latinorum poſtulabat pro delendis Sarracenis. Quarè Pontifex duos alios ex Ordine Fratrum Minorum deſtinavit Nuncios, Fratrem ſcilicèt Guillelmum de Chyerio Pœnitentiariū Pontificium, & Fratrem Matthæum de Civitate Theatina, binis per eoſdem ferendis, & contradendis datis ad eundem Regem literis, quarum prima ſic incipit.

Magnifico viro Argoni Regi Tartarorum Illuſtri gratiam in præſenti,quæ ducat ad gloriam in futuro.

147 „ Solitâ benignitate recepimus li„ teras, quas nobis per dilectum filium no„ bilem virum *Chaganum*, tuum Nuncium „ direxiſti, & ea, quæ continebantur in ipſis „ pleno collegimus intellectu. Nos autem „ Celſitudinis Regalis affectibus, quos in „ beneplacitum Domini dirigi cupimus, an„ nuentes ſuper contentis in literis ſupradi„ ctis favorabiles, & affectuoſas literas, pro„ ut à nobis inſtantiùs poſtulaſti, chariſſimo „ in Chriſto filio noſtro Eduardo Illuſtri Re„ gi Angliæ, duximus dirigendas.

148 Poſt hæc iterùm, quemadmodùm & in aliis fecerat ad eundem datis literis ſuprà recitatis, paternæ & ex intimo cordis affectu, hortatur, ut baptiſmum ſuſcipiat, nè diutiùs differat, & exemplo Nicolai ſui filii, jàm baptizati, ad illum recipiendum excitare conatur. In fine porrò prænominatos commendat Apoſtolicos Nuncios, inquiens: „ Ad hæc „ dilectos filios Fratres Guillelmū de Chye„ rio Pœnitentiarium noſtrum, & Matthæum „ de Civitate Theatina, Ordinis Minorum, „ latores præſentium, quos ad præſentiam „ Regiam pro tua, tuæque gentis ſalute de„ ſtinamus, pro Apoſtolicæ Sedis, & noſtrâ „ reverentiâ benignè recipias, & favorabili„ liter proſequaris, illoſque diligenter au„ dias, & conſiliis ipſorum ſalubribus effi„ caciter acquieſcas. Datum apud Urbem „ Veterem xii. Kalendas Septembris, An„ no IV. *Hactenus literæ*, quas ex Vaticano Regeſto integras recitat Wadingus ad hunc Annum ſub num. v. Biduo poſt, alias eidem ſcripſit literas, quas Raynaldus exhibet ad hunc pariter Annum ſub num. 32. & in quibus agit de chriſtiana clade in Syria, & de ſtudio adhibito, ſivè adhibendo pro recupe-

ratione Terræ Sanctæ, curans ſimùl excitare eundem Regem ad idem opus prçſtandum. Sic ergò præfatæ literæ ſe habent.

Magnifico viro Argoni Regi Tartarorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

149 „ Præcurrentis famæ relatibus, quæ „ literarum, & Nunciorum de more prævenit miſſionem, ad notitiam Regiam credimus jàm perductum, qualiter etiam non „ ſinè totius Chriſtianitatis opprobrio, Terra Sancta funiculus hçreditatis Dominicę, „ ac ſacratiſſimæ, & alia loca ejus ad manus „ devenerunt alienas, inter quæ, proh dolor! Acconenſis Civitas veniſſe dignoſcitur in ruinam. *Et poſt plura*. Cùm igitur „ ad recuperandam de manibus impii Terram ipſam ferventibus ſtudiis intendentes, „ cunctos Orbis terræ catholicos Reges, & „ Principes per noſtras literas excitemus, ob „ reverentiam Jeſu Chriſti opem pro viribus „ impendant, & operam ad hujuſmodi negotium celeriter, & fœliciter promovendum; & chariſſimus in Chriſto filius noſter Eduardus Rex Anglorum Illuſtris, pro„ ut ad tuam notitiam forſitàn jàm pervenit, „ vivificæ Crucis aſſumpto ſignaculo in brevi, auctore Domino, in manu potenti „ transfretare intendat; ac per univerſas „ Chriſtianitatis Provincias contrà nefandiſſimos Sarracenos ordinaverimus facere „ proponi ſolicitè verbum Crucis; firmaque „ nobis credulitas ſuggerat, quòd prætactum negotium, ſi tuæ potentiæ brachio „ fulciatur, votivum & feſtinum ſortietur „ effectum; Magnitudinem tuam rogamus, „ & hortamur attentè, inſtanter petimus, & „ requirimus confidenter, quatenùs promptis, & reverentibus animis ſacrum baptiſma recipiens, & divinis beneplacitis te „ coaptans, ad recuperationem celerem dictæ Terræ, ac etiam ad ſuorum hoſtium „ nequitiam & ſuperbiam conterendam, tuæ „ potentiæ vires exerceas, prout utiliùs Regiæ Magnitudo prudentiæ viderit expedire; ad id ſubditos tibi populos ſolicitis „ ſtudiis inducendo, ut tuo, & aliorum Regum, & Principum, ac aliorum fidelium „ auxilio ſuffragante, celeriùs recuperatio „ eadem valeat provenire, tuque ab eo, qui „ dat gratias, & præmia elargitur, condignæ retributionis impendia conſequaris, „ & præter humanæ laudis ſonora præconia „ tibi exindè proventura, nos Magnitudinem „ Regiam non immeritò commendemus. Ad „ hæc, multæ benignitatis affectum, quem „ Chriſtianis in partibus ipſis morantibus „ favorabiliter exhibes uberibus gratiis proſequentes, petimus, ut hujuſmodi affectum Regia Celſitudo continuet circà illos. *Poſteà commendat eoſdem duos Nuncios Minoritas, quorum monitis, ut aſſentiatur*, „ *conſulit*. Dat. apud Urbem Veterem x. „ Kal. Septembris, Anno IV.

150 Ex recitatis hiſce literis conſtat, non rectè Sanutum lib.3. par. 13. cap. 8. tempus conſignaſſe obitus Argonis, quem ſcribit exceſſiſſe anno quarto Regni ſui, & Domini MCCLXXXIX. Sabellicum quoq; Ennead. 9. lib.7. & Gordonum in ſua Chronologia, erraſſe apparet, dum mortuum dicunt Anno Domini MCCLXXXVIII. In errorem porrò Marini Sanuti abiit quoque Calviſius. Ex præfatis namque Nicolai literis certum fit, adhùc Argonem ſuperſtitem fuiſſe Anno Domini MCCXCI. Nicolai Papæ anno IV. quo datæ leguntur: Et cui Argon paulò ante Nuncium ſuum deſtinaverat. Erant autem Argonis plures filii, inter quos præcipuè recenſentur, Nicolaus Saronus, & Caſſanus; ex his verò, Nicolaus erat ſacro regenerationis lavacro ablutus, nondùm tamen ſic renati alii duo. Ad omnes tamen Nicolaus Papa per eoſdem Religioſos Apoſtolicæ Sedis Nuncios literas miſit gratulatorias, ad Nicolaum propter ſuſceptum Baptiſmum, hortatorias ſimul, ut in recepta Chriſtiana fide conſtanter perſeveret, inferens in ejs ſeriem fidei orthodoxæ profitendæ, quam Sancta Romana Eccleſia tenet & docet, eam ſcilicèt ſæpèdictam olim miſſam ad Græcos. Ad alios verò duos fecit literas hortatorias excitando illos ad fidem Chriſtianam amplectendam, & ſacrum quamprimùm Baptiſmum ſuſcipiendum. Quæ ergò datæ ſunt ad Nicolaum, ſic ſe habent.

Dilecto Filio Nobili Viro Nicolao Nato magnifici viri Argonis Regis Tartarorum Illuſtris.

151 „ Exultat cor noſtrum in Domino, „ à quo Univerſorum Chariſmatum dona „ manant, quod ſicut fide dignis aperitur „ affatibus, tu ſupernæ Claritatis radio illuſtratus, & Cœleſtis gratiæ benedictione „ præventus ad fontem Baptiſmatis, non ſine „ laudum ſonoro præconio promptis animis „ convolaſti, quòd eò acceptiùs, & gratiùs „ noſtris accedit affectibus, quo te ſinceriùs „ gerimus in viſceribus charitatis, tuæque „ ſalutis & honoris augumentum votis ferventibus affectamus. Rogamus igitur nobilitatem tuam, & hortamur in Filio Dei „ Patris, quatenùs circà Dona, & laudabilia „ opera & virtutes, per quæ Cœlorum Regnum acquiritur, tanquam benedictionis filius, vigilantibus, & continuis ſtudiis te „ exercens Chriſtianam fidem, cujus præcelſis inſigniis te ſalubriter decoraſti, ſub mētis conſtantia, & ſinceræ devotionis affectu, ſtudeas obſervare, ut clara tuæ profeſſionis initia obſervationis continuæ laudabilis commendet effectus, cæterique tuo

ſa-

,, ſalubri exemplo inducti ad ejuſdem aſſum-
,, ptionem fidei propenſiùs excitentur, tuque
,, poſt vitæ præſentis curricula, quæ nulliua
,, certitudinem ſtatus habent, æternæ Bea-
,, titudinis præmia, quæ ſuis electis reſerva-
,, vit Altiſſimus, conſequaris. Cæterùm ti-
,, bi affectuosè conſulimus, & attentè ſua-
,, demus, quòd in habitu, ſeu veſtibus, vel
,, victu, nè inde materia diſsenſionis, aut
,, ſcandali, contra te forſitan in Gente tua
,, valeat ſuboriri; nullam mutationem facias;
,, ſed in eis conſuetudinem illam ſerves, quam
,, ante Baptiſmi lavacrum obſervaſti. Vt au-
,, tem ipſius fidei ſeries tibi pleniùs innote-
,, ſcat, eam tibi annotatam inferiùs deſtina-
,, mus, quæ talis eſt: Credimus Sanctam
,, Trinitatem, *& cætera, ſicut in ſuperioribus,*
,, *ſed uſque ad illa verba*. Quibuſcumque
,, aliis ſemper ſalva &c. Cæterùm dilectos fi-
,, lios fratres Guillelmum de Chyerio Pœni-
,, tentiarium noſtrum, & Matthæum de Ci-
,, vitate Theatina, Ordinis Minorum, latores
,, præſentium, quos ad tuam præſentiam, &
,, etiam ad partes tuas pro gentis tuæ ſalute
,, dirigimus, pro Apoſtolicæ Sedis & noſtrâ
,, reverentiâ benignè recipias, & favorabili-
,, ter proſequaris, impendendo eiſdem ſuper
,, commiſſis ſibi Negotiis, cùm ab eis fueris
,, requiſitus, auxilium, conſilium, & favo-
,, rem. Datum apud Urbem Veterem XII.
,, Kal. Septembris, Anno IV. *Hactenus lite-*
ræ. Quæ verò ad Saronem, & Caſſanum da-
tæ, ſunt tenoris ſequentis.

Nobili viro Saroni Nato Magnifici viri Argo-
nis Regis Tartarorum Illuſtris, gra-
tiam in præſenti, quæ perducat
ad gloriam in futuro.

152 ,, Paſtoralis officii commiſſi Nobis à
,, Domino debitum exigit, ut te ad ea, quæ
,, tuæ ſalutis profectus, & honoris incre-
,, menta reſpiciunt, tibique in Orbe Terra-
,, rum laudum titulos afferunt, ſolicitis in-
,, ducamus ſtudiis, & affectuoſis exhortatio-
,, nibus excitemus. Sanè tuæ Magnitudini
,, cupimus aperiri, quòd Salvator Noſter
,, Dei Filius Jeſus Chriſtus, de Summis Cœ-
,, lorum ad ima Mundi, ut hominem, quem
,, plaſmaverat, de nexibus ſervitutis eripe-
,, ret, in quos ipſum impegerat maligna
,, ſuggeſtio, clementi dignatione deſcen-
,, dens, veſtem noſtræ mortalitatis aſſumpſit;
,, ut proprii aſperſione cruoris incendia per-
,, petui cruciatus extingueret, ac ſuos mor-
,, tis æternæ tenebris obvolutos, vitæ peren-
,, nis efficeret poſſeſſores, qui Mundum
,, ſalutaribus inſtitutis informans, tandèm
,, poſt ſanctæ converſationis, & operationis
,, exempla, poſt Evangelicę inſtructionis elo-
,, quia, ad doctrinæ ſalutaris effectum diræ
,, mortis ultrò ſupplicium ſubiit, & die ter-
,, tiâ reſurrexit à mortuis glorioſus, qui
,, priuſquã pateretur, Regni Cœlorum Cla-
,, ves Beato Petro Apoſtolorum Principi, &
,, per eum ſuis duxit ſucceſſoribus committ-
,, tendas, per hoc eis tàm ſublimis poteſtatis
,, auctoritatem impendens, ut quodcumque
,, ſuper terram ligatum redderent, ligatum
,, haberent in Cœlis, & quodcumque ſolve-
,, rent ſuper terram, ſolutum exiſteret in
,, eiſdem. Undè Nos, licèt inſufficientibus me-
,, ritis Chriſti Vicarii, & ejuſdem Sancti
,, Petri ſucceſſores in terris, diſponente Do-
,, mino, conſtituti, affectu deſideramus exi-
,, mio, ut fidei Chriſtianæ cultores ſalutari-
,, bus actibus immorentur: ac ii, quos fides
,, eadem non agnovit, ad rectitudinis ſemi-
,, tam, Auctore Domino, revocentur. Ean-
,, demque ſolicitè ſervent fidem, cùm ipſa ſit
,, vera fides, & recta, ſine cujus comitante
,, ſuffragio placère Domino nemo poteſt,
,, quæ reatus expurgat, ſalutis commoda tri-
,, buit, quævè corda, menteſque purificat, &
,, infidelitatis obſcurum ſuæ radiis expiat
,, claritatis.

153 ,, Excitamus itaque nobilitatem
,, tuam, & attentiùs exhortamur, ſanò &
,, ſincero tibi conſilio ſuadentes, quatenùs
,, ſedulâ meditatione recogitans, quam ſit
,, fragilis & caduca humanæ naturæ conditio,
,, quàm plena periculis, quantis expoſita ca-
,, ſibus, quàm inſtabilis ſtatus ejus. Conſi-
,, derans etiam, quòd magnifici Principis
,, Argonis Tartarorum Illuſtris tui Patris
,, affectio ſincera dirigitur ad chriſtianam fi-
,, dem, prout lętantes accepimus, aſſumen-
,, dam, quòdque dilectus filius nobilis vir
,, Nicolaus frater tuus, de ſua ſalute ſolici-
,, tus, & divinis beneplacitis ſe coaptans,
,, ſacrum baptiſma ſuſcepit, ſedulòque reco-
,, gitans, quòd à lege mortis mordentis om-
,, nia nullus excluditur, cùm omne quod na-
,, ſcitur, neceſſariò moriatur, promptus aſ-
,, ſurgas, præſtò te offeras, paratus accedas
,, ad agnitionem chriſtianæ fidei, ac ſuſci-
,, piendum baptiſmatis Sacramentum, ad
,, laudem Divini Nominis, tuæ ſalutis pro-
,, fectum, & augumentum fidei ſupradictæ,
,, ut lucis ſuæ radio illuſtratus, te ſolertèr
,, exerceas ad ejus fines laudabiliter am-
,, pliandos, ut poſt vitæ præſentis ergaſtu-
,, lum à porta Inferi libereris, & ejus diris
,, cruciatibus, pœniſque graviſſimis evitatis,
,, æternæ beatitudinis præmia perpetuis du-
,, ratura temporibus conſequaris, & extol-
,, latur glorioſè in ſæculo nomen tuum.

154 ,, Ad hæc multæ benignitatis affe-
,, ctum, quem chriſtianis in partibus illis
,, morantibus favorabiliter exhibes, uberi-
,, bus gratiis proſequentes, petimus, ut hu-
,, juſmodi affectum tua nobilitas continuet
,, circà illos. Cæterùm dilectos filios Fra-
,, tres Guillelmum de Chyerio Pœnitentia-
,, rium noſtrum, & Matthæum de Civitate
,, Theatina, Ordinis Minorum, latores prę-

„ ſentium, quos ad tuam præſentiam deſti-
„ namus pro tua, tuæque gentis ſalute, pro
„ Apoſtolicæ Sedis, & noſtrâ reverentiâ, be-
„ nignè recipias, & favorabiliter proſequa-
„ ris, illoſque diligenter audias, & ſalubri-
„ bus ipſorum conſiliis efficaciter acquieſcas.
„ Datum apud Urbem Veterem x. Kalendas
„ Septembris, Anno IV. *Hactenùs Nicolaus ad Saronem*; ex Vaticano Regeſto apud Wadingum. Similem ex eodem Regeſto Vaticano, & ſub eiſdem omninò terminis exhibet Raynaldus datam ad Caſſanum alterum Argonis filium. Quæ porrò ab eodem Nicolao Papa ſcripta eſt ad Reginam Tartarorum, tàm à Raynaldo, quàm à Wadingo, Epiſtola, recitatur, quæ ità ſe habet.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Anichohamini Reginæ Tartarorum Illuſtri, ſalutem.

155 „ Gaudemus in Domino, à quo
„ univerſorum Chariſmatum dona manant,
„ quòd tu, ſicut habet fide digna relatio,
„ chriſtianæ fidei radio illuſtrata, ipſam &
„ intentis obſervas ſtudiis, & ad ejus agni-
„ tionem, ac terminos ampliandos attenta,
„ & ſolicita exhibes opem, & operam effica-
„ cem. Reverà chariſſima Filia, per hujuſ-
„ modi laudanda opera, & ſalubria ſtudia in
„ conſpectu Regis Æterni grata redderis, &
„ accepta, & dilatabuntur in ſæculo ſonora
„ præconia famæ tuæ. Excitamus igitur in
„ Domino Magnitudinem tuam, & horta-
„ mur in Filio Dei Patris, quatenùs mentis
„ tuæ oculis erectis ad Dominum, cujus ob-
„ ſequiis ſalubriter adhæſiſti, præmiſſa de
„ bono ſemper in meliùs proſequaris, ut eò
„ gratior, & præmiis digna majoribus oc-
„ curras Domino Deo tuo, quo uberiores
„ bonorum operum in ejus horreum manipu-
„ los introduces.

156 „ Cæterùm cùm nobiles viros Sa-
„ ronem, & Caſſanum fratres, filios viri
„ Magnifici Argonis Regis Tartarorum Il-
„ luſtris, ad aſſumendam fidem catholicam
„ per noſtras exhortatorias literas excite-
„ mus eos, ut precibus noſtris animis prom-
„ ptia obtemperent, prudenter inducere ſtu-
„ deas, prout tibi Dominus miniſtrabit.
„ Cùm autem dilectos filios Fratres Guillel-
„ mum de Chyerio Pœnitentiarium noſtrum,
„ & Matthæum de Civitate Theatina, Ordi-
„ nis Minorum, latores præſentium ad par-
„ tes ipſas pro ſalute gentis ipſarum fiducia-
„ liter deſtinemus, ipſos pro noſtra, & Apo-
„ ſtolicæ Sedis reverentiâ benignè recipias,
„ & favorabiliter proſequaris, eia ſuper com-
„ miſſis ſibi negotiis tuum favorem, & auxi-
„ lium, cùm ab eis requiſita fueris impen-
„ ſura. Nos enim benedictionem noſtram ti-
„ bi tenore præſentium in tuorum remiſſio-
„ nem dirigimus peccatorum. Datum apud
„ Urbem Veterem Idibus Auguſti, Anno
„ quarto.

157 Hanc ergò Reginam, chriſtianam fuiſſe, literæ præfatæ teſtantur; nec hanc ſolam, ſed aliam quoquè Tartarorum Reginam, nomine *Dathanicatum*, chriſtianæ militiæ nomen dediſſe, aliæ Nicolai literæ, ſed ejuſdem tenoris, totidèmque verbis ad eam datæ pariter ſignificant. Extant & Nicolai ſimiliter literæ datæ ad *Tagharzar*, Exercitus Tartarorum Ducem, nondùm baptiſmate initiatum, ſed ejuſdem tenoris, ac ſub iiſdem verbis; ac leguntur literæ ad Saronem, & Caſſanum datæ, ex quibus colligitur, eo tempore, quo Græci ab orthodoxa fide receſſerant, apud Tartaros maximum incrementum ſuſcepiſſe. An Argon deniquè baptizatus fuerit, apud Scriptores non legitur, deceſſiſſe tamen poſt ultimas receptas Nicolai literas credendum eſt, cùm poſteà nulla ampliùs de eo mentio habeatur. Qui tamèn ei ſucceſſit in Imperio, *Quægatus* ſcilicèt peſſimus in moribus vir, alienus creditur fuiſſe à fide Chriſti, ſed parvo tempore regnavit, propter ejus vitia interſectus, ut ex Sanuto diximus ſuprà num. 119. *Baydo* tamen, qui poſt *Quegatum* regnavit, chriſtianus fuit, & fidelis, ait idem Sanutus, poſteà Caſſanus Baydonis ſucceſſor, quem præfatus Sanutus *Gazenum* nominat, & ad quem Nicolaus Papa ſcripſit, baptiſmum ſuſceperat. Id quod ex ſæpèdicto Sanuto colligitur, dùm ait, Sarracenos ſe illi parere exhibuiſſe, ejecto Baydone, dummodò fidem chriſtianam abjuraſſet, & mahomethanam amplexus fuiſſet legem, ut in præcitato loco diximus. Verùm hoc addendum eſt, adhæſiſſe quidèm Caſſanum Sarracenorum poſtulatis, verbo, ut Regnum acciperet, in effectu tamen ſectam Mauhemethi non eſſe ſecutum, ut ex iis, quæ ſubjungit Sanutus, evincitur, cùm ait:
„ Sic Bayto (*ideſt Baydo*) captus, & inter-
„ fectus eſt; regnavitque pro eo Gazenus
„ (*ſcilicet Caſſanus*) Argonis filius, qui in
„ Regni exordio mala intulit Chriſtianis,
„ ſuſtinuitque, ut Sarraceni Eccleſias Chri-
„ ſtianorum deſtruerent; ſed in Dominio fa-
„ ctus ſecurus, chriſtianis multa bona con-
„ tulit, & multos Sarracenorum Proceres
„ interfecit, eò quòd de lege Mahumeti eum
„ ſæpiùs moleſtarent. *Hæc Sanutus lib. 3. part.* 13. *cap.* 8. ut oſtendat, Caſſanum ſimulatè adhæſiſſe Sarracenis, Regni ſcilicèt cupiditate, chriſtianam fidem tamèn nunquàm reliquiſſe. Sed eo mortuo, Anno ſcilicèt MCCCIV. ut ſcribit Ayton cap. 45. Hiſtor. Orient. Et fratri ſuo jure teſtamenti relicto Regno, chriſtiana Religio apud Tartaros Perſidis plura mala ſuſtinuit. Erat námque prædictus frater, utiquè baptizatus, ille idem Nicolaus, ad quem Papa Nicolaus literas fecerat, appellatus tartarico nomine, *Carbaganda*: Sed ſuſcepto Regno, & mortuâ ma-
tre,

Digitized by Google

tre, relicto Chriſto, infami adhæſit Mahumeto. Indicat hæc idem *Sanutus*; clariùs tamen rem explicat Aytonus, loco mox citato, inquiens: „ Poſt hæc Caſſanus diem clauſit extremum, & ſucceſſit ſibi in Regno Carbaganda frater ſuus. Hic Carbaganda fuit filius cujuſdam bonæ memoriæ Dominæ, quæ fuit vocata, *Eroqkaton*, quæ fuit in fide Chriſti devotiſſima & fidelis, & quamdiù vixit, faciebat ſibi Divina Officia quotidiè celebrari, & tenebat chriſtianum Presbyterum, & Sacellum; undè iſte Carbaganda fuit baptizatus, & nominatus in ſuo baptiſmate Nicolaus; & quamdiù mater ejus vixit, in fide Chriſtianorum permanſit: Sed poſt obitum Dominæ matris ſuæ dilexit ſocietatem Sarracenorum; undè fide Chriſtianorum relictâ, adhæſit ſectæ perfidi Mahumeti. *Hactenus ille*.

158 Nec ſolùm Tartaros ad fidem Chriſti ſuſcipiendam excitavit Nicolaus eodem quarto ſui Pontificatus Anno, ſed Bulgaros quoquè ad ineundam cum Sancta Romana Eccleſia unionem maximè ſolicitavit, datis literis ad Georgium Imperatorem Bulgarorum, & ad Archiepiſcopum ejuſdem Regionis, qui olim coràm Palæologo Imperatore ad agnoſcendam Romani Pontificis ſupremam auctoritatem, ſacramento ſe obſtrinxerat. Ad Regem ergò, ſivè Bulgarorum Imperatorem ad hunc modum ſcripſit Nicolaus,

Magnifico Principi Georgio Imperatori Bulgarorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

159 „ Ad curam Dominici gregis, ejus diſpoſitione vocati, qui cœleſtia, & terrena virtutis ſuæ magnitudine providè moderatur, jugi reddimur attentione ſoliciti, ut univerſi mortales ſic in ſemitis mandatorum Domini greſſus ſuos dirigant, quod poſt curſum vitæ tranſitoriæ fœlicitatis æternæ bravium aſſequantur. Sanè ad hujuſmodi bravium aſſequendum neceſſe eſt cuilibet, ut obſervet, & teneat firmiter fidem catholicam, quam tenet, profitetur, & docet Sacroſancta Romana Eccleſia Mater Fidei & Magiſtra, ſinè quâ nemo poteſt Deo placere, nec ad perpetuæ Beatitudinis gaudia pervenire. Hæc ſiquidèm fides charitatis eſt vinculum, & totius Religionis ſanctiſſimæ fundamentum. Hæc peccatus expurgat, mentes purificat, tenebras infidelitatis fugat, nubem erroris eliminat, commoda ſalutis impendit, & æternæ vitæ præmia ſuis Sectatoribus repromittit. Hæc, ut vera tenet Religio, alibi quàm in communione ipſius Eccleſiæ Romanæ, quæ diſponente Jeſu Chriſto, noſtræ ſalutis auctore, ſola ſuper omnes Eccleſias ſummum, & præcipuum obtinet Principatum, ad ſalutem haberi non poteſt, ſicut in Arca Noe, per quam catholica Eccleſia deſignatur, ſpiritualiter extitit figuratum, in qua cæteris pereuntibus, ii dumtaxàt, qui ſe receperunt infrà ipſam, ſalvi ſuperinundante generali diluvio extiterunt.

160 „ Quià verò, Princeps egregie, nos qui, licèt immeriti ejus, qui de ſupernis Cœlorum Sedibus ad ima Mundi deſcendens, carnem noſtræ mortalitatis aſſumpſit, ut proprii aſperſione cruoris humanum genus perpetuæ morti obnoxium à mortis nexibus miſericorditer liberaret, vices in terris gerimus, illa, quæ tuæ ſalutis augumentum reſpiciunt, tuumque nomen apud Deum, & homines magnificant, & extollunt, totis deſideriis affectamus; Serenitatem tuam, cujus in hac parte ſalutem exquirimus, attentè rogandam duximus, & in Jeſu Chriſto Dei Filio ſalutaribus monitis exhortandam, quatenùs fidem hujuſmodi, quam, ſicut præmittimus, tenet ipſa Rumana Eccleſia & obſervat, inconcuſſam teneas, ipſam totis niſibus, totiſque affectibus amplecti ſtudeas, & populos Imperio tuo ſubjectos ad tenendam eandem ſalubriter dirigas & inducas. Per hæc enim te Deo reddes acceptum, tibi æternæ retributionis acquires meritum, & magnificabis multipliciter in gentibus nomen tuum. Cæterùm, ut fides hujuſmodi, & ejus forma Serenitati pleniùs innoteſcat, ipſam fecimus præſentibus annotari, quæ tales ſunt. Credimus Sanctam Trinitatem, *& cætera*, ſicut in formula fidei ad Græcos. Datum apud Urbem Veterem x. Kalendas Aprilis, Anno quarto. *Hactenùs ad Imperatorem Bulgarorum*. Ad Patriarcham, ſivè Archiepiſcopum ſic ſcripſit.

Nicolaus Epiſcopus &c. Archiepiſcopo Bulgarorum, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

161 „ Miſericors, & miſeriator Dominus, piâ miſeratione attendens humanum genus mortis perpetuæ nexibus, in quos ipſum impegerat inimici doloſa ſuggeſtio, miſerabiliter obvolutum, ut eam à morte liberaret perpetua, & æternæ vitæ beatam conſtitueret poſſeſſionem, de excelſo ſolio ſancto ſuo ad ima Mundi deſcendit, ubi veſtem noſtræ mortalitatis indutus, ultrò morti ſe obtulit, & poſtmodùm die tertiâ reſurrexit, mortem noſtram deſtruens moriendo, & vitam reparans fœliciter reſurgendo: Deinde de Mundo aſcenſurus in Cœ-

„ Cœlum, ne gregi Dominico tanti aſperſione cruoris, redempto cura deeſſet Paſtoris, Beatum Petrum Apoſtolorum Principem; & poſt eum omnes ejus in perpetuum ſucceſſores Vicarios ſuos in terris conſtituens, eis decrevit ſui gregis curam, & ſolicitudinem committendam.

162 „ Sanè cùm nos, licèt inſufficentibus meritis, ſimus ipſius Dei omnipotentis Vicarii, & ejuſdem Apoſtolorum Principis ſucceſſores, ex debito Paſtoralis officii, jugi ſolicitudine attenti reddimur, ut univerſi, quos per propagationem carnis humanæ natura produxit in eſſe, ii potiſſimùm, quos ſacri Baptiſmatis unda conſperſerit, actus ſuos diſponant in lumine veritatis, & per rectam mandatorum Domini gradientes ſemitam, æternæ Beatitudinis gaudia conſequantur. Porrò ad hanc Beatitudinem aſſequendam neceſſariò exigitur, ut fides Catholica, quam tenet, profitetur, & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, Mater fidei, & Magiſtra, cui, licèt immeriti, præſidemus, firmiter & inviolabiliter teneatur. Hæc enim charitatis eſt vinculum, & totius Religionis ſanctiſſimæ fundamentum. Hæc reatus expurgat, mentes purificat, tenebras infidelitatis fugat, nubem erroris eliminat, commoda ſalutis impendit, & æternæ vitæ gaudia ſuis ſectatoribus repromittit. Hæc quippè alibi ad ſalutem haberi non poteſt, quàm in communione ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ Divinis & Apoſtolicis oraculis univerſis Eccleſiis eſt prælata, & ſuper omnes Summum & præcipuum obtinet Principatum.

163 „ Quia verò, Nos ea, quæ ſalutis tuæ, ac populi, cui præes, incrementum reſpiciunt, totis deſideriis affectamus, fraternitatem tuam rogandam duximus, & in Chriſti viſceribus exhortandam, quatenùs fidem hujuſmodi, quam, ſicut præmiſimus, Romana tenet Eccleſia, & obſervat, inconcuſsè prædices, teneas, ipſam promptis affectibus amplecti ſtudeas, & Magnificum Principem Georgium Imperatorem Bulgarorum Illuſtrem, cui ſuper hoc, ſalutem zelantes ipſius, noſtras literas exhortatorias deſtinamus; nec non, & populos tuæ, ac ipſius ditioni ſubjectos ad fidem tenendam eandem dirigas & inducas. Tenet enim probabiliter noſtra credulitas, quòd in iis juxtà Dei, & noſtrum beneplacitum proſequendis exhibebis te voluntarium, facilem atque promptum, cum tu (ſi tamen ille ſis, qui tunc erat Archiepiſcopus Bulgarorum, olìm coràm quondàm Magnifico viro Michaele Palæologo Imperatore Græcorum Illuſtri, eo tempore Conſtantinopoli reſidente, profeſſus fueris in Palatio de Blachernia, deinde coràm Nobis, ſicut à tua excidiſſe memoria non credimus, Oraculo vivæ vocis te Papæ Romano immediatè ſubeſſe dixeris, tuncque ad hoc, ad quod te nunc inducimus, diſpoſitus videharis.

164 „ Exhortationem igitur hujuſmodi, frater Chariſſime, quæ de Charitatis radice procedit, devotè ſuſcipias, & ſtudio efficaci adimplere procures, ut in retributione juſtorum extrema, tantò remunerari donis potioribus merearis, quantò in horreum Patris familias uberiores in te, ac aliis bonorum operum manipulos introduces. Cæterùm, ut fides, & ejus forma fraternitati pleniùs innoteſcat, ipſam fecimus præſentibus annotari, quæ talis eſt: Credimus Sanctam Trinitatem, *& cætera, ut ſupra*. Datum apud Urbem Veterem x. Kal. Aprilis, Anno IV. *Hactenus literæ*. Et quoniàm, huic tam optato negotio operam dabat Elena Serviæ Regina, certioratus Nicolaus per Nuncium ab ea miſſum, ſummè gaviſus eſt, ac ad eam fecit ſequentes literas.

Chariſſimæ in Chriſto Filiæ Elenæ Reginæ Serviæ Illuſtri.

165 „ Gaudemus, Filia Chariſſima, & Patri luminum proinde ad gratiarum aſſurgimus ſupplices actiones, quòd ſicut per dilectum filium Marinum Archidiaconum Antibarenſem, tuæ Celſitudinis Nuncium, lætâ mente ſuſcepimus, Tu lumine fidei Catholicæ divinitùs illuſtrata, ipſam non ſolùm obſervare devotis affectibus comprobaris, ſed alios etiam ad illius agnitionem, & ejus terminos propenſiùs dilatandos opem, & operam multæ ſolicitudinis ſtudio non deſinis exhibere: propter quòd in conſpectu Dei omnipotentis, cujus cauſam proſequeris, te nimirùm reddis acceptam, & attollis in Gentibus multipliciter nomen tuum.

166 „ Sanè cùm dilectus Archidiaconus Nobis ex parte tuæ Celſitudinis duxerit ſupplicandum, ut Magnifico Principi Georgio Imperatori Bulgarorum Illuſtri, cum quo ſuper reductione ipſius ad devotionem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac fidei Catholicæ unionem propoſitis habere colloquium hac æſtate, noſtras exhortatorias literas ſcribere dignaremur. Nos hujuſmodi tuæ Serenitatis ſalubre propoſitum condignis laudum præconiis attollentes, eidem Imperatori, juxtà præfatæ ſupplicationis oraculum, nec non Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Bulgarorum, ut noſtris, ac tuis in hac parte deſideriis ſatisfiat, poteſt exiſtere plurimùm fructuoſus, noſtras exhortatorias literas, prout expedire vidimus, duximus dirigendas.

167 „ Celſitudinem itaque tuam, filia Chariſſima, rogamus, & in Jeſu Chriſti viſceribus paternis affectibus, ſinceriſque mentibus exhortamur, quatenus ad eum, qui

Digitized by Google

„ qui poteſt facere mundum de immundo, „ quique *Montes*, viros videlicèt eminentes, „ de tuæ dignitatis faſtigio præſumentes, „ *tangis*, eorum cordibus ſanctæ inſpiratio- „ nis gratiam miſericorditer influendo, & „ *fumigant*, Deo devotionis ſacrificium offe- „ rendo, erigens oculos tuæ mentis, & in „ ipſo ponens anchoram tuæ ſpei, negotium „ hujuſmodi tàm laudabile, tàmque ſalubre „ ad Dei laudem, Catholicæ fidei exalta- „ tionem, & tui honorem nominis viriliter „ proſequaris, ut quantò in horreum Domi- „ nicum uberiores bonorum operum mani- „ pulos in te, ac aliis reportaveris, tantó à „ retributione bonorum omnium Remune- „ ratori donis potioribus merearis. Datum „ apud Urbem Veterem x. Kalendas Aprilis, „ Anno IV. *Hactenus literæ ad Serviæ Reginam*.

168 Miranda eſt tanta Summi & pii Paſtoris ſolicitudo pro omnium ferè Gentium converſione, ut ex hactenùs deductis apparet: ſed mirandum eſt, nullam ſolicitudinem, nullumvè ſtudium adhibuiſſe pro revocandis ad verum Chriſti ovile miſeris Conſtantinopolitani Imperii Græcis, recenter ab unitate reſciſſis. Per univerſum ferè Orbem operarios Evangelicos deſtinavit, ad Tartaros, ad Perſas, ad Æthyopes, ad Armenos, ad Georgianos, ad Iberos, ad Jacobitas, ad Neſtorianos, aliaſque valdè diſtantes Orbis nationes, Datis ad earundem Regionum Principes, Reges, Imperatores, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Præſules literis, paternis refertis hortamentis, ut ad amplectendam, erroribus quibuſvis amotis, orthodoxam fidem, excitarentur: ſolos Græcos Imperii Conſtantinopolitani neglexit: Ad quos, nec literas conſtat ſcripſiſſe, nec Apoſtolicos viros, ut eos ab erroribus revocarent, miſiſſe. Apparet namque eos reliquiſſe, ſecundum deſideria cordis eorum, ut irent in adventionibus ſuis, Deo ſic permittente, juſtiſſimo, ac rectiſſimo judicio, in pœnam eorum perfidiæ, & tot vices violati ſacramenti. Videtur namque Nicolaum imitatum Apoſtolos Chriſti, qui propter duritiam cordis Judæorum, ipſis relictis Judæis converſi ſunt ad prædicandum Gentibus: Et optimè in caſu aptari poſſunt Pauli, & Barnabæ verba adversùs contradicentes Judæos prolata, Actorum cap. 13. verſ. 46. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniàm repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes*.

DUBIUM INCIDENS,

An Clariſſæ illæ, quæ captâ Ptolemayde, ſe mutilarunt, & ſic mutilatæ hoſtibus ſe interimendas exhibuerunt, talia ſine peccato egerint?

169 Duabus de cauſis ſibi mutilandó manus intuliſſe, & facie cruentatâ hoſtibus ſe exhibuiſſe præfatas Clariſſas, tradit Antoninus, ut hac ſcilicet via in ſe Sarracenorum vitarent ſtupra, & intactâ Virginitate, ad Sponſum Chriſtum, cui illam devoverant, migrarent. At hujuſmodi causâ non potuiſſe cohoneſtare actum contrà Divinum & naturale jus perpetratum, multorum ſententiâ comprobari poteſt. Clamant namque ſacra eloquia Geneſ. cap. 9. *Quicumque effuderit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis illius: Ad Imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Vnde & in Decalogo, Exodi 20. & Deuteronom. 6. Divina lege ſcriptum eſt: *Non occides*; quo non ſolùm prohibetur ne quis alterum occidat, verùm nè ſeipſum quiſpiam occidat, ſecundùm S. Auguſtini doctrinam, lib. 1. de Civit. cap. 20. inquiens: „ Prohibitos nos eſſe in- „ telligendum eſt, ubi lex ait: *Non occides*; „ præſertim, quia non addit: *Proximum tuum*, „ ſicut falſum teſtimonium, cùm vetaret: „ *falſum*, inquit, *teſtimonium non dices ad- „ versùs proximum tuum*. Nec ideò tamen ſi „ adversùs ſeipſum quiſquam falſum teſti- „ monium dixerit, ab hoc crimine ſe putá- „ verit alienum; quoniàm regulam diligen- „ di proximum à ſeipſo dilector accepit; „ quandoquidèm ſcriptum eſt: *Diliges pro- „ ximum tuum ſicut teipſum*. Porrò ſi falſi „ teſtimonii non minùs reus eſt, qui de ſeip- „ ſo falſum fatetur, quàm ſi adversùs proxi- „ mum hoc faceret; cùm in eo præcepto, „ quo falſum teſtimonium prohibetur, ad- „ versùs proximum prohibeatur, poſſitque „ non rectè intelligentibus videri non eſſe „ prohibitum, ut adversùs ſeipſum quiſ- „ quam falſus teſtis aſſiſtat; quantò magis „ intelligendum eſt, non licere homini ſe- „ ipſum occidere, cùm in eo, quod ſcriptum „ eſt, *non occides*; nihilo deindè addito, nul- „ lus, nec ipſe utiquè, cui præcipitur, in- „ telligitur exceptus? *Et poſt alia, refutatâ „ Marcionis ſententiâ, qui ad beſtias quoquè „ non occidendas hoc conatus extendere præce- „ ptum, ſubjungit*, reſtat, ut de homine in- „ telligamus, quod dictum eſt, *non occides*, „ non alterum, ergò nec te; neque enim „ qui ſe occidit, aliud quàm hominem occidit. *Hactenus S. Auguſtinus*.

170 Eandem tradit doctrinam, lib. 1. contrà duas Epiſtolas Gaudentii cap. 13. ubi Donatiſtam ſe occidentem perſtringit, inquiens: „ De quantalibet innocentia glorieris; te- „ ipſum innocentem occidendo, innocens eſſe

,, eſſe non poteris, niſi fortè mihi reſpon-
,, deas, & dicas: cùm me occido, non inno-
,, centem utiquè occido, quià ipsâ volunta-
,, te, quam me occidere ſtatuo, reus efficior
,, animo, priuſquàm corpus occidero. Hoc
,, ſi dicis, verum dicis, & miris modis te ac-
,, cuſando defendis. Cùm enim te oſtendis
,, in te occidendo, priùs ipſo propoſito fieri
,, nocentem, proculdubiò facinore perpetra-
,, to, nemo te convincet, quòd occideris in-
,, nocentem. Hac itaque ratione colligitur,
,, quòd cùm multi innocentes ab aliis occi-
,, dantur, à ſeipſo nullus innocens occida-
,, tur. Eà quippè cogitatione, qua occidere
,, ſeipſe molitur, innocentiâ priùs expolia-
,, tur, ut cùm ſe occidit, non innocens mo-
,, riatur. *Hæc ille*. Et in Epiſt. 61. ad Dul-
citium, loquens de Donatiſtis, qui diverſis
generibus mortis ſe ſuâ ſponte tradebant, ait:
,, De mortibus autem furioſiſſimis, quasqui-
,, dam eorum ipſi ſibi inſerunt, de quibus ſo-
,, lent deteſtabiles & abominabiles eſſe mul-
,, tis, etiam ſuis, quorum mentes dementia
,, tanta non poſſedit, eis ſecundùm ſcriptu-
,, ras, rationemque Chriſtianorum ſæpè re-
,, ſpondimus, quoniàm ſcriptum eſt (*Eccleſ.*
,, 14. *verſ.5. Qui ſibi nequam, cui bonus?* Aut
,, certè in eiſdem poſitis tentationibus, mori
,, volentem occidat & proximum, qui ſibi
,, expedire, & licere putat occidere ſeipſum;
,, quoniam Scriptura dicit: *Diliges proxi-*
,, *mum tuum tanquàm teipſum*. Nullis autem
,, jubentibus legibus, vel legitimis poteſta-
,, tibus, non licere alterum occidere, etiam
,, volentem & petentem, & vivere jàm non
,, valentem, ſatis indicat Scriptura Regno-
,, rum; ubi Rex David Regis Saulis inter-
,, fectorem juſſit occidi, cùm ille dixiſſet ab
,, eo jàm ſaucio, atque ſemivivo petitum ſe
,, fuiſſe, ut hoc faceret, & animam corporis
,, nexibus obluctantem, ſolvique cupientem,
,, uno ictu vulneris, ab illis cruciatibus libe-
,, raret. Proindè, quià omnis, qui ſinè ulla
,, legitimæ poteſtatis auctoritate hominem
,, occidit, homicida eſt, quiſquis ſeipſum oc-
,, cidit non ſit homicida, ſi non homo eſt.
Hactenus S. Auguſtinus eo in loco.

171 Lactantius quoquè lib. 3. cap. 18. apertè eandem tradit doctrinam, inquiens:
,, Si homicida nefarius eſt, quià hominis ex-
,, tinctor eſt, eodem ſcelere obſtrictus eſt,
,, qui ſe necat, quià hominem necat, immò
,, verò majus eſſe id facinus exiſtimandum,
,, cujus ultio Deo ſoli ſubjacet. *Et item*. Si-
,, cut in hanc vitam non ſpontè noſtrâ veni-
,, mus, ità rursùs ex hoc domicilio corpo-
,, ris, quod nobis aſſignatum eſt, ejuſdem juſ-
,, ſu nobis recedendum eſt, qui nos in hoc
,, corpus indixit tamdiù habituros, donec
,, jubeat emitti, qua ratione nulli liceat ſe-
,, ipſum occidere. *Hactenùs Lactantius*. Et
conſonant, quæ Tullius, licèt Ethnicus, ſcri-
bit lib. 1. Tuſcul. Quæſt. ubi allatis Socratis,
& Catonis exemplis, qui ſibi manus intule-
rant, ſubjungit: ,, Vetat enim dominans
,, ille in nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo de-
,, migrare. Quùm verò cauſam juſtam Deus
,, ipſe dederit, ut tunc Socrati, nunc Ca-
,, toni (*horum facta, quaſi jubente Deo, ex-*
,, *cuſat*) ſæpè multis, nè ille medius Fidius
,, vir ſapiens lætus, ex his tenebris in lucem
,, illam exceſſerit; nec tamen illa vincula
,, carceris ruperit, leges enim vetant; ſed
,, tanquàm à Magiſtratu, aut ab aliqua pote-
,, ſtate legitima, ſic à Deo evocatus, atque
,, emiſſus exierit. *Hæc Tullius*. Sed Augu-
ſtinus chriſtanus, & Sanctus Doctor, factum
Catonis improbat, non laudat, lib. 1. de Ci-
vit. cap. 23. ubi hanc materiam ab exemplis
illorum, qui ſeipſos interemerunt, examinans,
ait.

172 ,, At enim multi ſe interemerunt,
,, nè in manus hoſtium pervenirent. Non mo-
,, dò quærimus, utrùm ſit factum, ſed utrùm
,, fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam
,, exemplis anteponenda eſt, cui quidèm &
,, exempla concordant, ſed illa, quæ tantò
,, digniora ſunt imitatione, quantò excellen-
,, tiora pietate. Non fecerunt Patriarchæ,
,, non Prophetæ, non Apoſtoli: quia & ipſe
,, Dominus Chriſtus, quandò eos, ſi perſecu-
,, tionem paterentur, fugere admonuit de
,, Civitate in Civitatem, potuit admonere,
,, ut ſibi manus inferrent, nè in manus per-
,, ſequentium pervenirent. Porrò ſi hoc ille
,, non juſſit, aut monuit, ut hoc modo ſui ex
,, hac vita migrarent, quibus migrantibus
,, manſiones æternas ſe preparaturum eſſe
,, promiſit, quælibet exempla opponant Gen-
,, tes, quæ ignorant Deum, manifeſtum eſt
,, hoc non licere colentibus unum verum
,, Deum. Sed tamen etiam illi preter Lucre-
,, tiam, de qua ſuprà ſatis quòd videbatur
,, duximus, non facilè reperiunt, de cujus
,, auctoritate præſcribant, niſi illum Cato-
,, nem, qui ſe Uticæ occidit: non quia ſolus
,, id fecit, ſed quia vir doctus, & probus
,, habebatur, ut meritò putaretur rectè etiam
,, id fieri potuiſſe, vel poſſe quod fecit.

173 ,, De cujus facto quid potiſſimùm
,, dicam, niſi quòd amici ejus, etiam docti
,, quidam viri, qui hoc fieri prudentiùs
,, diſſuadebant, imbecillioris, quàm fortioris
,, animi facinus eſſe cenſuerunt? Quo demõ-
,, ſtraretur non honeſtas turpia præcavens,
,, ſed infirmitas adverſa non ſuſtinens. Hoc
,, & ipſe Cato in ſuo clariſſimo filio indica-
,, vit. Nam ſi turpe erat ſub victoria Cæſaris
,, vivere, cùr auctor hujus turpitudinis Pater
,, Filio fuit, quem de Cæſaris benignitate
,, omnia ſperare præcepit? Cùr & non illum
,, ſecum coegit ad mortem? *Hæc & alia ibi*
,, *S. Auguſtinus*.

174 Præſtat quoquè in medium afferre, quæ Joſeph, ut tradit Ægeſippus lib. 3. de Excidio Urbis Hieroſolymæ, cap. 17. ſociis di-

Digitized by Google

dixit conſulentibus moriendum ſpontaneâ ſibi illatâ morte, nè in Romanorum hoſtium manus inciderent, & graviora ſupplicia captivi ſuſtineri cogerentur, aut ab inimicis ipſis occiderentur: „ Sed objicitis, *inquit*, mihi mortem maturam, cùm in poteſtatem hoſtium fuero deductus. Quid ergò lucrifaciam, ſi quòd ab hoſte metuo, hoc ipſe mihi inferam, cùm poſſit accidere, ut quod ſuadetis mihi ſacere, non faciat inimicus? *Et poſtea*. An quia graviora ſupplicia exacturus eſt adverſarius, ideò præveniendum putatis? vel quia ſtrenuum arbitramini, ut in nos ipſi ferro utamur? Sed imbecillitatis ſuffragium eſt, non virtutis trophæum, captare lucrum ſuppliciorum. In hoc igitur inhæremus, quòd nec inſignia habeat fortitudinis, nec profectum utilitatis. Quid autem attexam violari Depoſiti Religionem? Deus omnipotens Theſaurum nobis optimum dedit, atque incluſum in hoc vaſe fictili, & conſignatum commiſit nobis cuſtodiendum quoad ipſi placeat repoſcere. Nonnè in utroque crimen eſt, vel reiicere depoſitum, non repoſcente; qui dederit, vel repoſcenti negare? ſi hominis depoſitum violare, pœna infamiæ eſt, quantò magis violare depoſitum Dei? Depoſitum Dei in anima eſt in hoc corpore, anima, quæ mortis iſtius capax non ſit. Non enim ullo mortis vinculo aſtringitur, atque alligatur, ſed videtur mortem operiri, cùm ſolvitur corpore, atque de commiſſo ſibi contubernio ſejungitur. Cùr igitur ante repetitum depoſitum mortem irrogamus, & animam quaſi inutilem nobis remittimus, atque è domo noſtra excludimus, & Corpus ſine decore, & gratia ſui in terram reſolvimus? Cur exeundi hoc præceptum non expectamus? *Et paulo poſt*. Eſt ergo, qui prohibeat, niſi præceptum acceperit? ſi nullum præceptum, nullum viaticum. Et quomodo perveniemus ſine viatico? Quis nos recipiet in illum purum & ſecretum locum? Quis nos admittet ad illa ſanctarum animarum conſortia. *Et infra*. Hæc non ſolùm moribus hominum, ſed etiam legibus interdicta accepimus: namque alii inſepultos projici jubent eos, qui ſe in ferrum dejecerunt. Dignum eſt enim, ut qui Patris imperium non expectaverunt, priventur quaſi quodam matris gremio, terræ Sepulchro. Alii dexteram manum abſcindunt defunctis, ut ſeparetur à membris ſui corporis, quæ adversùs corpus ſuum veſano militavit furore. Sed hunc exitum ſacrilegi ferunt, aut proditores, vel percuſſores parentum, qui verum Patrem non agnoverunt, nec ſe ſe cognoſcunt. Ideo aut penitùs ſepeliri prohibentur, aut non toti ſepeliuntur. Animas quoque eorum non Paradiſus recipit, ſed inferorum tenebræ, ſævaque ſupplicia. *Hæc & alia Ioſephus.*

175 Eadem Sententia eſt apud Platonem in Phædone, poſt Initium, ubi Socratem introducit de hoc argumẽto cum Cebete diſputantem; Cebete namque aſſerente ſe ſemper audiviſſe, nefas eſſe homini ſibi manus inſerre, ſententiam Socratis omninò non rejecit, ſed ſuâ reſponſione firmavit, inquiens: „ At qui videri quidèm poteſt id ſic abſurdum. Fortaſsè tamen quamdam habet rationem. Profectò ſermo ille, qui de hiſce rebus in arcano habetur, quòd nos homines ſumus in quadam Cuſtodia, neque decet quemquam ex hac ſeipſum ſolvere, neque aufugere, magnus quidem mihi videtur, neque cognitu facilè. Verum tamen id mihi, ò Cebes, rectè dici videtur, Deos quidem curam habere noſtri: Nos verò homines unam quandam ex poſſeſſionibus eſſe Deorum. An non ita tibi videtur? Mihi quidem, inquit Cebes: Non igitur, inquit, & tu ſi quòd ex mancipiis tuis ſeipſum perimet, quùm tu minimè ſignificaſſes, velle te, ut è vita excederet iraſcereris illi? Et ſi poteſtatem haberes, pœnâ quâdam afficeres? Omninò, inquit: Fortaſsè igitur hoc modo non præter rationem eſt, non priùs decere ſeipſum interficere, quam Deus neceſſitatem aliquam impoſuerit, qualem nobis impoſuit in præſentia.

176 „ Conſentaneum id quidem apparet, inquit Cebes; Quod verò dicebas modò, Philoſophos perfacile velle mori. Abſurdum, ò Socrates, videtur eſſe, ſi quidem quod nunc diximus, rationem habet, Deum videlicèt noſtri curam gerere: Nos verò ejus eſſe poſſeſſionem. Nullam enim id rationem habet, prudentiſſimos videlicèt homines non ægre ferre eâ curâ ſe amoveri, quam illi præſtant Dii optimi omnium rerum gubernatores. Numquam enim putaret vir prudens ipſum ſe meliùs eſſe curaturum, ſi liber evaſerit: ſed demens aliquis forſitàn id putaret, fugiendum ſcilicet eſſe à Domino: neque cogitaret non eſſe id quòd bonum eſt fugiendum, ſed in eo maximè permanendum. Ideoque abſque ratione fugeret. Qui verò mentem habet, ſemper apud eum, qui ſit melior eſſe cupit. Atque ita, ò Socrates, contrarium ejus quod paulò ante dicebatur, probabiliùs eſt. Sapientes enim decet graviter mortem ferre, Inſipientes verò libenter. *Hactenus ex Platone*.

177 Ex hoc enim teſtimonio S. Auguſtinus lib. 1. de Civitate Dei cap. 22. improbat factum *Clembroti*, ſive *Ambraciotes*, ut Lactantius lib. 3. cap. 18. nominat, qui lecto Platonis libro de Immortalitate animę, ſe præcipitem dedit de muro ex hâc vita ad eam, quam credidit meliorem migraturus. *Quod tamen magnè potiùs factum quàm bene* (inquit Auguſtinus) *teſtis ei potuit eſſe Plato ipſe, quem legerat, qui profectò id præcipuè, potiſſimum-*

mumque feciſſet, vel etiam fieri præcepiſſet, niſi eà mente, qua immortalitatem animæ vidit, nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum eſſe judicaſſet. Corrigitur etiam impium factum ab Ethnico Poeta Callimacho, hoc Epigrammate.

Vita vale, muro præceps delapſus ab alto,
Dixiſti moriens Ambrociota puer:
Nullum in morte malum credens: ſed ſcripta Platonis;
Non ità erant animo percipienda tuo.

Lucretiam quoq; illam, nobilis generis, Romanã Collatini uxorem, & Bruti propinquam, à Tarquinii Regis filio per vim adulteratam, reprehendit Auguſtinus, licèt à Romanis laudatam, quòd, ut infamiæ adulterii maculam ablueret, ſibi manum intuliſſet: *Quòd ergo*, ait Sanctus Doctor, *ſeipſam, quoniam adulterium pertulit, etiam non adulterata occidit, non eſt pudicitiæ Charitas, ſed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in ſe commiſſæ, etiamſi non ſecum: & Romana mulier laudis avida, nimiùm verita eſt, nè putaretur quòd violenter eſt paſſa, cùm viveret, libenter paſſa ſi viveret.*

178 Ad hæc porrò ſubjungit Auguſtinus, Chriſtianas fœminas ſimilia paſſas, non ſic ſe egiſſe, nec ſecutas Lucretiæ exemplum:
„ Non hoc, *inquit*, fœminæ Chriſtianæ fece-
„ runt, quæ paſſæ ſimilia, vivunt tamen,
„ nec in ſe ultæ ſunt crimen alienum, nè
„ aliorum ſceleribus adderent ſua, ſi quoniam
„ hoſtes in eis concupiſcendo ſtupra commi-
„ ſerant illæ in ſeipſis homicidia erubeſcen-
„ do committerent. Habent quippe intùs
„ gloriam caſtitatis, teſtimonium conſcien-
„ tiæ: habent autem coràm oculis Dei ſui,
„ nec requirunt ampliùs, ubi quid rectè fa-
„ ciant, non ampliùs habent, nec devient ab
„ auctoritate legis Divinæ, cùm malè devi-
„ tant offenſionem ſuſpicionis humanæ. *Ha-*
„ *ctenus S. Auguſtinus.*

179 Hinc cap. 25. ejuſdem libri, apertè tradit, neque ad vitandum ſtuprum licere alicui ſibi manus inferre: Cùm enim ſeipſum occidere, peccatum ſit graviſſimum, non rectè agit, qui in præſenti peccat, nè in futurum peccet: „ Quis ergò tam malus error obre-
„ pit, *inquit*, ut homo ſe occidat, vel quia
„ in eum peccavit, vel ne in eum peccet ini-
„ micus: cùm vel peccatorem, vel peccatu-
„ rum ipſum occidere non audeat inimicum?
„ At enim timendum eſt, & cavendum, nè
„ libidini hoſtoli ſubditum corpus illecebro-
„ ſiſſimà voluptate, animum alliciat conſen-
„ tire peccato. Proinde, inquiunt, non iam
„ propter alienum, ſed propter ſuum pecca-
„ tum, antequàm hoc quiſque committat, ſe
„ debet occidere. Nullo modo quidèm hoc
„ faciet animus, ut conſentiat libidini carnis
„ ſuæ aliena libidine concitatæ, qui Deo
„ potiùs, ejuſque Sapientiæ, quàm corporis
„ concupiſcentiæ ſubjectus eſt. Verumtamèn
„ ſi deteſtabile facinus, & damnabile ſcelus
„ eſt, etiam ſeipſum hominem occidere, ſi-
„ cut veritas manifeſta proclamat, quis ita
„ deſipiat, ut dicat; Iam nunc peccemus, nè
„ poſtea fortè peccemus: jam nunc perpetre-
„ mus homicidium, nè fortè poſtea incidamus
„ in adulterium? *Et paulò poſt.* Hæc dixi
„ propter eos, vel eas, quæ non alieni, ſed
„ proprii peccati devitandi causâ, nè ſub
„ alterius libidine, etiam excitatæ ſuæ fortè
„ conſentiant, vim ſibi, qua moriantur,
„ inferendam putant.

180 Admonet porrò idem Sanctus Doctor in Epiſtola data ad Victorianum Præsbyterum, 122. Sanctas Virgines à Barbaris in captivitatem ductas, ad Deum oportere confugere, auxiliumque ab eo poſcere, nè patiatur, Ancillas ſuas ab hoſtibus corrumpi, aut illorum libidinoſis conatibus proſtitui: Quod ſi invitę comprimantur, nec mentis, nec corporis pudicitiam amittere declarat: „ Donet
„ ergò eis Dominus, *ait*, ut ei dicant, quod
„ Azarias dixit in conſequentibus precum
„ ſuarum: Non eſt in hoc tempore Princeps,
„ & Propheta, & Dux (*& cætera, quæ habentur*
„ *apud Danielem cap. 3. à verſic. 38.*) Hæc illis
„ dicentibus, & ad Deum ingemiſcentibus
„ omninò ſuis aderit, qui ſuis adeſſe conſue-
„ vit, & aut nihil in earum caſtiſſimis mem-
„ bris libidine hoſtili perpetrari permittet;
„ aut ſi permittet, cùm earum animus nullâ
„ conſenſionis turpitudine maculatur, etiam
„ carnem ſuam defendet à crimine. Et quid-
„ quid in ea, nec commiſit, nec permiſit libi-
„ do patientis, ſolius erit culpa facientis,
„ omniſque illa violentia non pro corruptio-
„ nis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere
„ deputabitur. Tantùm enim in mente valet
„ integritas caſtitatis, ut illa inviolata, nec
„ in corpore poſſit pudicitia violari, cujus
„ membra potuerunt ſuperari. *Hæc Auguſti-*
nus; & repetit in Epiſtola 180. data ad Honoratum Epiſcopum de fuga in Perſecutione, inquiens: „ Magis timeamus nè ſenſu inte-
„ riori corrupto, pereat caſtitas fidei, quàm
„ nè fœminæ violenter conſtuprentur in car-
„ ne: quia violentiâ non violatur pudicitia,
„ ſi mente ſervatur, quoniam nec in carne
„ violatur, quando voluntas patientis ſuâ
„ turpiter carne non utitur, ſed ſine conſen-
„ ſione tolerat quod alius operatur.

181 Fusè inde eandem tradit Doctrinam in ſæpe citato lib. 1. de Civit. cap. 18. ubi ait:
„ Cùr autem homo, qui mali nihil facit, ſibi
„ malè faciat, & ſeipſum interficiendo, homi-
„ nem interficiat innocentem, nè alium
„ patiatur nocentem: atque in ſe perpetret
„ peccatum proprium, nè in eo perpetretur
„ alienum? At enim, nè vel aliena polluat
„ libido metuitur. Non polluet, ſi aliena erit.
„ Si autem polluet, aliena non erit. Sed
„ cum pudicitia virtus ſit animi; comitem-
„ que habeat fortitudinem, quàm potiùs

quæ-

,, quælibet mala tolerare, quàm malo con-
,, ſentire decernat? Nullus autem magnani-
,, mus & pudicus in poteſtate habeat, quid
,, de ſua carne fiat, ſed tantùm quid annuat
,, mente, vel renuat. Quis tandem ſanâ men-
,, te putaverit ſe perdere pudicitiam, ſi fortè
,, in apprehenſa & oppreſſa carne ſua exercea-
,, tur, & expleatur libido non ſua? Si enim
,, hoc modo pudicitia perit, profectò pudi-
,, citia virtus animi non erit, nec pertinebit
,, ad ea bona, quibus benè vivitur. *Et paulò*
,, *poſt*. Si autem animi bonum eſt, etiam
,, oppreſſo corpore non amittitur. *Et item*.
,, Hinc potiùs admoneamur, ita non amitti
,, corporis ſanctitatem, manente animi ſancti-
,, tate, etiam corpore oppreſſo, ſicut amit-
,, titur corporis ſanctitas violatâ animi ſan-
,, ctitate, etiam corpore intacto. Quam-
,, obrèm, quia non habet, quòd in ſe morte
,, ſpontaneâ puniat fœmina ſine ulla conſen-
,, ſione ſua violenter oppreſſa, & alieno com-
,, preſſa peccato: quantò minus antequàm
,, hoc fiat, nè admittatur homicidium cer-
,, tum, cùm ipſum flagitium, quamvis alie-
,, num, adhùc pendet incertum? *Hactenus S. Auguſtinus*.

182 Ex hactenùs deductis fit certum, ſecundùm communem legem, nemini licere, nec alium, nec ſeipſum occidere, nullâ de cauſa, nec ad vitandum peccatum futurùm, nec pro conſervanda pudicitia, aut intacta Virginitate, licèt probabiliter, immò & quaſi certò pudica aliqua virgo cognoſceret, vivendo, ſe à Barbaris, & hoſtibus ſtuprandam. Ac ita ſequendo hanc communem legem, præfatas Clariſſas Ptolemaydenſes, ſe pro ſervanda Virginitate mutilando, mutilitas & cruentatas hoſtibus exhibendo, non rectè, nec ſine peccato, ſe gerere potuiſſe concludi oportet. Nec dicas, eas non ſibi ad necem manus intuliſſe, quoniam conſtat, non à ſemetipſis, ſed à Barbaris occiſæ, mutilaſſe tamen ſe ſe. Quoniam, nec licet alicui membrum proprii corporis abſcindere, ſicut non licet, & grave peccatum eſt, ſi hoc agat in alium: eadem ratione, quà non licet alium occidere, non licet ſeipſum occidere: ſic ſi non licet proximum in membris mutilare, nec licebit hoc perpetrare in ſeipſum. Et Beatus Auguſtinus lib. 1. contra Gaudentium cap. 19. probat, hoc pariter non licère, ex verbis Apoſtoli ad Galatas cap. 4. dicentis. *Teſtimonium vobis perhibeo, quia ſi fieri poſſet, oculos eruiſſetis, & dediſſetis mihi*. Ubi ſubjungit Sanctus Doctor, inquiens: *Cùr enim & hoc fieri non poſſet, niſi quia juſtè fieri nullo modo poſſet?* Hinc Sancta Eccleſia, eos, qui ſeipſos, etiam ob ſervandæ Caſtitatis motivum abſcindunt damnat, & irregulares omninò efficit, ut Can. 1. Concilii Nicęni. Et quidem non ob defectum naturæ, ſed propter culpam, quoniam per vim ab aliis abſciſſos, Canon poſſe ordinari, decernit, quemadmodùm & de ſectis à Medicis ſtatuit: ratio abducitur in Canone 21. Apoſtolorum, *quia ſui ipſius homicida eſt, & Dei conditionis inimicus*. Et de Laicis ſancitur pœna, Can. 24. Apoſtolorum: *Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione privetur*: Et cauſam affert: *quia ſuæ vitæ inſidiator extitit*. Non ergò licet alicui ſeipſum mutilare, etiam ad bonum finem.

183 Sed fortaſsè dicet aliquis, Chriſtum in Evangelio, Matthæi cap. 5. docere oculum ſcandalizantem eſſe eruendum, manum, vel pedem ſimilia perpetrantes, eſſe abſcindendos: *ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te*. Et item. *Si dextera manus tua ſcandalizat te, abſcide eam, & proiice abs te*. Et rationem allegat, ſubjungens: *Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam*. Licebit ergo, ſecundùm Catholicam hanc doctrinam, ad vitandam offenſionem, & futurum peccatum, cuilibet ſibi membrum aliquod corporis abſcindere, nè propter illius membri offenſionem totum corpus pereat, & in gehennam mittatur.

184 Ad hæc dicendum, non litterali ſenſu verba illa accipiends, nec de corporeo oculo, ac corporeis membris loqui ibi Salvatorem. Dicit quoque idem Dominus, Matthæi cap. 19. *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter Regnum Cælorum*. Et tamen non licet alicui ſeipſum caſtrare, ſibique virilia amputare: nam & Origenes propter hanc ſententiam abſciſſus, damnatus eſt ab Epiſcopo Demetrio, de quo Euſebius lib. 6. Hiſt. & Epiphanius in Panario plura ſcribunt. Quoniam Domini ſententia non literali ſenſu, & de corporali caſtratione eſt intelligenda. Unde Beatus Hieronymus exponens allegata Chriſti verba, Matthæi cap. 5. ait: *Per dexteram autem, & cæteras corporis partes, voluntatis affectus initia demonſtrantur*. Et paulò poſt. *In dextero oculo, & dextera manu, fratrum, uxoris, & liberorum, atque affinium, & propinquorum monſtratur affectus*. Cohærent verba S. Joannis Chryſoſtomi Homil. XVII. in cap. 5. Matthæi, ubi ait: *Propterea iſta mandavit, cùm utique non de membrorum diſturbanda compage diſſerat; abſit. Nuſquam enim carnis crimen id eſſe enunciat, ſed utique malum arguit voluntatis*. Et paulò poſt. *Quòd ſi de membris iſta loqueretur, nequaquam vel de uno, vel de dextero id oculo, ſed indifferenter de utroque*. Et inde. *Quam igitur ob cauſam dexterum poſuit, & manum adjecit? ut ſcilicet diſceres, non de membris eſſe ſermonem, ſed his potiùs, qui nobis familiaritate junguntur. Et ſi igitur tantùm aliquem diligas, ut eo dextri oculi utaris vice, aut ita tibi quempiam eſſe utilem putes, ut eum dexteræ manus ducas loco, & hi tamen animæ tuæ fortaſſis incommodent: etiam iſtos à te, inquit, abſcinde*.

185 His tamen non obſtantibus, tùm in Sacra Scriptura quoſdam laudari legimus,

Digitized by Google

qui ſe ipſos occiderunt, quoſdam pariter ut Sanctos in Sancta Dei Eccleſia, qui ſimilia licèt egiſſent, venerari novimus. Sampſon namque inter veteris Teſtamenti Sanctos recenſetur ab Apoſtolo in Epiſtola ad Hebræos, cap. xı. *Deficiet enim me tempus*, inquit, *enarrantem de Gedeon, Barac, Sampſon, Jephte, David, Samuel, & Prophetis: qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones*: Et tamen hiſtoria libri Judicum, cap. 16. tradit, Sampſonem mortem ſibi voluntariam intuliſſe, ut & Philiſteos unà ſecum occideret, apprehenſis namque duabus columnis, quibus Domus, ubi Philiſthiim congregati erant, clamaſſe, ait Scriptura: *Moriatur anima mea cum Philiſthiim*, inde excuſſis, ruiſſe Domum, ipſumque cum Philiſthiim occubuiſſe, ſubiungit. Eleazarus quoque, ut tradit hiſtoria Machabæorum lib. 1. cap. 6. Cùm vidiſſet unam ex beſtiis loricatam, ac exiſtimaſſet ſuper eam ſedere Antiochum Regem: *Cucurrit*, ait Scriptura, *ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dexteris, & à ſiniſtris, & cadebant ab eo hùc atque illuc. Et ivit ſub pedes Elephantis, & ſuppoſuit ſe ei: & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic*. Hunc tamen mirè laudat S. Ambroſius lib. 1. de Officiis, cap. 40. ubi recenſitâ huius viri hiſtoriâ, ait: „ Quanta igitur virtus animi! Primò, ut mortem non timeret; deinde, ut circumfuſus legionibus „ inimicorum, in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, & contempta morte ferocior, abjecto clypeo, „ utraque manu vulneratæ molem beſtiæ ſubiret, ac ſuſtineret, poſt infra ipſam „ ſuccederet, quò pleniori feriret ictu, „ cuius ruina incluſus magis quàm oppreſſus ſuo eſt ſepultus triumpho. *Et in fine* „ *concludens*: Itaque, inquit, Eleazarus, „ hæredem virtutis ſuæ pacem reliquit. *Hæc ille*. Antiochus namque Eupator, territus unius viri fortitudine, pacem Iudæis dedit, ut eadem ſacra recenſet hiſtoria.

186 Deinde idem Sanctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus, quærit: *Quid ſuper earum meritis, exiſtimandum ſit, qui ſe præcipitavere ex alto, vel in fluvium demerſerunt, ne perſecutorum inciderent manus, cùm Scriptura Divina vim ſibi Chriſtianum probibeat inferre*. Et inde nonnullas Virgines, quæ ſibi manus intulerunt, ne à Tyrannis raptæ violarentur, inter Martyres adnumerat: *Et quidem*, ſubjungit, *de Virginibus in neceſſitate cuſtodiæ conſtitutis eandem habemus aſſertionem, cùm martyrii extet exemplum*. Ac ſtatim in medium adducit Pelagiæ Antiochenæ exemplum, ac ſororum eius: Hæ namque Virgines unà cum Matre, ut corpora inviolata ſervarent, intentata à perfidis ſatellitibus ſtupra, vitarent, in flumen ſe præcipites dederunt: quibus martyrii palmam nequaquàm ademptam, teſtatur Ambroſius, ac eas magnis laudibus exornat. Euſebius verò lib. 8. hiſtor. cap. 12. antiquæ editionis, alias 24. ex verſione Chriſtoforſoni, harum meminit, licèt ſuppreſſo nomine. Et cap. 17. eiuſdem antiquæ editionis, ſcribit de Sophronia nobili Romana, Religione Chriſtiana, Præfecti Urbis uxore, quæ, nè à Tyranno Maxentio violaretur, ſibi mortem indidit, quam plurimùm laudat, & extollit. De Sancta Apollonia, Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, quòd ſuâ ſponte in rogum paratum à Tyranno ſe injecit. Et inter Martyres eam Sancta Eccleſia recepit.

187 His verò ſtantibus, ait Sanctus Auguſtinus lib. 1. de Civitate Dei, cap. 21. à peccato homicidii eſſe eos exemptos, qui, Deo jubente, ſeipſos interimunt: „ Quaſdam „ verò exceptiones, *iniquit*, eadem ipſa „ Divina facit auctoritas, ut liceat hominem occidi; ſed his exceptis, quos Deus „ occidi jubet, ſive datâ lege, ſive ad perſonam pro tempore expreſſa juſſione. *Et* „ *infra*: Nec Sampſon aliter excuſatur, „ quòd ſeipſum cum hoſtibus ruinâ domus „ oppreſſit: niſi quia ſpiritus latenter hoc „ juſſerat, qui per illum miracula faciebat. *Hæc ibi Auguſtinus*, qui, & libro contra Gaudentium, cap. 31. idem de Sampſone repetit, inquiens: „ Quòd cum inimicis occidit & ſeipſum, quando ſuper ſe, atque „ illos evertit domum, mortem, quam mox „ ab eis fuerat perpeſſurus, communem voluit cum illis habere, quam non poſſet „ evadere. Quod quidem non ſuâ ſponte „ fecit, ſed hoc ſpiritui Dei tribuendum „ eſt, qui uſus eſt eo, ut faceret, quando illi „ affuit, quod facere non poterat quamdiù „ idem ſpiritus defuit.

188 De Sanctis porrò Virginibus, quæ ſibi manus intulerunt, vel in fluminibus præcipites necaturæ ſe dederunt, ad vitandos ſuæ pudicitiæ inſectatores, quas, ut Chriſti Martyres Sancta veneratur Eccleſia: cap. 26. ejuſdem libri, hæc habet Auguſtinus: „ Sed quædam, ait, inquiunt, „ Sanctæ fœminæ tempore perſecutionis, ut „ inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent, in „ rapturum, atque necaturum ſe flumen projecerunt: eoque modo defunctæ ſunt, „ earumque martyria in Catholica Eccleſia veneratione celeberrimâ frequentantur. De his nihil temerè audeo judicare. „ Utrùm enim Eccleſiæ aliquibus fide dignis teſtificationibus, ut eorum memoriam ſic honoret, Divina perſuaſerit auctoritas, neſcio: & fieri poteſt, ut ita ſit. „ Quid ſi enim hoc fecerunt non humanitùs deceptæ, ſed divinitùs juſſæ, nec errantes, ſed obedientes: Sicut de Sampſone aliud nobis fas non eſt credere. Cùm „ autem Deus jubet, ſeque jubere ſine ullis „ ambagibus intimat, quis obedientiam in

cri-

Digitized by Google

„ crimen vocet? Quis obſequium pietatis „ accuſet? *Hæc S. Doctor.*

189 Itaque, etſi non licet cuilibet ſibi manus inferre privatâ auctoritate, licet tamen, jubente Deo, ac Spiritu Sancto ſuggerente, ſicut, & Pelagiæ licuit, & Apolloniæ, & Sampſoni, nec ab Eccleſia reprobantur, nec à Sancta damnantur Scriptura. Numquid ergo damnandæ erunt Clariſſæ Ptolemaydenſes? Abſit, ut hoc dicamus. Spiritu Dei certè inſpiratas talia perpetraſſe fatendum eſt, nam non una fuit, non duæ, vel tres, ſed quinquaginta, & ſecundùm aliquos, ſeptuaginta. Non enim probabile eſt, tot ſacratas fœminas in idem conſenſiſſe, nec quidem unâ reluctante, niſi in eis idem Dei Spiritus adfuiſſet, qui ad id excitaret. Nam conſenſus omnium in electionem arguit ſpecialem Spiritus Sancti impulſum, ut ait D. Ambroſius relatus à Paſchali II. in Epiſt. 96. ad Henricum Anglorum Regem: *Ubi univerſorum poſtulatio congruit, dubitare nos non oportet, ibi Dominum Jeſum, & voluntatis auctorem, & petitionis arbitrum fore.* Et quoties, nemine diſcrepante, univerſi electores in unum conſentiunt, nullo peracto etiam ſcrutinio cenſetur electio facta per communem inſpirationem, videlicet ſpeciali influxu Spiritus Sancti: ſic ergo ſi præfatæ Clariſſæ Matris monitis, & hortamentis auditis, pro ſervanda pudicitia in idem conſenſerunt, nè quidem unâ reluctante, concludi licebit, Spiritus Sancti afflatu motas talia egiſſe, quæ ad conſervandam pudicitiam in tàm imminenti periculo agenda putarunt. Ac proinde ſine crimine, & cum Virginitatis laurea, & quaſi Martyrii, ad Sponſum migraſſe piè credendum eſſe, cenſeo; nam idem Beatus Antoninus ex hoc motivo eas excuſat. Sicut Beatus Auguſtinus excuſat alias fœminas, quas ſupra recenſuimus.

CAPUT IV.

De Cœleſtini V. electione, ejuſque abdicatione, & Bonifacii VIII. ſubſtitutione; de ejuſdem Bonifacii ſtudio pro eripiendo de Græcorum manibus Imperio; de diverſis eorundem Græcorum cladibus; & de his, quæ geſta ſunt pro recuperanda Syria.

190 INeunte Anno V. Pontificatus Nicolai IV. Anno nimirum Domini MCCXCII. Andronici Imperatoris Græcorum Anno IX., & I. Adulphi Romanorum Regis, Indictione v. obiit idem Nicolaus Papa, de quo Sanctus Antoninus 3. par. titul. 20. cap. 7. in principio, ait: *Anno Domini MCCXCII. Nicolaus Papa IV. appoſitus eſt ad Patres ſuos: reputatus rectus homo, & ſanctæ converſationis.* Et iterùm titul. 24. cap. 9. §. 7. de eodem fuſiùs agens, ejus miro modo commendat virtutes, & quomodo ante Cardinalatum, & poſt ſe geſſerit Cardinalatum ſcribit, inquiens: „ Qui Cardinalis „ effectus, humilitatis gloriam, quæ priùs „ in eo relucebat, ita prudenter ſervavit, „ ut miro modo communiter, & humiliter „ ageret, & honorem nihilominùs dignita„ tis maturitate honeſtiſſimâ retineret. Con„ feſſus eſt ſæpè, multùm tamen ſobriè, ſed „ certò, ut dicebat ſermone, quod potiùs „ vellet coquinam fratribus facere, quàm „ Cardinalatûs faſtigio præeminere, ſeque „ aliter obſtiturum fuiſſe gradui illi, niſi „ offenſam ordinis timuiſſet. *Hactenus Sanctus Antoninus.* Verus porrò Epitaphium humili ſuo appoſitum ſepulcro, exſcriptum à Wadingo ad hunc annum ſub num. 6. ſervaſſe eandem animi moderationem etiam in Pontificatu, ſatis demonſtrat, licèt ex rudi, & inconcinno carmine exaratum: ſic ſe habens.

Hic tumulus tumulat humilem, qui faſcibus auctus,
Sic moriens ſtatuit oſſa manere ſua.
Hunc Franciſcus alit, cardo ut ſit, almaque Petri.
Sedes magnificat; Gratia Dei beat.
Quartus Papa fuit Nicolaus: Virginis ædem.
Hanc lapſam reficit, fitque vetuſta nova.
Petrus Apoſtolus ſocium, Franciſcus alumnum.
Protegat omnipotens, matre rogante beet.

191 Menſe Decembri fato functum Nicolaum, ſcribit Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, ubi ſediſſet Annos IV. menſem unum, & dies VIII. Ex quo idem refert, auctor Vitæ Nicolai apud Labbæum, & Binium, qui, & obiiſſe tradit Anno Domini MCCXCI. Verùm hic auctor ſibi non cohæret: Scribit namque, Nicolaum creatum Pontificem Anno Domini MCCLXXXVIII. menſe Feburario, die XXII. videlicet VIII. Kal. Martii. Non ergo hoc ſtante potuit ſediſſe Annos IV. menſem I. & dies VIII. conſignato ejus obitu menſe Decembri Anni Domini MCCXCI. Hoc pacto ſediſſe neceſſe eſt aſſeri Annos III. & menſes circiter decem. Hinc errat quoque Jacobus Cardinalis S. Georgii ad Velum Aureum, apud Raynaldum ad hunc annum ſub num. 17. Conſignans ejuſdem Pontificis obitum ſub Anno Domini MCCXC. inquiens: *Anno Domini MCCXC. Nicolaus Papa IV. Pontificatus ſui annum quintum agens, ipſiuſque quinti principio, ſenio confectus, Romæ obiit.* Si enim agebat Annum V. ſui Pontificatus, ut rectè adnotat, non potuit obiiſſe Anno MCCXC.

192 Itaque aſſerimus cum communiori Scriptorum ſententia, ut jam fassi ſumus, Nicolaum obiiſſe Anno Domini MCCXCII. in die Paraſceve, ſcribit Bernardus, vel in die Paſchæ, ut notat auctor Appendicis ad Martinum Polonum. Die IV. Aprilis, ait Calviſius ex Onufrio, quæ quidem opinio concordat cum illa Bernardi aſſerentis, obiiſſe in die Paraſceve, quæ eo anno incidit in diem IV. Aprilis. Et ita legitur in novo Epitaphio recenti Mauſoleo exculpto ubi habetur: *Obiit Pridie Non. April. MCCXCII. Pontif. ſui An. V.* Et ita, data ejus creatione ſub die XXII. Februarii, ſequitur ſediſſe Annos IV. menſem unum, dies verò VIII. vel IX. ſi verò concedatur creatum die XIII. Februarii, ut ſupra oſtendimus, ſediſſe dicendum erit Annos IV. menſem unum, dies verò XVIII.

193 Poſt ejus obitum tumulatus fuit ad Caput Baſilicæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris in cornu Evangelii humili Sepulchro in ipſo pavimento ex porphyreticis lapidibus ornato, ibique jacuit, donec reperto illic corpore, dum chorus reficeretur, Frater Felix Perettus à Monte Alto, Odinis Minorum, Cardinalis S. Hieronymi Illyricorum, qui poſtea fuit Papa Sixtus V. transferre curaverit, ac in nobili à ſe extructo mauſolæo, variis diſcoloribuſque lapidibus exornato recondi in eadem ipſa Eccleſia, ſive Baſilica hac ſupra appoſita inſcriptione.

Nicolao IV. Aſculano Piceno Pont. MAX. cùm in neglecto diù Sepulchro ferè Latuiſſet.
Frater Felix Perettus Cardinalis de Monte Alto in Ordinem, & Patriam Pietate Poſuit MDLXXIV.

Deinde in baſi ejuſdem Mauſolæi nouum hoc Epitaphium inſculpi fecit, nimirum.

„ Nicolaus IV. Ordinem Minorum Profeſſus, Philoſophus, & Theologus Egregius, Conſtantinopolim à Gregorio X. miſſus, Græcos ad R. E. communionem, Tartaros ad Fidem reduxit, poſt S. Bonaventuram Generalis. Sanctitate, & Doctrinâ, Ordinem propagavit, Nicolai III. Nuntius inter Francorum, & Caſtellæ Reges Pacem conciliavit; Sanctæ Pudentianæ Cardinalis, Legatus Honorii IV. in Galliam, Senatoriam P. R. Dignitatem Sedi Apoſtolicæ reſtituit. Factus Pontifex Remp. ſublatis diſcordiis compoſuit, Chriſtianos Principes Sacro Fœdere junxit. Ptolemaydem Copiis adivit. Flaminiam in Pontificis iterùm Ditionem redegit. Publicum in Monte Peſſulano Gymnaſium inſtituit. Probos, & Eruditos in Cognatorum loco tantùm habuit. Lateran. & hanc Baſilicam ſtructuris, & opibus auxit. Tandem Juſtitia, & Religione Orbem Terræ moderatus, Magn. Sanct. obiit Pridie Non. April. MCCXCII. Pont. ſui An. V.

194 Igitur defuncto Nicolao, non modica exorta eſt inter Dominos Cardinales diſſenſio, adeout, ne quidem de loco, ubi convenire eos ad eligendum Succeſſorem oportebat, concordari potuerint: cauſam verò tanti diſſidii tradit S. Antoninus 3. par. titul. 20. cap. 7. in initio, ubi relato Nicolai IV. obitu, ſubjungit: „ Poſt cujus mortem vacavit annis duobus, & menſibus tribus Sedes Petri ex diſcordia Cardinalium. Nam una pars eorum, quorum Caput erat Dominus Matthæus de Urſinis, petebat fieri aliquem ad complacentiam Regis Caroli: Alia pars, cujus caput Dominus de Columnenſibus alium fieri cupiebat. Et propter hoc quærentibus illa quæ ſua, non quæ Ieſu Chriſti, tantùm dilata eſt electio. *Hactenus S. Antoninus*. Jacobus verò Cardinalis ad Vellum Aureum, apud Raynaldum ad eundem annum ſub num. 18. idem recenſens, ait: „ Cardinales verò, numero duodecim, Romani ſex, Italici quatuor, Gallici duo erant, qui Pontificia perſolutis obſequiis, propoſitoque clauſim inter eos, ſecluſis extraneis per Latinum tunc Hoſtienſem Epiſcopum, Romanâ ſtirpe clarum, exhortationis verbo perlucido, adeò haud concordes, ut nec loco conſiſtere eodem convenirent, nec ante ſecundum annum, tertiique partem tertiam vacationis hujuſmodi Antiſtitem Summum crearent: Sed nunc uno, nunc alio Urbis loco, vicibuſque interceptis pro electionis Miniſterio conveniebant, *Hæc ille*.

195 Exortâ interea in Urbe Roma ſeditione, Cardinales perterriti aliò, & aliò ſegregati ſe contulere: „ Inteſtina, *ait idem Scriptor*, Romæ interea, proh dolor! exorta bella, affligenſque ultra ſolitum æſtas, morbum ingruebat, unoque è Patribus Gallo febribus deficiente, Campanus ex illis unus, idemque poſt hæc futurus Bonifacius VIII. gravi longâque chronicâ concuſſus infirmitate, itaut de ejuſdem diffideretur curatione: Dei tamen nutu ad majora reſervatus, ad patrium ſolum Anagniam diſceſſit. At alter Hugo Aluernus unicus ſuperſtes Gallus; & tres alii è Patribus Italici timore perculſi, Româ digreſſi, Reate æſtivavère Romani verò ſex Patres conſanguinitate juncti, ſed volitis diſcreti, Urbe conſtitere præcipua. Septembris autem tranſactis caumatibus, Campanus, Portuenſis quoque natione Tuder, Sabinenſis etiam Paſchate è Patribus unus Parmenſis natu, Romæ reverſi, nec adhùc conſenſu unanimes reperiuntur fore. *Ita Jacobus*.

196 Cùmque jam elapſo anno nulla ſpes
adeſſet diſcordiæ, abſceſſerunt Romà plurimi
ex Patribus, tribus dumtaxat exceptis, ac
Reate ſe contulerunt: Sed timor invaſit,
nè Schiſma in Sancta Eccleſia exoriretur:
ad quod vitandum per Arbitros, compro-
miſſo facto, decretum eſt, ut omnes Peru-
ſium convenirent, acturi ibi de Pontificis
electione: „ Schiſmatis inceſſit timor, *ait*
„ *idem Auctor*, nè vel Romani tres tunc in
„ Urbe commorantes loci, ut fatebantur
„ privilegio, ut qui alios non Romanos ſcri-
„ ptis præſolicitaverant, nevè etiam alii
„ Romani tres, cæterique Patres Reate
„ longè numero plures in electionem pro-
„ rumperent: Sed nolens ſuam, quam pre-
„ tioſo Unigeniti redemit cruore, perire
„ Deus Eccleſiam, Schiſmatis pericula ade-
„ mit. Nam ex compromiſſi vi in exteros
„ communiter collatâ, Patres pro electionis
„ inſtantis negotio, electo per arbitros Peru-
„ ſii loco, perque eoſdem, ſeſto videlicet
„ Beati Lucæ Evangeliſtæ tunc ſatis proxi-
„ mo, ſecundo ſcilicet vacationis anno,
„ termino aſſignato convenerunt: Eoque
„ Peruſii, quo Cardinales convenère tem-
„ pore, Romæ ſub quadam pacis umbra
„ quies apparebat, dùm partium concordià
„ ad gubernacula Urbis in Senatores gene-
„ ris nobilitate clari duo aſſumpti, Petrus
„ ſiquidem Stephani actoris genitor, de
„ quo ſupra diſſeruimus, & Oddo de San-
„ cto Stacchio alter.

197 Conſiſtentibus ergo Peruſii, habitiſ-
que compluribus de Pontificis electione tra-
ctatibus, nec in unum de Collegio conſenti-
re potuerunt, ſic diù manebat Eccleſia vi-
duata Paſtore: Sic diſcrepantes ad invicem
erant, ut nec precibus Caroli Regis ex Gal-
lia redeuntis, ac ad eos declinantis flecti
potuerint: „ Tunc etiam Rex Carolus,
„ *ait Jordanus*, de Provincia veniens, per
„ Peruſium tranſit: ad eligendum Pontifi-
„ cem Cardinales precibus inducit: Dura
„ quoque verba cum Domino Benedicto
„ Gajetani habuit: nihil tamen profecit.
„ *Hæc ille*. Porrò Carolo diſcedente anno
jam tertio ab obitu Nicolai, ad perſuaſio-
nem Latini Epiſcopi Hoſtienſis, non valen-
tes in unum de Collegio convenire, ele-
gerunt in Romanum Pontificem, Petrum
de Murrone, virum Sanctitate tunc cele-
berrimum, vitam ſolitariam agentem ſub
Regula Sancti Benedicti in Monte de Mur-
rone propè Sulmonam in Aprutio. De qua
electione hæc ſcribit S. Antoninus 3. par.
titul. 20. cap. 8. in initio: „ De menſe Julii
„ exiſtentibus Cardinalibus in Conclavi
„ Peruſii, & arctatis, ſecundùm Ordinatio-
„ nes Eccleſiæ, ad providendum Eccleſiæ de
„ Paſtore, In hoc convenerunt, non eligere
„ aliquem ex Collegio Cardinalium: Sed
„ elegerunt canonicè quemdam Sanctum
„ virum Religioſum, vocatum fratrem Pe-
„ trum de Murrone de Abrutio: qui here-
„ miticam vitam tenens, vitam valdè au-
„ ſteram agebat. Qui ob majorem Mundi
„ contemptum, cùm plura Monaſteria inſti-
„ tuiſſet Religioſorum, Solitudinem dili-
„ gens, habitationem ſibi elegit in Monti-
„ bus Murronis ſuper Sulmonam. *Hacte-*
„ *nus Antoninus*.

198 Præfatam electionem, ſuadente Car-
dinali Latino, ut præfati ſumus, factam
eſſe ſcribit Ptolomeus Lucenſis, inquiens:
„ Ad perſuaſionem Domini Latini Epiſcopi
„ Hoſtienſis, & poſt receſſum Regis, vota
„ ſua dirigunt Cardinales in quemdam Ere-
„ mitam de Abrutio, cujus nomen frater
„ Petrus de Murrone; ipſumque in Sum-
„ mum Pontificem eligunt, qui vocatus eſt
„ Cœleſtinus Quintus. Hic Regi Carolo
„ multùm devotus, in quadam ſylva ſuum ha-
„ buit habitaculum: vir maximæ abſtinen-
„ tiæ, & orationis, totus Deo conſecra-
„ tus. *Hactenus Ptolomeus*. Infra Octavam
Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli,
creatum ſcribit Jacobus Cardinalis, ſupra
recenſitus, nec ſine prodigio cælitùs emiſ-
ſo, accidiſſe teſtatur, inquiens: „ Lapſis
„ vacationis confeſtim annis duobus, quar-
„ tâque tertii parte, menſis Julii principio,
„ infra Apoſtolorum Octavam, nactâ miri-
„ ficè fratris Petri de Murrone Eremitæ
„ viſionis cujuſdam occaſione, eòdem Lati-
„ no inter fratres, Patreſvè cœtus, viſionis
„ ipſius ex inopino verbum movente, ſu-
„ bitò Dei nutu idem Religioſæ, & miræ
„ Sanctitatis vir frater Petrus à Murrone
„ Eremita, Ordinis S. Benedicti, in Cella
„ in Monte de Murrone ſuper Sulmonem
„ ſita manens, in Summum, unanimi voto
„ & conſenſu Patrum eſt electus Pontificem.
Hæc Iacobus.

199 Hæc porrò electio accidit Anno Do-
mini MCCXCIV. Imperii Andronici Anno
XI. Adulphi Romanorum Regis Anno III.
Indictione VII. menſe Julio, feriâ ſecundâ,
die v. ejuſdem menſis, prout habetur in In-
ſtrumento Electionis, ubi dicitur: „ Notum
„ facimus, quòd Anno Domini MCCXCIV.
„ menſe Julii, die Lunæ, v. menſis ejuſdem,
„ Apoſtolicâ Sede per obitum fœlicis recor-
„ dationis Nicolai Papæ IV. vacante, poſt
„ diverſos tractatus diverſis temporibus ha-
„ bitos per nos ſuper electione Summi Pon-
„ tificis, quibus non acceſſit, effectus, in
„ communi Conſiſtorio, ſolito more conveni-
„ mus, abſente venerabili fratre noſtro Pe-
„ tro tituli S. Marci Presbytero ſupradicto,
„ qui erat in Hoſpitio ſuo infirmitate, ſeù
„ debilitate detentus; demùm inter nos ex
„ inſperato, ſeu improviſo de Venerabili, ac
„ Religioſo Patre fratre Petro de Murrone,
„ Ordinis Sancti Benedicti, celebris ſanctita-
„ tis viro habitâ mentione, omnes, qui tunc
præ-

„ præſentes eramas in Conſiſtorio ſupradicto. „ ad perſonam ejus intentæ conſiderationis „ intuitum dirigentes, in ipſum quaſi Divi- „ nitùs inſpirati, non ſine lacrymarum effu- „ ſione, nullo prorſus diſcordante, conſen- „ ſimus. *Hæc inter alia ibi.*

200 Ita ergo tanti viri celebratâ electione, miſſi ſunt ad eum ex Sacro Cardinalium Collegio Legati, Archiepiſcopus Lugdunenſis, Urbevetanus, & Portuenſis Epiſcopi, cum duobua Notariis Apoſtolicis, cum eorundem Cardinalium literia, ac Electionis Inſtrumento, in Apuliam ad ipſum electum Pontificem, ad quem pariter mox acceſſit Carolus Martellus Hungariæ, & Siciliæ Rex: Cùmque præfati Legati, ad eum venientes certiorem reddidiſſent de ſua in Romanum Pontificem electione, Petrum ſecedere cogitavit, ut ait Patriarcha lib.2. de vita ſolit. ſect. 3. cap. 18. ſed ſubitò populi multitudine circumventua, exequi quod cogitaverat non eſt permiſſus. Egerant Legati, ut Peruſium accederet coronaturus; verùm diverſis de cauſis nequaquam acquievit; & Cardinalium Cœtum advocavit, ut Aquilam Apuliæ Metropolim convenirent, ubi peracta eſt illius Coronatio die XXIX. Auguſti, in feſto ſcilicet Decollationis S. Joannia Baptiſtæ, eodem Carolo Rege præſente, nomine aſſumpto Cœleſtini V. Ita Petrus Aliacna Cardinalis lib. 2. cap. 12. inquiens: „ In dicta Civitate „ Aquilæ vocato Cardinalium cœtu, Pater „ Sanctua in feſto Decollationis S. Joannis „ Baptiſtæ coronam, aliaque Apoſtolica ſu- „ ſcepit inſignia: & quia in terris habitans, „ in Cœleſtis erat, & cum Apoſtolo verè „ dicere poterat: noſtra converſatio in Cœlis „ eſt; in ſua Coronatione, Deo, ut credimus „ inſpirante, Cœleſtini nomen accepit. *Hæc* „ *ille.*

201 His peractis menſe Septembri, intentus ad Eccleſiæ reformationem, duodecim creavit Cardinales pro majori parte ultramontanos, ad inſtantiam Caroli Regis, ait S. Antoninus loco ſupra cit. *Hic*, inquit, *menſe Septembri ſequenti, intendens ad reformationem Eccleſiæ, duodecim Cardinales creavit, pro majori parte ultramontanos, ad inſtantiam, ut dicitur, Caroli Regis Apuliæ, & Siciliæ.* Septem natione Gallos extitiſſe, quinque verò Italos, ſcribit Jacobus Cardinalis ad Vellum Aureum in ſuo carmine, inquiens.

Venerat ecce dies ignota ad culmina tollens,
Qua Cœleſtinus proceres augere Senatus
Flagitat, & votum complet, nam bis repetitos
Sex creat, & Gallos ſeptem, paucoſque Latinos
Quinque tamen.

Ptolomeus Lucenſis lib. 24. cap. 19. eandem promotionem factam ad inſtantiam Caroli Regis confirmat, aſſeritque, ex Italis tres fuiſſe de Regno Neapolis. Poſt hæc vero, ſubjungit S. Antoninus, profectus eſt cum univerſa Curia Neapolim, ibique à Carolo Re- „ ge magno cum honore receptus. Sed cùm „ hic, *ſubnectit*, non eſſet peritus, licèt ſan- „ ctitate ornatus, pompæ mundialis inimicus, „ jam ſibi perſuadebatur à Cardinalibus, & à „ Rege, ut ex quo non poſſet proficere Ec- „ cleſiæ in reformatione ejus, propter mali- „ tiam temporis, ut non dicam hominum, „ quod fuerat intentum in ſua promotione, „ Papatui cederet. Ipſe etiam ut humilis „ cernens ſe non ſufficientem ad tantum onus, „ appetebat ſarcinam illam graviſſimam de- „ ponere, ut ſibi ſoli, & Deo vacaret. *Hæc* „ *Antoninus.*

202 At prælaudatus Ptolomæus Lucenſis oculatus teſtia, de Cœleſtini Pontificatus abdicatione hæc ſcripto reliquit: „ Quamvis „ Cœleſtinus faceret opera Sancti viri, quia „ per ſtatum Pontificalem non receſſerat ab „ innocentia primi ſtatus, ſed eadem humi- „ litas, eadem puritas perſeveravit in ipſo, „ licèt modus vivendi eſſet immutatus pro- „ pter dignitatem, decipiebatur tamen in ſuis „ Officialibus quantùm ad gratias, quæ fie- „ bant, quorum ipſe notitiam habere non „ poterat, tùm propter impotentiam ſene- „ ctutis, quia ætatis decrepitæ, tùm propter „ inexperientiam regiminis circa fraudes, & „ hominum verſutias, in quibus Curiæ mul- „ tùm vigent; unde inveniebantur gratiæ „ aliquandò factæ tribus, vel quatuor, vel „ pluribus perſonis, membrana etiam vacua, „ ſed bullata. Hoc igitur percipientes qui- „ dam de Collegio, jam incipiunt querulari, „ & Eccleſiæ fluctuationi attendere, ac etiam „ eidem Pontifici inſinuare ſub prætextu ſuæ „ ſanctitatis, quantum periculum imminebat.

203 „ Interim autem Rex Carolus, ut „ tradunt, ordinavit cum Cœleſtino, ſive „ cum beneplacito Collegii factum eſt, quòd „ Curia tranaferretur Neapolim. Vadens „ igitur illùc, multùm ſtimulatur ab aliquibus „ Cardinalibus, quòd Papatui cedat, quòd „ etiam Roma ſub ipſo periclitatur, & ſub- „ eo confunditur. Quibus ſtimulis concitatur „ Sanctus Pater. Quòd cùm perpendiſſet „ Rex & Clerus, mandat fieri proceſſionem „ à majori Eccleſia uſque ad caſtrum Regis: „ cui proceſſioni ego interſui. Ubi convene- „ runt multi Epiſcopi regionis, omnes Reli- „ gioſi, & totus Clerus: cùmque perveniſſet „ proceſſio ad dictum Caſtrum, ubi dictus „ Pontifex morabatur, exclamavimus, more „ ſolito, pro benedictione: ipſe verò pro reve- „ rentia proceſſionis, ad feneſtrā acceſſit cum „ tribus Epiſcopis. Datâ igitur benedictione, „ unus Epiſcopus proceſſionis prædictæ, à „ Sancto Pontifice audientiam petit, loquens „ in perſona Regis, & totius Regni quantùm „ ad Clerum & populum, me præſente, ſup- „ plicans humiliter eidem vice, & nomine

om-

„ omnium ſupradictorum , voce altiſſimâ &
„ tubali , quia proceſſio tota audierat infe-
„ riùs platea , Papa autem ſuperiùs in fene-
„ ſtra ; quòd cùm ipſe eſſet gloria dicti Re
„ gni , nullâ perſuaſione ad reſignandum
„ conſentiret . Ad quæ verba , ex mandato
„ Papæ, unus ex Epiſcopis, qui cum ipſo erat,
„ reſpondit, quòd non intendebat , niſi aliud
„ appareret , undè conſcientia urgeretur .
„ Tunc dictus Epiſcopus prolocutor pro Re-
„ ge & Regno, altè incipit , *Te Deum lauda-
„ mus* , & tota proceſſio proſequitur ipſum
„ uſque in finem : & ad propria redeunt:
„ quòd fuit quidem , ut mihi conſtat , circa
„ feſtum Beati Nicolai . Hoc autem non
„ obſtante , adhùc aliqui Cardinales morda-
„ citer infeſtant , quòd periculum animæ ſuæ
„ imminebat , ſi Papatum tenebat propter
„ inconvenientia & mala , quæ ſequebantur
„ ex ſuo regimine : ad quæ verba movetur
„ Sanctus . *Hæc ille* .

204 Ex qua quidem narratione conſtat , Carolum Regem non ſuaſiſſe Cœleſtino abdicationem , ut indicare videtur Beatus Antoninus, ſed magis diſuaſiſſe . Primarium autem inter Cardinales ſuaſorem , Benedictum Cardinalem Cajetanum,qui eidem ſuccedere ſperabat , & jam cum Carolo Rege tractatum habuerat , extitiſſe , idem Sanctus Antoninus eſt Auctor , ſcribens : „ Inter cæteros Cardi-
„ nales , unus erat vocitatus Dominus Bene-
„ dictus , qui erat multùm literatus , in agi-
„ bilibus Mundi ſagax & expertus , qui mul-
„ tùm videbatur anhelare ad illius Summi
„ Præſulatus honorem , & jam cum Carolo
„ Rege & Cardinalibus hoc tractabatur, ſci-
„ ens igitùr deſiderium Pontificis de Renun-
„ ciatione , ſuaſit ei , ut antequam ad hoc
„ procederet : Ad tollenda ſcandala , quæ
„ poſſent contingere , priùs faceret Conſti-
„ tutionem , qua declararetur , quòd Roma-
„ nus Pontifex poſſet, cùm vellet , pro ſalute
„ ſua cedere Papatui , & renunciare . Exem-
„ plum inducens Clementis Papæ , qui crea-
„ tus Pontifex à Beato Petro , renunciavit
„ Papatui,nè illud in conſequentiam & exem-
„ plum duceretur ; ut per voluntatem & ele-
„ ctionem prædeceſſoris ſucceſſor in dignita-
„ tibus Eccleſiaſticis inſtitueretur. Unde Li-
„ nus poſt Petrum ſedit , & poſt Linum Cle-
„ tus , poſt quem electus Clemens, tunc Se-
„ dem accepit .

205 Placuiſſe hoc Cœleſtino , ſubjungit Antoninus , Decretumque edidiſſe , quòd Decretum confirmavit poſtea Bonifacius VIII. Cœleſtini ſucceſſor , ut habetur in Cap. *Quoniam aliqui Curioſi* , *Titul.7. extra de Renunciatione in 6*. Et quidem hæc omnia peracta ſuaſione Benedicti Cardinalis Cajetani , tradit etiam Ptolomæus Lucenſis lib.24. cap. 33. inquiens : „ Dominus Benedictus cum
„ aliquibus Cardinalibus Cœleſtino perſua-
„ det , ut officio cedat , quia propter ſuam
„ ſimplicitatem , licèt Sanctus Vir & vitæ
„ magni foret exempli , ſæpiùs adverſis
„ confundebantur Eccleſiæ, in gratiis facien-
„ dis , & circa regimen Orbis . *Hæc ille* .
Apocripha ſanè & fabuloſa ſunt , quæ à nonnullis relata habentur , de voce ab Impoſtore per tubam oblongiorem noctu immiſſam , ut ad renunciandum Papatui , quaſi voce Divinâ incitaretur ; & alia plura inepta ab imperitis ſcriptoribus evulgata .

206 Porrò edito antedicto Decreto , octavo die convocato Sacro Cardinalium Collegio , ſedens in Cathedra , atque ſilentio indicto, ſcriptam ſuæ renunciationis formam , alta & intelligibili voce recitavit , hiſce ſcilicet verbis conceptam: *Ego Cœleſtinus Papa V. motus ex legitimis cauſis , ideſt , causà humilitatis , & melioris vitæ , & conſcientiæ illeſæ , debilitate corporis , defectu ſcientiæ, & malignitate plebis , & infirmitate perſonæ , & ut præteritæ conſolationis vitæ , poſſim reparare quietem, ſponte ac libere, cedo Papatui , & expreſſè renuncio loco , & dignitati , oneri & honori , dans plenam & liberam facultatem ex nunc Sacro Cœtui Cardinalium eligendi , & providendi dumtaxat canonicè Univerſali Eccleſiæ de Paſtore* . His recitatis , ac depoſitis Papalibus & Apoſtolicis inſignibus , è ſolio deſcenſus, humili & infimo loco conſedit . Accidiſſe hæc Die XIII. Decembris ejuſdem Anni , in feſto ſcilicet S. Luciæ , notat Jacobus Cardinalis ad Vellum Aureum ſæpè citatus , cùm Pontificatum tenuiſſet menſibus quinque , diebus verò IX. à quinta ſcilicet die menſis Julii , in quam inciderat ejus electio , ad XIII. uſque Decembris .

207 His peractis , Domini Cardinales , juxtà Conſtitutionem Gregorii X. in Concilio Lugdunenſi , renovatam ab ipſo Cœleſtino , eodem die ingreſſi conclave,de ſucceſſoris electione tractatus habere incœperunt : ac die XI. ab eorum ingreſſu, favore accedente Caroli , renunciatus eſt Romanus Pontifex antedictus D. Benedictus Caietanus , patriâ Anaginus Luitfredi Cajetani filius, Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Silveſtri & Martini , univerſis conſentientibus Cardinalibus: *Vir nobilis ſecundùm ſæculum*, ut ait S. Antoninus , *prudens* , *& literatus* , *zelator magnus* , *& conſervator jurium Eccleſiæ* . De , a electione idem Sanctus Antoninus, eodem cap. VIII. tituli XX. §. 1. ait : „ Dominus Benedictus
„ Cardinalis de Cajetanis , qui ſatis videba-
„ tur ambire Pontificatum Romanum , prop-
„ ter quòd dicitur ſuaſiſſe Cœleſtino de renun-
„ ciatione; ſolicitus erat ad hoc procurandum
„ cum Cardinalibus , & cum Rege Carolo ,
„ non expectans quidem ſe vocari à Domino
„ tanquam Aaron . Unde & nocte quâdam
„ cum modica comitiva, ne agnoſceretur, ac-
„ ceſſit ad Palatium ejus , offerens ipſi omne
„ auxilium Eccleſiæ in recuperatione Regni
„ Siciliæ , ſi operam daret cum Cardinalibus

Digitized by Google

,, amicis ſuis, ut eum eligerent. Rex autem
,, ſub hac ſpe ordinem dedit, ut Cardinales
,, noti ejus ipſum omninò, aliis poſtpoſitis,
,, eligerent. Cùm igitur eſſent in Conclavi
,, Neapolim, Dominus Matthæus de Urſinis,
,, & Dominus Jacobus de Columnenſibus,
,, qui erant capita partium Cardinalium, per-
,, pendentes factum, primi vocem dederunt
,, præfato Domino Benedicto, quos alii ſe-
,, cuti ſunt Sicque creatus eſt Romanus
,, Antiſtes in Vigilia Nativitatis Dominicæ.
,, *Hactenus S. Antoninus*. Scrutinio & ac-
ceſſione electum in Vigilia Nativitatis Do-
mini, XXIV. videlicet die menſis Decembris, labente Anno Domini MCCXCIV. ſcribit etiam in ſui operis præfatione, anteſatus Cardinalis Jacobus ad Vellum Aureum, inquiens: ,, Poſt hujuſmodi Cœleſtini ceſſio-
,, nem die XI. Vigilia ſcilicet Natalis Domi-
,, ni, quæ labentis tunc MCCXCIV. Anni
,, ultimo decurrebat die, Boniſacius VIII.
,, tunc Benedictus Cajetanus nomine, Ana-
,, gniâ ortus, profundæ juris utriuſque ſcien-
,, tiæ, longique in illis exercitii, doctæque
,, experientiæ, in Romanæ Eccleſiæ moribus
,, veteranus, Cardine etiam inſignis, in
,, Summum Pontificem Scrutinio, acceſſio-
,, neque eligitur. *Hæc ille*.

208 Ita electo D. Benedicto in Romanum Pontificem, appellari voluit Boniſacius VIII. Renuit coronationis inſignia Neapolim recipere, precibus Caroli Regis in hoc nequaquam acquieſcens, ſed Romam, eodem comitante Carolo, ac etiam Hungariæ Rege, coronaturus proficiſcitur; ac inde in Baſilica Sancti Petri magnâ cum pompa ejus peracta eſt coronatio. Cùmque poſt hæc non deſuiſſent viri pertinaces, qui Petro de Murrone ſuaderent, ut ſe tanquam Pontificem gereret, quaſi illius renunciatio, & Boniſacii electio non ſubſiſteret; ipſe Boniſacius, quamvis humilitas ac vera Sanctitas Petri ejuſmodi contemneret ſuaſiones, periculum nè ſchiſma in Eccleſia introduceretur attendens, curavit in tuto prædictum reſerare Petrum; juſſit proinde latitantem ac ſugientem virum inquiri, & inventum in arcta cuſtodia recludi fecit: *Inventum ipſum reducunt*, ait Ptolomæus Lucenſis lib. 24. cap. 35. *ac in Cuſtodia ponitur, & tenetur præ cavendo ſcandalo Romanæ Eccleſiæ, quia apud aliquos muſſitabatur, an cedere potuiſſet: & ſic poterat ſchiſma in Eccleſia generari*. Et idem aſſerit Jordanus, tradens poſitum in Cuſtodia ad cautelam vitandi diſſidii. At Petrus de Aliaco Cardinalis in Cœleſtini vita, ubi fusè rem deſcribit, ait duriùs quàm par erat à Boniſacio tractatum fuiſſe Cœleſtinum:
,, Miſſus eſt ad Caſtrum Fumonis, *inquit*, &
,, fortiſſima turri recluſus: & adhibitis ſex
,, militibus, & aliis triginta ſatellitibus ad
,, ejus Cuſtodiam, die, noctuque ita teneba-
,, tur arctatus, ut nulli hominum ad eum
,, patère poſſet acceſſus. Petiit autem, ut duo
,, ſibi darentur ſratres, cum quibus Divinum
,, ageret Officium: qui ei conceſſi, illius Car-
,, ceris anguſtiam diù ferre non valentes,
,, inde extrahebantur infirmi. Erat enim
,, tanta turris arctatio, ut vir Sanctus ubi
,, habebat pedes, dùm Miſſam celebraret, ibi
,, caput reclinaret, dùm dormiendo quie-
,, ſceret.

209 Voluit Deus hac quoque tam grandi tentatione ſervi ſui ſanctitatem & animi probare conſtantiam, nam alacriter cuncta hæc toleravit adverſa, ac mirâ cum patientia, nullâ ex ore ejus unquam eruptâ quærelâ, donec eidem placuit Altiſſimo illum ad ſe vocare præmia æterna largituro: Nec quidem multò poſt à ſua recluſione, ad Dominum migravit Cœleſtinus, aliquibus dumtaxat exactis menſibus: quoniam, teſte Jacobo Cardinali ad Vellum aureum, in præſatione ſui operis, Anno Domini MCCXCV. primo Pontificatus Boniſacii, XIV. Kalen. Junii ultimum clauſit diem, ſepultus inde Ferentini in Monaſterio ſui Ordinis Fratrum: poſt cujus obitum ſanctitatem ſervi ſui pluribus voluit Deus conteſtatã miraculis. Scribit Aliacenſis ſupra relatus, in ejus camerula ante obitum Crucem aurei coloris in aere pendentem apparuiſſe, teſtimonium ſerentibus ipſis militibus ad Cuſtodiam deputatis: ,, Quidam mi-
,, lites, *inquit*, qui eum cuſtodiebant in car-
,, cere, tùm Papæ, quàm aliis pluribus retu-
,, lerunt, quòd à ſeria ſexta uſque ad horam
,, mortis ejus viderunt ante Januam cameru-
,, læ ejus Crucem coloris aurei, non affixam
,, alicubi, ſed mirabiliter pendentem aere.
Hæc ille, qui tradit, die Sabbati expiraſſe. Cujus miraculi meminit etiam Jacobus Cardinalis in ſuo carmine, inquiens.

Vivis in abſceſſu, rutilans in limine parva;
Parva tamen, quia parvus erat, nam menſe ſubextans
Crux micat, inſignis viſa eſt vertigine verſa,
Ut magis eniteat, juſſiſque in ſingula ſubdi
Hunc doceat, memoremque Crucis memoremque laborum:
Huncque crucifixum Mundo, Mundumque viciſſim.

Petrarcha addit, Cœleſtini animam viſam à Roberto Salentino, ejuſdem Sancti viri Diſcipulo, Cœlum conſcendere: *Animam è carcere gemino*, ait, *ad ſydereas ſcandentem ſedes, conſpexiſſe dicitur, ignarus rerum & miraculo ſtupens*.

210 Itaque poſt Cœleſtini ad Dominum tranſitum, Boniſacius quovis excuſſo timore, in ſua ſede roboratus, inter ea grandia, ad quæ animum adjecerat, unum ſuit de bello inſerendo Græcis pro recuperando Imperio Conſtantinopolitano: probè namque noverat, experientiâ duce atque magiſtra, Græcos in ſua permanſuros perſidia, donec Impera-

tores

tores Græci eis imperitarent: proinde curandum, ut præfatum Imperium ad Latinos & Catholicos Principes reverteretur, ſub quorum dominatu, vellent, aut nollent Græci, cogerentur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ colla ſubmittere. Non ergo Apocriſiarios, ſed armatos milites ad tot vices rebellem Gentem mittere excogitavit. Et hac de cauſa ſollicitavit nuptias Catharinæ Balduini quondàm hæredis, quæ Imperatrix Conſtantinopolitana, propter jura paterna in eam derivata, appellabatur, cum Friderico filio Petri Regis Aragonum, ut unà cum ea dotale Conſtantinopolitanum acciperet Imperium, eripiendum inde communibus armis ſchiſmatico Andronico. De qua re extant Bonifacii literæ, datæ ad eandem Catharinam, exſcriptæ ex Codice Vaticano a Raynaldo ad Annum Domini MCCXCV. ſub num. 29. ad hunc modum ſe habentes.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Catharinæ Imperatrici Conſtantinopolitanæ Illuſtri.

211 „ Poſtquàm Divina Miſeratio nos „ ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpſit, „ ferventibus curavimus ſtudiis, & indefeſſis ſolicitudinibus laborare, ut catholici „ Principes Orbis terræ, ad invicem diſſidentes ad pacis, & tranquillitatis commoda „ reducantur. Sed cùm inter alia Principum, „ & aliorum ipſius Orbis ſcandala, inter chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Carolum Siciliæ Regem Illuſtrem, Patruum „ tuum, & quondàm Petrum, olim Regem „ Aragonum; ac de eo præſenti vita ſubtracto, inter dilectos filios Jacobum, & Fridericum natos ejus ſuper Regno Siciliæ ſuſcitatâ diſcordiâ, & gravia, quæ contigerunt pericula mentem noſtram continuis vexaverunt anguſtiis, laborioſos deduximus „ dies ac noctes, nec mirum, inſomnes, ut „ hinc indè firma pax, & plena concordia „ cum beneplacito chariſſimi in Chriſto filii „ noſtri Philippi Regis Francorum Illuſtris, „ auctore Domino proveniret, Demùm itaquè, Divinæ Gratiæ cooperante virtute, „ Jacobo, & Friderico prædictis redeuntibus „ ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ reverenter tractatus pacis & concordiæ, pro- „ miſſionibus de Matrimoniis contrahendis, „ obligationibus, conventionibus, pactis, „ & pœnis hinc indè firmatus advenit, ſicut „ in Inſtrumento publico, & Apoſtolicis literis indè confectis pleniùs continetur; ex „ quo Terræ Sanctæ ſubventio, pax renatis fonte Baptiſmatis, magnaque tranquillitas, & tibi maximè proventura ſperatur.

212 „ Profectò, Filia chariſſima, dùm in „ hujuſmodi tractatu pacis eſſemus, ac mul- „ ta & varia, nova & vetera, ſicut negotii „ miniſtrabat arduitas, in crebram memorationem conſideratio noſtra deduceret, occurrit memoriæ noſtræ frequenter de inclytæ recordationis Balduino Avo, & Philippo Patre tuis Imperatoribus Conſtantinopolitanis rememorantes in eis devotionem puram, & filialem affectum, quibus „ ipſi ergà Romanam Eccleſiam Matrem ſuā „ efficacibus ſtudiis viguerunt; gravia quoque corporum, rerumque diſpendia, quæ „ à Græcis pertulère ſchiſmaticis, laborantibus in opprobrium Fidei chriſtianæ; maternam etiam benevolentiam recenſentes, „ qua ipſos Eccleſia prædicta, ſicut chariſſimos ejus filios, & chriſtianiſſimos Principes compaſſionis affectu extitit proſecuta; „ Sicque penſantes infrà noſtri pectoris arcana ſolicitè de tui ſtatus, tuæque proſperitatis augmento, cùm ob olim etiam, dùm „ nos minor ſtatus haberet, ad tui revelationem honoris noſtrâ plurimùm intentio „ verſaretur; diffudimus undiquè, & in longum protendimus conſiderationis noſtræ „ reſpectum, qualiter tibi poſſet ſalubriùs „ Imperii tui Conſtantinopolitani recuperatio provenire; qualiter ille ſchiſmaticus „ Græcorum populus, ab olim in devium „ prolapſus erroris, reduci commodiùs valeat ad ſemitam veritatis, & gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac ſubjectionem „ Imperatoris Conſtantinopolitani Catholici, veri dicti Populi Domini temporalis.

213 „ Cùmque inter cæteros Mundi Magnates ad id utiles circumſpectio librata „ diſcerneret, cum prædicto Rege Siciliæ Patruo tuo, qui te affectu paterno, purâ ſinceritate proſequitur, collatione ſuper hoc, „ & diſcuſſione habitâ diligenti, cogitavimus, quòd nulli meliùs pro hujuſmodi „ tuo conſequendo commodo jungereris, „ quàm Friderico prædicto, qui penſatis omnibus, & eò maximè, quòd inter prædictum Jacobum fratrem ejus, & filiam dicti „ Regis matrimonium eſt firmatum; ad prædicti recuperationem Imperii utilior his „ temporibus videbatur. Sicque tractatu „ de contrahendo Matrimonio inter te, & „ eundem Fridericum non in diſcurſu, ſed „ cum deliberatione maxima proſecuto, ſub „ firma fiducia, ut à noſtris, & dicti Regis „ ſuper hoc tui ſenſus non diſcrepent; ſed ad „ id cum promptitudine voluntatis tuus aſſenſus accedat, cùm reſpicere tui culminis incrementa fœlicia dignoſcatur; idem „ Rex pro parte tua, & Procuratores ejuſdem Friderici pro eo eum juramentorum „ præſtatione ſolemniter promiſerunt, ut infrà menſem Septembris proximò futurum, „ per verba de præſenti matrimonium hujuſmodi compleatur; Noſque præmiſſorum „ conſideratione, pro ipſius recuperatione „ Imperii eidem Friderico in caſu prædicti

„ Matrimonii contrahendi magnum pecunia-
„ rum ſubſidium duximus promittendum.
214 „ Celſitudinem itaquè tuam mone-
„ mus, rogamus, & hortamur attentè, qua-
„ tenùs diligenti meditatione conſiderans; &
„ prudenter advertens, quòd id pro tua uti-
„ litate præcipuè, ac pro tui relevatione
„ ſtatus factum, & ordinatum exiſtit, men-
„ tem, & animum tuum ad ipſius Matrimo-
„ nii perfectionem exponas, & propter hoc
„ perſonaliter ſtatim ad præſentiam noſtram
„ accedas. Et ecce dilectum filium Joannem
„ Abbatem Monaſterii Sancti Germani de
„ Pratis propè Pariſios Ordinis Sancti Bene-
„ dicti, latorem præſentium, virum utiquè
„ providum & diſcretum, ac tui honoris fer-
„ vidum zelatorem, de legalitate cujus, &
„ circumſpectione confidimus, ad te pro-
„ ptereà deſtinamus, ut te ad præſentiam
„ noſtram honorificè, ac feſtinanter adducat,
„ & diligentiùs ſuper præmiſſis informet, ac
„ aliis, quæ exponenda tibi ſecretiùs ſibi du-
„ ximus injungenda, cui fidem credulam te
„ volumus exhibere. Speramus quidèm in
„ illo, qui bonorum eſt omnium elargitor,
„ quòd ex hoc tibi ſperatus honor, & opta-
„ tus fructus adveniet, idque cedet ad lau-
„ dem Dei, & generaliter ad ſtatum proſpe-
„ rum Populi chriſtiani. Datum Anagniæ,
v. Kalend. Julii, Anno I. *Hactenus Bonifacii literæ*,

215 Sed fruſtrata eſt Pontificis ſpes, ad alia tendens Fridericus, quàm ad recuperandum Imperium Græcorum; quoniàm à Siculis, in odium Regis Gallorum, acclamatus eſt Rex, & quidèm contrà Eccleſiæ jura Regnum illud ſibi uſurpavit, undè indignationem Pontificis incurrere meruit, qui, licèt monitus, reſipiſcere, ac Pontificis juſſis parère renuit, At Græci non proindè à cladibus exempti fuere, non tamen à Friderico illatis, ſed ab Alanis, ſivè Meſſagetis primùm; à Turcis poſteà, indè à Venetis, iterùmque à Turcis; De illatis à Meſſagetis damnis hæc ſcribit Gregoras lib, 6, *Meſſagetæ uſque ad Heleſpontum, Chriſtianorum agros populantes, deſcenderunt, atque inde in Europam trajiciunt*, De Turcis verò, Imperium infeſtantibus, ſtatim ſubnectit; *Nec enim multi dies interceſſerunt, cum Imperatore Bizantium reverſo, Barbari deſcenderunt, ferè omnibus ad oram uſque Lesbiam occupatis*, Subjungit poſteà de Venetis, qui offenſi à Græcis, quòd in Regia Urbe nonnulli ex ſuis trucidati fuiſſent; alii verò omnibus facultatibus ſpoliati, ſatisfactionem ab Imperatore poſtularunt; quæ cùm fuiſſet eis denegata, vim intulerunt, non ſinè gravi Græcorum damno, ac ignominia: „ Veneti, *inquit*, cum Trire-
„ mibus armati, ad Ceras progreſſi, ad Se-
„ ptentrionale littus appulerunt è regione
„ Palatii; & indè Legatis miſſis, pecuniam
„ repetebant, qua Urbem incolentes Vene-
„ tos, nullis affecti injuriis, mulctaſſent; ſe
„ plura, invitis Romanis, erepturos minitan-
„ tes, niſi ſpontè, quod æquum eſſet, redde-
„ rent, Sed cùm Imperator renuiſſet, Ro-
„ manâ potentiâ per ludibrium contemptâ,
„ omnes ædes è regione Urbis vacuas habi-
„ tatoribus (qui adventu illorum non expe-
„ ctato, migrarant) & manipulos frumenti
„ aliquot in arcis incenderunt; quod non
„ aliud fuit, niſi ludibrium quoddam, &
„ ſubſannatio Imperatoris. Sic enim acci-
„ dit, ut tenui aurâ è Septentrione aſpiran-
„ te, flamma excitaretur, & multo fumo
„ Regia compleretur. Poſtridiè digreſſi, in
„ eo fuerunt occupati, ut onerarias, in Ur-
„ bem euntes, interciperent, & è Proponti-
„ dis Inſulis prædas agerent, viros etiam in
„ altum ſublatos, ante Palatii muros flagel-
„ larent, ut cujusque cognati ſpectantes
„ illud, captivos magno pretio redimerent;
„ Ità Veneti majore pecuniâ, quàm poſtula-
„ rant conquiſitâ, domum redierunt. *Hactenus Gregoras*.

216 Majora inde à Turcis illata ſuſtulit infeliciſſimum Græcorum Imperium, in varias ſciſſum partes, quas illi in invicem partiti ſunt, ut idem Gregoras initio lib. 7. tradit, inquiens; „ Sub hoc tempore in Oriente ma-
„ ximæ calamitatum, & turbulentiſſimæ tem-
„ peſtates extiterunt. Nam cùm nulli ibi
„ Romanorum Exercitus eſſent, Turcha-
„ rum Satrapæ conjunctis viribus incurſa-
„ runt omnia uſque ad Mare quodlibet, &
„ ad ipſas Ægas commigrarunt; Maximam
„ partem virorum ſimùl & mulierum, item
„ infantes, jumenta, opes, Turci recens
„ occuparunt, Qui verò clàm evaſerant, in
„ proximas Urbes confugerunt; nonnulli
„ etiam nudi & inopes fretum trajecerunt.
„ At Turci jàm initâ concordiâ, omnes in
„ Aſia Romanorum Provinciis ſorte diſtri-
„ buerunt, Carmano Aliſurio pleraq; Me-
„ diterranea Phrygiæ obvenerunt uſque ad
„ Philadelphiam, & proximè Antiochiam
„ ad Mæandrum fluvium ſitam. Quidquid
„ inde eſt Smyrnam uſquè, & ad interiorem
„ Joniæ oram Sarchani cuidam obvenit;
„ Nam Magneſiam, Prienen, & Epheſum,
„ alius, nomine Saſan, interceperat. A' Ly-
„ dia, & Ætolia uſque ad Myſiam ad Hele-
„ ſpontū ſitam, Calames, & filius ejus Ceraſus
„ obtinebant; quæ circà Olympum ſunt, &
„ Bithyniam omnem, Atman. A' flumine
„ Sangario ad Paphlagoniam uſque, Amurii
„ filii inter ſe partiti ſunt, *Hæc Gregoras de partito à Turcis Imperio*.

217 Ex tunc enim auſpicia accepit Turcharum Imperium, auctum indè propter Græcorum perfidiam, atque diſſidia, Laonicus Chalcocondila lib. 1. de Rebus Turcicis, eandem partitionem ſubacti Imperii inter ſeptem Turcarum Duces recenſet, poſt initum in invicem fœdus: „ Cùm igitur, *inquit*, ut fœ-

de-

Digitized by Google

dere tenebantur, communi conſenſu, viribuſq; communibus bella aggrederentur, tanta ipſius inter omnes virtus emicuit, ut brevi plurimas opes acquireret, Regnumque ſibi pararet haùd aſpernendum (*loquitur de Orthogulo Othomani Patre*,) Hi autem cùm forent Duces numero ſeptem, initio regionem, quam tùm armis ſubjecerant, inter ſe ſe diviſerunt: poſteà partitionem ſorti committentes, Caramano obtigiſſe Mediterraneam Phrygiæ, Ciliciam uſque ad Philadelphiam. Sarchani ſors addixit maritimam Joniæ regionem, quà Smyrnam uſque patet. Lydia uſque ad Myſiam obvenit Calami, & filio ſuo Caraſi. Bithyniam autem cum his regionibus, quæ Olympum reſpiciunt, nactus eſt Othomanus cum Tecie (*hunc Gregoras Atman appellat*) Paphlagoniam cum his regionibus, quæ vergunt ad Euxinum Pontum, acceperunt Amuri filii, ſic ſorte partitionem regente. *Hæc ille*. Subjungens poſteà, Othomanum hunc Orthogulis filium, ex Oguziorum familia, apud Sogatham vicum in Myſia ortum, Turcarum Othomanorum Imperium fundaſſe, inquiens.

218 „ Accepi præterea, Othomanum Orthogulis filium primum generis hujus ex iſto vico oriundum extitiſſe; qui indè profectus, & Urbes Aſiæ cœpit; & Pruſam Miſiæ Urbem opibus florentem, fame expugnatam, Regni Sedem conſtituit. Poſtremò operibus multis fortiter, & ſplendidè peractis, relinquens liberos, & Regnum illuſtre, naturæ debitum exolvit Pruſæ. Hic primus iſtius generis, optimè, quæ ad Regni ſalutem attinet, diſpoſuit. Et, ut Regnum ſibi faceret quàm maximè firmum, & opportunum, ſatellites elegit, quos Regis januas, ſivè portas nuncupavit (*iſti ſunt Janizari Regis januæ, & corporis Cuſtodes*.) Et cùm jam omnibus propter iſtam potentiam formidinis eſſet, ſubditos facilè imperio continuit, cùm omnes ad nutum, quandò vocarentur, præſtò eſſent, & impigrè ea, quæ januæ Regis imperarent, obirent. Commemorant Orthogulem iſtum, virum per omnia extitiſſe generoſiſſimum; & cum propter res ſuas præclarè adminiſtratas auguſtior homine, & quaſi divinus reputaretur, poſteris reliquit inſigne cognomentum, ut Othomanidæ, ſivè Othomani filii vocentur. *Hactenus ille*, de Othomanorum origine, & Imperio. Patet ergò Othomanorum Imperium initia ſumpſiſſe circà Annum Dom. MCCC. ſub Pontificatu Bonifacii VIII. & Imperio Andronici, Michaelis Palæologi filii, ſchiſmatis renovatoris, ſub quo, ſic Deo vindice, plurimùm Græcorum res attritæ ſunt.

219 Non minorem jacturam eodem tempore res Eccleſiæ Græcorum expertæ ſunt; quoniàm illorum Patriarcha Joannes Sozopolitanus factus cunctis ludibrium, ab omnibus habitus in contemptum, mœrore confectus, Throno ceſſit. Ità Gregoras ad calcem lib. 6. inquiens; „ Joannes autem Patriarcha, cùm ſe ob inſcitiam & ſimplicitatem contemni cerneret, & manifeſtis interdùm conviciis à Pontificibus inceſſi, mœore & animi puſillitate victus, ſcriptam offert Imperatori Solii abdicationem, quandoquidèm opem ſibi ferre nollet. Digreſſus aliquandiù in Sanctiſſimæ & Beatiſſimæ Dei Genitricis Monaſterio quievit; deindè in patriam Sozopolim ſe ſe contulit, ibiq; ævi reliquum tranquillè exegit. *Hæc de Joannis abdicatione*. At vacaſſe Sedem per annum, indicat idem Scriptor initio lib. 7. poſteàq; ad Thronum iterùm evectum tradit, volente, ac jubente Principe, Athanaſium olim exturbatum, quem propter quoddam vaticinium, ſpiritum Dei habere conteſtabatur Imperator; „ Sequente anno, *ait*, dicunt, Athanaſium, qui Patriarchatum Joanni ceſſerat, Imperatori clàm nunciaſſe, ſe Numinis indignationem impendere Romanis vidiſſe; hortatumque eſſe, ut tribus continuis noctibus Deum deprecaretur. Cùm autem poſtridiè Terræmotus factus eſſet, dixiſſe Imperatorem, eam eſſe prædictam ab Athanaſio Numinis indignationem: ac poſt affirmaſſe, neminem Patriarchico Solio digniorem eſſe. Neque enim, niſi divinitùs illuſtratum, futura præviſurum fuiſſe; perſuaſumque habere, cùm primùm is reſtitutus eſſet, hoſtes quàm longiſſimè receſſuros, & Veris temperiem hybernas tempeſtates conſecuturam, Romanoſque fines facilè propagatum iri.

220 Perturbaſſe cunctorum animum hujuſmodi Imperatoris propoſitum, ſubjungit Gregoras, ægrèque tuliſſe, ut iterùm Athanaſius Solium conſcenderet: præfato vaticinio nequaquàm credidiſſe, ſed Imperatore in ſententia perſiſtente: adhæſiſſe tandèm quoſdam ex Pontificibus, & Monachis, & ità præfatum Athanaſium Thronum iterùm obtinuiſſe: „ Ea res, *inquit*, ferè omnes Pontifices, Sacerdotes, Abbates, Clericos, ac parùm abeſt, quin dicam Prætores, & omnes eos, qui publicum aliquod munus ſuſtinebant, Viri ſeveritatem recordatos, haùd mediocriter perturbavit: Itaquè Imperatori de Terræmotu, & vaticinatione Athanaſii concionanti fidem habere non poterant; ſed ſubmurmurabant, quòd illius deſiderio illa confingeret, & falſam illi auctoritatem conciliaret, ut ſui deſiderii probabilem habere cauſam videretur: Sed tamen benignitate, & eloquentiâ, quoſdam è Pontificibus, & Monachis in ſuas partes pellexit, & cum iis pedes ad Athanaſii cellam, juxtà Xerolophum abit; & cum eo, uti par eſt, collocatus, perſuaſit, ut Patriarchica Inſignia admitteret. Neque

que

„ que enim alia mānuum impoſitione, ap-
„ plauſusvè, & triumphis eſſe opus, quæ illi
„ jam pridèm abundè contigiſſet, quamvis
„ interim eam ex mœrore repudiaſſet. Hia
„ ità geſtis, ſeptimo die, Athanaſius in Pa-
„ triarchicum Solium redit. *Hactenus Gregoras* . . . . .

221 Eodem Bonifacio ſedente in Solio Petri, capta eſt Syria univerſa à Caſſano Tartarorum in Perſide Rege unà cum Sancta Hieruſalem Civitate, victis, ac deletis Sarracenis, ut ſcribit S. Antoninus 3. par. titul.20. cap. 8. §.vttt. inquiens: „ Anno
„ autem Domini MCCXCVIII. de menſe
„ Jannarii Caſſanus Imperator Tartarorum
„ venit in Syriam contra Soldanum Baby-
„ loniæ, ſecùm copias ducens ducentorum
„ millium Tartarorum inter equites, & pe-
„ dites, ex conductu Regis Armeniæ, &
„ Regis Georgiæ, qui erant inimici Sarra-
„ cenorum: & ipſi Reges erant Chriſtiani,
„ ad recuperandam Terram Sanctam, &
„ auſerendam à Sarracenis. Hoc autem cùm
„ cognoviſſet Soldanus, ex Ægypto deſcen-
„ dit in Syriam cum centum millibus equi-
„ tum Sarracenorum abſq; alia multitudine
„ innumerabili de Syria eum adiuvante.
„ Et ſibi invicem occurrentes pugnam horri-
„ bilem, injerunt inter ſe. Demùm ceſſit vi-
„ ctoria Caſſano Imperatori Tartarorum ex
„ induſtria, & ſagacitate pugnandi. Nam
„ ipſe cum modica parte, & fortiori ſuo-
„ rum equitum, deſcendentes de equis in pe-
„ dibus ſteterunt, quouſquè Sarraceni emit-
„ tendo continuò ſagittas evacuarunt pha-
„ retras ſuas. Et nè Sarraceni ſagittas, quas
„ Tartari emittebant contra eos reſumerent,
„ eaſdem contra eos jacèrent, ordinavit,
„ quòd ſagittæ Tartarorum eſſent ſine cuſ-
„ pide: & cordæ arcuum ſuorum pallottas
„ cereas continerent. Quo facto expreſſo,
„ ſigno dato, aſcenderunt equos ſuos Caſ-
„ ſanus cum ſuis, & terribiliter aggreſſi
„ Sarracenos ſunt, adeoquòd citò debellavit
„ eos, fuga ſe ſervantes, qui evadere po-
„ tuerunt, plurimis Sarracenorum occiſis,
„ aliis captivatis: & omni eorum ornatu, &
„ rebus magni valoris ibi eis ablatis à Tar-
„ taris. His peractis, omnes Civitates Syriæ,
„ & inter cæteras Civitas Sancta Hieru-
„ ſalem ſe Caſſano ſubdiderunt. Qui devo-
„ tè viſitavit Sanctum Domini Sepulchrum.
„ *Hæc Sanctus Antoninus*. Similia tradit Haytonus par. 2. hiſtor. Orient. cap. 26. licèt hæc accidiſſe aſſerat Anno Domini MCCXCIX. die Mercurii, ante feſtum Nativitatis Domini, cui aſſentiendum eſt, utpote oculato Teſti, qui eidem Bello interfuit. Additque poſt victoriam pręfatam, jubente Caſſano Rege Armeniæ, & Malay, unum ex Tartarorum Ducibus cum quadraginta millibus equitum inſecutos fuiſſe Sultanum uſque ad deſertum Ægypti, diſtans per duodecim dietas à Campobelli: poſt hæc verò, eodem Caſſano cogitante obſidere Civitatem Damaſci, ſubjungit, Damaſcenos ſuà ſponte illi ſe dediſſe: *De Conſilio*, inquit, *Sapientum, & concordi omnium voluntate, ſuos ad Caſſanum Nuntios tranſmiſerunt* (ſcilicet Damaſceni) *qui dederunt ſibi multa dona, & ei claves Civitatis etiam obtulerunt, ab eo miſericordiam implorantes*.

222 Deinde idem Caſſanus Oratores miſit ad Bonifacium VIII. ad Regem Franciæ, aliosque Chriſtianos in Europa Principes, ut copias mitterent pro retinenda, & conſervanda Terra Sancta jam per eum conquiſita, ut ſubjungit Sanctus Antoninus, inquiens: „ Cùm autem non poſſet moram tra-
„ here in Syria, quia oportebat eum in Per-
„ ſidem redire, ex eò quòd quidam Domini
„ inſurrexerant ex ipſis Tartaris, contra eum
„ bella moventes. Deſtinavit tamen interea
„ ſuos Oratores in partibus Occidentis, ad
„ Boniſacium VIII. & ad Regem Franciæ, &
„ aliis nationibus Chriſtianorum, ut mitte-
„ rent copias Chriſticolas in Syriam, ad reti-
„ nendum Civitates Syriæ, & Hieruſalem
„ conquiſitas per eum. *Hæc Antoninus*. Cujus Legationis meminit quoque Paulus Æmilius in Philippo Pulchro, aſſeritque, Bonifacium acceptis Legatis antefatis, ſcripſiſſe ad Philippum Regem de Bello Sacro redintegrando. Conſtans Sententia Caſſani fuit, ut Terra Sancta Chriſtianis traderet, ut Hayton ſcribit cap. 43. vbi ait, diſpoſitis, ac ordinatis Bajulis, & Rectoribus ſuper qualibet Civitate, antedictum Caſſanum advocato Armeniæ Rege, dixiſſe ei:
„ Libenter tradidiſſemus terras, quas aquiſi-
„ vimus, cuſtodiendas Chriſtianis, ſi veniſ-
„ ſent, & ſi venerint, Cotuloſſæ dabimus
„ in mandatis, quod eis reſtituat omnes
„ Terras, quas hactenus tenuerunt, & ad
„ reparationem caſtrorum det eis ſubſidium
„ opportunum. *Hæc ille*. Dolet S. Antoninus de Chriſtianorum Principum ignavia, Terræ Sanctæ recuperationem negligentium, immò poſſeſſionem: Recenſità namque antefatâ Caſſani Legatione, ſubiungit, inquiens:
„ Quod cùm expoſuiſſent Oratores ejus, &
„ placuiſſet audientibus, nihil tamen exe-
„ cutioni mandatum ex neglectu eorum
„ magis attendentium ad ſuas animoſitates
„ proſequendas, in ſe invicem laniando
„ Chriſticolas, & ambiendo aliena dominia,
„ quæ ſua ſunt potiùs unaquâque communi-
„ tate quærente, quàm ea, quæ Jeſu Chri-
„ ſti, & ob hoc de ampliatione cultus Divi-
„ ni, & dilatatione Chriſtianæ Religionis
„ parùm curando. Et ubi tunc cum modicis
„ expenſis, & ſine magnis copiis, captâ Sy-
„ riâ à Caſſano, potuiſſet à fidelibus illùc
„ miſſis retineri, nullâ proviſione ſuper hoc
„ factâ, cum magna erubeſcentia fidelium,
„ & non levi crimine incuriæ, & omiſſionis,

poſt-

Digitized by Google

„ poſtmodùm amiſſa eſt ; nec adhùc poſtea
„ recuperata, nec in via recuperandi, *Hactenus S. Antoninus*.

223 Ita ergo Terræ Sanctæ conſervationem, ac Religionis amplificationem negligentibus Regibus, & Occidentis Chriſtianis Principibus, ad illorum erubeſcentiam, dedecus, & confuſionem, quædam præclaræ, ac nobiles Januenſes fœminæ ad id perficiendum aggreſſæ ſunt, quæ virili animo indutæ, zelo fidei, ac Divini cultus inflammatæ, ex bonis ſuis Claſſem parandam curarunt, ac etiam in militum obſequium preſonaliter transfretare decreverunt; ſub nobilium quorundam virorum conductu, qui ab eiſdem excitati, prompti ſe exhibuerant ad transfretandum. Datæ ſunt hac de re Litteræ ad Bonifacium VIII. miſſæ per Fratrem Philippum Saonenſem Ordinis Minorum, quas Pontifex gratanter accepit, eiſque infraſcriptas reſcripſit literas ex Regeſto Vaticano exſcriptas à Wadingo, ac inſertas ad calcem tom. 3., ſuorum Annalium in Regeſto Pontificio videlicet.

Noblibus viris Benedicto Zacbariæ, Laufranco Tartaro, Jacobo Lomellino, & Joanni Blanci, Civibus Januenſibus.

224 „ Receptis litteris veſtris per dile-
„ ctum filium Fratrem Philippum Saonen-
„ ſem Lectorem Ordinis Fratrum Minorum,
„ ipſarumque conſiderato tenore, ac dili-
„ genter auditis, quæ dictus frater nobis
„ expoſuit oraculo vivæ vocis, exultavit cor
„ noſtrum in Domino magnâ nobis ex iis læ-
„ titiæ materiâ prebitâ admirationis, &
„ laudis. Sanè attendentes devotionis fervo-
„ rem, charitatis incendium, ſanctũq; propoſi-
„ tum nobiliũ Mulierum A. de Carmendino,
„ I. de Ghiſulphis, M. de Grimaldis C. Fran-
„ ctæ A. de Auria, S. Spinulæ S. & P. de Cibo,
„ & P. de Cariæ, & multarũ aliarũ mulierum,
„ Sociarum, & Sequacium Januenſium, quæ
„ Divinitùs inſpiratæ, ordinaverunt per ſuc-
„ curſum Marini Stolii ſub veſtro Ducatu
„ Terræ Sanctæ ſtatui miſerabili ſubvenire
„ per particulare paſſagium, celeriter, au-
„ ctore Domino, faciendum, petitionibus
„ quibuſdam per eundem fratrem pro veſtra,
„ & ipſarum nobilium mulierum parte por-
„ rectis, ſicut decuit, & expedire vidimus
„ tanto negotio, duximus annuendum,
„ prout hoc expreſſiùs in aliis noſtris literis
„ continetur. Nobilitatem itaque veſtram
„ monemus, rogamus, & hortamur attentè
„ obſecrantes in Filio Dei Patris, quatenùs
„ cum dictarum mulierum Subſidio, aperia-
„ tis viſcera pietatis ad dictæ Terræ Sanctæ
„ ſuccurſum, ſicut Athletæ ſtrenui Cruci-
„ fixi, ut in præſenti Divinam conſequami-
„ ni gratiam, & in futuro gloriam ſempiter-
„ nam, & ſic Divina vobis, & mulieribus
„ ipſis, adſiſtente virtute, in inſtanti autumno
„ poſſit hujuſmodi particulare paſſagium
„ fieri, quod multùm Nobis eſſet acceptum,
„ Tu Benedicte Zacharia, qui fuiſti nobis
„ familiarior ab antiquo, cum uno ex præ-
„ dictis nobilibus tuis conſociis in hoc facto
„ ad præſentiam noſtram accedas, præcedens
„ dictum Stolium aliquibus diebus, ut Tu,
„ & Socius per Nos poſſitis ſuper agendis
„ pleniùs informari, & circa Romanam, vel
„ Terræ laboris plagam jungi Stolio memo-
„ rato. Datum Anagniæ v. Idus Auguſti,
Anno VII. *Alias eiſdem pariter dedit tenoris ſequentis literas, nimirum.*

Nobilibus Viris &c.

225 „ Marino Stolio quaſi particulari
„ paſſagio ſub veſtro Ducatu, Duce Deo, in
„ Subſidium Terræ Sanctæ contra Soldanum
„ Babylonicum, hoſtes fidei, ac perfidos
„ Sarracenos, fautores, & adjutores eorum,
„ maximè contra illos impios Chriſtianos,
„ qui ad terras dicto Soldano ſubjectas con-
„ tra prohibitionem Apoſtolicæ Sedis acce-
„ dunt, & redeunt ab eiſdem profecturo cum
„ ſubſidio nobilium mulierum Januenſium,
„ quæ Divinitùs inflammatæ, cum ſuis So-
„ ciabus atque Sequacibus, de bonis pro-
„ priis negotio tàm pio ſubveniunt, qua-
„ rum nonnullæ diſponunt in hujuſmodi paſ-
„ ſagio perſonaliter proficiſci ad exhiben-
„ dum humanitatis obſequia bellatoribus
„ Crucifixi, Nobilitatem veſtram rogamus,
„ monemus, & hortamur attentè obſecrantes
„ per viſcera miſericordię Dei noſtri Patris,
„ ut hujuſmodi negotium proſequamini pro-
„ pter Deum, & animarum veſtrarum ſalu-
„ tem, & prædictæ Terræ ſuccurſum, fide-
„ liter, & ferventer; & ad hoc ipſum eos,
„ qui in poſſagio prædicto tranſibunt, &
„ alios inducatis, ſecundùm gratiam, quam
„ Filius Dei Dominus Jeſus Chriſtus cœli-
„ tùs vobis dabit, quærentes, quæ ejus ſunt,
„ non quæ veſtra. Ad hæc Nobilibus viris,
„ qui vobiſcum in dicto Stolio, ſeù paſſagio
„ transfretabunt, ac illis etiam, qui vobis
„ in iſto negotio, Deo auctore, ſe jungunt,
„ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipien-
„ do mandamus, quatenùs ad reædificatio-
„ nem, & reparationem alicujus Caſtri, Ci-
„ vitatis, vel loci muniti, ſitorum in dicta Ter-
„ ra Sancta, vel quavis parte Syriæ, præſer-
„ tim maritimorum occupatorum, & de-
„ ſtructorum per hoſtes fidei à tempore ulti-
„ mi Concilii Lugdunenſis, celebrati ſub fœ-
„ lic. record. Gregorio Papa X. prædeceſ-
„ ſore noſtro, ſub quovis titulo, vel quæ-
„ ſito colore ad utilitatem veſtram, vel qua-
„ rumcumque ſingularium ſæcularium per-
„ ſonarum, ac cujuſvis Univerſitatis, vel
„ Communis maximè Tripolitanæ Civita-
„ tis, nullatenus procedatis abſque Apoſto-

licæ

Digitized by Google

,, licæ Sedis licentia ſpeciali, per ejus paten-
,, tes literas apparente. Nos enim de tali-
,, bus, auxiliante vobis Divinâ potentiâ,
,, opportuno tempore diſponomus, ac etiam
,, Cathedralibus Eccleſiis dictarum Terræ
,, Sanctæ, & Syriæ de Paſtoribus idoneis
,, providere curabimus, prout videbimus
expedire. *Datum ut ſupra*. Ad eaſdem in-
de prænobiles fœminas alias pariter fecit
literas, ſic ſe habentes.

*Dilectis in Chriſto Filiabus Nobilibus Mulie-
ribus, A. de Carmedino, I. de Ghiſulphis,
M. de Grimaldis, C. Franetæ, A. de Au-
ria, S. Spinulæ, S. & P. de Cibo, P. de
Caris, & aliis earum Sociabus, & Sequaci-
bus Januenſibus.*

226 ,, Ex veſtrarum, & dilectorum filio-
,, rum nobilium virorum Benedicti Zacha-
,, riæ, Jacobi Lomellini, Lanfranchi Tarta-
,, ri, & Joannis Blanci Civium Januenſium
,, literarum tenoribus, & relatione dilecti
,, filii Fra. Philippi Saonenſis Lectoris, Or-
,, dinis Minorum, percepimus quòd vos, &
,, aliæ quamplurimæ mulieres Civitatis Ja-
,, nuenſis, Divino Spiritu inflammatæ pro-
,, vidè attendentes, quòd Caſſanus Magnus
,, Tartarorum Imperator cum multitudine
,, ſui exercitus, licèt Paganus, Regnum Hie-
,, roſolymitanum intraverat ad expellendos
,, de Terra Sancta Soldanum Babylonicum,
,, ejuſque ſequaces incredulos, & eâ Chri-
,, ſtiano cultui reſtitutâ, cantica Domini de-
,, cantarentur in ipſa exultationis, & lau-
,, dis; quòdque Reges, & Principes, &
,, alii Chriſtiani potentes, & ad arma do-
,, ctiſſimi ad ſubveniendum dictæ Terræ pie-
,, tatis quodammodò viſcera clauſiſſe vi-
,, dentur, obturantes aures ſuas clamoribus
,, exulum, qui Terram ipſam hactenus ha-
,, bitarunt, quorum raucæ factæ ſunt fau-
,, ces in expetendo lacrymabiliter Terræ ſæ-
,, pedictæ ſuccurri, induitis mente viros, in
,, corpore fragili, decernentea ſibi veſtro-
,, rum largitione bonorum per viam marini
,, Eſtolii ſubvenire ſub ducatu nobilium
,, prędictorum, & nonnullæ veſtrum fœmi-
,, neos animos ſupergreſſæ, ad perfectiora
,, feruntur, diſponentes quaſi paſſagio trans-
,, fretare. *Et poſt aliqua*. Ut reformato
,, corpore humilitatis earum conformentur
,, Chriſti corpori claritatis, ſecundùm ope-
,, rationem, qua poteſt etiam ſubiicere ſibi
,, omnia, qui in Cœlis ſedens ad dexteram
,, Dei Patris interpellat pro nobis, & exau-
,, ditur pro ſua reverentia: Non enim Pater
,, æternus denegare quicquam poteſt Filio
,, coæterno. Devotionem igitur veſtram,
,, & Charitatis incendium, ſanctumque
,, propoſitum dignum in Domino laudibus
,, commendantes, deſideriis veſtris libens
,, ter occurrimus, & nonnullas petitione-
,, ad robur, & juvamen negotii pro parte
,, veſtra petitas à vobis ad exanditionis gra-
,, tiam, prout decet, & expediens vidimus,
,, liberaliter duximus admittendas, prout in
,, aliis noſtris literis ſuper hoc confectis
,, pleniùs continetùr, ſperantes in Domino,
,, quòd multiplicabit vobis ſocias, & alia
,, tribuet incrementa, per quæ recuperabi-
,, tur dicta Terra, & reſtituetur cultui Chri-
,, ſtiano, quam Dominus proprio Sanguine
,, conſecravit, & ipſo largiente, qui poteſt,
,, vobis multiplicabitur gratia in præſenti,
,, & eo duce, qui novit, pervenietis ad æter-
,, nam gloriam in futuro. *Datum, ut ſupra*.

227 Caſſanum paganum appellat, quia
tunc fortè nondùm ſacro baptiſmate rena-
tum, quem poſtea baptizatum cujuſdam mi-
raculi occaſione ſcribit S. Antoninns 3. par.
cap. 8. §.9. ubi de illo verba faciens, ait:
,, Hic demùm Chriſtianus effectus, Baptiſma
,, ſuſcepit, & ad hoc induxit multos ex ſuis.
,, Cauſa autem ſuæ converſionis ad fidem,
,, miraculum fuit, quod hic ſequitur ad
,, conſolationem fidelium enarrandum. *Dein-
de* ſubnectit, præſatum Caſſanum nupſiſſe filiæ
Regis Armeniæ mulieri Chriſtianæ, & piæ ali-
undè pulcherrimæ, in qua ſuper omnes pluri-
mùm ſe complacuit: ,, Ex qua citò filium
,, ſuſcepit, *proſequitur Antoninus*, ſed ita
,, deformem, & turpem, ut vix in eo huma-
,, nitas appareret. Caſſanus ſuper hoc con-
,, ſilium ſumens cum Satrapis, & Sapienti-
,, bus ſuis collatione ſimul facta, ab eis re-
,, ſponſum accepit, hoc ideò accidiſſe, quia
,, ex adulterio conceperat, & ideò ipſa cre-
,, mandam eſſe cum prole ſua. Determina-
,, tione eâ factâ, quamvis hoc grave eſſet Caſ-
,, ſano propter amorem ad illam conceptum,
,, populus quoque Civitatis condoleret, cùm
,, rogus ad hoc pararetur, ſibique ſignificata
,, eſſet mors ſua, poſtulavit illa hanc ſibi gra-
,, tiam fieri, ut more Criſtianorum ſibi li-
,, ceret confeſſionem facere, & Communio-
,, nem Sacram ſuſcipere, & filium illum
,, ſuum baptizari. Quibus peractis, & par-
,, vulo illo baptizato in debita forma, ſubi-
,, tò puer mutatus eſt in alterum, & appa-
,, ruit ita pulcher, & gratioſus, ſicut qui-
,, cumque alius in Orbe reperiri poſſet. Ex
,, tàm evidenti prodigio nimis lætificatus
,, Caſſanus, non ſolùm immunem eſſe voluit
,, uxorem ſuam cum prole à morte, ſed eam
,, quoque Imperatricem decrevit, & cum
,, magna ſolemnitate ipſe cum innumerabili
,, populo Tartarorum credentes in Chri-
,, ſtum, Baptiſmum ſuſceperunt: & in teſti-
,, monium veritatis prædictorum quidam
,, Florentinus origine, nutritus in partibus
,, illis à pueritia, deſtinatus fuit orator cum
,, pluribus Tartaris ad referendum iſta Do-
,, mino Papæ Bonifacio, & Principibus fide-
,, lium. *Hactenus S. Antoninus*. Ex qua
narratione apparet, ante ejus obitum Caſ-
ſanum

ſanum baptiſmum ſuſcepiſſe, aliamque ad Boniſacium Papam Octavum miſiſſe Legationem.

228 Præterea Boniſacius, præter recitatas literas, ſcipſit etiam varias literas ad Porchettum Spinolam ex Ordine Fratrum Minorum, olim Archiepiſcopum Janueuſem, tunc propter ejus renunciationem, ejuſdem Eccleſiæ adminiſtratorem, quatenùs convocato Clero, & populo Januenſi, proponeret verbum Crucis, ac exemplo prædictarum Nobilium fœminarum, alios quoque ad idem præſtandum excitaret. Literæ verò eidem eodem tempore datæ, ad hunc modum ſe habent.

Dilecto Filio Fratri Porchetto Spinolæ Adminiſtratori Eccleſiæ Januenſis.

229 „ En quod expectabamus, invenimus, vidimus, mulieres ſcilicet fortes ſe per pietatis, & virtutum opera exercentes, ſuorum pœnitentiæ, & laborum panem portantes de longe, de exilio, ſcilicet præſentis peregrinationis ad patriam, & ſurgentes de nocte mundialium tenebrarum, ut domeſticis fidei, Crucis adverſarios deut in prædam, & quaſi non habentes hìc manentem Civitatem, futuram inquirant; accinxerunt fortitudine lumbos ſuos, brachium ſuum virilibus operibus roborarunt, quorum lucernæ non extinguentur in nocte, manus ſuas miſerunt ad fortia, & palmas ſuas aperuerunt inopibus, impendendo ſubventionis auxilium exulibus, Terræ Sanctæ pauperibus, à frigoribus nivis ſuis domibus non timebunt, cum ſint veſtitæ duplicibus, dabitur ei de fructu operum ſuorum, & in portis earum opera laudabuntur: quæ ſunt hæ, & laudabimus eas? in vita ſua mirabilia facientes. Iſtæ ſunt nonnullæ nobiles Januenſes, & ipſarum ſociæ, ac ſequaces, quæ divinitùs inſpiratæ in ſexu fragili viriles animos induerunt, exurgentes in dictæ Terræ ſuccurſum, ut ſtent cum Chriſto conſtanter in acie adversùs malignantes, & adversùs operantes iniquitatem, qui, proh dolor! terram inhabitant memoratam. O' miracula, ò prodigia! Fœminæ præveniunt viros in ſæpèdictæ Terræ ſuccurſum. Hæ amictæ Sole, temporalia ſub pedibus ſuis ſternunt ſignificata per Lunam. Reges, & Principes Mundi ſuccurrere etiam invitati, effugiunt, fœminæ imbecilles ultrò ſe offerunt. Undè hoc? De ſursùm utique à Patre Luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit. An non in mulieribus iſtis innovata ſunt ſigna, & mirabilia immutata?

230 „ Accepimus namque, quòd prædictæ mulieres, & ipſarum ſociæ, & ſequaces decreverunt ſuorum largitione bonorum per viam Marlni Eſtolii præfatæ Terræ ſtatui ſubvenire ſub ductu dilectorum filiorum nobilium virorum Benedicti Zacheriæ, Jacobi Lomellini, Lanfranchi Tartari, & Joannis Blanci, Civium Januenſium, & nonnullæ ipſarum fœmineos animos ſupergreſſæ, ad perfectiora feruntur, diſponentes perſonaliter in particulari quaſi paſſagio transfretare, ad exhibendum obſequia bellatoribus Crucifixi, per quos Chriſtianitatis hoſtes, auxiliante Deo, poterunt impugnari, & in ipſa Terra morari, ad calcandas hujus Mundi paſſiones, potiùs eligentes affligi cum populo Dei, quàm temporalis vitæ jucunditatem habere, aſpicientes in remunerationem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non aſcendit.

231 „ Cùm igitur tàm luminoſa opera non ſint ponenda ſub modio, ſed ſuper Candelabrum, ut ea, quæ ſunt in Domo Dei, videant, & provocentur ad imitationem ipſorum, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus congregatis Clero & populo Januenſi, ad eorum deducas notitiam ſupradicta, & ad imitandum tàm ſalubria opera, ſecundùm à Deo tibi conceſſam prudentiam inducas eoſdem, & tàm in Civitate Januenſi, quàm in ejus Provincia, riparia, & diſtrictu, per te, vel alium, ſeù alios ea denunties & denunciari facias, prout videris expedire. Cæterùm nolumus te latère, quòd in adjutorium tàm fructuoſi negotii porrectæ ſunt nobis nonnullæ petitiones, pro parte virorum nobilium, & mulierum prædictarum, quas, prout expedire ipſi negotio vidimus, duximus liberaliter admittendas, prout in noſtris aliis literis continetur, & volumus, quòd hoc etiam per te, vel alium, ſeu alios deducas in publicam notitiam diligenter, in præmiſſis te taliter habiturus, quòd exinde retributionis æternæ præmium conſequaris à Deo, & nos tuam prudentiam meritò commendare poſſimus. Qualiter autem proceſſeris in præmiſſis, & utilitatem & fructus, quos proventuros ex his, Deo auctore, confides, nobis ſerioſiùs reſcribas. *Datum Anagniæ v. Idus Auguſti, Anno VII.* Quæ porrò conceſſit præfatis nobilibus viris, ac mulieribus, aliiſque cum ipſis transfretantibus exhibet in altera ad eundem Porchettum data Epiſtola, quæ ſic ſe habet.

Dilecto Filio Fratri Porchetto Spinolæ &c.

232 „ In Concilio Generali Lugdunenſi, & poſtea ſæpiùs extitit laboratum, ut generale paſſagium fieret in Terræ Sanctæ ſuc-

,, ſuccurſum, contra perfidos Sarracenos,
,, quod hucuſquè diverſis occaſionibes, ſive
,, cauſis extitit impeditum, & adhùc ad ipſum
,, generale paſſagium via prompta, ut noſter
,, deſiderat animus, non apparet. Verùm
,, altitudo divitiarum Sapientiæ & ſcientiæ
,, Dei, cujus incomprehenſibilia ſunt judi-
,, cia, & inveſtigabiles ejus viæ, nec huma-
,, nis limitibus clauditur, nec arctatur. Undè
,, non multos ſapientes, ſecundùm carnes,
,, non multos potentes, non nobiles multos,
,, ſed quæ ſtulta ſunt Mundi, Deus elegit, ut
,, confundat ſapientes, & infirma Mundi
,, elegit, ut confunderet fortia, & ignobilia
,, Mundi, & contemptibilia Deus elegit, &
,, ea, quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt, deſtrue-
,, ret, ut non glorietur omnis caro in con-
,, ſpectu ipſius, & hoc præſentis temporis vi-
,, detur eſſe parabola, ut *Omega* revolvatur
,, ad *Alpha*, dum potentibus atque nobili-
,, bus, & ſapientibus deficientibus in Terræ
,, Sanctæ præfatæ ſuccurſum, in ſexu debili,
,, ſtulto quodammodò, ac infirmo & contem-
,, ptibili terræ memoratæ ſuccurritur, Omni-
,, potenti Deo in manu fœminea faciente ſa-
,, lutem, nobilibus mulieribus Januenſibus,
,, aliis ſociabus, & ſequacibus earumdem
,, inſpiratis Divinitùs, ut per Marinum ſto-
,, lium terræ ſuccurrerent memoratæ ſuorum
,, largitione bonorum, ſub ducatu dilecti
,, filii Benedicti Zachariæ, Lanfranchi Tarta-
,, ri, Jacobi Lomellini, & Joannis Blanci
,, nobilium Civium Januenſium nonnullis ex
,, mulieribus ipſis diſponentibus transfretare,
,, bellatoribus Crucifixi obſequia impenſuris,
,, quarum devotionis fervorem, & charitatis
,, incendium, ſanctumque propoſitum com-
,, mendantes dictorum nobilium & mulierum
,, precibus inclinati, infraſcripta, ut exci-
,, tentur ad animi imitandum ſanctum pro-
,, poſitum duximus concedenda.

233 ,, De omnipotentis igitur Dei miſe-
,, ricordia, & Beatorum Petri, & Pauli
,, Apoſtolorum meritia, & auctoritate, ac
,, illa, quam nobis, licèt immeritis, ligandi,
,, atque ſolvendi tribuit poteſtate confiſi,
,, omnibus de Civitate, Diœceſi, Provincia,
,, Riparia, & diſtrictu Januenſi, & de Civi-
,, tatibus, & terris ad duas legales dietas vici-
,, nis, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui
,, ſigno vivificæ Crucis aſſumpto, à te, vel
,, ab aliis, quos ad id duxeris deputandos,
,, in propriis perſonis, & expenſis, aut in
,, expenſis alienis in perſonis propriis, illis
,, etiam, qui ſecundùm facultatum ſuarum
,, vires, ſine fraude in expenſis ſuis mittendo
,, alium, vel alios bellatores, ad expugnatio-
,, nem proceſſerint prædictorum, & in hujuſ-
,, modi expugnatione, perſeveraverint con-
,, gruo tempore: Illis inſuper, qui occaſione
,, proſecutionis hujuſmodi, mortem incur-
,, rerent illam, ſuorum omnium remiſſionem
,, concedimus peccatorum, quæ dudùm in
,, Generali Concilio transfretantibus in di-
,, ctæ Terræ Sanctæ ſubſidium, per Sedem
,, Apoſtolicam eſt conceſſa.

134 ,, Inſuper concedimus, ut illi, vel
,, illæ, quæ de prædictis, Civitate, Diœceſi,
,, Riparia, ſeù diſtrictu, Civitatibus & ter-
,, ris, ut præmittitur, ipſis vicinis, quæ in
,, memoratæ terræ ſubſidium aſſumpſerunt
,, hactenùs ſignum Crucis, illùc perſonaliter
,, profecturi, poſſint hujuſmodi ſignum reſu-
,, mere, & cum dicto ſtolio, ſeu paſſagio trans-
,, fretare, & Domino reddere vota ſua, illam
,, Indulgentiam habituri, quam haberent, ſi
,, in paſſagio generali tranſirent, ſi qui verò
,, fuerint, qui licèt perſonaliter ad ejuſmodi
,, expugnationem ire non velint, ſeù ire non
,, poſſint, aliàs tamen aliquid de bonis à
,, Deo ſibi collatis obtulerint, vel offerent in
,, ſubſidium negotii ſupradicti, vel naves,
,, vel galeas faciendo, aut alio quovis modo
,, in ipſo negotio præſtabunt auxilium, con-
,, ſilium, vel favorem, eos hujuſmodi remiſ-
,, ſionis gratiâ volumus eſſe participes ſecun-
,, dùm quantitatem ſubſidii & devotionis
,, affectum. *Datum, ut ſupra*. Sed, & tertiam
fecit ad eundem Epiſtolam, qua mandat ei,
ut verbum Crucis prædicari faciat, ac trans-
fretare volentes in ſubſidium Terræ Sanctæ,
Cruce conſignet: Ita ſcribens.

*Fratri Porchetto Spinulæ Ordinis Minorum,
Adminiſtratori Eccleſiæ Januenſi.*

235 ,, Sperantes in Domino, quòd per
,, Marinum ſtolium, ſeù quaſi particulare paſ-
,, ſagiū Terre Sancte miſerabili ſtatui ſuccur-
,, reretur in brevi, procurantibus, & operan-
,, tibus hoc nonnullis nobilibus Mulieribus,
,, earundemque ſequacibus, & ſociabus
,, Januenſibus, & ad hoc exponentibus bona
,, ſua, quarum nonnullæ diſponunt, duce
,, Domino, in dicto ſtolio, ſeu paſſagio per-
,, ſonaliter transfretare; tibi, de cujus boni-
,, tate, ſcientia, fidelitate, ac circumſpectio-
,, ne confidimus, prædicandi Verbum Cru-
,, cis per te, vel per alium, ſeù alios in Ci-
,, vitate, Diœceſi, Provincia, Riparia, &
,, diſtrictu Januenſi, eiſque infrà duas lega-
,, les dietas vicinis Civitatibus, Caſtris,
,, terris, ac locis, & dandi Crucis ſignaculum
,, volentibus illud devotè recipere, plenam
,, auctoritate præſentium concedimus facul-
,, tatem. Tu verò in præmiſſis ſtudeas ſic
,, prudenter, & ſic ſolicitè te habere, ac ſpe-
,, ciali ſuper acceleratione Eſtolii, ſeu parti-
,, cularis paſſagii ſupradicti, quam ferventer
,, appetimus, quod à Deo exinde de retri-
,, butionis æternæ præmium conſequaris,
,, noſque ex hoc tuam prudentiam meritò
,, commendare poſſimus reſcripturus nobis
,, quod ſuper his feceris, & quommodò tam
,, pium negotium proſperè, Deo auctore, pro-
,, cedet. *Datum Anagniæ IV. Idus Auguſti,*

Ana-

Anno VII. Denique ſcripſit Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum Provinciæ Januenſis, mandans, ac præcipiens, ut transfretaturis in ſubſidium Terræ Sanctæ, provideat de Religioſis idoneis, ſufficienti numero, qui valeant Eccleſiaſtica adminiſtrare Sacramenta, aliaque pia opera exercere in ſpirituale eorundem transfretantium iuvamen, & ſolatium, ſcribens in hunc videlicet modum.

Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Januenſis.

236 „ Qui fecit ſalutem in manu fœminæ & per eam capite Holophernis abſciſſo, Civitatem Sanctam Hieruſalem de manu hoſtium liberavit, creditur nonnullis nobilibus mulieribus Januenſibus, earumque ſociabus, ſeù ſequacibus inſpiraſſe, ut de Terræ Sanctæ ſuccurſu, cui Reges, & Principes, & alii Chriſtiani potentes, & ad arma doctiſſimi obturatis cordibus non ſuccurrunt, efficaciter cogitarent, quæ per Marinum ſtolium, & quaſi particulare paſſagium ad partes illas, Duce Deo, perventurum in brevi, eidem terræ ſuccurrere decreverunt, ad hoc bona propria expendendo, & earum aliquæ diſponunt perſonaliter transfretare ad impēdendum humanitatis obſequia bellatoribus Crucifixi. Talium itaque devotis ſervoribus, & charitativis affectibus libenter occurrimus, & earum pium propoſitum dignis favoribus confovemus. Ideoque diſcretioni tuæ in virtute Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus auctoritate noſtrâ de conſilio Diſcretorum Fratrum tui Ordinis aſſumas aliquos Fratres ejuſdem Ordinis de Januenſi, & aliarum Civitatum vicinarum Conventibus in numero congruo, viros utique literatos, bonæ converſationis & vitæ, & in dicto ſtolio, ſeù paſſagio, tranſmittas eoſdem, auctoritate prædictâ concedens eiſdem, ut perſonis in dicto ſtolio, ſeù paſſagio transfretantibus, & aliis, quæ jungentur eiſdem Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrent, ipſoſque inſtruant, & informent verbo pariter, & exemplo percepturi exinde à Deo gratiam in præſenti, & æternam gloriam in futuro. In his te taliter habiturus, quòd à Deo præmium conſequaris: noſque devotionem tuam meritò commendare poſſimus, reſcribas autem nobis quidquid ſuper his feceris, & quomodò confidis hujuſmodi negotium, Divina favente clementia, proſperè proceſſurum. *Datum Anagniæ* IV. *Idus Auguſti, Anno VII.*

237 Cæterùm irriti redditi ſunt Chriſtianorum conatus pro Syria iterùm poſſidenda, vel recuperanda, reverſo namque Caſſano in Meſopotamiam, adveniente proxima æſtate, proditione cujuſdam Capchick, cui commiſerat cuſtodiam Damaſci, univerſa Syria defecit à Caſſano, & Soldano ſe ſubmiſit Babyloniæ, prout Ayton in præfata ſcribit Hiſtoria Orientali cap. 43. inquiens: „ Æſtivo verò tempore adveniente, Capchick prædictus, qui ergà Caſſanum jamdudùm conceperat falſitatem, occultè miſit ad Soldanum, quòd redderet ſibi Damaſcum & alias terras, quas Caſſanus, & Tartari occupaverunt in Syria. Et Soldanus promiſit Capchick, quòd ſi ea, quæ promiſerat, adimpleret, ſibi daret perpetuò dominium Civitatis Damaſci, & de Theſauro ſuo etiam magnam partem, & ſororem ſuā ſibi traderet uxorem. Et ita poſt modicum temporis ſpatium Capchick rebellis effectus, fecit omnia caſtra Tartaris rebellare: ſpes enim illorum æſtus æſtivi temporis, in quo Tartari non poterant equitare, neque ſuis ſubſidium impertire. *Hæc Ayton*. Auditâ defectione Syriæ Caſſanus, adveniente hyeme magnum exercitum ad Euphratis ripas congregavit, ulturus pro ſibi irrogata à Syris injuria; verùm rem ad effectum perducere nequivit, infirmitate correptus; & licèt convaleſcens, anno altero iterùm expeditionem paraſſet, præventus à Sarracenis, ut tradit Sanutus lib. 3. par. 13. cap. 8. omnem terram devaſtantes, ceſſit à propoſito: „ Sarraceni, *inquit*, Caſſani timentes adventum, cùm in bello non confiderent ſe eſſe pares, totam terram eorum combuſſerunt ante faciem Tartarorum; itaquòd collectis frugibus, & aliis in terra creſcentibus, ac animalibus in Caſtris, & munitionibus congregatis, reſiduum totum ignibus devaſtarunt, ut cùm Tartari venirent, non invenirent victualia, neque pabula pro jumentis. Quandò Caſſanus intellexit ea, quæ fecerant Agareni, & qualiter diſſipaverunt terram totam, cogitans, quòd equi illis in terris taliter devaſtatis non poſſent ſuſtentari, accepit conſilium remanendi ſuper littora fluminis Euphratis illâ hyeme, & veris tempore veniente, dùm herbæ inciperent pullulare, & perficere iter ſuum. *Hæc ille*, qui inde totam proſequitur Hiſtoriam, enarrans, quomodò anno inſequenti mala ceſſerint Tartaris in obſidione Damaſci, & quomodò inglorii receſſerint. Ayton verò cap. 45. tradit, poſt hæc Caſſanum diem clauſiſſe extremum, relicto Regno Carbogandæ ejus filio, de quo ſupra mentionem fecimus, qui licèt baptizatus, factus Apoſtata, Sarracenorum legi adhæſit: Ac ita univerſa Syria cum Sancta Hieruſalem Civitate manſit in Sarracenorum manibus nunquam ampliùs erepta, manetque & adhùc, ita Chriſtianorum exigentibus peccatis, ſub eadem tyrannide, ac infidelium barbaro dominio. Caſſanum verò obiiſſe Anno Domini MCCCIV. ſub Benedicti XI. Pontificatu, referunt ſcriptores.

DUBIUM INCIDENS.

An Cœleſtinus Papa V. potuerit cedere, aut ſe Pontificatu abdicare.

238 Agitatam hanc controverſiam ante Cœleſtini V. renunciationem, conſtat ex ejuſdem Cœleſtini Sanctione, qui ad hanc eliminandam dubietatem decrevit, id Romano Pontifici licere, ut Bonifacius VIII. declaravit *in cap. Quoniam, tit. 7. de Renunciat. in 6.* ,, Quoniam aliqui curioſi diſceptantea de ,, his, quæ non multùm expediunt, & plura ,, ſapere, quàm oporteàt, contrà doctrinam ,, Apoſtoli, temerè appetentes, in dubita- ,, tionem ſolicitam, an Romanus Pontifex, ,, cùm ſe inſufficientem agnoſcit ad regen- ,, dam univerſalem Eccleſiam, & Summi ,, Pontificatus onera ſupportanda, renun- ,, ciare valeat Papatui; ejuſque oneri, & ,, honori deducere minùs providè videban- ,, tur: Cœleſtinus Papa V. prædeceſſor no- ,, ſter, dùm ejuſdem Eccleſiæ regimini præ- ,, ſidebat, volens ſuper hoc hæſitationia cu- ,, juslibet materiam amputare, deliberatio- ,, ne habitâ cum ſuia fratribua Eccleſiæ Ro- ,, manæ Cardinalibus, de quorum numero ,, tunc eramus, de noſtro, & ipſorum om- ,, nium concordi conſilio & aſſenſu, Aucto- ,, ritate Apoſtolicâ ſtatuit & decrevit, Ro- ,, manum Pontificem poſſe liberè reſignare. ,, Nos igitùr, nè Statutum hujuſmodi per ,, temporis curſum oblivioni dari, aut du- ,, bitationem eamdem in recidivam diſcepta- ,, tionem ulteriùa deduci contingat, ipſum ,, inter Conſtitutiones alias, ad perpetuam ,, rei memoriam, de fratrum noſtrorum con- ,, ſilio duximus redigendum. *Hæc ille.*

239 Et hanc ſententiam exemplo Clementis Papæ I. comprobatam apparet, qui electus à Petro in ſui ſucceſſorem, Papatui renunciavit, electus indè Linus, Cletus poſteà, & deniquè poſt Cletum, iterùm Clemens. Electum porrò Clementem à Petro, conſtat ex prima ejuſdem Clementis Epiſtola ad Jacobum fratrem Domini data, ubi in principio de Petri obitu, ejuſque ante obitum geſtis verba faciens, inter alia ait: ,, Hic ,, inquam, pro pietate pati volena, præſen- ,, tem vitam finivit. In ipſis autem diebus, ,, quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit, ,, in conventu fratrum poſitus, apprehensâ ,, manu meâ, repentè conſurgens, in auri- ,, bua totius Eccleſiæ hæc protulit verba; ,, *Audite me, fratres & conſervi mei, quoniam* ,, *ut edoctus ſum ab eo, qui miſit me, Domino* ,, *& Magiſtro meo Jeſu Chriſto, dies mortis* ,, *meæ inſtat, Clementem hunc Epiſcopum vo-* ,, *bis ordino, cui ſoli meæ prædicationis, &* ,, *doctrinæ Cathedram trado.* Et poſt alia ſub- ,, dit Clemens; Hæc eo dicente, ego proci- ,, dens ad pedes ejus, rogabam excuſans me, ,, & declinana honorem Cathedræ, vel po- ,, teſtatem. At ille reſpondens: *Pro hoc,* in- ,, quit, *nè me rogaveris. Hoc enim fieri ſta-* ,, *tutum eſt mihi, & eò magis, quod excuſas:* ,, *quia hæc Cathedra eum, qui cupit eam, &* ,, *audacter expetit, non requirit, ſed ornatum* ,, *moribus, & in verbis eruditum.*

240 Hoc idem relatum habetur *cauſ.* 8. *quæſt.* 1. *cap. Simon Petrus*. Et Joannes Papa III. in Epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ, cap. 2. ,, Si autem Petrus, *inquit*, Princeps ,, Apoſtolorum adjutores ſibi adſcivit Li- ,, num, & Cletum, non tamen poteſtatem ,, Pontificis, aut ligandi, aut ſolvendi eia ,, normam tradidit, ſed ſucceſſori ſuo San- ,, cto Clementi, qui Sedem Apoſtolicam ,, poſt eum, & poteſtatem Pontificalem, tra- ,, dente ſibi Beato Petro, tenère prome- ,, ruit, *Hæc ille*. Et totidèm verbis habetur apud Gratianum, eadem *cauſ.* 8. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *Si Petrus*. Ubi Gloſa: *Videns autem Clemens, quòd hoc eſſet perniciosum exemplo, quòd aliquis ſibi eligeret ſucceſſorem, renunciavit Papatui, & tunc electus fuit Linus; Eo mortuo, electus eſt Cletus; quo mortuo, denuò fuit Clemens electus.* Altera autem Gloſa in cap. *Quoniam, de Renunciat. in 6.* mox cit. affert nedùm Clementis, verùm & Marcellini exemplum, inquiens: ,, Contrarium verum ,, eſt, ut hìc vides, & probatur ex eo, quia ,, Marcellinus renunciavit Papatui, cui ſub- ,, ſtitutua fuit Marcellus, 21. *Diſtinct. cap.* ,, *Nunc autem*. Item Clemena renunciavit ,, Papatui, cui ſucceſſit Liaus, & eo mor- ,, tuo Cletus, & illo mortuo, iterùm ſucceſ- ,, ſit Clemens, ut in Chronicis, & vide de ,, hoc 8. cauſ. cap. 1. quæſt. 1. *Hæc Gloſa*. Et cauſ. 7. quæſt. 1. cap. 12. *Nunc autem*, idem repetit; ubi quærens; *Numquid Papa poteſt renuntiare?* Reſpondit: *Utique; Nam Marcellinus renuntiavit*, Diſtinct. 21. cap. Nunc autem. *Et Clemens Papa; ſed poſt Linum, & Cletum iterùm recepit Cathedram.*

241 At in contrarium nonnulli ſentiebant tempore Bonifacii, exemplum Clementis nequaquàm admittentes, quoniam in Eccleſiaſticis Tabulis, non certò conſtare videtur, Petrum, ſucceſſorem in ſua Cathedra ſelegiſſe Clementem. Epiſtolam verò Clementis præfati data poſt Petri obitum ad Jacobum fratrem Domini, ſuſpicione ſuppoſitionis non carere, cùm, teſte Divo Hieronymo in lib. de Viris Illuſtrib. in Jacobo, conſtet hunc occiſum Anno VII. Imperii Neronis; Petrum verò Martyrium conſumaſſe ultimo Neronis anno, ſcilicèt, illius Imperii XIII. communis eſt Scriptorum ſententia: Ac ideò non videtur, Clementem poſt Petri obitum, & poſt Annum XIII. Neroni potuiſſe literas ſcribere ad Jacobum fratrem Domini, ſexennio ante vità functum. Epiſtolam pariter Joannis III. ad Epiſcopos Germaniæ, omnino ſuppoſititiam eſſe tradunt Eruditi. Et primò,

quia

quia in fine illius legitur: *Data* XIV. *Kalend. Auguſti, Juſtino VI. & Narſete viris clariſſimis Conſulibus*; ac proindè Anno VII. Imperii Juſtini, Domini verò DLXXII. Eo namque anno objiſſe Joannem, ferunt Scriptores, non tamen perveniſſe ad XIV. Kalendas Auguſti, cujus obitum Anaſtaſius conſignat in diem III. Idus Julii. Ex quibus infertur, eam exaratam poſt Joannis obitum. Abeſt quoquè à vero, quod in ea Epiſtola legitur, Cletum ſcilicèt, & Linum ſolùm fuiſſe Chorepiſcopos, quos univerſa antiquitas, Epiſcopos, & Romanos Pontifices extitiſſe teſtatur; Immò tempore Joannis Papæ III. nomen Chorepiſcoporum apud Gallos, & Germanos penitùs abolitum fuerat; Et ita non videtur veroſimile, Joannē integram de Chorepiſcopis, & illorum officio Epiſtolam ad eas voluiſſe mittere Provincias, in quibus jam nullus reperiebatur Chorepiſcopus. Et hiſce de cauſis viri docti hanc Epiſtolam non genuinam Joannis fatentur, ſed ſuppoſititiam, licèt Gratianus nonnulla ex ea deprompta in ſuo inſeruerit decreto.

242 De Marcellino verò, datâ veritate Hiſtoriæ, de qua dubitat Sanctus Auguſtinus, de unico Baptiſmo contra Petilianum, lib.6. eò quòd ad Idola deflexerit, ac in Templo Veſtæ, & Iſidis, Herculi, Jovi, & Saturno thurificaverit, metu tormentorum, vigente tunc diriſſimâ Diocletiani in Chriſtianos perſecutione: & convictus in plena trecentorum Epiſcoporum Synodo, apud Sinveſſam in quadam Grypta celebratâ, teſtimonio ſeptnaginta duorum fide dignorum, ſi vera & genuina ſunt illius Synodi Acta, proprio ore confeſſus eſt peccatum ſuum, ſententiamque in ſe tulit, & indignum ſe Sacerdotio eſſe pronunciavit: „ In ſinu trecentorum
„ Epiſcoporum, *inquiunt Acta*, caput cine-
„ re convolutum habens Marcellinus Epiſco-
„ pus Urbis Romæ, voce clarâ clamans dice-
„ bat: *Peccavi coràm vobis, & non poſſum eſſe*
„ *in ordine Sacerdotum, quoniam avarus corru-*
„ *pit me auro. Subſcripſerunt igitur ejus dam-*
„ *nationem, & damnaverunt eum extrà Civi-*
tem. His peractis, idem Marcellinus pœnitentiâ ductus, pro Chriſti fide, capite truncatus, jubente Diocletiano, ſeù veriùs Maximiano, pro fide Chriſti martyrio coronatus eſt, ut Acta ejuſdem Marcellini teſtantur. Itaque Marcellini ceſſio deduci non poteſt in exemplum, quaſi ex hoc liceat Romano Pontifici Pontificatui liberè, ac ſpontè cedere; quoniàm illa ſpontanea ceſſio dici non poteſt, ſed magis depoſitio propter commiſſum ſcelus, externæ ſaltem Idololatriæ, ipſomet in ſe depoſitionis ſententiam ferente, cui poſteà cæteri ſubſcripsère, non ſecùs ac ſi Pontifex in alium ſententiam tuliſſet, cui reliqui Epiſcopi adhæſiſſent. Nec tamen ſubitò electus eſt ſucceſſor, nam nonniſi poſt Marcellini martyrium, & quidèm poſt ſeptem vacantis Sedis menſes, quibus elapſis, Marcellus renunciatus eſt Romanus Pontifex.

243 I. Deindè, qui Bonifacio adverſabantur, rationibus quoquè probare nitebantur, non potuiſſe Cæleſtinum Papatui cedere, ejuſque ceſſionem nullam, ac prorsùs irritam fuiſſe; quoniàm arguebant, Papatus à ſolo Deo eſt; & quæ à Deo, vel ab alio Superiori committuntur, à nullo poſſunt inferiori removeri: Et ſic Papalis poteſtas, quæ à ſolo Deo committitur, à nullo inferiori removeri poſſe videtur.

244 II. Item, nullus poteſt auctoritatem & poteſtatem aliquam ſpiritualem auferre, quam conferre non poteſt; ſed auctoritatem Papalem nullus conferre poteſt, niſi Deus: Ergò neque eam auferre. Sed ſi teneret renuntiatio, auferretur Papalis potèſtas: Ergò renuntiatio non videtur fieri poſſe.

245 III. Item depoſitio Epiſcoporum, translatio eorum, & abſolutio per ceſſionem, ſoli Papæ eſt reſervata, ut ait Innocentius III. in cap. Inter corporalia, extrà de Translat. Epiſcopor. lib. 1. tit.7. cap. 2. nec etiam ipſi conceditur, niſi in quantùm Papa quodammodò Deus eſt, ideſt Dei Vicarius: *Non enim humanà, dicitur in Textu, ſed potiùs divinà poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cùm per translationem, depoſitionem, aut ceſſionem auctoritate Romani Pontificis (quem conſtat eſſe Vicarium Jeſu Chriſti) Epiſcopus ab Eccleſia removetur; & ideò tria hæc, quæ præmiſimus, non tàm Conſtitutione Canonicà, quàm Inſtitutione Divinà ſolì. ſunt Romano Pontifici reſervata*. Ergò remotio Papæ, quia Papatus omnes dignitates excellit, per Superiorem Papa voluit ipſe Deus tantummodò fieri, ideſt per ſemetipſum: Nulla enim ratio capit, quòd Deus voluerit, inferiores dignitates per ipſum Deum tantùm, aut per harum Superiorem dignitatum tolli poſſe, nec per ipſum Superiorem, niſi in quantùm ipſe Superior, ſcilicèt Papa, eſt Dei Vicarius; & tamen voluerit ipſum Papatum, quæ eſt ſumma dignitas, quæ propriè Chriſti eſt, nedùm per inferiorem Deo, ſed etiam per inferiorem ipsâ dignitate tolli poſſe: Et ſic ſolus Deus videtur tollere poſſe Papatum, & nullus alter, ſicut multipliciter videtur colligi ex Textu prædictæ Decretalis.

246 IV. Item: ſumma virtus creata per nullam virtutem creatam tolli poſſe videtur; ſed Papatus eſt ſumma poteſtas in Creatura: ergò per nullam virtutem creatam tolli poſſe videtur.

247. V. Item, nec Papa, nec tota Creaturarum univerſitas poteſt facere, quòd aliquis Pontifex non ſit Pontifex: ergò multò magis non videtur poſſe facere, quòd Summus Pontifex non ſit Summus Pontifex; nam minùs eſt tollere ſimpliciter Pontificem, quàm Summum Pontificem: Ergò cùm ſimpliciter Pontificem nullus poſſit tollere, niſi Deus,

nec Summum Pontificem videtur aliquis poſſe tollere, niſi Deus: quod fieret, ſi renuntiare poſſet ità, quòd valeret.

248 VI. Item, Papa non eſt Papa, niſi per legem Divinam, & non per legem alicujus Creaturæ, nec omnium Creaturarum ſimul; Ergo nullo modo videtur, quòd Papa poſſit eximi, quin ſit Papa: nec enim Papa, ex quo conſenſit & ſubjecit ſe legi ſponſæ, poteſt eſſe non Papa per aliquam creaturam, neque per omnes ſimùl, ut videtur.

249 VII. Item: nullus poteſt tollere votum alicujus, ſeù ab ipſo abſolvere, niſi ille, qui eſt ſupra votum. Sed Papatus eſt quoddam votum maximum ſuper omnia vota: nam vovet Papa de facto ipſi Deo, quòd curam habebit univerſaliter Gregis ſui, totius ſcilicet Univerſalis Eccleſiæ: & quòd de ipſis reddet rationem: ergo ab iſto voto ſolus Deus eum abſolvere poſſe videtur. Ergo Papa nullus videtur poſſe fieri non Papa, niſi omninò à ſolo Deo aliquâ ratione: nullus enim alicui obligatus poteſt ab obligatione ſeipſum abſolvere, qua tenetur obnoxius, maximè ſuperiori obligatus. Sed Papa nullus habet ſuperiorem, niſi Deum, & per Papatum ſe Deo obligavit: ergo à nullo poſſe videtur abſolvi, niſi à Deo.

250 VIII. Item: nullus videtur ſeipſum abſolvere poſſe. Sed ſi valeret renunciatio, videtur, quòd ſeipſum abſolvere poſſet: ergo non valet renunciatio Papatus.

251 IX. Item: Papalis obligatio non videtur tolli poſſe, niſi per majorem poteſtatem, quàm ſit Papalis: ſed nulla potentia creata eſt major quàm Papalis. Ergo fieri non poteſt per Papam, nec per aliquid aliud, niſi per Deum, ut qui ſemèl eſt Papa, non ſit ſemper Papa, dum vivit, ut videtur: Item nulla dignitas Eccleſiaſtica poſt legitimam confirmationem poteſt tolli, niſi per ejus ſuperiorem. Sed Papa, ſolus Deus eſt major: ergo à ſolo Deo tolli poſſe videtur.

252 X. Item: Apoſtolus vult, & probat, Sacerdotium Chriſti eſſe æternum: & ad vivere in æternum in Sacerdote, ſequitur ipſum eſſe Sacerdotem in æternum. Ergo nullo modo poteſt eſſe vita Summi Pontificis & Summi Sacerdotis ſine Summo Sacerdotio. Ergo renunciare non poteſt, ut videtur. Et nimis extraneum, & à ratione remotum apparet, quòd Summus Pontifex, qui eſt verus ſucceſſor & Vicarius Jeſu Chriſti, qui eſt Sacerdos in æternum, poſſit abſolvi ab alio, quàm ab ipſo Deo: & quòd quamdiù vixerit non maneat Summus Pontifex: & quòd aliquo modo poſſit eſſe vita Summi Sacerdotis ſine Summo Sacerdotio, ut videtur.

253 XI. Item: ſi diceretur, quòd vita Summi Sacerdotis eſſet ſine Summo Sacerdotio, argumentum Apoſtoli, ubi dicit: ſecundùm legem Moſaicam plures facti ſunt Sacerdotes; penitùs nullum videretur eſſe, ſed falſitatem contineret: nam poſſet argui contra ipſum, quia Chriſtus ſempiternum habet Sacerdotium, reſpondet Apoſtolus; eò quòd manet in æternum; dico tibi, Beate Apoſtole, non eſt verum, quia poteſt in vita ſua renunciare, & non erit Sacerdos ampliùs. Ex hac poſitione quòd Papa renunciare poſſet, totius Scripturæ ſacræ, & verbi Apoſtoli falſitas ſequi videretur.

254 Hæc itaque potiſſimæ ſunt rationes allegatæ ab iis, qui Bonifacio VIII. adverſabantur, & per univerſum Mundum divulgatæ, Anno Domini MCCXCVII. Quibus addebatur, quòd dato etiam, poſſe Romanum Pontificem renunciare Papatui, id quòd non admittebant illi, attamen irritam fuiſſe illam Cœleſtini renunciationem fatebantur propter diverſas fraudes, quæ in ea interveniſſe aſſerebantur: *In renunciatione ipſius multæ fraudes*, ajebant, *& doli, conditiones & intendimenta, & machinamenta, & tales, & talia interveniſſe multipliciter aſſeruntur, quod eſt, quòd poſſet fieri renunciatio, de quo meritò dubitatur, ipſam vitiarent & redderent illegitimam, & inefficacem & nullam*. Petierunt inſuper, univerſale Conciliū celebrari, ut in eodem cauſa examinaretur, ac Synodicâ ſententiâ definiretur: *Propter quod*, ſubjungebant, *petimus inſtanter & humiliter generale Concilium congregari, ut in eodem de his omnibus veritas declaretur, omniſque error abſcedat*.

255 Verùm his non obſtantibus conſtans & firma ſententia eſt, quam Sancta Romana Eccleſia amplectitur, & tenet, poſſe Romanum Pontificem liberè & ſponte cedere Papatui, ac dignitati Pontificiæ renunciare. Et quidem in caſu ſchiſmatis ſæpè factum Eccleſiaſtica tradit Hiſtoria, & non ſolùm quandò dubitatur de vero Pontifice, verùm etiam quandò conſtat ûnum eſſe verum Pontificem, alium vero Antipapam, ſi aliâ viâ ſchiſma tolli non poteſt. Undè in ſchiſmate Urbani VI. qui verus & legitimus fuerat Pontifex, & ut talis habitus, receptus, & retentus à Sancta Romana Eccleſia; In electione ſucceſſoris, Domini Cardinales ſe juramento obſtringebant, quemquem ex ipſis electum in Papam, liberè ceſſurum Papatui pro bono Eccleſiæ, quoties contigiſſet Antipapam pariter ceſſurum. Hinc in Concilio Generali Conſtantienſi Joannes XXIII. quem hactenùs Romana eadem Eccleſia pro legitimo habuit Pontifice, & per quem eadem generalis Synodus indicta fuit, coactus eſt pro bono Eccleſiæ Papatui cedere. Immò in Seſſione v. Synodali Decreto ſancitum fuit, præfatum Joannē non ſolùm potuiſſe, ſed debuiſſe Papatui cedere propter evidentem utilitatem unionis Eccleſiæ: „ Item declarat, decernit, ſtatuit, & „ definit dicta Sancta Synodus, *dicitur ibi*, „ quòd dictus Dominus noſter Papa renun- „ tiare tenetur, nedùm in quocumque caſu „ in ſchedula oblationis ſuæ comprehenſo, ſed

etiam

„ etiam in quocumque, in quo ſua renunciatio afferre poteſt magnam & evidentem utilitatem ad bonum unionis Eccleſiæ Dei. „ *Hactenus ibi*. Si enim allegata argumenta valerent, ſequeretur, in nullo caſu poſſe Romanum Pontificem cedere Papatui, quoniam in quocunque caſu eſt Supremus, nec Superiorem habet in Terris, Summus eſt Sacerdos, lege Divinâ eſt talis, & competunt ea omnia, quæ in relatis argumentis ſunt expreſſa, ut de ſe patet. Et ſic injuſtè Patres Synodi Conſtantienſis decreviſſent, Joannem XXIII. debuiſſe, nedùm potuiſſe Papatui cedere, agnitum licèt priùs pro vero, & legitimo Pontifice. Sententiam quoque depoſitionis in eum in præſata ſeſſione latam, propter illius fugam, nullam, & irritam fuiſſe aſſeri oporteret, quoniam, qui liberè officio renunciare non poteſt, ex eò quia Superiorem non habet in Terris, minùs deponi ab eodem officio poteſt, propter eandem rationem, quia Superiorem non habet in Terris: Et tamen licuiſſe Patribus ad tollendum ſchiſma, licèt Joannes ſchiſmaticus non eſſet, ex facto ipſo ab univerſa Eccleſia approbato, conſtat manifeſtè.

256 Deinde conceſſum eſt Epiſcopis inferioribus pluribus de cauſis poſſe Epiſcopali dignitati cedere, & præcipuè, quandò eam retinendo, vel ſuæ officeret, vel ſubditorum ſaluti: ergò non eſt talis facultas deneganda Romano Pontifici, quoties ſine ſuæ, vel ſubditorum ſalutis diſpendio, Pontificiam dignitatem retinere non poteſt: Paſtores namque conſtituti ſunt in Eccleſia pro animarum cura habenda, ut nempe illarum invigilent ſaluti: Semèl autem quòd ad hoc ſe inſufficientes agnoſcunt, conceſſa eſt eis poteſtas ſe abdicandi, nam meliùs eſt Eccleſiam relinquere alteri regendam, quàm eam retinere cum animarum diſpendio. Undè ſi Epiſcopus habituali infirmitate detinetur, qua inſufficiens videatur effectus ad curam habendam ſuarum ovium: habet quoque poteſtatem dimittendi Eccleſiam, ut *in Cauſ. 7. queſt.* 1. *cap.* 13. *Qualiter ordinati*, & *cap.* 14. *Quamvis triſtè*. Unde, & in cap. 11. ex Evariſto Papa Epiſt. 2. dicitur: *Sicut vir non debet adulterare uxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, ideſt, ut illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque inevitablii neceſitate*. Et ita accedente hujuſmodi neceſſitate, poteſt illam dimittere: non obſtante, quòd in eodem textu, unio Epiſcopi cum ſuà Eccleſia aſſimiletur conjunctioni viri cum ſua uxore. At non eſt major conjunctio Papę cum Univerſa Eccleſia, quàm ſit Epiſcopi cum ſua particulari Eccleſia: non ergò deneganda eſt Papæ reſpectu Univerſalis Eccleſiæ ea facultas, quæ reſpectu unius particularis Eccleſiæ conceſſa eſt uni Epiſcopo: ergò in iis caſibus, in quibus licet Epiſcopo Eccleſiam dimittere, licebit quoque & Romano Pontifici.

257 Præterea, ut tradit Joan. Andr. in 6. Decretal. ad cap. 1. de Renunciat. Papatus non eſt nomen Ordinis, ſed dignitatis, & officii: unde Papa electus, & nondùm conſecratus, verus eſt Papa, etiamſi nondùm eſſet Sacerdos, aut Epiſcopus ordinatus, & poteſt omnia exercere, quæ Papalis Juriſditionis ſunt, licèt non ea, quæ ordinis ſunt, ut patet ex Nicolao II. in Conſtit. ædita in Conclio Lateranenſi de elect. Pontific. relat. diſt. 23. cap. 1. In Nomine Domini: *Planè*, ibi, *poſtquàm electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, ut is, qui electus eſt in Apoſtolica Sede, juxta conſuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, ſicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius, quod Beatum Gregorium ante ſuam conſecrationem feciſſe cognovimus*. Cùm autem poteſtas Papalis non ordinem, ſed juriſdictionem addat ſuper Epiſcopalem, quæ mobilis eſt, quoniam nihil eſt, quod imprimatur in anima habentis talem poteſtatem: & juriſdictio ſit res, quæ augeri, & minui poteſt: ſequitur quòd etiam deleri, vel tolli poteſt; ac proinde poterit Papa renunciare, quia ſolam tunc amittit juriſdictionem, quæ ut dictum eſt, deleri, & tolli poteſt.

258 Item ſpirituale conjugium inter Prælatum, & Eccleſiam reſpicit bonum publicum, & commune: Atqui ſi Prælatus non poſſet renunciare Eccleſiæ ſuæ, ſi eſſet ineptus, & inſufficiens, grande malum ſequeretur Reipublicæ; & quantò Prælatus majus bonum Reipublicæ reſpicit, ſicut eſt Papa, tantò, & majus eſſet malum, ſi inſufficiens licèt & ineptus, renuntiare, & cedere non poſſet. Immò quod ex Charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militaret, ſi Præſidens inutiliter ad malum, & confuſionem Eccleſiæ, & ad damnum animæ ſuæ reſignare non poſſet. Nec omninò eſt paritas de indiſſolubilitate carnalis conjugii, quoniam, ut idem Joannes Andreas ait: carnale conjugium reſpicit bonum privatum, ſcilicet contrahentis: & ſi conſideretur ipſius diſſolutio, fortè ipſi homini eſſet bonum, quia meliorem uxorem acciperet: ſed ex hoc ſequeretur malum univerſale; quoniam cùm communiter homines plùs ducat concupiſcentia, quàm ratio, multi uxores dimitterent, nec ſic de prole haberetur cura, ſicut nunc.

259 Sed aliqui putant, neceſſarium eſſe, ut Cardinales renunciationem acceptent, ſine qua acceptatione non valere fatentur: *Sed quia*, ait Joannes Andreas loco mox citato, *Papa, ſe obligavit Eccleſiæ, quam Cardinales repreſentant, viſum eſt aliquibus Cardinalium conſenſum eſſe neceſſarium*. Iſti namque dicunt duo eſſe in acceptatione Papatus, unum Jus ſuum, quod aquiritur; aliud verò, jus Eccleſiæ, cui obligatur: Et cuilibet licet renun-

renunciare juri ſuo in omni eo, in quo non eſt alteri ſubditus, nec obligatua: ut in cod. de Pactia, l. Si quis. Et in cap. de Epiſc. & Cleric. Ergo, inquiunt, Papa ex parte ſua Papatui renunciare poteſt; ſed quia ſemèl ſe ohligavit Eccleſiæ, ex illa parte renunciare non poteſt, niſi de aſſenſu Cardinalium, qui in omnibus, quæ ad Papam ſpectant, vicem Eccleſiæ repręſentant: quoniam Papa, ex quo acceptavit, eſt obligatus Eccleſiam regere, niſi Eccleſia ipſa conſentiat, & per conſenſum Papa ſalvatur ab obligatione. Dicunt inſuper, quòd obligatio, quæ eſt inter Prælatum quemcumque, & ſuam Eccleſiam, magia aſſimilatur ſponſalibus, quàm matrimonio, quantùm ad vinculum, & quemadmodùm ſponſalia per conſenſum utriuſque diſſolvuntur, ſic diſſolvitur vinculum Prælati cum ſua Eccleſia: quoniam eſt merè humanus contractus, nil Divini involvens, ad differentiam contractus Matrimonii, ubi operatur, vel intervenit Sacramentum, ratione cujua redditur prorſus indiſſolubilis. Undè præcitatus Joannes Andreas ait: *Sicut creatiq Papæ fit per Cardinales, ſic, & in eorum manibus reſignatio. Et ſi opponatur regulam non procedere in matrimonio carnali. Reſpondetur, quòd ibi tranſit in Sacramentum Eccleſiæ, propter quòd ex conſenſu, ſequitur indiſſolubile vinculum, quod non eſt in Spirituali conjugio.*

260 Ad Argumenta in contrarium ſuperiùs adducta præfatus Joannes Andreas reſpondet, aitque ad primum, Papalem poteſtatem dupliciter conſiderari, uno modo prout ligatoa, & ſolutos in Terra ligat, & ſolvit in Cœlo, & hoc eſt ſimpliciter à Deo: alio modo, prout hæc poteſtas eſt in iſto, vel in illo, quæ etiam à Deo eſt, qui oparatur omnia in nobis. In hoc tamen, vel in illo eſt per cooperationem humanam, per conſenſum videlicet eligentium, & electi: ideò deſinere eſſe poteſt in hoc, vel illo per humanam operationem: ſicut anima rationalis à ſolo Deo eſt per creationem: at quòd ſit in hoc, vel illo corpore cooperatur natura, corpus diſpenſando, & organizando: ac ideò etiam per operationem naturæ poteſt deſinere eſſe in hoc corpore naturaliter, & violenter. Solus etiam Deus dat gratiam, & tamen homo poteſt ſibi auferre gratiam per ſuum actū: nam qui craavit te ſine te, non ſalvabit te te ſine te. Et per hoc patet reſponſio ad Secundum argumentum: Cùm enim Deua conferat magis huic, quàm illi anctoritatem Papalem per conſenſum humanum, eo retractato conſenſu, poterit Deus illam auferre.

261 Ad tertium, conceditur Epiſcoporum ceſſionem, tranalationem, & depoſitionem eſſe ſoli Papæ reſervatam, ſecundùm Decretalem, *Inter corporalia*, in argumento allegatam: quia in Terris habent Papam ſuperiorem: unde, & in cap. *Inferior, diſt.* 21. dicitur: *Inferior ſedes ſuperiorem abſolvere non poteſt; ſola ergo potior inferiorem convenienter abſolvit*. Sequitur ergò ex hoc, quòd Papa non habens in terris ſuperiorem, à nemine ex ſuis inferiorihus abſolvi poſſe: Poterit ergò à ſe ipſo abſolvi, juſtà interveniente cansà: in cujus ceſſione præſupponitur Dei voluntas, ſicut præſupponitur in cjua aſſumptione. Sicut enim ex quo in Terris Superiorem non habet, á nemine judicari poteſt, at contra ſe poteſt ſententiam ferre: ut de Macellino tradit Nicolaus Papa I. *in cap. Nunc autem, eadem diſt.* Itemque de Xiſto Papa, cui Valentinianus in Concilio tribuit liberam facultatem ſeipſum judicandi, ut in eodem cap. ſemèl autem conceſſo, quòd Papa poſſit ſemetipſum judicare, aut in ſemetipſum ſententiam ferre, ſequitur, quòd poſſit ſeipſum deponere, ac multò magis, juſtâ adueniente causâ, Pontificatui cedere. Et in caſu ceſſionis poteſtaa Papalis non ab aliqua Creatura aufertur ei, ſed à Deo, mediante tamen ſpontaneâ ceſſione. Et per idem patet reſponſio ad quartum: quia utique nulla Creatura poteſt facere, quòd Pontifex non ſit Pontifex, nec fit Summus Pontifex ſemèl jam electus, & aſſumptus, ſed poteſt hoc Deus facere, accedente conſenſu ipſius Pontificis, ipſo namque Pontifice cedente, Deus præſupponitur conſentire, & propter ſuam ceſſionem à Deo aufertur illi poteſtas Pontificia. Et per idem pariter patet reſponſio ad quintum: Ad quod etiam addit Joannes Andreas: *quòd Pontifex eſt nomen ordinis fundatum ſuper charactere, ſed eſſe Summum, eſt nomen dignitatis, cui cedendo deſinit eſſe Summus, ſed non deſinit eſſe Pontifex*.

262 Ad ſextum, concedimus, Papam eſſe talem per legem Divinam, non tamen ſequi dicimua ex hoc Papatui cedere non poſſe: quoniam lex Divina materialiter eſt mutabilis in iſto, vel illo: nam quòd Papatua ſit in iſto, vel illo, ut dictum eſt, pendet à cooperatione creaturæ. Et ita quòd Papa ſit ſuper omnes, eſt ex Divina lege, & hoc eſt immutabile: ad hanc namque legem nulla cooperatur creatura, pendet enim à ſola Dei voluntate: At quòd iſte ſit Papa, mutabile eſt, quoniam non à ſollus Dei voluntate pendet, ſed procedit ab eligentium, & electi conſenſu, at electo retractante conſenſu, retractationi conſentientibus electoribus, hic, qui erat Papa, poteſt non eſſe Papa. Concedimus etiam Papam ſe legi ſubjeciſſe: ſed ex hoc ſequi dumtaxat perpetuari in iis, quæ ſunt ordinis, & ſequuntur characterem, non autem in iis, quæ ſunt juriſdictionis, juxtà ſuperiùs dicta.

263 Ad ſeptimum verò dicendum, votum Papæ de gerenda cura gregia, intelligi quamdiù erit in Papatua officio. Hoc eodem pacto voto ſe obſtringunt ceteri Prælati, precipuèq; Epiſcopi, pro regenda Eccleſia ſibi commiſ-

ſa,

ſa, nec proinde ſequitur non poſſe Eccleſiæ ſuæ cedere: Votum ergò ceſſat per renunciationem: tale namque Votum connectitur dignitati, non perſonæ nudæ, & ita depoſitâ dignitate, ceſſat voti obligatio; ſicut deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium: Et patet etiam de juramento præſtito à Rectoribus Civitatis, cui adſtringuntur pro tempore, quo gerunt officium. Et juramentum de officio ſemper gerendo, eſſet illicitum, quia poſſet eſſe contra bonum commune, ut idem notat Joannes Andreas.

264 Ad octavum reſpondeo, aliud eſſe ſe à peccatis abſolvere, aliud ab officio: qui ſe à peccatis abſolvit, aſcendit, non deſcendit; qui verò ſe ab officio abſolvit, deſcendit. Nemo eſt, qui poſſit ſeipſum abſolvere à peccatis: multi tamen ſunt, de quibus non eſt controverſia, qui poſſunt ab officio ſe abſolvere; & ideo hæc non tenet conſequentia: nullus non poteſt ſeipſum abſolvere, ergò Papa non poteſt renunciare Papatui; quoniam ſi valeret, utique valeret hæc conſequentia: ergò nullus poteſt renunciare officio ſuo, ſicut nullus poteſt ſeipſum abſolvere: cùm autem hæc ſit falſa, falſa eſt, & allegata in argumento conſequentia. Nullus ergò poteſt ſeipſum à peccatis abſolvere, quia præceptum Domini eſt, Jacobo dicente in ſua Catholica Epiſtola: *Confitemini alterutrum peccata veſtra*. Quod & Leproſorum exemplo voluit Dominus oſtendere, Matthæi cap. VIII. & Lucæ cap. V. quos in Jordane lavatos, miſit inde ad Sacerdotes, *ut oſtenderent ſe Sacerdotibus*. Indicans fortaſsè in illo lavacro contritionem in pœnitente neceſſariam, ut deleantur inde per Sacramentalem abſolutionem à Sacerdote impertiendam, peccata. At Domini præceptum non invenimus, quòd nullus poſſit ſeipſum ab officio abſolvere.

265 Ad Nonum, de poteſtate Papali negatur, non poſſe tolli niſi per ſuperiorem poteſtatem; quoniam jura loquentia, quòd nulla dignitas Eccleſiaſtica poſt confirmationem tolli non poteſt niſi per Superiorem, locum habent in eis diginitatibus, quæ Superiorem habent: Et ita Gloſa in *cap. Quoniam, de Renunciat. in 6.* in terminis notat, inquiens: *Jura loquentia, quòd obtinens adminiſtrationem Eccleſiaſticam non poteſt renunciare, niſi in manibus Superioris, intelliguntur, quandò renuncians habet ſuperiorem*.

266 Ad decimum denique, & undecimum, reſpondetur, quòd Sacerdotium Chriſti dicitur æternum, quia res oblata in Chriſti Sacerdotio eſt æterna, ait Joannes Andreas. Sacri tamen expoſitores ajunt loqui, Paulum de Sacerdotio ipſius Chriſti, quod æternum eſt, quia Chriſtus æternus eſt: Cæteri verò Sacerdotes non ſuccedunt Chriſto in Sacerdotio, ſicut ſuccedebant in Sacerdotio Aaronico: & Levitici Ordinis, quorum unus alteri vitâ functi ſucedebat. Nec ipſe Papa in Sacerdotio ſucceſſor Chriſti dici poteſt; quoniam ſucceſſor verè dicitur, qui in mortui locum, vel amoti, vel abeuntis, officium obtinet, & poteſtatem: Non ſic Pontifex dici poteſt Chriſto ſuccedere, qui à mortuis ſuſcitatus, manet Sacerdos in æternum: & ita rectè dicitur Pontifex Chriſti Vicarius, conſtitutus in Sacerdotali officio pro diſpenſandis Sacramentis: unde Apoſtolus 1. ad Cor. cap. 4. *Sic nos*, inquit, *exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum Dei*. Non enim Chriſtus æternus Sacerdos excludit alios ſibi ſubordinatos Sacerdotes, tanquam ſuos Vicarios, Miniſtros, & Judices, per quos Dei judicium exerceatur in Terris, & per eoſdem perpetuò uſque ad finem Mundi offeratur Sacrificium Miſſæ, in quo ipſe Chriſtus Victima eſt, & offerens principalis: unde Concilium Trid. Seſſ. 22. cap. 2. *Una enim*, inquit, *eademque eſt hoſtia, idem nunc offerens Sacrificium, Sacerdotum Miniſterio, qui ſeipſum tunc in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diverſa*. Itaque ex hoc, quòd Sacerdotium Chriſti æternum ſit modo jam explicato, non inde infertur, Papam eius Vicarium, non poſſe Papatui renunciare: non enim per hoc, quòd renunciet, derogatur perpetuitati Sacerdotii Chriſti, ut ſatis demonſtratum eſt.

267 Concluditur ergò, poſſe Papam ſuo officio, ſuæque Pontificiæ dignitati cedere: verùm nùm expediat, altera eſſet controverſia: *Omnia mihi licent*, ait Paulus, 1. ad Corinth. *cap. 6. ſed non omnia expediunt*: non enim expedit dignitati Pontificiæ renuntiare, ſive propter humilitatem, ſive ſub ſpecie perfectionis vitæ ſolitariæ ducendæ. Hoc palàm fatentur Patres Concilii Aquiſgranenſis, ſub Ludovico Pio Imperatore, & Stephano IV. Papa, celebrato Anno Domini DCCCXVI. lib. 1. de Inſtit. Canonicorum, cap. XVII. *Qui nimirum culmen regiminum, ſi vocati ſuſcipere renuunt, ipſa ſibi plerumquè dona adimunt, quæ non pro ſe tantummodò, ſed etiam pro aliis acceperunt*. Et poſtea allegatis verbis Chriſti Petro: *Si diligis me, paſce oves meas*, ſubnectitur: *ſi ergò dilectionis eſt teſtimonium, cura paſtoris, quiſquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit paſcere, Paſtorem Summum convincitur non amare*. Et poſt aliqua ejuſdem argumenti, dicitur: *Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum ſolius contemplationis ſtudiis inardeſcunt, parere utilitati proximorum in prædicatione refugiunt: Secretum quietis diligunt, ſeceſſum ſpeculationis appetunt: de quo ſi diſtrictè judicentur, ex tantis proculdubiò rei ſunt, quantis venientes ad publicum prodeſſe potuerunt. Quo enim mente is, qui proximis profuturus enitèſceret, utilitati cæterorum ſecretum præponit ſuum: quandò ipſe Summi Patris Unigenitus,*

ut multis prodeſſet, de ſinu Patris egreſſus eſt ad publicum noſtrum?

268 Deinde agitur de his, qui ex ſola humilitate Prælaturaa refugiunt, de quibus ſic habetur: *Sunt nonnulli, qui ex ſola humilitate refugiunt, nè his, quibus ſe impares æſtimant, præferantur: Quorum profectò humilitas, ſi cæteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera eſt, cùm ad reſpuendum hoc, quod utiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt. Neque enim verè eſt humilis, qui ſuperni nutus arbitrio, ut debeat præeſſe, intelligit, & tamen contemnit. Divinis diſpoſitionibus ſubditus, atque à vitio obſtinationis alienus, cùm ſibi regiminis culmen imponitur, ſi jam donis præventus eſt, quibus & aliis proſit, & ex corde debet fugere, & invitus obedire.* Et cap. XVIII. *multis intercipit Satanas fraudibus eos, qui vitæ & ſenſus utilitate præſtantes, præeſſe, & prodeſſe aliis nolunt: & dum eis regimen animarum imponitur, renuunt, conſultiùs arbitrantes otioſam vitam degere, quàm lucris animarum inſiſtere. Quòd tamen decepti agunt per argumentum Diaboli, fallentis eos per ſpeciem boni, ut dum illos à Paſtorali officio retrahit, nequaquàm proficiant, qui eorum verbis & exemplis inſtrui poterant.* Ergò, ſi ſecundùm hactenùs allegata non expedit, immò non licet oblatam Eccleſiam, ſub pretextu humilitatis, aut ſanctioris vitæ in ſolitudine ducendæ reſpuere; multo magis his de cauſis expediet, aut licebit ſuſceptam jam Paſtoralem curam dimittere.

269 Neque expcdit, nec licet Eccleſiam dimittere, aut ſe ab illa abdicari propter malorum infeſtationes, videlicet, dum Eccleſia à malis infeſtatur, ſibi conſulendo, ac ſeligendo vitam in ſilentio & quiete ducere. Expreſsè namque non licere, definitum eſt in *cap. Suggeſtum 46.* cauſ. VII. quæſt. 1. deſumpto ex Epiſtola 2. Liberii, in cujua fine ait: *Non ſit, qui vos decipiat, aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, ut plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum hominum opprobrium, quieti vos tradatis, & vos ſolummodò ſalvetis, & filios orphanos relinquatis.* Neque licet in perſecutionibua id facere, ad eas vitandas, ut habetur in Cap. ſequenti ejuſdem Cauſ. *Sciſcitaris itaque.* Et quidem hiſce in caſibus ad tempus non licet dimittere Eccleſiam: à fortiori ergò non licebit perpetuò dimittere, ut accidit in renunciatione. Unde Sanctiſſimoa Romanos Pontificea non legimus, deſeruiſſe, aut dimiſiſſe Eccleſiæ regimen, nec propter malorum hominum turbationem, nec Paganorum crudelea perſecutionea: tunc temporis Eccleſiam dimittere, eſſet, quæ ſua ſunt quærere, non, quæ Jeſu Chriſti, nec illam ſe habere charitatem oſtenderent, de qua Paulus ait: *Non quærit quæ ſua ſunt,* ut optimè notat Auguſtinus in Epiſtola 180. data Honorato, in qua fusè hanc pertractat materiam, quandò liceat, vel non liceat, tempore perſecutionis Paſtoribus Eccleſiam ſibi commiſſam deſerere.

270 Tradit porrò Gloſa *in cap. Quàm periculoſum,* cauſ. VII. quæſt. 1. Cornelium Papam voluiſſe Papatui renunciare propter tribulationes, quas à Novatiano ſuſtinebat; Cyprianum verò non eſſe faciendum conſuluiſſe, quoniam ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione Eccleſiam deſeruiſſet. Textus deſumptus eſt ex Epiſtola 73. Cypriani, data Jubajano, in cujus fine ait: *Quàm periculoſum ſit autem in divinis rebus, ut quis cedat juri ſuo, & poteſtati, Scriptura ſancta declarat, cùm in Geneſi, Eſau primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere id poſtmodùm potuerit, quod ſemel ceſſit.* Utiquè periculoſum eſt Papatui præcipuè renunciare, propter mala, quæ ipſi etiam Eccleſiæ evenire poſſent. Semper enim ſecum affert ſchiſmatis periculum. Et licèt adeſſet juſta renuntiandi cauſa, cautè tamen procedendum eſſet: ne plùs mali eveniat Eccleſiæ poſt renunciationem, quàm ſub Papa minùs ſufficenti: inſufficentia Pontificis, ſi ſuppleri poſſet per idoneitatem Miniſtrorum, conſultiùs mihi videtur, non expedire eum propter inſufficentiam perſonalem ſemel electum & inthronizatum renunciare. Itaque in hoc caſu prudenter penſanda ſunt omnia, quòd ſi omnibus penſatis, appareat ex hujuſmodi renunciatione nihil utilitatia proventurum Eccleſiæ, non erit expediens, ut fiat renunciatio, nec licebit Pontifici renunciare. Hæc pro meo modulo.

CAPUT V.

De Bonifacii VIII. obitu, ac Benedicti XI. ſivè potiùs X. electione; ejus ſtudio pro abolendis erroribus exortis in Græcorum Eccleſia in Regno Serviæ, aliiſque in locis ſub ditione Andronici; necnon pro revocando ad Eccleſiæ unitatem Oroſio Serviæ Rege; de Græcorum cladibus, & tractatu pro expeditione facienda contra Andronicum; de literis miſſis à Patriarcha Caldeorum ad ipſum Pontificem, & illius obitu.

271 A Anno Dñi MCCCIII. Bonifacii VIII. Pontific. Anno IX. Alberti Roman. Regia, Anno V. Andronici Imperatoris Græcorum, Anno XX. Indict. 1. Bonifacins prædictua poſt magnam tribulationem, Romæ ultimum clauſit diem v. Idua Octobris, die videlicet XI. dicti menſis, cùm ſediſſet Annos VIII. menſea IX. diea verò XVIII. ſepultuſque apud S. Petrum in Sacello, quod ipſe exſtruxerat. Ultima Bonifacii tribulatio, ejus fuit in Civitate Anagniæ captura per Sciarram Columnenſem, alioſque miſſos à Philippo Pulchro Galliarum Rege, qui à Pontifice in pluribus offenſus putabatur, præcipuèque propter diverſas in eum editaa ab

eo-

Digitized by Google

eodem Bonifacio Conſtitutiones, & Bullas: & quoniam propter ſpreta Apoſtolica monita & mandata, declaratus Eccleſiæ inimicus, per Legatum, & Apoſtolicas literas, & Nuncios, vocaverat Epiſcopos omnes & Prælatos Franciæ ad Urbem, cauſâ celebrandi Concilium, ac in eo de jure procedendi adversùs ipſum Philippum Regem, ut ſcribit S. Antoninus 3. par. titul. 20. cap. 8. §. 20. Addens, Philippum Gallicorum Prælatorum Cœtũ in Gallia convocaſſe, & ejuſdem Regni Baronum, in quo contra Papam coràm Legato Pontificio appellavit ad Generale Concilium, in pluribus Bonifacium accuſantem, præcipuè de hæreſi, de ſimonia, de homicidio, aliiſque enormibus criminibus, quorum cauſa de jure à Papatu deponendum eſſe affirmavit. Poſt hæc verò, de capiendo Pontifice ſecretum conſilium habuit cum Columnenſibus, apud ipſum degentibus, qui erant Pontifici inſenſi, utpotè ab eo in pluribus maximè vexati, & à quo duo ex eadem familia fuerant dignitate Cardinalitia privati: Factâ porrò hujus patrandi ſacrilegii deliberatione, miſit in Tuſciam Wilhelmum quemdam Provincialem cum Sciarra Columnenſi, aliiſque Italis, & Gallis, & cum magna pecuniæ ſumma, partim numerata, partim à Mercatoribus exigenda: qua mediante, facilè eis fuit complures in ſuam proditionem trahere, ac ipſos Pontificis Concives Anagninos, ut manus darent, corrumpere. Plures etiam nobiles Romani tracti ſunt in conjurationem, nec ab ea immunes fuerunt quidam ex Cardinalibus: unde factum eſt, ut ex inopinatò, Bonifacio nihil cogitante, pervenientes conjurati ſtipati militibus Anagniam, Palatium Pontificium ingreſſi, meditatum ſcelus executioni demandarent. At quomodo hæc ſe habuerint, cùm alii aliter, ac aliter enarrent, nos ex eodem D. Antonino Hiſtoriam recenſemus, qui in eadem par. 3. titul. 20. cap. 8. §. 21. ſic factum deſcribit.

272 „ De menſe igitur Septembri, Anno
„ Domini MCCCIII. Qui dicebatur Sciarra
„ de familia Columnenſium cum gentibus ar-
„ matorum equitum ccc, peditum plurimo-
„ rum, ſtipendio conductorum ex pecuniis
„ Regis Franciæ, cum Dominis de Cechano,
„ & de Supino, & aliorum Baronum de
„ Campania, & filiis Dominæ Maſſiæ de
„ Anagnia, & cum notitia aliquorum ex Car-
„ dinalibus, qui in conjuratione iſta erant
„ (ut à quibuſdam dicebatur) unâ igitur
„ dierum de mane tempeſtivè intravit Sciarra
„ præfatus Civitatem Anagniæ cum copiis
„ & vexillis, cum armis Regis Franciæ.
„ Diſcurreruntque per Civitatem, nemine
„ reſiſtente, quinimmò populus totus Ana-
„ gniæ ſecutus eſt rebellionem factam Papæ,
„ ut ingratiſſimus, & vexilla Regis. Perve-
„ nientes autem ad Papale palatium, ipſum
„ cœperunt ſine contradictione, quia talis in-
„ fultus, & rei aggreſſus fuit populo impro-
„ viſus, & familiaribus Papæ: undè nullam
„ faciebant cuſtodiam. Bonifacius autem
„ Papa rumoribus auditis, cernens ſe dereli-
„ ctum & quaſi ſolitarium, Cardinales enim
„ aufugerant timore ducti, & abſconderant
„ ſe, & fortè aliqui hujus conſcii. Hoc affe-
„ ctabant etiam ex ſuis familiaribus.

273 „ Animadvertens igitur Civitatem
„ captam & Palatium ſuum, judicavit ſe mor-
„ tuum; ſed ut magnanimus & imperterritus,
„ ait: *Ex quo proditoriè, ſicut Jeſus Chriſtus*
„ *captus ſum, & deditus in manibus inimicorum*
„ *ut occidar, ut Papa mori decerno*. Et fecit
„ ſe parari veſtibus ſacris cum Pallio, ſeù am-
„ manto Beati Petri, & Coronâ aureâ, à Con-
„ ſtantino Sylveſtro Papæ collata, & cum
„ Clavibus, & Cruce in manibus reſedit in
„ Papali Throno. Ad quem accedens dictus
„ Sciarra cum aliis ſuis inimicis, verbis con-
„ tumelioſis aggreſſi ſunt Pontificem, & deri-
„ ſerunt circumſtantes eum & familiares ejus,
„ qui cum ipſo ramanſeraut. Inter alios eum
„ illuſit Dñs Guilhelmus de Lungaretho,
„ qui pro Rege Franciæ tractatum duxerat
„ capturæ Pontificis; & minatus eſt ei, quòd
„ ligatum ipſum duceret Lugdunum, ut in
„ Generali Concilio ſolemniter deponeretur.
„ Cui Papa non corde deficiens, reſpondit:
„ *Patienter feram me condemnari, & damnari,*
„ *& deponi per Patarenos*, cujuſmodi ipſe erat
„ cum progenitoribus ſuis, ut Patarenis igne
„ combuſtis. Quibus verbis confuſus Do-
„ minus Guilhelmus, cum rubore reticuit.
„ Domino autem diſponente ob dignitatem
„ Apoſtolicæ Sedis, nemo ex inimicis ejus
„ auſus fuit mittere in eum manus, ſed in-
„ dutum ſacris veſtibus, dimiſerunt ſub hone-
„ ſta cuſtodia, & ipſi inſiſtebant prædæ diri-
„ pientes theſaurum ejus, & Eccleſiæ, quem
„ in Palatio Papæ invenerunt.

274 „ Permanſit Pontifex ipſe cuſtoditus
„ tribus diebus: tertiâ autem die ſurrexit à
„ cuſtodia liber ſine precibus alicujus, aut
„ procuratione, Domino illuſtrante, & ve-
„ lamen ſuæ cæcæ ingratitudinis à Populo
„ Anagniæ auferente. Recognoſcentes ergò
„ errorem ſuum Cives Anagniæ, cum populo
„ arma corripuerunt in favorẽ Antiſtitis, cla-
„ mantes per Urbem: *Vivat Papa, & morian-*
„ *tur proditores*: & diſcurrentes per Civitatem
„ Anagniã, ejecerunt Sciarram de Columna,
„ ſuoſque complices de ea, pluribus ex eis
„ captis, & aliis occiſis. Liberatus igitur
„ Pontifex Bonifacius cum familia ſua, do-
„ lore nimis abſorptus ex tanto dedecore,
„ cum tota Curia inde diſcedens, Romam
„ remeavit ad Sanctum Petrum, diſponens
„ Concilium convocare ob injuriam ſibi, &
„ Eccleſiæ factam, vindicandam contra Regem
„ Franciæ. Sicut & Sanctus Sylverius Papa
„ fecit contra ejus detentores & proſcripto-
„ res. Sed creſcente infirmitate ex dolore
„ concepto, carnes ejus corrodente, non poſt

,, multos dies migravit è ſæculo. In Eccleſia
,, Sancti Petri ad introitum ejus honorificè
,, ſepultus fuit. *Hæc Antoninus*. Cum quo concordant nobiliores Hiſtorici, qui & fatentur hujuſmodi proditionem executioni demandatam VII. die Septembris, in Vigilia nimirum feſti Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.

275 Deinde poſt aliqua, ſubjungit idem Sanctiſſimus Scriptor Antoninus: ,, Subitâ
,, autem capturâ Papæ divulgatâ eſt per Or-
,, bem; Sed & Curſores miſſi ſunt ad Regem
,, Franciæ, ut de re ei valdè grata, Cùm autem
,, per Civitatem Morianenſem, quæ eſt poſt
,, tranſitum montium, tranſiret Nuncius, iſta
,, referens, Epiſcopus Civitatis, qui erat
,, Religioſæ & Sanctæ converſationis, hæc
,, cùm audiſſet, coràm multis ait: *Hoc novum*
,, *dabit magnum gaudium Regi Franciæ, ſed*
,, *extrema gaudii luctus occupabit: nam propter*
,, *tantum exceſſum, notabile judicium Dei ir-*
,, *ruet ſuper eum, & progeniem ejus: magnas*
,, *ipſe luet pœnas, & adverſa multa patietur,*
,, *& plurimi inſurgent contra eum, & filios ejus.*
,, Quod totum impletum eſt non multò poſt
,, tempore: Et hoc ideo ſcriptum eſt, ut hoc
,, exemplo cæteri illud obſervent oraculum:
,, *Nolite tangere Chriſtos meos: Qui enim vos*
,, *tangit*, ait Deus per Prophetam, *tangit quaſi*
,, *pupillam oculi mei*. Hæc Antoninus, ſimilia tradit Joannes Villanus lib. 8. cap. 64.

276 Sanè nonnulli Scriptores, aut falſâ vulgi famâ, aut ex evulgatis à Bonifacii æmulis decepti, ſatis indigna de hoc ſcripſerunt Pontifice, inter quæ illud, quòd ex dolore & dedecore propter ſuam capturam actus in rabiem, proprias roſiſſet carnes: Quod quidem ſplendidum mendacium cunctis manifeſtum apparuit, dum occaſione reſtaurandi partem Baſilicæ Vaticanæ, ubi præcipuè corpus ejus reconditum fuerat, effoſſo ſepulchro, repertum fuit, univerſis admirantibus adſtantibus, ejus corpus ſacris indutum veſtibus, integrum & incorruptum, licèt ab ejus obitu trecentis elapſis annis, ut per publicum Inſtrumentum, per Grimoaldum Notarium confectum ad perpetuam rei memoriam, cunctis conſtare poteſt, ad hunc modum ſe habens.

In nomine Domini. Amen.

277 ,, Anno à Nativitate ejuſdem Domi-
,, ni Noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti MDCV.
,, Indictione III. die verò Martia XI. menſis
,, Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chri-
,, ſto Patris, & Domini Noſtri, Domini
,, Pauli divinâ providentiâ Papæ V. Anno
,, ejus I. &c. Amotâ ſtatuâ Bonifacii, inſtar
,, defuncti quieſcentis, cum thiara tribus co-
,, ronis ornata, aliiſque Papalibus Inſulis, &
,, tabulâ marmoreâ, quæ arcam cum ſtemma-
,, tibus ejuſdem Bonifacii, undarum ſcilicet
,, duarum Cærulei coloris per obliquum in
,, campo aureo tegebat, reperta fuit capſa
,, lignea ex abiete intùs, in qua erat Corpus
,, ſupradicti Domini Bonifacii Papæ VIII.
,, alta à terris palmis x. in majori navi, inter
,, portas Ravennianam, & judicii capſa lignea
,, longa palmis VIII. cum dimidio, lata pal-
,, mis II. & unciis v. delata fuit in ſacrarium,
,, ubi, præſentibus Dominis Vicario, Canoni-
,, cis, Archiepiſcopo, Epiſcopo, & Duce,
,, ac magno Populo, meque Notario &c., fuit
,, aperta, & viſum ab omnibus corpus ipſius
,, recolendæ memoriæ Bonifacii VIII. adhùc
,, integrum & incorruptum, ſacris veſtibus
,, ornatum. *Et infra*.

278 ,, Bonifacii VIII. Corpus menſura-
,, tum eſt in longitudine, à vertice capitis ad
,, plantam pedis, palmorum VII. & quartorum
,, trium, Caput in rotunditate palmorum
,, duorum & quarti unius, ut periti Medici,
,, ac Chirurgi affirmarunt; ex majori parte
,, calvum erat, præſertim in ſummitate; Cu-
,, tem Capitis, necnon membranas ſuperio-
,, res & inferiores, tegentes oculos, genas
,, pingues, frontem latam, mentum fine bar-
,, ba (nam vivua raſus erat) Cartilagines,
,, aurium mediocres foris prominentes habe-
,, bat, facies, quamvis naſus & labia corru-
,, pta, ſeveritatem magis, quàm hilaritatem
,, oſtendebat; Dentes omnea & quidem ma-
,, gnos & firmos, præter duos ſub labio ſupe-
,, riori, cui viventi deerant, habebat; ſano
,, ac robuſto fuit corpore, ut periti judi-
,, carunt.

279 ,, In cingulo palmorum trium cum
,, dimidio, manus habebat longas & pulchras
,, palmi unius brevis, cum unguibus longis,
,, ſignis venarum, & nervorum, adeout viden-
,, tibus ſummam iniiceret admirationem, quo-
,, modò per tot Annorum curricula tam inte-
,, græ & incorruptæ conſervatæ fuiſſent. Pe-
,, dum quilibet palmum unum continebat.
,, Genua, tibiæ, & reliqua Corporis cum
,, carne exiccata ſana & incorrupta cernebàn-
,, tur &c. Acta ſunt hæc Romæ in Baſilica
,, S. Petri, & in ſacrario ejuſdem reſpectivè,
,, Templo ſcilicet rotundo, quod antiquitùs
,, dicebatur S. Andreaa, hora XXIV. die, An-
,, no, menſe, Indictione, ac Pontificatus, de
,, quibus ſupra.

280 Ex hac itaque publica deſcriptione manifeſtum fit, Bonifacium non carnea ſibi, roſiſſe actum in rabiem, ſi etiam poſt Annos CCC, abſque carnis læſione apparuit corpus ejus. Id verò, quod ſcribit S. Antoninus: *Sed creſcente infirmitate ex dolore concepto, carnes ejus corrodente*, non rectè intelligi debet, quòd ipſe carnes corroſerit, ſed ad ipſam infirmitatem verba illa ſunt referenda, & ad carnis pruritum; nempe quòd carnes ipſe per infirmitatem ex dolore conceptam pruriebant, ſive corrodebant. Cæterùm quævis contraria explicatio indicans corroſionem carnium per

ra-

gabiem Bonifacio factam, ex præfata corporis recognitione, in quo nulla viſa eſt carnium corroſio, probatur evidenter falſa.

281 Itaque tumulato Bonifacio, conclave ingreſſis Dominis Cardinalibus, paucis vacantis Sedis elapſis diebus, mirâ omnium conſenſione renunciatus eſt Romanus Pontifex Nicolaus Epiſcopus Cardinalis Hoſtienſis, ex inclyta Prædicatorum Ordinis familia, aſſumpto nomine Benedicti XI. licèt veriùs dicendus eſſet X. vir fuit pietate, religione, ac ſapientiâ conſpicuus, de quo Sanctus Antoninus ejuſdem Inſtituti profeſſor, par. 3. tit. 20. cap. 9. in princ. ait: „ Hic autem priùs vocatus eſt
„ Nicolaus, qui in ſæculo fuit viliſſimæ con-
„ ditionis de Triviſio (aliàs Tarviſio) & inde,
„ Venetias acceſſit, pueros docens gramma-
„ ticalia, ut paupertatem ſuam ſuſtentaret.
„ Ingreſſus autem Ordinem Prædicatorum,
„ non ſegniter converſatus, virtutibus, &
„ ſcientiæ ſe dedit, ut in modico tempore do-
„ ctiſſimus evaſerit, magnæ memoriæ, & acris
„ ingenii, omnibus amabilis. Et in Ordine
„ per omnes dignitates gradatim aſcendens,
„ ex Subpriore Prior effectus, ex Prioratu
„ Conventuali ad Provincialem aſcendens;
„ inde in Magiſtrum Ordinis Generalem ele-
„ ctus, à Bonifacio VIII. propter ſcientiam,
„ & probitatem ſuam inter Cardines terræ
„ conſtitutus, demùm Cathedram Petri aſcen-
„ dit, *Hæc Sanctus Antoninus*. Invitum onus ſuſcepiſſe, teſtatur ipſemet in ſuis Encyclicis literis, in quibus recitatis excuſationibus pro ſua inſufficientia Dominis Cardinalibus allegatis, ſubjungit: *Sed fratres ipſi noſtræ reſiſtentiæ obviantes, noſtris excuſationibus non admiſſis nos ad conſcendendum Petri Cathedram multæ importunitatis inſtantia devicerunt*.

282 Ejus porrò creatio incidit in diem XI. Kal. Novembris, videlicet XXII. Octobris, decimâ elapsâ die à Bonifacii VIII. obitu. Tantæ ſubmiſſionis & humilitatis adepto Pontificatu extitiſſe, tradit prælaudatus Antoninus, ut matrem, quæ adhùc vivebat, ſericis indutam, nec agnoſcere voluerit, nec ad ſuam admittere præſentiam; illis porrò exutam, ac vilibus, juxtà pauperculi ſui ſtatus conditionem, indutam, tunc ut matrem agnoviſſe, recepiſſe, ac in pacis oſculo eam amplexatum eſſe, ſcribit. In exordio ſui Pontificatus ad pacem ubique ponendam animum applicuit: undè & Regem Franciæ Eccleſiæ reconciliavit, ab excommunicatione abſolvens, ac etiam cenſuras latas contra Columnenſes ex parte amovit, prout notat idem Sanctus Antoninus.

283 Luxit quoque pius Pontifex infœlicem Orientalis Eccleſiæ ſtatum, quę ſub ſchiſmatico Imperatore, adeo fœdata erat, ut vix formam haberet Chriſtianæ Eccleſiæ: ſectabatur idem ſchiſma Oroſius quoque Serviæ Rex, Andronici ſecutus exemplum, & quæ, contra Canones, contra Patrum inſtituta, immò contra ipſam Evangelicã legem irrepſerant in Civitatibus, & locis Imperio ſubjectis Andronici, ea omnia recepta fuere in Servia. Hinc per ſimoniam nonnulli ad ſacros promovebantur Ordines, nec in eis conferendis aliqua temporum ſervabatur diſtinctio, nec ætatis. Alii ad prælationes, & beneficia pariter promovebantur, adhùc perſonis viventibus; multi Laici uxorati, adhùc vivente uxore, aliã ſubintroducebant; nec in ducendis uxoribus ullum impedimentum conſanguinitatis admittebant, nec affinitatis; Nulla immunitas ſervabatur, ſive locis, ſive perſonis, & plura alia impunè agebant, licèt nefaria, quæ fortè ab ipſis infidelibus non perpetrantur. His malis occurrere volens Sanctus Pontifex in ſui Pontificatus initio, literas dedit Archiepiſcopo Antibarenſi, quibus mandat, ut Apoſtolicâ auctoritate curet tãtis malis occurrere, emendando, & corrigendo, quantùm ei conceſſum eſſet: ſunt autem literæ tenoris ſequentis.

Benedictus Epiſcopus &c. Venerabili Fratri Martino Archiepiſcopo Antibarenſi.

284 „ Ad audientiam noſtram pervenit,
„ quòd in Arbania, Polato, Canavia, Duratio,
„ Cataro, Dulanio, Suacio, Scodro, Drivaſco,
„ Antibaro, & quibuſdã aliis locis ſub Domi-
„ nio Andronici Imperatoris Græcorum, ac
„ Oroſii Regis Serviæ, & fratris ejus Stepha-
„ ni, necnon Chariſſimæ in Chriſto filiæ He-
„ lenæ Matris eorum Reginæ Serviæ Illuſtris
„ poſitis, temporis nequam faciente malitia,
„ adeo in Prælatis & Clericis, Religioſis quo-
„ que perſonis & aliis propter diverſa & enor-
„ mia.... Criminum, quæ committuntur
„ ab ipſis, Eccleſiæ Religionis eſt deformata
„ honeſtas, quòd decora Mater Eccleſia, quam
„ ſibi ſpecioſus forma præ filiis hominum in
„ Sponſam dignanter elegit, non habentem
„ maculam, neque rugam, facta eſt ibi per
„ prævaricationem Decalogi, & tranſgreſſio-
„ nem Evangelicæ legis, & fidei Catholicæ
„ nimiùm indecora. Prætermiſſis etenim San-
„ ctorum Patrum Inſtitutionibus ſacris, &
„ Canonum venerandâ cenſurâ, in collatio-
„ nibus ſacrorum Ordinum & Beneficiorum
„ nulla ſervatur diſtinctio temporum, vel æta-
„ tum: nam, ſi ſimoniaca labes apud promo-
„ ventes pro promovendis, vel laicalis poten-
„ tia interveniat, datur hæc petentibus indi-
„ ſtinctè. Nonnulli vero ad Prælationes pari-
„ ter, ac alia beneficia Eccleſiaſtica, eorundem
„ adhùc perſonis viventibus, ſe illicitè pro-
„ movere procurant, hujuſmodi Prælationi-
„ bus, Perſonatibus, ſeu Beneficiis tam enor-
„ miter acquiſitis damnabiliter incumbentes
„ deteſtandis, inſerviendo potiùs ritibus ſu-
„ per iis, in quibus norma ſervanda eſt Apo-
„ ſtolicæ dignitatis, quàm approbatis æqui-
„ tate Canonica moribus adhærendo.

Digitized by Google

285 ,, Laici inſuper uxorati, uxoribus
,, ſuis viventibus, de facto ſuperintroducen-
,, tes alias, eis temerè præſumunt ſe nefario
,, contubernio commiſcere; Aliàs in prohi-
,, bitis conſanguinitatum, & affinitatum
,, gradibus illicitè matrimonia contrahendo.
,, Alii etiam ex ipſis, dùm exceſſus in Eccle-
,, ſias, & loca Religioſa, eorumque perſo-
,, nas ab eis multiformiter irreverenter com-
,, miſſos impunes pertranſeunt, faciliùs ad
,, graviores reatus, vel ſimiles prolabuntur,
,, nunc incendiorum, & effractionum diſ-
,, pendia nunc direptionum, & invaſionum
,, diverſos, & ſacrilegos auſus in perſonas, &
,, loca prædicta committere, & alia quam-
,, plura in Eccleſiaſticæ libertatis depreſſio-
,, nem, & Ordinis Clericalis defectum inferre
,, gravamina præſumendo; & cum per hujuſ-
,, modi, & aliorum quamplurimum exceſ-
,, ſuum præſumptionem peſtifera, Eccleſiæ,
,, Religioſæ, Sæcularesvè perſonæ tanquam
,, lepræ reſperſæ contagio factæ ſint per ex-
,, communicationis diverſas ſententias, quas
,, pro iis exceſſibus in millibus frequenter
,, incurrere dignoſcuntur, à gremio Eccle-
,, ſiæ alienæ, tanquam parvuli, & imbecil-
,, les in fide non habentes, qui panem fran-
,, gat eis doctrinæ cæleſtis, vel gravia vul-
,, nera curet ipſorum, in via deficiunt, ſuiſ-
,, que incuratis vulneribus, pereunt ſauciati
,, in prædictis ſententiis, & irregularitati-
,, bus, abſolutionis, & diſpenſationis bene-
,, ficio non obtento, decendo: præſertim
,, cùm propter interſtitia magna locorum,
,, & viarum diſcrimina, aliàs etiam in com-
,, modis paupertatis, ac ſenij prohibentibus
,, pro ſuæ reconciliationis, & diſpenſatio-
,, nis Apoſtolicæ gratia, ſuorumque medela
,, vulnerum ad gremium nequeant maternæ
,, recurrere pietatis.

286 ,, Quia igitur ex impoſito nobis
,, Apoſtolatus officio, ſolicitudine quadam
,, urgemur, ut inter cætera, quæ circa Do-
,, minici Gregis curam noſtræ vigilantiæ im-
,, minent, in Divini nominis cultu, reli-
,, gionis Chriſtianæ augumenta, & lucra
,, quæramus potiſſimè animarum; atten-
,, dentes, quòd ſecundùm veritatis Evan-
,, gelicæ dogma ſanis minimè opus ſit me-
,, dicari, ſed malè habentibus; de tua cir-
,, cumſpectione confiſi Fraternitati tuæ præ-
,, ſentium auctoritate committimus, ut hæc
,, vice corrigas, emendes, & reformes hæc
,, omnia in Regno, & locis prædictis &c.
,, Datum xiv. Kal. Decembris, Anno I. *Ha-
ctenus literæ*, prout exhibentur à Raynaldo
ad Annum Domini MCCCIII. ſub num. 59.
In quibus, ait, facultatem quoque eidem
Epiſcopo tribuiſſe, diſpenſandi ſuper irregu-
laritate, & abſolvendi à cenſuris, propter
ſupradicta.

287 Egerat Nicolaus IV. cum Uroſio,
ſive Oroſio Sclavorum Rege, ut relicto ſchiſ-
mate, ad Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ rediret
unitatem, datis ad eum hortatoriis literis,
quas nos ſupra recenſuimus, hortatus quo-
que per alias literas pariter à nobis recenſi-
tas: Helenam Reginam illius matrem, ut
pro filii converſione, & ad gremium Sanctæ
Eccleſiæ reductione operam daret; ſed ab eo
tempore nondùm quidquam ab eo fuerat
executioni demandatum; unde ſub hoc Pon-
tifice ad hoc propenſiorem ſe oſtendit, cujus
rei causâ ipſe Benedictus per literas ſolicita-
vit, Cœleſtia præmia ad alliciendum pro-
ponens, ſic ſcribens,

Magnifico Principi, & Regi Serviæ
ad unitatem Matris Eccleſiæ
ſolicitè properare.

288 ,, Romana Mater Eccleſia ſalutem
,, quærens jugiter filiorum, dolet ab intimis,
,, cùm eorum quempiam conſpicit à ſuo gre-
,, mio deviare, ipſoſque ſtudet ad viam re-
,, ducere veritatis. Gaudemus quidem in
,, Domino, quòd ſicut fide dignorum rela-
,, tione didicimus, ac aliàs evidentibus ap-
,, parere dicitur argumentis, licèt tu ha-
,, ctenùs, ac Barones, & Populus Regni tui,
,, ab ipſius Eccleſiæ obedientia recedentes,
,, viâ lucis dimiſsâ, diù per ſemitas am-
,, bulaveritis tenebrarum; Nunc tamen tu,
,, inſpiratione Divina, ad iter aſpiras redire
,, ſalutis, ejuſdem videlicet Eccleſiæ unita-
,, tem. Ex quo Nos hujuſmodi pium tuum
,, propoſitum, tibi Divinitùs inſpiratum,
,, in Domino commendantes, ac referentes
,, exinde laudes, & gratias Creatori, ſpe-
,, rantes quoque, quòd iidem Barones, &
,, populus tuo exemplo laudabili, relictis
,, tenebris viam veritatis agnoſcent; Magni-
,, ficentiam tuam rogamus, & hortamur in
,, Domino Jeſu Chriſto, quatenùs inſpira-
,, tionem hujuſmodi recognoſcens ab illo,
,, qui omnes ſalvare cupit, & neminem vult
,, perire, ad unitatem properare ſtudeas,
,, abſque damnoſæ moræ diſpendio, fidei or-
,, thodoxæ, per quam mortis æternæ vitatur
,, interitus, & ad fœlicitatis perpetuæ glo-
,, riam pervenitur; ſpem plenam, fiduciam
,, habiturus, quòd te in fidei conſtantia, &
,, ejuſdem Eccleſiæ obedientia perſiſtente,
,, Apoſtolica Sedes te tanquam filium præ-
,, dilectum, ſinceræ dilectionis brachiis am-
,, plectetur, eaque ſtudiis efficacibus, &
,, promptis operibus proſequetur, quando
,, tui honoris, & commodi conſpicere vide-
,, rit incrementum. Datum Laterani x. Kal.
,, Januarij, Anno primo. *Hactenus Benedi-
,, ctus ad Oroſium.*

289 Interea Græcorum Imperium jam in
partes ſciſſum, ut ſupra ſati ſumus, in dies
in præceps ruebat, Turcarum potentiâ illud
depredante, in vindictam certè offenſi numi-
nis, propter illorum ſacrilegum Schiſma:
Qua-

Quare Andronicus Imperator in anguſtia po-
ſitus, à Catalanis, & Aragonis auxillum
expoſcit, compoſito jam bello Siculo (licèt
Gregoras non poſtulatum ab Andronico, ſed
exhibitum referat, nè ſuperbiæ, & faſtui
Græcorum aliquid detrahere videretur, ſi
ſcriberet ab Andronico poſtulatum). Itaque
ſub Duce Rogerio Floro Brunduſino miſſæ
ſunt copiæ auxiliares ex Aragoniis, & Cata-
lanis Conſtantinopolim, & præliatum eſt
cum Turcis apud Philadelphiam, de quibus
inſignis parta eſt victoria: ſed poſtea cithera
Græcorum verſa eſt in luctum, quoniam La-
tini fraudati ab Andronico ſtipendiis, arma
adversùs Græcos verterunt, univerſa depo-
pulando, & vaſtando. Unde Gregoras enar-
rato Latinorum adventu, & quomodò magni-
ficè fuerant ab Imperatore excepti, ait:
„ Inſtante autem Vere, ad Philadelphiam diu-
„ turnâ obſidione liberandam abierunt, quæ
„ geminis malis præmebatur: foris hoſtili
„ metu, intùs hoſte multo graviore, penu-
„ ria cibariorum, & fame. Ac id quidem
„ munus pulcherrimè, & fortiſſimè admini-
„ ſtrarunt, Deo adjuvante, propter inſi-
„ gnem virtutem Epiſcopi Urbis Theolepti,
„ Divini viri; Nam cùm Turci Latinorum
„ diſciplinam militarem, armorumque ſplen-
„ dorem, & ferocem impetum vidiſſent,
„ metu perterriti, non modo procùl ab urbe,
„ ſed pœnè ultra veteres Romanorum fines
„ ſugerunt. Tantus enim, & talis erat ille
„ exercitus, itaque, & armis, & rei milita-
„ ris uſu, & militum numero inſtructus
„ (unà enim militabant non modò Romani
„ lectiſſimi, ſed, & omnis Alanorum exer-
„ citus,) ut haùd abs re conſpectu illius
„ hoſtes percellerentur: multique dicerent,
„ niſi metus Imperatoris, qui longiùs eos
„ progredi vetuerat, obſtitiſſet, nihil fuiſſe
„ prohibiturum, quominùs omnes Roma-
„ nas, & Urbes, & Provincias brevi recu-
„ peraſſent. Sed ea loquebantur homines,
„ qui præſentia tantum conſiderabant, neque
„ quicquam altiùs animo complecti pote-
„ rant. Divinum enim Judicium illud erat,
„ olim firmatum, ut Romanum Imperium
„ extremis calamitatibus affligeretur. Qua-
„ propter arcanis providentiæ rationibus plu-
„ rimæ res utilia conſilia impedire in ma-
„ gno eorum, quæ obeſſent concurſu videban-
„ tur. *Hæc ille*.

290 Quomodo porrò diſſoluto exercitu
Latini arma in Græcos vertiſſent, ſic enar-
rat: „ Cùm autem ſine viæ Ductoribus pro-
„ gredi non poſſent (videbant enim expe-
„ ditionem illam, nemine viam monſtrante,
„ ſine multis cædibus confici minimè poſſe,
„ neque verò is erat Ronzerius, qui multis
„ bellis magnâ prudentiâ partâ, magnum
„ diſcrimen temerè adiret) reverſi ac diſſipa-
„ ti abierunt, Romani demum, eodemque
„ modo Alani, Latini verò cum Ronzerio
„ Cæſare relliquas miſeris Romanis urbes
„ pervagati, miſerrimè tractarunt, hoſtili
„ impetu in eos, à quibus accerſiti fuerant,
„ converſo: cauſam afferentes, quòd conſti-
„ tutum ab Imperatore ſtipendium non acce-
„ piſſent; ac neceſſariò ſe illorum opibus ſu-
„ ſtentari, qui ſe accerſiſſent, & pactis ac
„ conventis non ſtetiſſent. *Hactenus Gre-
goras*, qui poſtea in Latinorum odia multa
atrocia, & ſanè à veroſimili aliena ſubnectit à
Latinis eſſe in Græcos commiſſa, niſi aſſeri
velimus, Deo ulciſcente, talia, & tam crudelia
perpetraſſe: Ait namque: „ Itaque bona
„ miſerorum Romanorum omnia diripi, Vir-
„ gines, & Matronas ſtuprari, ſenes, & Sa-
„ cerdotes in vinculis duci, & ad cætera
„ ſupplicia rapi cerneres, quæ nova ſubinde
„ in miſeros immaniſſima Latinorum manus
„ excogitabat: imminentem cervici ſecurim,
„ ut jamjam morituri videbant, niſi abditam
„ pecuniam oſtendiſſent. Qui omnia pro-
„ ferebant liberi, denudiores abibant: qui
„ nihil quo ſe redimerent habebant, extre-
„ mitatibus Corporum mutilati, miſerabile
„ in viis ſpectaculum jacebant, fruſtum pa-
„ nis, aut obolum mendicantes: nihil ſubſi-
„ dii, prætet vocem, & lacrymarum rivos,
„ reliquum cum haberent. *Hæc ille*.

291 Cæterùm Pontifex propter indura-
tam Græcorum perfidiam, licèt Sanctiſſimus,
non Legatos, ſive Apoſtolicos viros mitten-
dos duxit, quemadmodùm olim à ſuis prędе-
ceſſoribus factum fuerat, ſed viros armatos,
tanquam in perduelles, & iniquitatis filios,
qui Imperium de manu eorum eriperent, eo-
que erepto, in ſervitutem redigerentur, ac
redacti ſub Catholicorum Principum Impe-
rio, faciliùs Schiſma oboliretur: Quare Ca-
rolum Valeſium, cui propter uxoris dotem,
hæredem ſcilicet Balduini, videbatur Impe-
rium Græcorum pertinere, ſolicitavit ad
comparandum exercitum, ac expeditionem
faciendam aduersùs Andronicum: cogitans
quoque Benedictus facilem, recuperato Bi-
zanzio, viam Chriſtianis aperiri pro Syria,
& Terra Sancta recuperanda. Hinc eidem
Carolo ſequentes dedit literas.

*Nobili viro Carolo Nato claræ memoriæ
Philippi Regis Francorum Co-
miti Andegavenſi.*

202 „ Claris patet operibus tuæ ſince-
„ ritatis præcelſa devotio, & humanæ laudis
„ præconio commendanda. Paternâ ſiqui-
„ dem affectione recepimus tui contempla-
„ tione dilectum filium Magiſtrum de Porti-
„ co Canonicum Pariſienſem, Cancellarium
„ tuum; & nobilem virum Petrum de Erbo-
„ villa militem Carnotenſis Diœceſis, Nun-
„ tios, & Ambaxiatores tuos, quos nuper
„ ad noſtram præſentiam tranſmiſiſti, & quæ
„ nobis ex parte tua exponere curaverunt,
in-

Digitized by Google

„ intelleximus diligenter. Licèt autem ad
„ ea, quæ tui honoris, & ſtatus reſpiciant
„ incrementa Sedes Apoſtolica, quæ te, tan-
„ quam filium prędilectum, gerit in viſceri-
„ bus Charitatis, libenter intendat; ad ne-
„ gotium tamen Imperii Conſtantinopolita-
„ ni, ad quod, prout nobis per eoſdem Nun-
„ tios intimaſti, te potenter accinges, tantò
„ auidiùs opem, & favorem impendit, quan-
„ tò illud ratione fidei Sedem contingit ſpe-
„ cialiter ſupradictam. Ideoque ſuper com-
„ mutandis votis crucesignatorum, qui te-
„ cum voluerint ad eruendum dictum Impe-
„ rium de ſchiſmaticorum manibus proficiſ-
„ ſci, ac ſuper Legatis, & aliis obventioni-
„ bus deputatis Terræ ſanctæ ſubſidio, tibi
„ pro proſecutione dicti negotii ejuſdem Im-
„ perii concedendis, prout à nobis fuit ex
„ parte tua petitum, annuimus, prout in
„ noſtris ſuper iis confectis continetur lite-
„ ris, votis tuis. Generalem autem prædica-
„ tionem Crucis, quam ſimiliter ex parte
„ tua dicti Nuntii pro eodem negotio petie-
„ runt, præſentis temporis, & Regni Fran-
„ ciæ ſtatu conſiderato, diſtulimus: ad eam
„ tamen, & conceſſionis decimæ proventuum
„ Eccleſiaſticorum, aliaſque ſubventiones
„ tibi pro ejuſdem proſecutione negotii fa-
„ ciendas, quas expedire videbimus, ejuſ-
„ dem Regni conditionibus proſperè, Di-
„ vinâ favente clementiâ ſuccedentibus, pro-
„ cedere juxta tuum votum, niſi interim
„ generale paſſagium, fieret, intendimus:
„ Teque aliàs circa hæc Apoſtolicis favore
„ præſidiis tempore opportuno. Negotium
„ itaque prælibatum virtute tuæ magnani-
„ mitatis aſſume, & aſſumptum, tanquam
„ vir ſtrenuus, viriliter proſequaris: nam in
„ iis, & aliis, ubi expedierit, Apoſtolicus
„ non deerit tibi Favor. Datum Peruſii v. Kal.
„ Junii Anno I. *Hactenus literæ*.

293 Et quoniam efficaciter hoc pius Pontifex intendebat, eodem tempore Epiſcopo Sylvanectenſi curam commiſit, ut legata, decimas, alioſque obventiones addictas Terræ Sanctæ ſubſidio, ad comparandum Imperium Conſtantinopolitanum, derivaret: quę etiam ad tolerandos ejus expeditionis bellicos ſumptus convertendæ eſſent, ſi in Terram Sanctam crucesignatorum copiæ non traiicerent. Datâ ad hæc omnia ſufficienti poteſtate, ſive auctoritate, prout tradunt literæ Pontificiæ hac de re eidem Epiſcopo datæ, quæ ſic ſe habent,

Venerabili Fratri Epiſcopo Sylvanectenſi.

294 „ In ſupremæ præeminentia digni-
„ tatis, diſponente Domino, conſtituti, ad
„ univerſas Orbis Provincias, quas profeſſio
„ Chriſtianæ Religionis includit, Apoſto-
„ licæ diffundimus conſiderationis intuitum
„ pro earum ſtatum ſalubriter dirigendo.
„ Sed dum Imperium inclytum Conſtanti-
„ nopolitanum à cultu Religionis ipſius, qui
„ vigere ſolebat hactenus in eodem, ſepara-
„ tum attendimus, illudque ab olim per
„ quondàm Michaelem Palæologum, dum
„ vixit, & poſt ejus obitum per Andronicum
„ ejus filium, eorumque complices, & fa-
„ utores ſchiſmaticos, & ab unitate Chriſtia-
„ næ fidei deviantes, damnabiliter occupa-
„ tum, multo nimirum mœrore replemur,
„ & ad ſubveniendum ei de illo remedio,
„ per quod ad fidem reduci valeat orthodo-
„ xam, vias, & modos libenter exquirimus,
„ opemque, ac operam promptis ſtudiis ex-
„ hibemus.

295 „ Quorum namque poſſunt Chri-
„ ſtianorum animi non turbari, dum in gra-
„ vem Superni Patris offenſam, & diſpendio-
„ ſam Apoſtolicæ Sedis injuriam, & injurio-
„ ſa diſpendia pravum genus ſchiſmaticæ
„ gentis elata cornua levaſſe conſpiciunt, ac
„ tam nobile Imperiale ſolium occupaſſe?
„ Prò certo ad ipſum Imperium de filiorum
„ alienorum manibus liberandum, ipſe fidei
„ zelus debet corda fidelium inflammare.
„ Nam ſi, quod abſit, idem Imperium ad
„ Turcos, alioſque Sarracenos, & infideles,
„ à quibus dictus Andronicus jugiter impu-
„ gnatur, devenire contingeret, non poſſet
„ demùm faciliter erui de manibus eorundem.
„ O'quàm grave diſcrimen, & ingentem con-
„ fuſionem reciperet, ſi, quod Deus aver-
„ tat, talis caſus emergeret, Romana Ma-
„ ter Eccleſia, totaque Religio Chriſtiana!

296 „ Cùm itaque dilectus filius nobilis
„ vir Carolus Comes Andegavenſis, cujus
„ intereſt ratione uxoris ſuæ, Chariſſimæ
„ videlicet in Chriſto filiæ Chatarinæ Impe-
„ ratricis Conſtantinopolitanæ Illuſtris, ad
„ ejuſdem recuperationem Imperii offerat ſe
„ potenter velle intendere, & ad id viros,
„ vireſque ſuas exponere; multique Baro-
„ nes nobiles, & potentes zelo devotionis
„ accenſi, pro ipſius Imperii recuperatione,
„ ac reductione ad fidem Catholicam cum
„ eodem Comite, ſicut idem Comes affir-
„ mat, ſint proficiſci parati; Nos qui ad tam
„ neceſſariam, ſalubrem, & felicem, Deo
„ favente, expeditionem, Chriſtianos Prin-
„ cipes debemus quærere, invitare, quæſi-
„ tos, & invitatos modis, quibus poſſemus,
„ ad hoc inducere, præmiis, ſubſidiis, &
„ auxiliis provocare; cupientes, ut hujuſ-
„ modi negotium, quod non modicum Apo-
„ ſtolicam Sedem, omneſque Chriſtifide-
„ les ratione fidei prælibatæ contingit, ſalu-
„ brem ſortiatur effectum, ac attendentes,
„ quòd ex ejuſdem felici conſummatione ne-
„ gotii Teræ Sanctæ ſubſidium, quod ex
„ cauſis diverſis tamdiù fuit hactenus præ-
„ peditum, Divinâ favente Clementiâ, po-
„ terit provenire. *Deinde proponit Indulgen-*
tias

Digitized by Google

„ *tias, tùm armis ſuſcepturis; tùm ſtipem in*
„ *ſumptus bellicos collaturis, & ſubjungit.*

297 „ Rogamus itaque Univerſitatem
„ veſtram, & hortamur in Domino, quate-
„ nùs ad hujuſmodi tàm piùm, tàm ſalubre
„ negotium proſequendum in auxilium dicti
„ Nobilis, potenter, & viriliter aſſurgatis, ut
„ idem Nobilis, veſtro cooperante ſavore,
„ in ſuis proceſſibus proſperetur; Voſque
„ tanti boni mereamini participes effici, ac
„ proindè divinam, dictæ Sedis, & noſtram
„ gratiam uberiùs obtinere. Si enim conſi-
„ deratis, filii, quantas Græcorum Eccleſiæ,
„ non ſolùm Romanæ, ſed toti Eccleſiæ con-
„ tumelias inferat; ſi contemptum ſciretis
„ eorum, ſi ipſorum errorem in fide, ſi odium
„ noſceretis; ſine hortatu noſtro contra eos
„ caperetis arma, ac negotium fidei ardenti-
„ bus animis ſumeretis. Datum Peruſii XII.
„ Kalendas Julii, Anno I. *Hactenus Benedicti litteræ.*

298 Sed dum ad tam ſalubre negotium, aliaque pia opera ſua impendebat Benedictus ſtudia, immaturâ morte ſublatus migravit ad Dominum Peruſii eodem primo ſui Pontificatus Anno, Nonis Julii, die nimirùm VII. præfati menſis, hauſto in ficubus veneno, impiorum juſſu propinato ab Abbatiſſa Sanctæ Petronillæ, ut ſcribit S. Antoninus 3. part. titul. 20. cap. 9. ubi ait: *Multa ſancta opera facere diſpoſuit, ſed morte celeri præventus, implere non valuit. Et in ficubus recentibus ſibi præſentatis per Abbatiſſam Sanctæ Petronillæ dicitur toxicatus: hoc per alios procurato.* Bernardus apud Raynaldum ad hunc Annum ſub num. 31. ſimilia ſcribit, inquiens: *Hic Benedictus obiit in Peruſio Nonis Julii, Pontificatus ſui Anno I. ſepultuſque fuit in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Peruſii, ante Altare, Anno Domini MCCCIV.*

299 A' quo verò infœliciſſima illa fœmina Abbatiſſa corrupta, ac inducta ad tantum perpetrandum ſacrilegum ſcelus fuerit, latet, veroſimile tamen eſt, à Bonifacii VIII. hoſtibus ſolicitatam, addentibus prævaricationem ſuper prævaricationem, iniquitatem ſuper iniquitatem, ſcelus ſuper ſcelus. Nam licèt Benedictus, ſententias à Bonifacio latas in Philippum Regem Franciæ, remiſiſſet, ac revocaſſet, ut apparet in literis ad eum datis ſub III. Idus Maii, apud Peruſium, incipientibus: *Ad ſtatum tuum & Regni,* relatis à Raynaldo, ad eundem Annum, ſub num. 10. tamen contra offenſores Bonifacii cenſuras fulminavit, ut ex ejus ſententia publicata Peruſii VII. Idus Junii, ab eodem Raynaldo relata, apparet, quæ ad hunc modum ſe habet.

Benedictus Epiſcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam.

300 „ Flagitioſum ſcelus, & ſceleſtum
„ flagitium, quod quidam ſceleratiſſimi viri,
„ ſummum audentes neſas, in perſonam bo-
„ næ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. præde-
„ ceſſoris noſtri, non ſine gravi perfidia com-
„ miſerunt, puniendum proſequi ex juſta
„ cauſa hucuſquè diſtulimus: ſed ulteriùs
„ ſuſtinere non poſſumus, quin exurgamus,
„ immò Deus in nobis exurgat, ut diſſipen-
„ tur inimici ejus, & ab ipſius facie fugiant,
„ qui oderunt eum: diſſipentur, dicimus, ni
„ verè pœniteant, ſicut ad prædicationem Jo-
„ næ Ninive converſa eſt: alias ut Jerico,
„ ſubvertantur.

301. „ Olim ſiquidem, dum idem Boni-
„ facius Anagniæ propriæ Originis loco cum
„ ſua Curia reſideret, ipſum nonnulli perdi-
„ tionis filii, primogeniti Satanæ, & iniqui-
„ tatis alumni, omni pudore poſtpoſito, &
„ reverentiâ retrojectâ, Prælatum Subditi,
„ Parentem Liberi, & Vaſſali Dominum,
„ Guillelmus ſcilicet de Nogareto, Renaldus
„ de Supino, Thomas de Morolo, Robertus
„ filius dicti Renaldi, Petrus de Genazano,
„ Stephanus filius ejus, Adenulphus, & Ni-
„ colaus nati quondàm Matthiæ, Giffridus
„ Buſſa, Orlandus & Petrus de Luparia Ci-
„ ves Anagnini, milites Sciarra de Columna,
„ Joannes filius Landulphi, Gottifridus nà-
„ tus Joannis de Ceccano, Maximus de Tre-
„ bis, & alii factionis Miniſtri armati hoſtili-
„ ter, & injurioſè cœperunt, manus in eum
„ injecerunt impias, protervas erexerunt
„ cervices, ac blaſphemiarum voces funeſtas
„ ignominioſè jactarunt. Eorum etiam facto
„ & opera per ejuſdem factionis complices &
„ alios, Theſaurus Romanæ Eccleſiæ abla-
„ tus violenter extitit, & nequiter aſpor-
„ tatus.

302 „ Hæc palàm, hæc publicè, hæc no-
„ toriè, & in noſtris etiam oculis patrata fue-
„ runt. In his læſæ Majeſtatis perduellionis,
„ ſacrilegii, legis Juliæ de vi publica, Cor-
„ neliæ de Sicariis, privati Carceris, rapi-
„ næ, furti, & tot alia, quot ex hujuſmodi
„ facto facinora ſecuta ſunt, crimina & fel-
„ loniæ etiam delictum commiſſa notamus:
„ in iis ſtupidi facti ſumus. Quis crudelis hìc
„ à lacrymis temperet? Quis odioſus com-
„ paſſionem non habeat? Quis deſes, aut re-
„ miſſus Judex ad procedendum non ſurgat?
„ Quis pius, ſive miſericors non efficiatur
„ ſeverus? Hìc violata ſecuritas. Hìc immu-
„ nitas temerata. Propria Patria tutela non
„ fuit, nec Domus refugium; Summum Pon-
„ tificium dehoneſtatum eſt; & ſuo capto
„ ſponſo, Eccleſia quodammodò captivata.
„ Quis locus reperietur amodò tutus? Quæ
„ Sancta, Romano violato Pontifice, pote-
„ runt inveniri? O' piaculare flagitium, o' in-
„ auditum facinus, o' Anagnia miſera, quæ
„ talia in te fieri paſſa es! Ros & pluvia ſuper
„ te non cadant, in alios deſcendant Montes;
„ te autem tranſeant, quia te vidente, & pro-
„ hibere valente, fortis cecidit, & accinctus

,, robore ſuperatus eſt. O' infœliciſſimi patra-
,, tores, non imitati, quem nos imitari volu-
,, mus, David Sanctum, qui in Chriſtum Do-
,, mini, etiam inimicum, perſecutorem & æmu-
,, lum ſuum, quia dictum erat: *Noli tange-
,, re Chriſtos meus*; manum exteudere noluit,
,, & in extendentem irrui gladio juſtè fecit.
,, Infandus dolor, lamentabile factum, per-
,, niciosum exemplum, inexpiabile malum,
,, & confuſio manifeſta! Sume lameutum Ec-
,, cleſia, ora tua fletibus rigent Elegi, & iu
,, adjutorium debitæ ultionis filii tui de longè
,, veniant, & filiæ de latere ſurgant.

303 ,, Verùm quia ſcriptum eſt: *Feci ju-
,, dicium, & juſtitiem, & Honor Regis judi-
,, cium diligit*, Nos in prædictis ſic judicium,
,, quod ad honorem noſtrum pertinet, facere
,, cupimus, quòd à juſtitia minimè diverta-
,, mus: Ideòque forma juris, quæ (ſicut hęc
,, ſunt) ſervatur in notoriis, obſervata; præ-
,, fatos ſuperiùs uominatim expreſſos, cæte-
,, roſque participes, qui hæc in ſæpèdictum
,, Bonifacium in perſonis propriis exercue-
,, runt Anagniæ, omneſque, qui in iis dede-
,, runt auxilium, conſilium, vel favorem, de-
,, nuntiamus de fratrum noſtrorum conſilio,
,, præſente hac multitudine copioſa, promul-
,, gatam à Canone excommunicationis ſen-
,, tentiam incurriſſe, ipſoſque citamus per-
,, emptoriè, quatenùs infrà feſtum Sancto-
,, rum Apoſtolorum Petri, & Pauli proximè
,, venturum perſonaliter compareant coràm
,, nobis, juſtam, dante Domino, noſtram ſu-
,, per præmiſſis, quæ, ut prædicitur, notoria
,, ſunt, audituri ſententiam, noſtriſque man-
,, datis, & juſſionibus humiliter pariturí.
,, Alioquin eorum non obſtante abſentiâ, con-
,, trà eos, viâ incedentes regiâ, procedemus,
,, & cætera. Actum Peruſii VII. Idus Junii,
,, Pontificatus Noſtri Anno I. *Hactenus Be-
nedicti Papæ ſententia in Bonifacii VIII. of-
fenſores*.

304 Itaque mihi probabile videtur, reos, & complices capturæ Bonifacii VIII. timentes hujus Sanctiſſimi Pontificis ſeveritatem, ut judicium, & majora damna vitarent, filii jam perditionis conſpiraſſe in illius necem, non quidèm omnes, aliquem tamen, vel aliquos ex illis. Natalis Alexandri in ſua Eccleſiaſtica Hiſtoria, Differt. IX. Sæculi XIV. Artic. VI. fatetur procuràtam Pontificis necem à Chriſtianiſſimi Regis, & Fratrum Prędicatorum conjuratis hoſtibus, cui adhæſiſſe ſcribit Fratrem Bernardum Delitioſi, aliàs Delli Conſi, ex Minorum Ordine, ad cujus rei probationem exhibet Diploma quoddam Joannis XXII. incipien. *Etſi cunctorum*, datum Archiepiſcopo Toloſæ, & Epiſcopis Appamienſi, & S. Pauli, ex Avenione XVII. Kalendas Auguſti, ſui Pontificatus Anno III. Quod ſe recepiſſe à Patre Fratre Thoma Sovege ejuſdem Sacri Prædicatorum Ordinis, ex Archivio Inquiſitionis Carcaſſonenſis erutum, ut fatebatur, in quo hæc leguntur:
,, Sanè ad audientiam noſtram, fama, immò
,, veriùs infamia publica deferente pervenit,
,, quòd Bernardus Delitioſi Ordinis Mino-
,, rum, in profunda malorum opera obſti-
,, nans vota ſua, in illum prorupit horribilis
,, factionis exceſſum, ut conſpirans in mor-
,, tem fœlicis recordationis Benedicti Pa-
,, pæ XI. prædeceſſoris noſtri, operam dede-
,, rit, ut idem prædeceſſor veneni poculo ne-
,, caretur. *Hæc ibi*.

305 ,, Cæterùm, licèt de hoc accuſatus Bernardus, delictum tamen non fuit probatum, ſicut de aliis pluribus fuerat accuſatus, à quibus ſe purgaverat in publico Cardinalium Conſiſtorio, ut ex Hiſtoria Angeli Clareni refert Wadingus ad Annum Domini MCCCXVIII. ſub num. 26. Et quoniam multi ei adverſabantur, poſteà fuit accuſatus, quòd ſubdolè fecerit, ut Civitates Carcaſſon. & Albien. & Caſtrum de Cordua Albienſis Diœceſ. receſſerint à fidelitate Regis Franciæ, & impiè reſtiterit quibuſdam Inquiſitoribus ex Ordine Prædicatorum, & eò uſquè proceſſerit, ut Carceres eorum infringi curaverit, & eos oportuerit coràm Rege Franciæ apparere, ibiquè oſtenderit injuſtè citatum Miniſtrum Provinciæ Aquitaniæ à prædictis Inquiſitoribus ex Ordine Prædicatorum, liberaveritque tunc eundem, alioſque Fratres ab indebitis vexationibus, ut apparet in eodem Diplomate: Undè tunc temporis veroſimile eſt etiam fuiſſe, & de hoc alio accuſatum delicto, cujus mentio fit in exordio prædicti Diplomatis. Qua ſtante accuſatione, traditus fuit, jubente Principe, in manus Inquiſitorum; Cauſa autem examinanda commiſſa eſt Archiepiſcopo Toloſano, & Epiſcopis Appamiarum, & Sancti Pauli. Verùm hoc ſcelus de Pontificis nece non fuit probatum, ut etiam idem Natalis Alexandri affirmat; & quidèm non eſt veroſimile, miſerum Fratrem ſat fuiſſe ad corrumpendam Abbatiſſam Sanctæ Petronillæ, quæ in ficubus venenum porrigerat, ut ex Divo Antonino præfati ſumus. In Carcere obiiſſe, etiam Hiſtoria Angeli Clareni refert, & ut notat Wadingus loco mox citato, ſub num. 17. Dùm objectæ calumniæ examinarentur per præfatos Archiepiſcopum, & Epiſcopos, multis calamitatibus, & ærumnis confectus, diem clauſit extremum.

306 Porrò Benedictus ſanctus, & plus fuit, cujus Sanctitâtem poſt obitum ſuum Deus diverſis miraculis teſtatam voluit. Ità tradit Sanctus Antoninus loco ſuperiùs citato, ubi addit: *Dicitur etiam miraculis claruiſſe, nec incredibile, cùm ſanctæ vitæ extiterit*. Idem repetit tit. 23. cap. 11. in principio, ubi agens de Pontificibus ſui ſacri Inſtituti, ait: ,, Secundus ad eandem dignitatem pro-
,, motus ex Ordine fuit Nicolaus de Trevi-
,, ſio, infimæ conditionis in ſæculo, ſed no-
biliſſi-

Digitized by Google

„ biliſſimus ſcientiâ & moribus , ita ut mira- „ culis claruiſſe dicatur ; ſepultus Peruſii „ in Eccleſia Prædicatorum : Vocatus fuit „ Benedictus XI. modico tempore Cathe- „ drâm tenuit, ſcilicet octo menſibus , & „ veneno in ficubus recentibus ſibi paratos „ migravit ad Dominum : De hoc Bene- „ dicto legitur in Chronicis Ordinis xv. „ Miracula , fideli teſtimonio comprobata , „ meritis ejus facta , de diverſis infirmitati- „ bus, quorum Infirmorum nomina, & loco- „ rum deſcribuntur, & infirmitatum , quæ „ ob brevitatem dimitto . *Hæc Sanctus Antoninus*.

307 Leander verò lib. 3. de Viris Illuſtrib. Ordinis Prædicatorum, in Benedicto XI. hæc ad rem ſcribit : „ Ipsâ die , qua ad Cœlum „ migravit Vir ſanctus , tantus fuit populi „ concurſus ad eum videndum , ut agmina- „ tim Cives, & iturbana plebs totas vias „ complerent , ut vix è Palatio in Templum „ Prædicatorum deferri poſſet , potueritque „ poſtero die ſepelliri . Porrò adnitebantur „ omnes ſancti Viri pedes exoſculari , rati „ ſe oſculo veniam ejus meritis à Domino „ faciliùs criminum ſuorum poſſe obtinere ; „ Et cùm ſcriptum didicerimus : Qui ſe hu- „ miliat , exaltabitur ; ſic huic Sanctiſſimo „ Viro contigit: quippè paſſim hinc indè mi- „ racula exire videbantur . *Hæc ille* . Subnectens & complura miracula ad ejus tumulum patrata . Bernardus quoquè loco ſuprà cit. , poſtquàm de ejus ſepultura verba facit, ſubjungit : *Ubi Divina virtus, & bonitas ejuſdem (gratiâ Benedicti , & nomine) merita cæpit evidentibus miraculis declarare , maximè in Dæmonibus expellendis de corporibus obſeſſorum , & in multis infirmitatibus , & languoribus propulſandis quorundam non pauca evidentia, & probata alibi ſcripturæ memoriæ ſunt mandata* . Sedit ergo menſibus VIII. & diebus XVII. videlicet à die XXII. Octobris Anni MCCCIII. uſque ad diem VII. Iulii, Anni MCCCIV. ab XI. ſcilicet Kalendas Novembris uſquè ad Nonas Julii ſequentis Anni .

308 Ad hunc Pontificem Patriarcha Chaldeorum Orientis in Perſide literas miſit, quibus & fidem catholicam profitebatur , ac Romanam Eccleſiam Caput omnium Eccleſiarum fatebatur, & Romano Pontifici obedientiam exhibuit , ſui , & ſuorum Epiſcoporum nomine, cooperante Fratre Jacobo Viro Apoſtolico Sacri Prædicatorum Ordinis , quas quidèm literas ex libro Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ exſcriptas exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCIV. ſub num. 23. ad hunc modum ſe habentes .

In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti . Amen .

Sanctiſſimo Patri Noſtro D. Benedicto , Advena , & Peregrinus Hyabalaba , qui per gratiam Domini Noſtri Jeſu Chriſti factus fuit Iſalicus , & Patriarcha totius Orientis , petit à Sanctitate Veſtra benedictionem , & inclinat Vobis cum humili ſalutatione , in charitate Domini Noſtri Jeſu Chriſt .

309 „ Superabundanti Patri in ſancti- „ tate, & ſuperexcellenti in ſpiritualibus do- „ nis Vicario Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſu- „ per totam fidem chriſtianam ſedenti , ſu- „ per Sedem Beati Petri Apoſtoli Paſtoris „ noſtri & Patroni , Patri Patrum, Regi Re- „ gum , Sanctiſſimo Papæ Benedicto , quem „ Deus induit ſanctiſſimâ , ac digniſſimâ ve- „ ſte . Cuſtodiat Deus per veſtram ſanctam „ orationem ab omni adverſitate , & tribula- „ tione omnes illos , qui ſignum ſanctæ „ Crucis in ſuis frontibus ſuſceperunt ; & „ poſtquàm inclinavimus humiliter , & dul- „ citer ſalutando , quod præſtantiùs eſt, ora- „ mus nos omnes continuè pro vobis . Et „ novit Sanctitas veſtra reverenda, quòd Re- „ ligioſus Vir, ac ſanctus frater Jacobus Or- „ dinis Prædicatorum , quem Deus in via , „ quam aſſumpſit , dirigat, & confirmet , ve- „ nit ad Nos, & manifeſtavit nobis , quomo- „ dò Sanctus Pater Bonifacius Papa , cujus „ animam Deus habeat , de hac vita tenebro- „ ſa, ad lucem perpetuam tranſmigravit . In- „ ſinuavit inſuper nobis , quòd iſtud donum „ permaximum , quod eſt maxima Sedes „ Throni Apoſtolici , ac univerſalis Pater- „ ternitas omnium fidelium, ac Summus Pon- „ tificatus omnium Pontificum in omni Ec- „ cleſia Catholica , & Apoſtolica Deus om- „ nipotens , & piiſſimæ veſtræ contulit San- „ ctitati , quam Deus cuſtodiat , & con- „ ſervet .

310 „ Inſinuavit etiam nobis dictus fra- „ ter, quòd vos Dei voluntate & diſpoſitio- „ ne, & Spiritus Sancti gratiâ ordinante, Se- „ dem Romanam Apoſtolicam obtinetis ; & „ dixit nobis , quòd in vobis relucet ſancti- „ tas , religio , ſapientia , & fervor fidei cum „ devotione , & habetis amorem cœleſtium „ cum deſiderio exaltandi fidem Chriſti plùs „ ſatis , quàm ipſe ſciret nobis exprimere . „ Quibus auditis , gaudium noſtrum mul- „ tùm accrevit , & dolor , & triſtitia à vobis „ receſſit , & laudavimus , ac benediximus „ Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum , qui „ promiſit nobis per ſuum Evangelium: *Non* „ *relinquam vos orphanos* ; & poſtulavimus à „ miſericordia ejus , quòd ſit benedicta ve- „ ſtra Paternitas, & Dominatio ſuper omnes „ generationes ; & faciat Deus vos agnoſce- „ re in tota fide noſtra chriſtiana, cui infide- „ les invident , Pontificatus veſtri benedictio-

Digitized by Google

„ ctionem & clementiam ; & exaltet verbum
„ veſtrum ſuper univerſum Mundum, & cor-
„ roboret conceptum animi veſtri ad hono-
„ rem ſuum , & faciat veſtrum conſilium be-
„ nedictum ; & poſtulamus à veſtra Sancti-
„ tate , quatenùs dignemini recordari noſtri,
„ & omnium Chriſtianorum in veſtris ſan-
„ ctis orationibus , & poſtulamus etiam hu-
„ militer , quatenùs omnium Prælatorum ,
„ & Religioſorum, & Clericorum , ac cæte-
„ rorum omnium fidelium , veſtro regimini
„ commiſſorum , orationibus , & ſuffragiis ,
„ quibus valdè indigemus , dignemini nos
„ efficaciter commendare ; & poſtulet à Deo,
„ ut det ſuæ Eccleſiæ ſanctæ ſecuritatem ,
„ conſolationem , & pacem ; & det populo
„ ſuo fœlicitatem , & gratiam ſpiritualem &
„ temporalem . Tota enim ſpes noſtra pen-
„ dens in veſtris ſanctis orationibus eſt, & in
„ veſtro regimine, ac gubernatione ; nec ha-
„ bemus ad quem dirigamus oculos noſtros
„ poſt Deum , niſi ad veſtram pietatem , &
„ miſericordiam , qui Pater noſter eſtis loco
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti . Deus omni-
„ potens aperiat portas miſericordiæ ſuæ ſu-
„ per filios ſacro baptiſmate generatos in ſua
„ benedictione , & dirigat eis vias ſalutatio-
„ nis per veſtras orationes . Quòd ſi Sanctus
„ Pater noſter Summus Pontifex,quem Deus
„ cuſtodiat, & conſervet , fidem noſtram ſci-
„ re , vel audire voluerit , hæc eſt , quæ ſe-
„ quitur.

311 „ Credimus in unum Deum Æter-
„ num , ſummè Sapientem , vivum, omnium
„ bonorum Largitorem , Omnipotentem ;
„ unam ſubſtantiam , & tres Perſonas , Pa-
„ trem, Filium,& Spiritum Sanctum . Unam
„ Deitatem , Patrem generantem , Filium
„ genitum , Spiritum Sanctum procedentem.
„ Unum Dominum , unum adoratum Crea-
„ torem rerum viſibilium , & inviſibilium ;
„ infigurabilem , incorporeum , & inimagi-
„ nabilem ſuper omnem intellectum ; Im-
„ menſum , & incomprehenſibilem propter
„ humani intellectus debilitatem . Quapro-
„ pter ad aliquam fidelium manuductionem
„ dicimus & confitemur , ipſum Patrem ge-
„ nerantem , ſive loquentem , Filium autem
„ genitum , ſive Verbum ; Spiritum autem
„ Sanctum tàm Verbi , quàm loquentis eſſe
„ Spiritum, ſive Vitam ; & propter hoc ſcri-
„ ptum eſt in principio Geneſis: *Dixit Deus,*
„ *faciamus hominem ad imaginem , & ſimilitu-*
„ *dinem noſtram* . Sicut etiam videmus in So-
„ le ipſum corpus ſolare , & radium, ſive lu-
„ cem ab ipſo exeuntem, & calorem ab utro-
„ que manantem ; quæ tria unum Solem di-
„ cimus , & non tres ; ſic & tres Perſonas
„ unum Deum .

312 „ Confitemur etiam , quòd in fi-
„ ne Sæculorum una Perſona de tribus
„ Divinis , illam ſcilicet , quam aſſimilavi-
„ mus radio ſolari , vel verbo Dei , induit
„ perfectam humanitatem de Virgine Maria
„ propter ſalutem hominum, & ut oſtenderet
„ nobis lucem veritatis ; & fuit unita Divi-
„ nitas humanitati, & humanitas Divinitati
„ inſeparabiliter, & ſine fine . Et iſta eſt fides
„ noſtra in Dominum noſtrum Jeſum Chri-
„ ſtum Deum noſtrum , qui eſt completus
„ Deus , & completus homo in una Perſona ,
„ totus apud Patrem , & totus in Matre . Et
„ ab illa hora , qua per Gabrielem Archan-
„ gelum ex parte Dei Virgini Mariæ Annun-
„ ciatio facta de Filio naſcituro , & dictum
„ eſt ei: *Ave gratiâ plenâ, Dominus tecum &c.*
„ ex tunc Divinitas non dimiſit humanita-
„ tem , nec in Cruce , nec in Sepulchro ; ita
„ tamen quòd Divinitas pati non potuit ,
„ nec mori , nec aliquam pœnalitatem ſu-
„ ſtinere .

313 „ Et confitemur nihilominùs , quòd
„ Domina noſtra Virgo Sancta Maria genuit
„ & peperit Deum & Dominum noſtrum Je-
„ ſum Chriſtum , qui eſt homo perfectus , &
„ unitus Deo perfecto , ſicut atteſtatur San-
„ ctum Evangelium , quandò dixit Angelus
„ ad Paſtores : *Annuntio vobis gaudium ma-*
„ *gnum , quia natus eſt vobis hodiè Salvator*
„ *Mundi , qui eſt Chriſtus Dominus Deus in*
„ *Civitate David* . Et nos etiam acceptamus
„ & recipimus fidem, & dicta omnia illorum,
„ quæ ordinata ſunt in Niceno Concilio per
„ Sanctos Patres CCCXVIII. quorum ora-
„ tionibus nos Deus cuſtodiat . Illorum or-
„ dinationem , & dicta nos recipimus , ſicut
„ dicta quatuor Evangeliſtarum , & ſicut or-
„ dinationes Apoſtolorum , & ſicut Epiſtolas
„ Pauli , & elongamur, & ſeparamur ab om-
„ nibus , qui dictis Sanctis Patribus contra-
„ dicunt .

314 „ Profitemur inſuper, Sanctum Ro-
„ manum Summum Pontificem , & Patrem
„ univerſalem omnium fidelium Chriſti ; &
„ confitemur , quòd ipſe eſt ſucceſſor Beati
„ Petri univerſalis Vicarii Jeſu Chriſti ſuper
„ omnes filios Eccleſię ab Oriente uſque in
„ Occidentem , cujus amor & dilectio in no-
„ ſtris cordibus eſt firmata , & nos ſub ejus
„ obedientia ſumus ; & requirimus, & implo-
„ ramus ſuam benedictionem ; & ſumus pa-
„ rati ad omne ejus præceptum ; requirentes
„ humiliter , & implorantes ejus auxilium in
„ neceſſitatibus noſtris & tribulationibus , in
„ quibus longo tempore jam fuimus , & per-
„ manemus ; & ipſe pius Pater nè avertat à
„ nobis faciem ſuam , cùm ſimus omnes fra-
„ tres in Chriſto , & ejus filii per veram Fi-
„ dem catholicam ; & dignetur corda noſtra
„ erigere in gaudium & conſolationem per
„ literas ſuas , mandando nobis , quæ facere
„ debeamus , quæ accepta, & grata ſint Suæ
„ Sanctitati .

315 „ Et inſinuamus Sanctitati veſtræ
„ reverendæ , quòd nos impoſuimus & com-
„ miſimus verbotenus verba aliqua prædicto
fra-

Digitized by Google

„ fratri Jacobo exhibitori præſentium, tam- „ quam fideli, & veraci Nuncio, coràm vo- „ bis proponenda, cui debeatis credere in „ omnibus tanquam nobis: & illa, quæ lo- „ quetur de nobis, vera ſunt, quia nos co- „ gnovimus firmiter in eo veritatem, & fide- „ litatem: Inclinamus cum ſalutatione, & „ oratione Sanctis, & Electis Dominis no- „ ſtris Cardinalibus, & omnibus aliis Præ- „ latis, & Regibus, & Sacerdotibus, & Re- „ ligioſis, & Baronibus, & fidelibus omnibus, „ qui obedientes ſunt fidei Romanæ Eccle- „ ſiæ. Det nobis Deus ſuam benedictionem, „ & Sancti Patris Noſtri Summi Pontificis, „ per merita, & orationes Apoſtolorum Pe- „ tri, & Pauli. Omnes Prælati Orientis, „ qui circa nos ſunt, Archiepiſcopi, & Epi- „ ſcopi, & Sacerdotes, & Religioſi, & alii „ fideles ſupplicant vobis, & ſalutant cum „ orationibus, petunt à vobis orationem, & „ Benedictionem: *Scriptum feria ſecunda in* „ *craſtino Pentecoſtes* XVIII. *die menſis Maii* „ MDCXV. *ab Alexandro Rege in Civitate* „ *Maraga Regno Perſarum*. Hactenus literæ, „ & fidei profeſſio.

316 Haſce tamen literas, licèt Benedicto directas, ad illius manus deveniſſe non videtur probabile propter exiguum ſui Pontificatus tempus. Si namque ſcriptæ ſunt poſt habitam notitiam de electione præfati Pontificis, ſequitur nonniſi poſt plures ab illius electione menſes, attentâ locorum diſtantiâ; unde eadem de cauſa non videtur credibile, ipſum ſuperſtitem inveniſſe. Sede ergo vacante redditas, aut Clemnti V. probabiliùs mihi videtur.

CAPUT VI.

De electione Clementis V. ejuſque promiſſis factis Philippo Francorum Regi; de ejus tractatibus pro expeditione facienda tùm contra Andronicum, cùm pro recuperanda Terra Sancta, ac lata in Andronicum excommunicatione. De jurgiis cum Venetis, & Conſilio Viennenſi, ac geſtis in eo: De confuſione Græcorum Eccleſiæ, & deſtitutione Patriarcharum; de fide dilatata apud Tartaros opera Fratrum Minorum; & de Legatione Vroſii Regis Raſſiæ ad Pontificem, & Pontificis ad Regem.

317 Vitâ functo Benedicto XI., ut præfati ſumus, juſtis ei perſolutis, ac tumulato, Domini Cardinales Conclave ingreſſi in Palatio Pontificio Civitatis Peruſii, tractaturi de ſucceſſoris electione, reperti ſunt in duas ſciſſi factiones, ferèque æquales, quarum una Philippo Regi, Bonifacianis adhærebat altera: illi ſatagebant, ut Pontifex eligeretur præfato Regi gratus, iſtique Bonifacii amicia, & conſanguineis benevolus eſſet. Ex parte Regis præcipui erant Cardinales Ultramontani, & nonnulli alii, quorum caput erat Nicolaus Pratenſis, poſt eum ſequebatur Cardinalis Neapuleon, ſive Neapulio de Urſinis, ſed alii Ciſmontani ex altera parte pro capite agnoſcebant Cardinalem Franciſcum Cajetanum, & Cardinalem Matthæum de Urſinis in ſecundo loco: *Ita ergo diviſis partibus, non inveniebatur in eis lapis angularis, qui utramque parietem conjungeret, unumque faceret ex eiſdem*, ut loquitur S. Antoninus 3. par. titul. 21. cap. 1. in principio; unde factum eſt, ut diù Sancta Romana Eccleſia maneret viduata Paſtore: „ Ingreſſi Domini Cardi- „ nales in Conclave Peruſii, ait *D. Antoni-* „ *nus loco mox citat.* pro electione facienda „ concordari non poterant, quærentes magis „ ſua, quàm quæ Jeſu Chriſti: Erant enim „ diviſi in duas partes quaſi æquales: una „ pars erat Ciſmontana, cujus Capita erant „ D. Matthæus de Urſinis, & Dominus Fran- „ ciſcus de Guaetanis, (*aliàs Cajetanis*) „ qui fuerat Nepos Papæ Bonifacii. Altera „ pars erat Ultramontana, vel adhærentium „ ei, quorum principaliores erant Dominus „ Neapuleon (*ſive Neapulio*) de Urſinis, „ & Dominus Nicolaus Pratenſis. Primi vo- „ ta ſua dirigebant ad aliquem Italicum, & „ faventem amicis, & conſanguineis Boni- „ facii Papæ: Alii tentabant eligere aliquem „ Gallicum, vel amicum Regis Franciæ, qui „ manifeſtam inimicitiam oſtenderat ad Bo- „ nifacium Papam, & excommunicatus fue- „ rat ab eo. Sicque per plures menſes quæ- „ libet partium fixa in propoſito ſuo ad nu- „ merum duarum partium ex eis, prout exi- „ gitur, non poterat perveniri.

318 Hac ſtante utriuſque partis duritie, cunctis in ſuo perſiſtentibus propoſito, fruſtrà ſæpè repetitis votis, tandem Cardinalis Pratenſis, ſagax aliundè, & aſtutus, habito cum Cardinale Cajetano colloquio, medium quoddam propoſuit ad effectum deveniendi ad unam expeditam electionem; ut nimirùm una pars Cardinalium pro ſuo beneplacito tres ex Ultramontanis nominaret in Papam: altera verò pars unum ex tribus nominatis intra dies quadraginta teneretur eligere. Adhæſit propoſitioni Cajetanus, perſuaſitque ſuis, ut conſentirent, eâ conditione, ut ipſi ſeligendos illos nominarent, perſuaſi hac via ſibi benevolum futurum Pontificem, nominando tres, licèt Ultramontanos parùm Regi Franciæ gratos, factioni verò Bonifacianæ addictos: „ Una igitur dierum, *proſequitur* „ *Antoninus*, Cardinalis Pratenſis Dominus „ Nicolaus, vir valdè ſagax, & experientiſ- „ ſimus, ait ſecretò Domino Cardinali de „ Guatariis (*id eſt Cajetanis*) Domino Fran- „ ciſco: *Nos magnum malum facimus, &* Ec-

„ *Eccleſiæ detrimentum*, *unde populi ſcan-*
„ *dalizantur*, *non providendo de Paſtore*.
„ At ille, *per me non ſtat*, inquit tunc Pra-
„ tenſis: *Si bonum medium ad hanc rem ef-*
„ *ficiendam invenirem*, *placeret nè tibi?* Re-
„ ſpondit, *placebit utique*. *Ego*, ait Praten-
„ ſis, *cogitavi hunc modum tenendum*, *ut vi-*
„ *delicet una pars Collegii Cardinalium elige-*
„ *ret tres ex Ultramontanis idoneis ad Papa-*
„ *tum Prælatis*, *prout eis videretur*; *& alte-*
„ *ra pars teneretur intra quadraginta dies*
„ *unum ex illis tribus propoſitis eligere*, *pro-*
„ *ut eis placeret*, *& ille Papa intelligeretur*
„ *canonicè electus & eſſet*. Placuit Domino
„ Franciſco forma prædicta, perſuaſitque ſe-
„ quacibus hunc modum acceptare; ita ta-
„ men quòd ipſi haberent proponere, ſeu
„ nominare illos tres; intendentes tales aſ-
„ ſumere, qui fuiſſent amici olim Bonifacii,
„ & Regi Franciæ parùm affecti; & Praten-
„ ſis partem ſuam induxit ad id efficiendum,
„ intendens & ipſe taliter providere, quòd
„ haberent ſibi propitium, & benevolum,
„ & Regi amicum.

319 „ Factâ igitur conventione, *ſubjun-*
„ *git Antoninus*, & ſolemni ſtipulatione per
„ ſcripturam firmatâ, pars illa, quæ Domi-
„ num Franciſcum ſequebatur, nominavit
„ tres Archiepiſcopos Gallicos eis familia-
„ res, & Regi Franciæ infenſos, inter quos
„ fuit Raymundus (*lege Bertandus*) Burde-
„ galenſis Archiepiſcopus, qui creatus fue-
„ rat Archiepiſcopus à Bonifacio Papa, nec
„ Regis amicus propter offenſas factas ſuis
„ conſanguineis in Vaſconia per Dominum
„ Carolum Valeſianum. Illis igitur tribus
„ nominatis aliâ parte ſecretò ad invicem
„ conferente, perſuaſit Pratenſis ſagax, &
„ induſtrius, ut Raymundum (*ideſt Ber-*
„ *trandum*) Burdegalenſem decernerent pro
„ eligendum, nulli hoc inſinuando; & ante
„ electionem velociſſimè Regi Franciæ per
„ literas intimarent negotium, & quia illum
„ Burdegalenſem „quem procuraret reconci-
„ liandum ſibi, & amicum fieri, ſi ſibi place-
„ ret, Papam facerent: quem cùm noſſent
„ avidum honoris, & gloriæ, ut Vaſconem,
„ & ad omnia flexibilem, ut illa conſeque-
„ retur, ſperabant facilè inducendum ad
„ omnem partem, & amicitiam contrahen-
„ dam cum Rege Franciæ, & illum ad opta-
„ ta exauditurum, ſicut rei poſtmodùm pro-
„ bavit eventus.

320 Miſſi itaque ſunt ad Regem Franciæ Curſores adeò veloces, ut undecim dierum ſpatio Pariſios pervenerunt, & redditis literis, Rex gauiſus eſt gaudio magno: ſtatimque Cardinalium acquieſcens perſuaſionibus, amicabiles literas ſcripſit Burdegalenſi, inſinuans oportere habere ſecum pro re ardua ſecretum colloquium: proindeque, ut intra tres dies accederet ad locum cujuſdam Abbatiæ, ibidemque cum eo tractaturum. Paruit Burdegalenſis, & die conſtituto acceſſit ad locum, ut & Rex modico cum comitatu pariter acceſſerat: Et poſt auditionem Sacri, ſimùl convenerunt, jurantes de ſecreto colloquii ſervando. Rex ergo primùm verbis placabilibus Archiepiſcopum induxit, ut reconciliatum, ſibi haberet Carolum Valeſianum, damnis illatis non obſtantibus; poſtea dixit, ut proſequitur Sanctus Antoninus: *Domine Archiepiſcope*, *ſcias in manibus meis eſſe poſitum te facere poſſe Pontificem Summum*; *oſtendens ei literas ſuper hoc deſtinatas*. *Si igitur vis*, *ut faciam te fieri Summum Antiſtitem*, *volo promittas mihi certas gratias*, *quas poſtulabo*.

321 Lectis literis, obſtupefactus Burdegalenſis, acquiecuit Regi, & omnia ſe conceſſurum promiſit: qua factâ promiſſione, Rex ſubjunxit: „ Iſtæ ſunt gratiæ, quas à
„ te requiro. Prima eſt, ut me perfectè re-
„ concilies Eccleſiæ Sacroſanctæ, relaxando
„ & veniam dando de adjutorio dato in ca-
„ ptura Bonifacii Papæ. Secunda, eſt, ut
„ cenſuras excommunicationis amoveas con-
„ tra me, & meos ſequaces prolatas. Ter-
„ tium eſt, quòd mihi concedas omnes deci-
„ mas Regni per quinquennium, in reparatio-
„ nem expenſarum multarum in bello inito
„ contra Flandrenſes. Quartò, quòd promit-
„ tas mihi caſſare, & ad nihilum reducere
„ memoriam Bonifacii Papæ. Quinta, quòd
„ reſtituas honorem, & dignitatem Cardi-
„ nalitiam Jacobo, & Domino Petro Colum-
„ nenſibus ablatam eis per Bonifacium, &
„ reponas eos in ſtatum priſtinum, cum eis
„ etiam creando aliquos Cardinales amicos
„ meos. Sextam mihi reſervo exprimendam
„ loco, & tempore ſuo arduam, & magnam.
„ At Archiepiſcopus omnia ſervare promiſit
„ cum jurejurando ſuper Venerabile Eucha-
„ riſtiæ Sacramentum: & ad confirmatio-
„ nem prædictorum Archiepiſcopus dedit
„ Regi obſidem germanum ſuum, & duos
„ nepotes. Rex autem contra juravit ſe ope-
„ ram daturum, ut Papa eligeretur: ſicque
„ diſceſſerunt abinvicem amici facti cum ma-
„ gno gaudio, re occultâ aliis, & ſolùm ma-
„ nifeſtatâ reconciliatione factâ, & pace inter
„ Carolum, & Archiepiſcopum: *Hæc An-*
„ *toninus*.

322 His peractis, ſtatim Rex reſcripſit Cardinali Pratenſi, & ſocijs, ut Bertrandum liberè in Papam eligerent, miſſis literis per velocem curſorem, quæ redditæ ſunt trigeſimâ quintâ die à facto prædicto Cardinalium concordato: & communicatis per Cardinalem Pratenſem ſuis ſociis, convenerunt, ut alteri parti intimaretur, ſi vellet ſtare concordato ipſis annuentibus, quinimmò renovantibus, & confirmantibus, proceſſerunt ad electionem: „ Congregatis igitur omnibus
„ Cardinalibus, *concludit Sanct. Antoninus*,
„ Pratenſis priùs propoſitâ auctoritate Sacræ
„ Scripturæ ad materiam congruente, poſt

ora-

Digitized by Google

,, orationem ſuam vice omnium elegit in Pa-
,, pam Dominum Raymundum (*ſcilicet Bertrandum*) Burdegalenſem Archiepiſcopum:
,, ſicque cum gaudio acceptatus fuit ab
,, omnibus, & populo pronunciatus, Deo
,, gratias, & laudes referendo. Ignorabat
,, adhùc pars altera quod geſtum fuiſſet oc-
,, cultè circa Burdegalenſem, factum amicum
,, Regis, quem adhùc inimicum exiſtima-
,, bant. Divulgatione igitur factâ ab extra
,, per Civitatem contendebant familiæ Car-
,, dinalium, & aliorum Magnatum, aſſerentea
,, quemlibet electum ſibi amicum, & bene-
,, volum, *Hæc S. Antoninus*, & eadem om-
,, nia totidem verbis recenſet Joannes Villanus lib. 8. cap. 8. Poſt hæc confectum eſt Electionis Inſtrumentum, ſive Decretum, quod per ſolemnes Oratores remiſerunt ad noviter electum Pontificem: quod quidem Inſtrumentum aliqualiter mutilum exhibet Raynaldus ex Vaticano Regeſto, ad annum Domini MCCCV. ſub num. 6. Integrum verò reperi apud Labæum, tom. XI. Concil. par. 2. pag. 1496. ſic ſe habens.

In Nomine Domini. Amen.

Sanctiſſimo Patri, & Domino, D. Bertrando Archiepiſcopo Burdegalenſi, Divinà providentià in Summum Pontificem electo, Joannes Tuſculanus, Theodoricus Civitatis Papalis, Leonardus Albanenſis, Petrus Sabineſis, Fratres Joannes Portuenſis, Nicolaus Oſtienſis, & Vellitrenſis, Epiſcopi; Joannes Sanctorum Petri, & Marcellini, Frater Robertus Sanctæ Pudentianæ, Gentilis Sancti Martini in Montibus, Galterus, S. Romanæ Eccleſiæ Presbyteri; Matthæus S. Mariæ in Porticu, Neapolio S. Hadriani, Landulphus S. Angeli, Guillelmus S. Nicolai in Carcere Tulliano, Franciſcus S. Luciæ in Silice, Jacobus S. Georgii ad Velumaureum, Franciſcus S. Mariæ in Coſmedin, Richardus S. Euſtachii, & Lucas S. Mariæ in Via Lata, Diaconi Cardinales, Pedum oſcula beatorum.

323 ,, Recordatus eſt Dominus Miſeri-
,, cordiæ ſuæ, & plebem ſuam non deſpexit
,, in finem: quia dùm prolixæ vacationis Ro-
,, manæ, & per conſequens quodammodò
,, univerſalis Eccleſiæ, reſpexiſſet incommo-
,, da, & longa illius ex variis cauſis ſuſpiria
,, cognoviſſet, in tempore accepto exaudivit
,, eam, & in die ſalutis miſerens eſt ejus; ſa-
,, navit quidem, quia commota erat, con-
,, tritiones ipſius: & vidua, per electionem
,, canonicam generoſo Sponſo oblata, Sponſo
,, ſpecioſa facta eſt. Et ſicut crapulatus à vi-
,, no, ac ſomno dormiens, excitata ſurrexit:
,, Et ubi deſperabat magis, ut Lucifer eſt
,, exorta. Unde ſerenus dies illuxit nobis
,, Spiritus Sancti illuſtratus ardore: populis,
,, qui orbati, pene gradiebantur in tenebris,
,, tanquam quoddam Sydus apparuit, quod
,, fulgore proprio, velut Stella matutina co-
,, ruſcans, cunctos fideles irradiat ſuæ lumi-
,, ne claritatis.

324 ,, Dudùm ſiquidem eadem Romana
,, Eccleſia per mortem ſanctæ memoriæ Do-
,, mini Benedicti Papæ XI. Paſtoris ſolatio
,, deſtituta, Nos Theodoricus Civitatis Pa-
,, palis, Leonardus Albanenſis, Petrus Sa-
,, binenſis, Joannes Portuenſis, Nicolaus
,, Oſtienſis, & Vellitrenſis Epiſcopi; Joan-
,, nes Sanctorum Petri, & Marcellini, Frater
,, Robertus S. Pudentianæ, Gentilis S. Mar-
,, tini in Montibus, titulorum, Presbyteri;
,, Neapolio Sancti Hadriani, Landulpus
,, S. Angeli, Guillelmus S. Nicolai in Carce-
,, re Tulliano, Franciſcus S. Luciæ in Silice,
,, Jacobus S. Georgii ad Velum Aureū, Fran-
,, ciſcus Cajetanus S. Mariæ in Coſmedin,
,, & Lucas S. Mariæ in Via Lata Diaconi
,, Cardinales, unà cum Venerabilibus Patri-
,, bus Joanne Tuſculano Epiſcopo, Matthæo
,, S. Mariæ in Porticu, & Richardo S. Eu-
,, ſtachii, Diaconis Cardinalibus, apud Peru-
,, ſium ſumus, pro ſubſtituendo Pontifice,
,, Conclave Palatii, in quo idem Dominus
,, Benedictus mortis ſuæ tempore morabatur,
,, ingreſſi, & tandem dictis Tuſculano Epi-
,, ſcopo, Matthæo, & Riccardo Diaconis
,, Cardinalibus, necnon fratre Galtero San-
,, ctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardina-
,, le, qui abſens, poſtmodùm ſupervenit, &
,, prædictum intravit Conclave, & ex mani-
,, feſtis infirmitatum cauſis, ut apparebat,
,, idem Conclave egreſſis, & tunc extra illud
,, morantibus, cæteris ex nobis, votorum
,, noſtrorum ſcrutatoribus electis per viam
,, Scrutinii electionem de nobis, hac die Sab-
,, bati in Vigilia Pentecoſtes proceſſimus in
,, hunc modum.

325 ,, Quia primò per deputatos Inqui-
,, ſitores ſcrutatorum ipſorum, deinde per
,, ipſos ſcrutatores, ſingulorum noſtrorum
,, votis inquiſitis ſecretò, & mox in communi
,, etiam publicatis, compertum extitit, quòd
,, in univerſo eramus xv. Cardinales in Con-
,, clavi manentes, & qui depoſueramus in
,, ſcrutinio vota noſtra, quòdque Nos Alba-
,, nenſis, Sabinenſis, Portuenſis Epiſcopi,
,, Joannes, frater Robertus Presbyteri, Nea-
,, polio, Landulphus, Guillelmus, Franci-
,, ſcus Cajetanus, Diaconi Cardinales præ-
,, dicti; Vos in eodem ſcrutinio in Summum
,, Pontificem nominaveramus, & elegera-
,, mus. Quo comperto, Nos Theodoricus
,, Civitatis Papalis Epiſcopus, frater Genti-
,, lis Presbyter, Franciſcus, Jacobus, &
,, Lucas Diaconi Cardinales præfati, acceſ-
,, ſimus, juxta morem, ac ſubſequenter de
,, voluntate, & ſpeciali mandato noſtro,
,, Venerabilis frater Franciſcus Cajetanus
,, prædictus, ſuo nomine, & omnium noſtro-
,, rum, forma ſubſcripta Vos elegit, & nomi-
,, navit nihilominus in Romanum Pontificem,
,, & Paſtorem.

In

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

326 „ *Ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis Matris ejus. Ego Franciſcus S.Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis, Venerabilem Patrem Dominum Bertrandum Archiepiſcopum Burdegalenſem nomine meo, & omnium, qui eum in Summum Pontificem elegerunt & nominaverunt, conſenſerunt & acceſſerunt, eligo in Summum Pontificem & Paſtorem.*

327 „ Quam electionem, Cantico Divinæ Laudis præcantato, ſecimus, juxtà morem, Clero & Populo ſolemniter publicari. Pie igitur Pater, electioni hujuſmodi Veſtrum dignemini præbere aſſenſum. In prædictorum autem teſtimonium & irrefragabilem fidem, eam præſentis decreti Scripturam redigi fecimus,& noſtris, necnon dictorum Joannis Epiſcopi Tuſculani, fratris Galteri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri, Matthæi Sanctæ Mariæ in Porticu, & Richardi Sancti Euſtachii Diaconorum Cardinalium, ſigillis, & ſubſcriptionibus communiri. Actum, & datum Peruſii, Anno Domini MCCCV. Indictione III. Nonis Junii.

„ Ego Joannes Tuſculanus Epiſcopus electioni factæ de Venerabili Patre D.Bertrando Burdegalenſi Archiepiſcopo, in Summum Pontificem electo, conſentio, & eam approbo, gratam habeo & acceptam, ipſumque, licèt abſentem, in Summum Pontificem recipio, & recepi, necnon meum ſigillum huic Decreto apponi feci, & ſubſcripſi.

„ Ego Theodoricus Civitatis Papalis Epiſcopus, poſt publicatum ſcrutinium acceſſi, & electionem communem fieri volui de Venerabili Patre Domino Bertrando, Archiepiſcopo Burdegalenſi in Summum Pontificem: & factæ electioni de eodem Archiepiſcopo conſentio & conſenſi, ipſumque, licèt abſentem, in Summum Pontificem recipio & recepi, necnon ſigillum huic decreto apponi feci, & ſubſcripſi.

„ Ego Leonardus Albanenſis Epiſcopus, Venerabilem Patrem Dominum Bertrandum Archiepiſcopum Burdegalenſem, in ſcrutinio nominavi, & elegi in Summum Pontificem, & electioni de eo in Summum Pontificem factæ conſentio & conſenſi, & ipſum D.Bertrandum electum recipio, licèt abſentem, & recipi, huicque decreto meum ſigillum apponi feci, & ſubſcripſi.

„ Ego Joannes Portuenſis Epiſcopus Venerabilem Patrem &c. *ut ſupra*.

„ Ego frater Nicolaus Oſtienſis,& Veletrenſis Epiſcopus, Venerabilem Patrem &c.

„ Ego Joannes tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Prebyter Cardinalis, Venerabilem Patrem &c.

„ Ego frater Robertus tituli Sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis, Venerabilem Patrem &c.

„ Ego frater Gentilis tituli S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis,poſt publicatum ſcrutinium &c. *ut ſupra*.

„ Ego Galterus S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, electioni factæ de Venerabili Patre Domino Bertrando &c. *ut ſupra*.

„ Ego Neapolio Sancti Hadriani Diaconus Cardinalis, Venerabilem Patrem &c. *ut ſupra*.

„ Ego Landulphus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, Venerabilem Patrem &c.

„ Ego Guillelmus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Venerabilem Patrem &c.

Ego Franciſcus S.Luciæ in Silice Diaconus Cardinalis, poſt publicatum Scrutinium &c. *ut ſupra*.

„ Ego Jacobus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis, poſt publicatum ſcrutinium &c. *ut ſupra*.

„ Ego Franciſcus S.Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis, Venerab.Patrem &c. *ut ſupra*.

„ Ego Richardus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis, electioni factæ &c.

„ Ego Lucas Sanctæ Mariæ in Via Lata Cardinalis, poſt publicatum ſcrutinium acceſſi &c. *ut ſupra. Hactenus Inſtrumentum Electionis.*

328 In Exemplari exhibito à Raynaldo mendum irrepſiſſe in Cardinalium numero, ex repetitis eorum nominibus conſtat: Legitur namque in eo, *quòd in univerſo eramus XXV. Cardinales in Conclavi manentes*. At nominatis non reperiuntur adfuiſſe niſi XV. in Conclavi, duos verò extrà in univerſum Cardinales XVII. Nec in præfato Exemplari ab initio omnium Cardinalium nomina ſcripta habentur, & in corpore Decreti nonnulla etiam eorundem Cardinalium nomina ſunt omiſſa, & in aliquibus irrepſit error circa ſuarum Eccleſiarum titulos. Et deniquè trium dumtaxàt Cardinalium appoſita eſt ſubſcriptio, videlicet Joannis Tuſculani, Theodorici Civitatis Papalis, & Leonardi Albanenſis Epiſcoporum, omiſſis aliis, & in eorundem ſubſcriptionibus aliquid addidiſſe recenſet; nam Joannes Tuſculanus addit: *Et ſic ſcribant ſe omnes, qui interfuerunt*. Theodoricus poſt ſuam ſubſcriptionem ſubjungit: *Et ſic omnes, qui acceſſerunt*. Et Leonardus pariter ſubnectit: *Et ſic omnes, qui dederunt voces ſuas in ſcrutinio, ſe ſubſcribant*. Quæ quidèm adjectiones deſiderantur in Exemplari, à nobis ex Labæo recitato. Nec in utroque Exemplari idem ſervatur trium priorum Cardinalium ſubſcribentium ordo; quoniam in no-

noſtro Exemplari, primò ſubſcribit Joannes, ſecundò Theodoricus, & tertio loco Leonardus. At apud Raynaldum in ſecundo loco Leonardi appoſita eſt ſubſcriptio, Theodorici verò in tertio loco. Hæc itaquè, ut conſtet de Exemplariorum differentia, & in quo diſcrimineatur. Cæterùm præfati Domini Cardinales cum Decreto, ſive Electionis Inſtrumento, alias addiderunt literas, deprecatorias ſcilicet, quatenùs Peruſium coronaturus accedere dignaretur, exemplo Clementis IV. & Gregorii X. abſentes pariter creati, qui Romam acceſſerunt, allegantes quoquè neceſſitatem Eccleſię Romanę habendi Paſtorem præſentem, diverſis incommodis ſubjectæ in illius abſentia. Eas literas tùm Raynaldus, tùm Labæus poſt Decretum ſupræcitatum exhibent, in nullo verbo diſcrepantes niſi in Data diei. Sunt autem ſequentes.

Sanctiſſimo Patri, ac Domino, Domino Bertrando Archiepiſcopo Burdegalenſi, Divinà Providentià in Summum Pontificem electo, Miſeratione Divina Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales pedum oſcula beatorum.

329 ,, Recordatus eſt Dominus Miſeri-
,, cordiæ ſuæ (*& cætera, ſicut in ſuperiori de-*
,, *creto uſque ad vocem* (dudùm): Dudùm ſi-
,, quidèm eadem Romana Eccleſia per mor-
,, tem ſanctæ memoriæ Domini Benedicti Pa-
,, pæ XI. Paſtoris ſolatio deſtituta, de vobis
,, (ſicut per electionem, ſeù decretum, quod
,, ſanctiſſimæ Paternitati veſtræ unà cum præ-
,, ſentibus literis per providos & diſcretos
,, viros fratrem Guidonem Abbatem Mona-
,, ſterii Belliloci Cluniacenſis Ordinis, Vir-
,, dunenſis Diœceſis; Magiſtrum Petrum de
,, Montechiello Sacriſtam Eccleſiæ Narbo-
,, nenſis, noſtris communibus, ac Andream
,, de Eugubio Canonicum Carthalenſem,
,, ejuſdem Sedis, in Romana Curia obſequiis
,, inſiſtentes, noſtros ad id ſpeciales tranſ-
,, mittimus Nuncios, liquere poterit) eſt
,, canonicè in Summum Pontificem electio
,, celebrata.

330 ,, Pie igitur Pater, vos ſuppliciter
,, exoramus, ut ad locum prædictæ Sedis, &
,, ad partes terrarum ipſius, exemplo fœlicis
,, recordationis Clementis Papæ IV. & ſanctæ
,, memoriæ Gregorii X. Romanorum Ponti-
,, ficum, præſentia veſtra, ſicut noſter æter-
,, nus Medicus, qui præſens jacentem Mun-
,, dum erexit, & curavit infirmum, Eccleſiæ
,, laboribus conſulatis. Fluctuat itaque Pe-
,, tri navicula, ſagena rumpitur Piſcatoria,
,, pacis ſerenitas in nubilum verſa eſt, & Ec-
,, cleſiæ Romanæ Terras, & nonnullas adja-
,, centes Provincias, vaſtat bellorum cala-
,, mitas, & in eis ſagittæ zizaniam ſeminan-
,, tia ardentibus effectæ complentur, ex qui-
,, bus propriarum rerum, & quod gravius eſt
,, animarum pericula ſubſequuntur.

331 ,, Soldanus inſuper Babylonicus ho-
,, ſtis inſultat, & poſt clades miſerabiliter
,, Chriſti fidelibus illarum partium inflictas,
,, & Urbium Chriſtianorum excidia deteriora
,, minatur, & reſiduum, quod ibi Chriſtiani
,, poſſident, ut ſingularis ferus exterminare
,, ſatagit, & hiatu terribili nititur devorare.
,, Succurrite, pie Pater, & ſauciatorum vul-
,, nera præſentialiter purgate, vino & oleo
,, confovete. Non eſt dubium quippe, quòd
,, in Sede Petri reſidebitis fortior, lucebitis
,, clarior, & in terra ejus vivetis quietior,
,, & remotis Regibus Principibus, atq; popu-
,, lis admirabilior eritis, & ipſorum devotio-
,, nem & obedientiam pleniùs acquiretis. In
,, ſua namque domo eſt unuſquiſque planeta
,, potentior, & in Eccleſia propria quieſcit
,, quis dulciùs. Enſis juxta capulum minùs,
,, ejuſque pars, quæ magis diſtat à capulo
,, plùs incidit, & viſa frequenter ſpernuntur,
,, ſępiùs ac faciliùs adita, vel quęſita vileſcunt.
,, Venite ergò, & quòd noſtris in hac parte
,, votis aſſentiat veſtra benignitas, quam
,, benè, diùque valere cupimus, iterùm ſup-
,, plicamus. Datum Peruſii Anno Domini
,, MCCCV. Indictione III. v. Idus Junii.
,, *Hactenus literæ.* Raynaldus verò notat ſcri-
ptas VI. Idus Junii.

332 Receptis Nuntiis & literis, unà cum electionis Inſtrumento, Beltrandus conſenſit ſuæ electioni, & ſtatim ſe vocare fecit Clementem V. Cardinalium verò poſtulationibus nequaquam annuit, ſed juſſit eos accedere Lugdunum, ut ſuæ intereſſent Coronationi: Id quod ægrè tulère Domini Cardinales: & qui ex Italica factione erant, ſe deluſos agnoverunt. Ita S. Antoninus, loc. cit. inquiens:
,, Subitò acceptavit electionem ipſam, voca-
,, ri ſe faciens Clementem V. Mandavitque
,, Cardinalibus omnibus, ut ſine mora acce-
,, derent Lugdunum Galliæ, ut intereſſent
,, Coronationi ſuæ. Similitèr etiam vocari
,, fecit Regem Franciæ, Regem Angliæ, &
,, Regem Aragoniæ, & alios Principes Ultra-
,, montanos. Ex hac autem vocatione major
,, pars Cardinalium gravamen ſumpſerunt,
,, præcipuè Italicorum, exiſtimantes ſe dece-
,, ptos, cùm crederent ipſum Romam profe-
,, cturum pro ſui Coronatione. Unde & Do-
,, minus Matthæus de Urſinis, qui prior erat
,, Cardinalium, & antiquior, & quaſi invitus
,, Urbem dimittebat, percipiens de dolo ſuę
,, parti illato, dixit Cardinali Pratenſi: *Aſ-*
,, *ſecutus es voluntatem tuam, inducendo Cu-*
,, *riam ultrà Montes; ſed tardè revertetur Cu-*
,, *ria in Italiam. Agnoſco enim conditionem*
,, *Guaſconum. Hac Antoninus.*

333 De hoc Pontifice, ejuſque electione Bernardus in Chronico Romanor. Pontific.

aqud Raynaldum ad hunc annum hæc ſcribit : „ Clemens V. Natione Guaſco, de „ loco, qui Villandrau dicitur, Burdegalen- „ ſis Diœceſis oriundus, & Patre Beraudo „ milite, fuit electus in Papam in Peruſio „ In Vigilia Pentecoſtes, quæ fuit Nonis „ Junii MCCCV. Hic prius vocabatur Ber- „ trandus del Got, ſeù de Gotho. Hic fuit „ primò Epiſcopus Convenarum, factus „ per proviſionem Bonifacii Papæ VIII. An- „ no Domini MCCXCV. fuit Canvenarum „ Epiſcopus Annis V., & exinde tranſtulit „ ipſum idem Bonifacius Papa in Burdega- „ lenſem Archiepiſcopum, paulò ante Na- „ tale Domini MCCXCIX. ubi jam ſede- „ rat Archiepiſcopus annis quaſi ſex : *Hæc ille*. Subjungens, Decretum ſuæ electionis recepiſſe in craſtino Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſecretè : „ Sed palàm, ait, & publicè „ ſequenti die XI. Kal. Auguſti in præſen- „ tia Prælatorum, & Magnatum in Burde- „ galenſi Eccleſia Cathedrali, ubi ſedens in „ Cathedra, vocari Clemens voluit, & ele- „ git, & ex tunc cœpit agere, & ſe gerere „ ſicut Papa. *Et poſt alia*. De Burdegale, „ *inquit*, receſſit ; in fine ſequentis menſis „ Auguſti versùs Lugdunum direxit greſ- „ ſus ſuos, pertranſiens per Agennum, & „ Toloſam, & Montem Peſſulanum : *Agens* „ *poſtea de Clementis coronatione*, *ait* : Fuit „ autem coronatus ſolemniter in Lugduno „ Dominica infra octavam Sancti Martini in „ craſtino Sancti Bricii XVIII. Kal. Decem- „ bris, Litera Dominicali E. tunc curren- „ te : *Hactenus ille*. S. Antoninus tradit conſecratum in ipſo feſto S. Martini, die videlicet XI. Novembris : *Electio autem ejus*, inquit, *facta fuit V. Junii*, *conſecratio verò ejus* XI. *Novembris*, *præſentibus Cardinalibus*, *qui advenerant*, *intereſſente etiam Philippo Rege Franciæ*, *& Domino Carolo Valeſiano*. Itaque ex hactenus deductis concluditur, quòd vacatà Petri Sede per obitum Benedicti IX. menſibus X. electus fuit Clemens V. Anno ſcilicet Domini MCCCV. Alberti Romanorum Regis Anno VII. Andronici Græcorum Imperatoris Anno XXII. Indict. III. die V. Junii, coronatus autem die XI. vel XII. menſis Novemb. ejuſdem Anni.

534 His peractis ſatisfacere cœpit promiſſionibus Philippo Regi factis, ut ait Sanctus Antoninus loc. ſæpe cit. inquiens : „ Papa igitur Clemens, quod Regi promi- „ ſerat, obſervavit. Nam eum Eccleſiæ re- „ conciliavit, ac reſtituit in omni honore, „ & dignitate priſtina. Largitus eſt quoque „ decimas Cleri per quinquennium. Et in „ ſequenti menſe tempore Ordinationum, „ ad requiſitionem Regis creavit duodecim „ Cardinales Guaſconos, & Francigenas „ amicos, & ſervitores Regis, inter quos „ fuerunt Dominus Jacobus de Columna, „ & Dominus Petrus, reſtituens ad omnem „ gratiam eis ablatam à Bonifacio Papa. „ *Hæc ille*. Hanc verò Cardinalium creationem factam XVIII. Kal. Januarii, die videlicet XV. Decembris, notat Bernardus, quorum nomina recenſet, & fuerunt : Petrus de Cappella Epiſcopus Toloſanus, qui poſtea Prænestinus, Berengarius Fredoli Biterrenſis Epiſcopus, qui poſtea Tuſculanus, Arnaldus de Cantalupo electus Epiſcopus Burdegalenſis, frater Thomas Anglicus Magiſter in Theologia, tituli S. Sabinæ, frater Nicolaus de Francavilla Confeſſor Regis Franciæ tituli S. Euſebii, ambo de Ordine Prædicatorum Presbyteri Cardinales ; Stephanus Archidiaconus Brugenſis Cancellarius Regis Franciæ, Guillelmus Arnufati, Arnaldus de Felagrua, Remundus de Got, ſeù de Gotho nepos ejuſdem Papæ, & Petrus Arnaldi, ſive Raynaldi Bearnenſis Abbas Sāctæ Crucis. Iſti ergo præter duos Columnenſes, quibus eandem dignitatem Cardinalitiam reſtituit, fuerunt noviter creati. Et ex eis complures leguntur ſubſcripti in Conſtitutione edita Anno ſecundo ſui Pontificatus, data Pictavis XIII. Kal. Auguſti, in Cauſa Regni Siciliæ. Deinde in gratiam ejuſdem Regis duas Bonifacii VIII. Conſtitutiones revocavit, unam incipientem : *Unam Sanctam* ; alteram incipien. *Clericis Laicos*, in VI. Decretal. inſertā, cujus revocationis meminit Bernardus, inquiens : „ In Kalendis „ Februarii duas Conſtitutiones Bonifacii „ quondàm Papæ, unam, quam direxerat „ Regi Franciæ, in qua ſcribebat eidem, „ ipſum Regem eſſe ſubjectum Romanæ Ec- „ cleſiæ in temporalibus, & ſpiritualibus : „ Aliam verò quæ in ſexto Decretalium, eſt „ inſerta, quæ incipit : *Clericis laicos*, re- „ vocavit, & omnia, quæ ex ipſis conſecuta. *Hæc ille*. Utramque Clementis revocatoriam exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCVI. ſub numero primo. Apud Labæum extat conſtitutio Clementis revocatoria alterius Bonifacii, *Unam Sanctam*, quæ incipit : *Meruit chariſſimi filii*. Juſſit porrò Clemens, eodem inſtante Rege, abradi à Pontificio Regeſto quaſdam Bonifacii literas, ad ipſum Regem directas. Indeque ſententiam finalem promulgavit in cauſa captionis Bonifacii VIII. qua declarat ipſum Regem innocentem, & immunem ab hoc ſcelere, & præter Regis ſententiam, vel mandatum, Nogaretum, & ſocios tale ſcelus perpetraſſe ; quæ omnia legi poſſunt apud Raynaldum : Nos verò omittimus, cùm non ſit præſentis hiſtoriæ ea recenſere. Hoc dumtaxat addo, ſæpe præfatum Regem ſolicitaſſe Clementem, ut memoriam Bonifacii VIII. deleret, quemadmodùm promiſerat, Clementem verò nequaquam annuiſſe. Videatur hac de re Sanctus Antoninus 3. par. titul. 21. cap. 1. §. 2., & Joannes Villanus lib. 8. cap. 91., & fuſiùs apud Raynaldum

ſub

ſub Pontificatu ejuſdem Clementis V.

335. Hic porrò Pontifex inceptum à Benedicto XI. negotium de eripiendo Imperio Conſtantinopolitano, & comparanda expeditione adversùs ſchiſmaticos Græcos, ac ſimùl pro recuperanda Terra Sancta, reaſſumpſit; & tractatu habito cum Carolo Valeſiano, cum quo & Benedictus egerat, cui, propter uxoris ſuæ Catharinæ jura præfatum Imperium deberi videbatur, decreta eſt, eodem Carolo Duce, præfata adversùs Græcos expeditio: ad quem etiam literis ſacra præmia propoſuit, in quibus hæc inter alia leguntur: „ Tibi, & omnibus, qui pro dictæ Terræ Sanctæ ſubſidio ſignum Crucis nullatenùs receperunt, proficiſcentibus tecum in expeditionem hujuſmodi negotii dicti Imperii; Et eis etiam, qui propriis expenſis illùc, juxta eorum facultatem, miſerint idoneos bellatores, vel qui, licèt in aliis expenſis, cùm non poſſint ſuis, in perſonis tamen propriis tecum curaverint proficiſci, illam concedimus tui, & ipſorum veniam peccatorum, quam haberetis, ſi transfretaretis in Terræ Sanctæ ſubſidium prælibatæ. Crucesignatis autem, pro ejuſdem Terræ Sanctæ ſuccurſu præſtando, qui tecum ad recuperandum dictum Imperium in propriis perſonis accedant, vel in expenſis eorum illùc, juxta eorum facultates, bellatores idoneos deſtinaverint, ſimilem ſuorum concedimus veniam peccatorum, ipſos ſi forſitan in hujuſmodi negotio dicti Imperii proſecutione deceſſerint, ab executione voti per eos emiſſi de transfretando in dictę Terrę Sanctæ ſubſidium, eâdem auctoritate abſolvimus, votum eorum prædictum totaliter commutando. Quòd ſi forſan in proſecutione hujuſmodi negotii, vel dicti Imperii non deceſſerint, ad executionem voti eorum, quod pro eiuſdem Terræ Sanctæ emiſerint, nullatenùs teneantur. Negotium itaque prælibatum virtute tuæ magnitudinis aſſume, & aſſumptum tamquàm vir ſtrenuus viriliter proſequaris; nam in iis, & aliis, ubi expedierit, Apoſtolicus tibi non deerit favor: *Hæc ad Carolum Clemens.* Datæ ſunt literæ XVIII. Kal. Februarii, ſecundo ſui Pontificatus Anno. Quo quidem tempore ſolicitavit & Venetos ad hujus belli ſocietatem, utpotè qui juxta olim inita cum Balduino pacta, quoddam in quartam illius partem, & dimidiæ alterius quartæ partis jus haberent, Datis ſuper hoc Duci, & Communi Venetiarum ſequentibus literis, à Raynaldo relatis ad Annum Domini MCCCVI. ſub numero 3.

Clemens Epiſcopus &c. Dilectis Filiis Duci, & Communi Venetiarum.

336 „ Cunctis per Orbem terrarum venit in publicum, quod longè jam dudum Orientalis Eccleſia, damnabili deceptione ſeducta, à Petri ovili, & Eccleſiæ Catholicæ unionem ſe reddidit per jacturam execrabilis ſciſſionis extraneam; circumſepta errorum involucris, pluribuſque pravitatis ſchiſmaticæ falſis dogmatibus involuta: propter quæ felicis recordationis Martinus Papa IV. prædeceſſor noſter, videns ex hoc quaſi univerſale provenire diſpendium, & ex tanto ſchiſmate Religioni fidei orthodoxæ plurimùm derogari, quondàm Michaelem Palæologum, ſchiſmatis prædicti fautorem, ejuſque complices, utpotè ab unitate ejuſdem fidei deviantes, pronunciavit excommunicationis vinculo innodatos, pluribus per eundem prędeceſſorem quæſitis remediis, ut Imperium Conſtantinopolitanum de prædictorum ſchiſmaticorum manibus liberatum ad ovile Chriſti Vicarii, & unionem Catholicorum revocaret.

337 „ Cùm autem Regis æterni proviſio, tantum negotium (utinam per nos humilem ſervum ejus feliciter conſumandum) uſque ad hæc tempora prorogarit, & ad præſens, ſicut firmiter ſperamus, & credimus, tempus venerit, Domino miſerante, proviſum, ut in eiſdem Eccleſiis, quas primitùs unio fidei in Chriſti Charitate conjunxit, per ipſum ſanioris conſilii, præciſis veteris ſciſſuræ radicibus unionis fœdera reformentur, cùm dilectus „ filius magnificus vir Carolus claræ memoriæ Philippi Regis Francorum genitus Comes Andegavenſis, ad quem, ratione Chariſſimæ in Chriſto Filiæ Imperatricis Conſtantinopolitanæ Illuſtris conjugis ſuæ dictum Imperium noſcitur pertinere, ad recuperationem ipſius ſe aſſerit velle ferventer, & potenter intendere, & ad id exponere vires ſuas, multorum ſtipatus Comitum, Baronum, & aliorum nobilium comitiva; ac per hoc ſperemus in eo, qui in occurſum implorantium nomen ejus clementer exurgit, quòd prædicti Imperii recuperatio diutiùs expectata præſtabitur, ac per recuperationem ipſius Terræ Sanctæ negotium, quod non ſine lacrymarum profluvio ad memoriam revocamus, faciliùs, immò felicius peragetur; per id etiam præcidenter hæreſes, ſchiſmata evellentur, gloria ipſius fidei orthodoxæ tantò potentiori virtute vallabitur, quantùm ad laudem Divini nominis tanti Imperii Provincias plurimas complectetur, & Regna feliciori decorabuntur unione; fran-

,, gentur ex hoc Parthorum, ſeù Tartarorum
,, animi, eidem Imperio vicinorum, tre-
,, ment Arabes, & à Chriſtianorum facie,
,, Chriſti fugient inimici; & alia innumera-
,, bilia bona ex iis, fidelibus cunctis eve-
,, nient, & plurima optata ſuccedent.

338 ,, Conſiderantes quoque, quòd di-
,, ctus Comes ad ſic ardui expeditionem ne-
,, gotii, abſque Sedis Apoſtolicæ, & fide-
,, lium prædictorum auxilio, non ſufficit per
,, ſeipſum, quodque, utpotè ejuſdem Ec-
,, cleſiæ Matris veſtræ, dilecti Filii, quos
,, nulla præterivit, vel mutavit adverſitas
,, ergà eam, in ſic agendorum negotiorum
,, arduorũ diſcriminè cõſtitu etis vos Athle-
,, tas Dei, & fortiſſimos bellatores; Uni-
,, verſitatem veſtram rogamus, monemus,
,, & hortamur attentè, obſecrantes per Do-
,, minum Jeſum Chriſtum, quatenùs ob re-
,, verentiam ejuſdem Sanctæ Sedis, & no-
,, ſtram, magnanimitate ſolitâ in prom-
,, ptum auxilium ejuſdem Comitis ſub ve-
,, lamento Divinæ dexteræ conſurgentes,
,, ſic eidem potenter, & viriliter adſiſtatis,
,, quòd dictus Comes veſtrâ, & aliorum
,, fidelium fultus potentiâ, felicem tanti
,, operis exitum, annuente Domino, conſe-
,, quatur &c. *Datum Lugduni* XIX. *Kal. Fe-
bruarii*. Similes quoque literas miſit Januen-
ſibus, ut & ipſi aduersùs Andronicum cum
Carolo antefato arma ſociarent.

339 Eodem pariter tempore vexata à
Sarracenis Armenia, Gregorius Armenorum
Patriarcha, Leo Rex, & frater Joannes,
aliàs Hayton, Leonis Pater, datis ad Cle-
mentem literis ſibi ſubveniri in calamitate
conſtituti poſtularunt, ex quo Pontifex ma-
gis accenſus, incumbuit totus pro ſupradi-
cta expeditione; Eis verò reſcripſit, commi-
ſerans illorum calamitatibus, quibus par
generale paſſagium providere promittit;
ac per particulare etiam ſubſidium ſuccur-
rere ſe promptum oſtendit. Literas Clemen-
tis ex Regeſto Vaticano exhibet Wadingus
ad Annum Domini MCCCVI. ſub num. 26.
& ex eo Raynaldus ad eundem annum ſub
num. 13. quæ ſic ſe habent.

*Venerabili Fratri Gregorio Patriarchę, & Cha-
riſſimo in Chriſto Filio Leoni Regi Arme-
norum Illuſtri, & Nobilibus viris, fratri
Joanni Ordinis Minorum, Gubernatori
Terræ Armenorum dictorum, Uxia-
no, & Almacho Patruis Re-
gis ejuſdem.*

340 ,, Sicut primò per Venerabilem fra-
,, trem noſtrum Conſtantinum Archiepiſco-
,, pum Mamiſtan., & deinde per dilectos fi-
,, lios Magiſtrum Joannem Antiochen. &
,, Colozanum, & Ægidium Nuncios veſtros,
,, accepimus, te chariſſime fili Rex, Re-
,, gnumque tuum graviter inimici Crucis
,, infeſtant, illudque hoſtilibus aggrediun-
,, tur incurſibus, & quod abſit, moliuntur
,, ſuæ ditioni ſubiicere, funeſtis fœdare riti-
,, bus inhiant, nefarii Mahometi Secta in-
,, ficere ſatagunt, & impuris ſuis legibus
,, profanare nituntur; laboribus veſtris com-
,, patimur, in veſtris vobiſcum adverſitati-
,, bus condolemus, in horum auditu terri-
,, bili tinniunt aures, tremunt viſcera, &
,, animus noſter horret, turbatur in turba-
,, tionibus veſtris in filiorum noſtrorum ti-
,, moribus pavoribus, & in exultationibus
,, hoſtium contriſtamur: contra hæc per ge-
,, nerale paſſagium providere cupimus, in-
,, tentio noſtra verſatur, idque futurum,
,, Domino favente, ſperamus. Sed quia hoc
,, dilationem ex aliqua cauſa poſſet forſan
,, recipere ad præſens, de aliquo, in vere au-
,, tem proximo de alio convenienti, & par-
,, ticulari ſubſidio vobis, Regno prædicto,
,, Deo auctore, putavimus ſuccurrendum.
,, Vos igitur confortamini, & eſtote robu-
,, ſti, in bello fortes exiſtite, cum antiquo
,, Serpente viriliter pugnaturi. Datum Bur-
,, degale VI. Nonas Julii: *Hactenus literæ*.
Et quidem pro rebus Syriæ inſtaurandis,
& Regi Armeniæ ferendo ſubſidio, ſolicita-
vit Magiſtros Templariorum, & Hoſpitala-
riorum, quos ad ſe per literas vocavit, con-
ſilium quoque ab eis accepturus, de via fa-
cili, ac modo tenendo in præfata expeditio-
ne: unde in literis eis datis, apud Raynal-
dum ad hunc Annum ſub num. 16. ait.

341 ,, Nos movent non modicum ad
,, prædicta, quamcitiùs commodè poteri-
,, mus exequenda Illuſtriſſimorum Regum
,, Armeniæ atque Cypri, quibus compati-
,, mur toto corde, præſidia poſtulata: pro-
,, pter quod conſiderare compellimur ali-
,, quas certas vias ad ipſum negotium pro-
,, movendum, ſuper quibus tecum, & cum
,, Magiſtro Domus Militiæ Templi, de
,, quorum circumſpectâ probitate, & pro-
,, batâ circumſpectione, ac vulgatâ fide-
,, litate fiduciamus obtinemus; deliberan-
,, dum de fratrum noſtrorum conſilio decre-
,, vimus, & tractandum; preſertim quòd tu,
,, & ipſe de præmiſſis viis, negotiis atque
,, factis, & cunctis circumſtantiis eorum-
,, dem propter locorum vicinitatam, lon-
,, gam experientiam, & meditationem diu-
,, tinam meliùs, quàm cæteri conſulere po-
,, teritis, quid agendum, & quia negotium
,, ipſum principaliter, quàm cæteros poſt
,, nos, & Romanam Eccleſiam vos contin-
,, git. *Et infra*. Mandamus, quòd ad ve-
,, niendum te pares quantò ſecretiùs poteris
,, bono modo, & quòd quantò pauciores
,, poteris tecum adducas, de iis, qui ad pu-
,, gnandum, & reſiſtendum inimicis, ter-
,, ramque illam ſunt habiles gubernandi,
,, cùm citra mare poteris tui Ordinis ſocios
,, invenire, atque ſic providos, ſic proba-
tos,

,, tos, & probos, pro te, & Terræ defenſio-
,, ne, ac gubernatione Vicarium, militeſ-
,, que tui Ordinis, & alios utiles, & neceſſa-
,, rios, pro te in Terra illa dimittas, quòd
,, Terræ illi ex abſentia tua, quæ non longa
,, erit, Domino concedente, nullum poſſit
,, periculum imminere. Aliquos tamen te-
,, cum adducas, qui experientia, diſcretio-
,, ne, ac fidelitate pollentes tecum nos diri-
,, gere valeant in agendis: *Datum Burdega-*
,, *le* VIII. *Idus Junii*.

342 Carbanda inſuper Tartarorum in Perſide Imperator quondàm Caſſani frater, ac in Imperio ſucceſſor, ſpeciales Nuntios deſtinaverat ad Pontificem, pro ſubſidio ferendo, ad effectum recuperandi Syriam, & ſancta loca, ſpondens ſe totis viribus adversùs Sarracenos cum ſuis Tartaris pugnaturum: Terramque olim à Chriſtianis poſſeſſam, recuperatam iiſdem Chriſtianis redditurus, quemadmodùm promiſerat olim ſe facturum Caſſanus. Meminit hujus rei Aytonus Scriptor Armenus, qui, ut alibi ſati ſumus, Hiſtoriam Orientalem, eodem jubente Clemente V. ſcripſit, Nicolao Falconio Interprete, ubi excitans Summum Pontificem ad agendum pro hac expeditione, cap. 55. ait: ,, Ecce nunc tempus acceptabile Chri-
,, ſticolis à Domino demonſtratum, nam
,, Tartari offerunt ſe paratos Chriſtianis da-
,, re ſubſidium, & juvamen toto poſſe contra
,, perfidos Sarracenos, & ob hanc cauſam
,, Rex Tartarorum Carbanda ſpeciales Nun-
,, tios deſtinavit, qui fratris ſui Caſſani ve-
,, ſtigiis inhærendo, offert ſe exponere li-
,, bentiſſimè poſſe ſuum ad ſubverſionem, &
,, totalem deſtructionem inimicorum nomi-
,, nis Jeſu Chriſti. Et tempore quidem iſto
,, cum auxilio Tartarorum Terra Sancta re-
,, cuperari poſſet, & Regnum Ægypti abſ-
,, que magno diſcrimine faciliter ſubjugari.
,, Deceret igitur Chriſtianos dare ſubſidium
,, Terræ Sanctæ, & abſque tarditate: *Hæc*
ille, Nondum enim Carbanda à Fide Chriſti, quam cum baptiſmo receperat, ad Mahometi Sectam tranſierat.

143 Solicitus ergò Clemens pro hac Syriaca expeditione, excitavit & Carolum II. Siciliæ Regem, qui adhùc titulo Regis Hieroſolymitani fruebatur, quatenus ipſe perſonaliter cum copiis ad præfatam ſe accingeret expeditionem, vel unum ſaltem ex filiis mitteret, ſi ipſe non poſſet perſonaliter, prout ipſe ſpopõderat eidem Clementi, dum gratuitò abſolutus, & liberatus fuerat à ſolutione ingentis aurei ſummæ, qua propter non ſolutos cenſus devinctus erat Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Unde Pontifex in literis ad eum miſſis, ab eodem Raynaldo recitatis, ait: ,, Conveniſti, & promiſiſti,
,, quòd quandò paſſagium generale fiet pro
,, recuperatione Terræ Sanctæ, tu in pro-
,, pria ibis perſona, vel unum de filiis tuis
,, mittes: quòd ſi tu, quod abſit, priùs re-
,, bus ſolveris humanis, hæres tuus Regni
,, Siciliæ perſonaliter perget, vel unum de
,, fratribus, aut filiis ſuis in hujuſmodi paſ-
,, ſagium deſtinabit. Et ſive tu perſonaliter
,, vadas, vel filium tuum mittas, ſive dictus
,, hæres tuus vadat, aut fratrem, vel filium
,, ſuum mittat, duces tu, vel ille de prædi-
,, ctis, qui ibit trecentos armatos equites,
,, equos phaleratos habentes; ita quòd ha-
,, beat quilibet eorum tres equos, & eoſdem
,, equites ibi tamdiù tenebis, ſive tenebit
,, hæres tuus præſatus, quamdiù durabit
,, ipſius Paſſagii proſecutio generalis, &
,, poſt etiã Terrâ ipsâ, vel parte ipſius acqui-
,, ſitâ, pro illius cuſtodia, equites ipſos
,, tamdiù tenebis, aut hæres tuus jam dictus
,, tenebit ibidem, quamdiù Eccleſia utile
,, reputabit uſque ad complementum dicto-
,, rum reliquorum debiti ſupradicti. *Et*
,, *infra*.

344 ,, Quod ſi antequàm dictum Paſ-
,, ſagium generale fiet, Tartari acquiſiverint
,, dictam Terram Sanctam, vel partem ipſius
,, de Sarracenorum manibus, & offerant
,, acquiſitam liberè reſtituere Chriſtianis, &
,, Summus Pontifex, vel Romana Eccleſia,
,, ſeù alii Principes Mundi pro recipienda
,, ea, gentem ad ipſum negotium ſufficien-
,, tem, quam idem Summus Pontifex, vel
,, Romana Eccleſia, prout ſibi videbitur, &
,, placuerit, æſtimabit, & arbitrabitur: tunc
,, mittes cum dicta gente, ſeù aliorum Prin-
,, cipum pro recipienda Terra prędicta equi-
,, tes centum, equos ſimiliter phaleratos, &
,, tres equos habentes, & galeas quinque,
,, tenendos ſumptibus tuis, equites ſcilicet
,, continuè, & galeas quatuor menſibus ſin-
,, gulorum annorum, quamdiù gens ſuffi-
,, ciens Eccleſiæ, vel aliorum Principum
,, ibi morabitur, vel Eccleſia Romana hu-
,, juſmodi equites, & galeas utiliter, & ne-
,, ceſſariò providerit ibi eſſe, uſque videli-
,, cet ad ſatisfactionem reliquorum dicto-
,, rum debiti memorati: *Hæc Clemens*.

345 Erat utique in corde Pontificis recuperatio Terræ Sanctæ, ſed urgebat ſimul pro eripiendo de Græcorum ſchiſmaticorum manibus Imperium Conſtantinopolitanum, nihil omittens, ut tantum negotium ad optatum perduceretur effectum, ſapienter cogitans, nec aliâ viâ ad unitatem reduci poſſe ſchiſmaticos, nec faciliori modo ſuccurri poſſe Terræ Sanctæ indigentiis, quinimmò nec omnino tutum eſſe ſub Græcorum dominatu, quin prudenter timeri poſſet, nè cum Chriſtiani nominis dedecore à Sarracenis ſubjugaretur, quod in ſuis literis Benedictus XI. adnotaverat, & repetit Clemens in literis datis ad Religoſam militiam, quæ Crucem acceperat pro expeditione adversùs Andronicum, in quibus propoſitis Indulgentiarum præmiis, ait inde: ,, Profectò ad
ipſum

Digitized by Google

„ ipſum Imperium, de filiorum alienorum
„ eripiendum manibus, ipſe fidei zelus de-
„ bet corda fidelium velut ignis accendere,
„ nam ſi, quod Deus avertat, præfatum Im-
„ perium ad Turcas, Sarracenos, & Infi-
„ deles alios, qui aſſiduè Andronicum præ-
„ fatum impugnant, devenire contingeret,
„ grave diſcrimen, & confuſionem graviſ-
„ ſimam reciperet mater Eccleſia, totaque
„ Religio Chriſtiana. *Hæc ille*. Ipſo itaque
„ cooperante Pontifice, fædus armorum cum
Venetis junxerat Carolus Comes Ande-
gavenſis, & Valeſiorum; & ad ſuſtinendos
illius belli ſumptus, Clemens decimas om-
nes pro ſacro bello Imperatas conceſſit, in
deque commiſit Archiepiſcopo Ravennati,
ac univerſis Epiſcopis Romandiolæ, qua-
tenùs per ſe, vel per alios Crucem prædi-
carent, excitarentque fideles ad eam ca-
peſſendam, propoſitis ex more Indulgentia-
rum præmiis. Extant hac de re Clementis
literæ, quas exhibet Raynaldus ad annum
Domini MCCCVII. ſub numero 6. ſic ſe ha-
bentes.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo
Ravennati, & Univerſis Epiſcopis
Provinciæ Romandiolæ.*

346 „ Plenis in Domino gaudiis exulta-
„ mus, & plenitudinem ſibi gratiarum exol-
„ vimus, quòd dilectum filium nobilem vi-
„ rum Carolum Comitem Andegavenſem,
„ ſecundùm cor noſtrum filium devotionis
„ habentes, ubi pro dilatatione, & augu-
„ mento Catholicæ fidei profundis cogita-
„ tionibus, laborioſiſque vigiliis excitamur,
„ in ipſo ſecurè quieſcimus, velut in alto
„ robuſtoque matris Eccleſiæ membro, &
„ ſtabili firmamento: Ipſe quidem ipſius
„ fidei cultor eximius, pugil Eccleſiæ ſtre-
„ nuus, pacis amator inclytus, & unita-
„ tem memoratæ fidei perſequentium inimi-
„ cus, ſic progenitorum ſuorum geſta reco-
„ lenda proſequitur, & eorum veſtigia gran-
„ dium meritorum ſtudiis Imitatur, quod
„ ad Deum, & Sedem Apoſtolicam devotio-
„ nem filialem manifeſtè oſtenditur habere.
347 „ Scimus enim, quòd ab ejuſdem
„ Comitis primordio juventutis exaltatio-
„ nem Eccleſiæ, & fidei prædictorum, vel
„ ut ejuſdem Eccleſiæ, ejuſque fidelibus tem-
„ poribus opportunis; & in hoc Dei nego-
„ tium agi conſiderans, ferventi animo,
„ brachio potenti, & prompto exercitio
„ nullis parcendo laboribus, propriam, &
„ ſuorum expoſuit perſonas pro defenſione
„ ſupradictæ fidei, & Eccleſiaſticæ liberta-
„ tis. Hujuſmodi namque devotionis præ-
„ claram ſoliditatem in eodem Comite, vel
„ ut in filio benedictionis, & gratiæ non
„ diminuerunt annorum curricula, ſed ex eo
„ potiùs ipſa devotio comprobatur ſuſce-
„ piſſe per lapſum temporis incrementum,
„ quod ad recuperationem inclyti Imperii
„ Conſtantinopolitani ardenter aſpirans, ad
„ id ſe diſponit accingere viriliter, & po-
„ tenter.
348 „ Dum enim intra clauſtra noſtri
„ pectoris ſolicitâ meditatione revolvimus,
„ quòd Imperium ipſum à cultu memoratæ
„ fidei, qui vigere ſolebat in eo ſeparatum
„ attendimus; dum aliud ab olim per quon-
„ dam Michaelem Palæologum, tempore,
„ quo vivebat, & poſt ejus obitum per An-
„ dronicum ejus filium, ipſorumque compli-
„ ces, & fautores ſchiſmaticos, & ab unita-
„ te Chriſtianæ fidei deviantes, elevatis ſu-
„ perbiæ cornibus in divinæ Majeſtatis of-
„ fenſam, Apoſtolicæ Sedis injuriam, &
„ totiùs Chriſtianitatis opprobrium conſpi-
„ cimus damnabiliter occupatum; multo
„ nimirum mœrore complemur, trahimur in
„ amara ſuſpiria, & diris vexamur àngustiis,
„ & ad ſubveniendum ei de remedio, per
„ quod ab ipſorum Dominio, immò potiùs
„ exterminio, Deo propitio, liberari, &
„ ad fidem reduci valeat orthodoxam, vias
„ & modos libenter exquirimus, ac ſolicitè
„ opem & operam adhibemus. Quorum
„ namque Chriſtifidelium poſſent animi non
„ turbari, & quorum corda ex tanto Chri-
„ ſtianitatis opprobrio non moveri? Profe-
„ ctò ad ipſum Imperium de filiorum alieno-
„ rum eripiendum manibus, ipſe fidei zelus
„ debet corda fidelium velut ignis accende-
„ re. Nam ſi, quod Deus avertat, præfatum
„ Imperium ad Turcos, Sarracenos, & in-
„ fideles alios, qui aſſiduè Andronicum præ-
„ fatum impugnant, devenire contingeret,
„ grave diſcrimen, & confuſionem graviſſi-
„ mam reciperet Romana Mater Eccleſia, to-
„ taque Religio Chriſtiana.
349 „ Cùm itaque dictus Comes, ad
„ jus Chariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Ca-
„ tharinæ Imperatricis Conſtantinopolitanæ
„ Illuſtris uxoris ſuæ, ad ejuſdem recupera-
„ tionem Imperii, ut prædicitur, ipſumque
„ reducendum ad cultum fidei memoratæ ſe
„ affirmet potenter velle intendere, & ad id
„ diſponere vires ſuas; multique Barones,
„ nobiles, & potentes, zelo devotionis ac-
„ cenſi ſecum propter hoc, ſicut aſſeritur,
„ ſint proficiſci parati; Nos, qui ad tam ne-
„ ceſſarii, ſalubris, & fęlicis proſecutionem
„ negotii debemus Chriſtianos Principes
„ ſolicitè quærere, & dirigere, diligentiâ
„ exactâ quæſitos, & quibus poſſemus mo-
„ dis inducere, & invitare præmiis, ſubſi-
„ diis, & auxiliis opportunis, cupientes ab
„ intimis, quòd præfatum negotium, quod
„ non modicum Apoſtolicam Sedem, om-
„ neſque Chriſtifideles noſtræ fidei ſæpedi-
„ ctæ contingit, ſalubrem, Deo favente,
„ ſortiatur effectum; & conſiderantes atten-
„ tiùs, quod ad ejuſdem conſummationem
ne-

Digitized by Google

„ negotii, abſque Sedis, & filiorum prædi-
„ ctorum auxilio, ſub quorum fiducia præ-
„ fatum negotium Comes ipſe intendit eſſu-
„ mere, non poteſt ſufficere per ſeipſum;
„ hujuſmodi, & alii pluribus dignis conſi-
„ derationibus ferventer inducti Univerſis
„ Chriſticolis in Regno Siciliæ tam ultrè,
„ quàm citra Pharum, & Romandiolæ, ac
„ Marchiæ Anconitanæ, & Terris, ac diſtri-
„ ctu Venetiarum, & eiſdem Venetis com-
„ muniter, vel diviſim ſubjectis Provin-
„ ciis, ac Terra Venetiarum, & Diœceſis
„ Caſtellanæ, quæ partibus præfati Imperii
„ vicinæ noſcuntur fore, de fratrum no-
„ ſtorum conſilio verbum vivificæ Crucis,
„ deliberavimus proponendum, ac miniſte-
„ rium prædicandi eandem, nec non tra-
„ dendi venerabile ſignum ejus cunctis de
„ Regno, Provinciis, Terris Diſtrictibus,
„ & Diœceſibus ſupredictis devotè petenti-
„ bus vobis, & univerſis Regni Terrerum,
„ Provinciarum, Diſtrictus, & Diœceſie
„ prædictorum Prælatis providimus com-
„ mittendum.

350 „ Quocircà Fraternitati Veſtræ per
„ Apoſtolica ſcripta mendamus; quatenùs
„ per vos, vel per alium, ſeù alios, quos ad
„ hoc idoneos eſſe noveritie, univerſis Chri-
„ ſtifidelibus Ravennæ, & in Provincia
„ Romandiolæ conſtitutis proponatis, juxtà
„ datam à vobis Deo prudentiam, verbum
„ ipſum, & venerabile ſignum Crucie ſtu-
„ deatis illud devotè recipere volentibue
„ clargiri: *Deinde proponit Indulgentiarum*
„ *præmia Crucem aduersùs Schiſmaticos ſu-*
„ *ſcipientibus*. Datum Burdegale ſecundo
„ Idus Martii, Anno Secundo.

351 Ad hoc idem ſacrum contra Schiſ-
maticos bellum excitevit Clemẽs etiam Fri-
dericum Trinacriæ Regem, cui totius Inſulæ
decimas biennio colligendas conceſſit, eâ
etiam conditione, ut ſi non proficiſceretur,
exactæ decimæ antedictæ à Præſulibus col-
lectoribus Comiti Andegavenſi numeraren-
tur, ut ex literis ejuſdem Clementis lib. 2.
Epiſt. 261. apparet. Ad hæc verò, ut fidelea
omnes à Græcorum, & Andronici ſocietete
prorſus divellerentur, fervor in militibus
cruceſignatis, & cruceſignandis magis ec
magis aduersùs Schimaticum Principem ac-
cenderetur, iterùm excommunicetionem la-
tam contra Andronicum, ejuſque in Schiſ-
mate ſeqnaces, renovavit, & publicavit bi-
meſtri circiter poſt ſuperiores datas literas,
ſub ſequenti tenore.

*Clemens Epiſcopus &c. Ad certitudinem præ-
ſentium, & memoriam futurorum.*

352 „ Andronicum Palæologum, qui
„ Grecorum Imperetor ſe nominet, tan-
„ quem eorundem Græcorum antiqueto-
„ rum ſchiſmaticorum, & in antiquato ſchiſ-
„ mate conſtitutorum, & per hoc hæretico-
„ rum, & heresis ipſorum, ac Schiſmatie
„ antiqueti fautorem, de fratrum noſtrorum
„ Conſilio denunciamus excommunicatio-
„ nis ſententiam latam à Canone incurriſſe,
„ ac ipſius fore ſententiæ vinculo innodu-
„ tum. Cæterùm univerſis, & ſingulis Re-
„ gibus, Principibus, & Ducibus, Mar-
„ chionibus, Comitibus, Baronibus, &
„ cæteris omnibus, cujuſcumque ſint præ-
„ eminentiæ, conditionis aut ſtatus; nec
„ non Univerſitatibus Civitatum, Caſtro-
„ rum, & aliorum locorum diſtrictus inhi-
„ bemus, nè cum eodem Andronico Palæo-
„ logo, in huiuſmodi excommunicatione
„ menente, ſocietatem, vel confœderatio-
„ nem aliquam contrahere ſub quovis inge-
„ nio, vel mechinetione præſumant; vel ei
„ alias in iis, pro quibus excommunicetus
„ eſt denuncietus è Nobis, præſtare conſi-
„ lium, auxilium, vel favorem, publicum,
„ vel occultum: & ſi ſecum præſumptum
„ fuerit, omnes ſingulares perſonas contra-
„ rium præſumentee, non obſtente quelibet
„ Indulgentie ſub quacumque forma ver-
„ borum, vel expreſſione ipſis ab Apoſto-
„ lica Sede conceſſa, vel impoſterùm con-
„ cedenda, quem qnoad hoc viribus volu-
„ mus omninò carere, ſententiam excom-
„ municetionis, quam ex nunc, in ipſos
„ ferimus, incurrere volumus ipſo facto.
„ Terres autem ipſorum, nec non, & uni-
„ verſitates prædictas, quæ ſecus attentare
„ præſumpſerint, prout expedire videbimus,
„ Eccleſiaſtico ſubjacere curabimus interdi-
„ cto; ad privationem omnium bonorum,
„ quæ à quibuslibet tenent Eccleſiis, & ad
„ pœnes alias ſpirituales, & temporeles,
„ prout utile putabimus, proceſſuri. Et
„ nihilominùs ſocietatem, & confœdera-
„ tionem ipſes, etiamſi pœnerum, & jura-
„ menti adjectione, vel quacumque fuerint
„ aliâ firmitate valletæ, decernimus irrites,
„ & inenes. Datum Pictavii III. Nonas
„ Junii Anno ſecundo.

353 Hujuſmodi verò piis Pontificis co-
natibus dilata eſt executio, nam interea Ve-
neti occupatâ Ferrariâ, Pontificia indigna-
tionem in ſe conciterunt, qui licèt moniti,
non reſipiſcentes, primò excommunicati,
indeque Pontificiis armis debellati; Memi-
nit rerum geſtarum S. Antoninus 3. par. ti-
tul. 21. cap. 2. in principio, inquiens: „ Eo-
„ dem Anno MCCCVIII. de menſe Januarii
„ Veneti bello Navali procedentes contra
„ Civitatem Ferrarienſem: quæ eſt de Juriſ-
„ dictione Eccleſiæ Romanæ, eam ſibi uſur-
„ parunt, ejecto Domino Franciſco de Eſti,
„ qui pro Eccleſie, illam, ut Vicerius reti-
„ nebet. Et propter hoc Veneti ipſi fuerunt
„ excommunicati à Papa Clemente: & alii
„ graves proceſſus fuerunt contra eos fulmi-
„ nati. Conceſſaque fuit magna Indulgen-

tia

„ tia per duos Legatos in Lombardiam de„ ſtinatos: pro recuperatione ejus pergen„ tibus in bellum in adjutorium Eccleſiæ. „ Demùm adjutorio Bononienſium, & alio„ rum de Lombardia Ferrariam recupera„ verunt in ſuam, qui pro Eccleſia arant ex„ cepto Caſtro, ſeù Fortalitio, quod dicitur „ Thealdum valdè munitum, & forte, quod „ Venetis remanſit. Eodemque menſe Vene„ ti per Copias Eccleſiæ fuerunt profligati, „ & devicti, juxtà Francolinum. *Hæc S. Antoninus*. Jordanus verò hæc acccidiſſe tradit Anno MCCCIX. ſub quo ait: *Clemens V. magnum proceſſum fecit contrà Venetos, quia Ferrariam Urbem Eccleſiæ indebitè occupaverant*. Calviſius quoque ex Polono fatetur, eodem Anno MCCCIX. hæc accidiſſe, inquiens ſub eo anno: *Clemens Papa diris devovet Venetos in die Cœnæ Dominicæ, quòd quædam ad Ferrariam pertinentia occupaſſent, mittitque Exercitum, Duce Arnoldo Cardinali, ad ea recuperanda, qui pugnâ initâ, Venetos vincit menſe Auguſti*. Itaque occupatam exiſtimandum Anno MCCCVIII. ut ait Antoninus, recuperatam verò à Pontificiis anno ſequenti, ut ſcribunt alii.

354 De miſſione Legati ad debellandos Venetos Ferrariæ uſurpatores, Bernardus ſæpè citatus in Chronic. Romanor. Pontificum hæc ſcribit: „ Fuit miſſus Legatus à „ Latere Papæ Dominus Arnaldus de Pela„ grua Diaconus Cardinalis, In Italiam fe„ ſtinavit, & ſubſecuta eſt hominum magna „ ſtrages; fuitque capta, & recuperata Fer„ raria per Legatum in ſequenti menſe Au„ guſti, in feſto S. Auguſtini, non ſine mul„ to effuſo ſanguine Ferrarienſium, & Vene„ torum in prælio, juxtà Padum. Fertur au„ tem numerus occiſorum hominum unâ „ die ſex millia, exceptis mortibus plurimo„ rum, quæ præceſſerunt, & poſtmodùm ibi„ dem, & alibi ſunt ſecutæ. *Hactenus Bernardus*.

355 Cauſa igitur Templariorum Equitum, quæ tunc agebatur apud Pontificem, qui de hæreſi, & enormibus delictis fuerant infamati & accuſati, etiam diſtulit præfatam expeditionem, licèt tamen ſub Fulcone Villareto Magiſtro Equitum Templariorum, particularis quædam Cruceſignatorum facta fuerit expeditio, de qua Bernardus ſub Anno MCCCIX. ita ſcribit: „ Menſe Septem„ bris tranſfretat Epiſcopus Ruthenenſis Le„ gatus in Terram Sanctam ad partes tranſ„ marinas cum Magno Magiſtro Hoſpitala„ riorum, & alia multitudine hominum co„ pioſa, pro quodam præparatorio ad futu„ rum paſſagium generale, conceſsâ à Papa, „ tranſeuntibus plenâ Indulgentiâ peccato„ rum. Sed ventis in Mare contrariis, per „ ſequentem hyemem cum multo perſonarum „ & rerum incommodo & jactura fuit navi„ gatio impedita; & pervenientes apud Brun„ duſium, multo tempore in illâ vicinia ſub„ ſtiterunt, vernum tempus ad navigandum „ proſperum expectantes: *Hæc ille*. In qua expeditione captam Inſulam Rhodi, ipſamque Civitatem, ſubdit ſuo loco, inquiens: „ Anno MCCCX. in feſto Aſſumptionis Bea„ tæ Mariæ Virginis Exercitus Chriſtiano„ rum cum Hoſpitalariis obtinuerunt Civi„ tatem Rhodi, quæ erat Caput, & Metro„ polis totius Regionis, & Inſularum vici„ narum. Ex tunc Inſula Rhodi, & aliæ In„ ſulæ circumvicinæ redactæ ſunt ſub domi„ nio, & poteſtate Chriſtianorum, Turcis „ penitùs ſubjugatis. *Hactenus Bernardus*. Scribit alter Bernardus Juſtinianus in ſua Ordinum Militarium Hiſtoria par. 1. cap. 21. agens de Hoſpitalariorum Ordine ſub 24. Magiſtro, & Anno MCCCIX. in præfata expeditione Carolum Secundum Regem Neapolis, & Januenſes auxiliares miſiſſe galeas, Clementem verò Papam nonaginta millia Florenorum ſolviſſe. Numerat inſuper adjacentes ſubjugatas Inſulas, aitque fuiſſe, Inſulam Niſſari; alteram Epiſcopiæ, Calchi, Limoniæ, Simiæ, Tili, & Sancti Nicolai nuncupatas.

356 Porrò generale paſſagium, & expeditio adversùs Andronicum, dilata inſuper fuit occaſione Generalis Concilii Viennæ in Gallia ab eodem Clemente indicti, quod poſteà celebratum fuit Anno MCCCXI. inceptum menſe Octobris, & celebratâ Seſſione prima, die XIV. Octobris, licèt alii putent inchoatum in ipſis Kalendis Octobris, perduravitque uſque ad menſem Maii Anni ſequentis, quamvis Trithemius per biennium continuatum afferat; cui interfuerunt Epiſcopi pluſquàm trecenti, præter inferiores Prælatos: Cauſam hoc congregandi Concilium ſubminiſtrarunt Templarii Æquites, de multis ſacrilegis ſceleribus infamati, & accuſati, ut ſupra tetigimus; Et quoniàm Templariorum Ordo per univerſum Orbem propagatus erat, viſum eſt, ut eorum Cauſa in plenaria & univerſali Synodo abſolveretur; ſicut & nonnullæ aliæ eâ tempeſtate enaſcentes hæreſes fomitem eidem celebrandæ Synodi dederunt.

357 Ut porrò aliqua ſummatim eorum, quæ geſta ſunt in hac generali Synodo recitem, primùm ventilata eſt Templariorum Cauſa, ac repertum ex variis proceſſibus diverſis in locis confectis, examinatis etiam in Provincialibus Synodis, non ſolùm teſtimonio fide dignorum, verùm & complurium eorum confeſſione, Ordinem præfatum de hæreſi, ac variis erroribus fuiſſe infectum, Æquites verò enormia complura, & contrà Fidem, & contra Divina, Eccleſiaſtica, immò naturalia præcepta perpetraſſe; undè Synodali Decreto præfatus Ordo omninò deletus, & abolitus eſt. Bona verò Templariorum, redditus & poſſeſſiones conceſ-

ſæ ſunt Ordini Equiti Hoſptalariorum.

358 Examinata inde fuit doctrina Petri Joannis, Diſcipuli Abbatis Joachimi, qui aſſerebat, ſeù potiùs negabat animam rationalem, qua rationalis eſt, formam eſſe humani corporis, gratias quoquè & virtutes in Baptiſmo infundi pariter negabat; aſſerebatque, Chriſtum vivum non mortuum lanceâ perſoratum: Quæ pariter doctrina damnata eſt, definitumque, animam rationalem formam eſſe humani corporis: in baptiſmo ſupernaturales habitus Fidei, Spei, & Charitatis infundi; Chriſtum verò, nonniſi mortuum lanceâ perforatum.

359 Damnati inſuper ſunt quidam Fraticellorum, & Dulciniſtarum; necnon Beguardorum, & Beguinarum errores, quos ad octo Capita reducit *S.Antoninus* 3. *part.* *tit.21. cap.* 3. §.2. videlicèt, primus, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddatur penitùs impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valeat; nam ſi quis ſemper poſſet proficere, inquiebant, poſſet aliquis Chriſto perfectior inveniri.

360 Secundus, quòd jejunare hominem non oportet, nec orare, poſtquàm gradum perfectionis hujus fuerit aſſecutus; quia tunc ſenſualitas ità eſt perfectè ſpiritui, & rationi ſubjecta, quòd homo poteſt liberè concedere corpori quidquid placet.

361 Tertius, quòd illi, qui ſunt in illo gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubjectæ obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ obligantur, quia, prout dicebant: Ubi ſpiritus Domini, ibi libertas.

362 Quartus, quòd homo ità poteſt finalem Beatitudinem ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in Vita beata obtinebit.

363 Quintus, quòd quælibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata; quòdque anima non indiget lumine gloriæ ipſam elevante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

364 Sextus, hominem in virtutum actibus ſe exercere, eſſe hominis imperfecti, quia anima perfecti licentiat à ſe virtutes.

365 Septimus, quòd mulieris oſculum, cùm ad hoc non inclinet natura, eſt mortale peccatum: actus autem carnalis, cùm ad hoc inclinet natura, non eſt peccatum, maximè cùm tentatur exercens.

366 Octavus, quòd in elevatione Corporis Chriſti non debet talis exurgere, aut ei reverentiam exhibere. Aſſerebant enim, quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantùm deſcenderent, quòd circa Sacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent.

367 Cæterùm, ut habetur in Clementina 1. de ſumma Trinitate, & fide Catholica edita in præfato Concilio, expreſsè damnantur errores Petri Joannis, §. namque porrò definitur:
,, Porrò doctrinam omnem, ſeù poſitionem
,, temerè aſſerentem, aut vertentem in du-
,, bium, quòd ſubſtantia animæ rationalis,
,, ſeù intellectivæ, verè, ac per ſe humani cor-
,, poris non ſit forma, velut erroneam, ac ve-
,, ritati catholicæ inimicam fidei, prædicto
,, ſacro approbante Concilio, reprobamus:
,, definientes, ut cunctis nota ſit fidei ſinceræ
,, veritas, ac præcludatur univerſis erroribus
,, aditus, nè ſubintrent, quòd quiſquis dein-
,, ceps aſſerere, defendere, ſeù pertinaciter
,, præſumpſerit, quòd anima rationalis non
,, ſit forma corporis humani per ſe, & eſſenti-
,, aliter, tanquam hæreticus ſit cenſendus.

368 Deinde de virtutibus per Baptiſmum infuſis contra doctrinam ejuſdem Petri Joan-
,, nis, ſic definiendo ſubjungit: ,, Verùm quia
,, quantum ad effectum Baptiſmi in parvulis,
,, reperiuntur Doctores quidam Theologi,
,, opiniones contrarias habuiſſe: Quibuſdam
,, ex ipſis dicentibus, per virtutem Baptiſmi
,, parvulis quidèm culpam remitti, ſed gra-
,, tiam non conferri: Aliis è contra aſſerenti-
,, bus, quòd culpa eiſdem in Baptiſmo remit-
,, titur, & virtutes, ac informans gratia
,, infunduntur quo ad habitum, etſi non pro
,, illo tempore quo ad uſum. Nos autem at-
,, tendentes generalem efficaciam mortis
,, Chriſti, quæ per Baptiſma applicatur pa-
,, riter omnibus baptizatis, opinionem ſecun-
,, dam, quæ dicit tam parvulis, quàm adultis
,, conferri in Baptiſmo informantem gratiam
,, & virtutes, tanquàm probabiliorem, &
,, dictis Sanctorum, ac Doctorum moderno-
,, rum, Theologiæ magis conſonam, & con-
,, cordem, ſacro approbante Concilio, duxi-
,, mus eligendam.

369 Contra porrò alterum Petri Joannis errorem aſſerentis, Chriſtum adhùc viventem lanceâ perforatum; item & addentis, quòd cùm Evangeliſta aliter narret, perturbatè ab eo eſſe narratum, in eadem Clementina poſt initium, ait Clemens: ,, Et quod in hac
,, aſſumpta natura, ipſum Dei Verbum, pro
,, omnium operanda ſalute, non ſolùm affigi
,, Cruci, & in ea mori voluit, ſed etiam emiſ-
,, ſo jam ſpiritu, perforari lancea ſuſtinuit la-
,, tus ejus, ut exinde profluentibus undis
,, aquæ & ſanguinis, formaretur unica & im-
,, maculata, ac Virgo Sancta Mater Eccleſia
,, conjux Chriſti, ſicut de latere primi homi-
,, nis ſoporati, Eva ſibi conjugium eſt forma-
,, ta: ut ſic certæ figuræ primi & veteris Adæ,
,, qui ſecundùm Apoſtolum eſt forma futuri,
,, in noſtro noviſſimo Adam, ideſt, Chriſto,
,, veritas reſponderet. Hæc eſt, inquam, veri-
,, tas illius prægrandis aquilæ vallata teſtimo-
,, nio, quam Propheta dicit Ezechiel anima-
,, libus cæteris Evangelicis tranſvolantem,
,, Beati Joannis videlicet Apoſtoli & Evan-

„ geliſtæ, qui Sacramenti hujus rem geſtam
„ narrans, & ordinem in Evangelio ſuo, dixit:
„ *Ad Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt*
„ *eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura,*
„ *ſed unus militum lanceâ latus ejus aperuit,*
„ *& continuò exivit ſanguis & aqua: & qui*
„ *vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt*
„ *teſtimonium ejus: & ille ſcit, quia vera dicit,*
„ *ut & vos credatis*. Nos igitur ad tam præ-
„ clarum teſtimonium, ac Sanctorum Patrum
„ & Doctorum communem ſententiam Apo-
„ ſtolicæ conſiderationis, ad quam dumtaxat
„ hæc declarare pertinet, aciem convertentes,
„ ſacro approbante Concilio, declaramus
„ prædictum Apoſtolum, & Evangeliſtam
„ Joannem, rectum in præmiſſis factæ rei or-
„ dinem tenuiſſe, narrandò, quòd Chriſto
„ jam mortuo unus militum lanceâ latus ejus
„ aperuit.

370 Errores verò Beguardorum, & Be-
guinarum damnati pariter fuerunt cum au-
ctoribus, & ipſa ſecta in prædicto Concilio,
ut habetur in Clementina, *Multorum*, lib. 5.
titul. 3. de hæreticis, cap. *Ad noſtram*, ubi
per ordinem recenſitis ſuprarelatis erroribus,
definiendo ait Clemens: „ Cùm autem ex de-
„ bito cõmiſſi nobis officii, hujuſmodi ſectam
„ deteſtabilẽ, & præmiſſos ipſius execrandos
„ errores, nè propagentur ulteriùs, & per
„ eos corda fidelium damnabiliter corrum-
„ pantur, extirpare ab Eccleſia Catholica ne-
„ ceſſariò habeamus: Nos, ſacro approbante
„ Concilio, ſectam ipſam cum præmiſſis erro-
„ ribus damnamus, & reprobamus omninò,
„ inhibentes diſtrictiùs, nè qui ipſos de cœte-
„ ro teneat, approbet, vel defendat: eos autem
„ qui ſecus egerint animaduerſione canonicâ
„ decernimus puniendos. Porrò Diœceſani,
„ & illarum partium Inquiſitores hæreticæ
„ pravitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ
„ hujuſmodi commorantur, ſuum officium
„ circa eos diligenter exerceant, inquirentes
„ de vita, & converſatione ipſorum, quali-
„ tervè ſentiant de Articulis Fidei, & Eccle-
„ ſię Sacramentis: In illos verò, quos culpa-
„ biles repererint, niſi abjuratis ſpontè præ-
„ dictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactio-
„ nem exhibuerint competentem, debitam
„ exerceant ultionem.

371 At & contra Templarios lata eſt con-
ſtitutio, quæ incipit: *Ad providam*, quæ ha-
betur in actis hujus Concilii, ac inſerta quo-
que in Bullario Romano inter Clementis V.
Conſtitutiones. In ea namque definiendo di-
citur: „ Dudùm ſiquidèm ordinem domus
„ militiæ Templi Hieroſolymitani, propter
„ Magiſtrum & Fratres, cæteraſque perſonas
„ dicti Ordinis in quibuslibet Mundi par-
„ tibus conſiſtentes, variis & diverſis non
„ tam nefandis, quàm infandis, proh dolor!
„ errorum & ſcelerum obſcœnitatibus, pra-
„ vitatibus, maculis, & labe reſperſos, quæ
„ propter triſtem & ſpurcidam eorum memo-
„ riam, præſentibus ſubticemus, ejuſque Or-
„ dinis ſtatum, habitum atque nomen, non
„ ſine cordis amaritudine & dolore, ſacro
„ approbante Concilio, non per modum diffi-
„ nitivæ ſententiæ, cùm eam ſuper hoc ſecun-
„ dùm inquiſitiones, & proceſſus ſuper his
„ habitos, non poſſemus ferre de jure, ſed
„ per viam proviſionis, ſeù ordinationis
„ Apoſtolicæ, irrefragabili & perpetuò vali-
„ tura ſuſtulimus ſanctione, ipſum prohibi-
„ tioni perpetuæ ſupponentes: diſtrictiùs in-
„ hibendo, nè quis dictum Ordinem de cæ-
„ tero intrare, vel ejus habitum ſuſcipere, vel
„ portare, aut pro Templario ſe gerere præ-
„ ſumeret: quòd ſi quis contra faceret,
„ excommunicationis incurret ſententiam
„ ipſo facto: Univerſa etiam bona Ordinis
„ prælibati diſpoſitioni auctoritate Apoſtoli-
„ câ duximus reſervanda.

372 Alius inſuper error verſabatur eâ
tempeſtate in materia uſuræ, adeout Com-
munitates locorum quorumdam, & univerſi-
tates uſuras probarent, exigique liberè per-
mitterent, aſſerentes uſuram non eſſe pecca-
tum, contra quos edita eſt in eodem Concilio
Clementina, *Ex gravi*, lib. 5. tutul. 5. de uſu-
ris, ubi inter alia poſt uſurarum prohibitio-
nem definitur: „ Si quis in illum errorem in-
„ ciderit, ut pertinaciter affirmare præſumat,
„ exercere uſuras non eſſe peccatum, decer-
„ nimus, eum velut hæreticum puniendum,
„ locorum nihilominùs Ordinariis, & hæreti-
„ cæ pravitatis Inquiſitoribus diſtrictiùs in-
„ jugentes, ut contra eos, quos de errore
„ hujuſmodi diffamatos invenerint, aut
„ ſuſpectos, tamquam contra diffamatos, vel
„ ſuſpectos de hæreſi procedere non omit-
„ tant. *Hæc ibi*. Plura alia ſancita leguntur
in præfato Concilio ad diſciplinam Eccleſia-
ſticam, & morum reformationem, quæ legi
poſſunt in libris Clementinarum. Expoſita
quoque fuit Regula Fratrum Minorum, ubi
multa dubia declarantur, ut in Clementina,
*Exivi de Paradiſo, lib. 5. titul. 11. de Verbo-
rum ſignificatione.* Adſcriptum in eodem Con-
cilio in Catalogo Sanctorum Sanctum Ludo-
vicum filium Caroli Secundi Siciliæ Regis,
& fratrem Regis Roberti, ex Minorita Epi-
ſcopum Tholoſanum, ſcribit S. Antoninus;
Cœleſtinum inſuper Papam V. ſub nomine
Petri Confeſſoris, pariter in prædicta gene-
rali Synodo inter Sanctos relatos, ait Joannes
Marius Belga, lib. 1. de ſchiſmate, & Concilio.
Verùm S. Ludovicum canonizatum à Joan-
ne XXII. tradit Ptolomęus Lucenſis, inquiens:
„ Eodem Anno (ſcilicet MCCCXVII. ca-
„ nonizavit Lodovicum fratrem Ordinis Mi-
„ norum, Epiſcopum Thoſolanum, qui ejus
„ fuit Magiſter, ex continua converſatione
„ cum eo de ipſius ſanctitate certior, puta, qui
„ ejus geſta & acta, vir ſubtilis indaginis, &
„ oculis vidit, & experientiæ manibus con-
„ trectavit. *Hæc ille*. Et patet ex Bulla Ca-
no-

Digitized by Google

nonizationis ab eodem Joanne promulgata, quæ incipit: *Sol oriens in Mundo*, data Avenione VII. Idus Aprilis, ſui Pontificatus Anno primo; Petrum verò à Murrone, puta Cæleſtinum V. in Sanctorum numero adſcriptum à Clemente V. abſoluto jam Concilio Viennenſi, in Civitate Avenionenſi, Anno MCCCXIII. die v. menſis Maii, auctor eſt Bernardus, qui ait:
„ Anno Domini MCCCXIII. v. die
„ Maii in ſabbato, apud Avenionem, ubi
„ tunc Curia reſidebat, fuit frater Petrus de
„ Murrone, quondàm Cæleſtinus Papa V.
„ canonizatus, ſub nomine S.Petri Confeſ-
„ ſoris, Sanctorum Confeſſorum Cathalogo
„ annotatus per Clementem Papam V. Pon-
„ tificatus ſui Anno VIII. à tranſitu verò
„ præfati S.Petri, Anno XVII. *Hæc Bernardus*. Id quod confirmat Bulla ſuæ canonizationis, quæ incipit: *Qui fecit magna*.

373 Tribus Seſſionibus hanc Synodum abſolutam, ex quodam m.ſ. Vaticano aſſerit Raynaldus, & poſt eum Labæus, in quo notatur, primam Seſſionem celebratam Anno Domini MCCCXI. menſe Octobris, die XVI. ejuſdem, Sabbato ante feſtum Beati Lucæ; Alteram verò menſe Aprilis, die III. ejuſdem mutato Anno, Dñi ſcilicet MCCCXII. Tertiam verò menſe Maii ejuſdem Anni, Pridie Nonas prædicti menſis in feſto S.Joannis ante Portam Latinam, Sabbato infra Octavam Aſcenſionis Domini. Sed & in una ex præfatis Seſſionibus actum eſt de expeditione facienda in Terram Sanctam, & adversùs ſchiſmaticos Græcos, & notat hoc Krantius Saxon lib.9. cap.3. ubi ſummatim ait:
„ Annus erat decimus poſt Mille trecentos, cùm
„ Clemens V. Pontifex Romanus Concilium
„ apud Viennam Narbonenſis Galliæ Ur-
„ bem celebravit, in quo ad alterius anni
„ medietatem protracto, Templariorum om-
„ ninò nomen extinxit, deque ſubveniendo
„ Hieroſolymæ multa in ea verba jactata
„ ſunt, quæ in irritum cecidere. *Hæc ille*.
Auctor præfationis, ſivè Hiſtoriæ hujus Concilii apud Labæum, tradit in dicto Concilio pro expeditione in Terram Sanctam idem decretum eſſe, quod in aliis præcedentibus Conciliis generalibus: *De Terra Sancta verò recuperatione*, ait, *eadem ferè decrevit, quæ priores Pontifices in generalibus Conciliis anteà conſtituerant*. Decretæque fuerunt & Decimæ ſexennales ex omnibus Eccleſiaſticis vectigalibus in ſacri belli ſumptus redigendæ, ut notat Raynaldus ad Ann.Dñi MCCCXII. ſub num.22. ubi & literas Clementis exhibet, quibus tradit, decretam in Concilio generali præfatam expeditionem, ad quam multos Principes paratos eſſe denunciat; quæ quidèm literæ ſunt tenoris ſequentis.

Clemens Epiſcopus &c. ad perpetuam rei memoriam.

374 „ In Concilio Viennenſi, eodem ap-
„ probante Concilio, in ipſius Terræ (quæ
„ peculiaris præclara noſtri Salvatoris hære-
„ ditas eſt, in qua Cœli Regem Virgo puer-
„ pera genuit, quam etiam Redemptoris no-
„ ſtri pretioſiſſimus cruor pro humani gene-
„ ris redemptione perfudit, in qua poni me-
„ ruit Sepulchri Dominici fundamentum, &
„ quam reſurgens Chriſtus à mortuis Reſur-
„ rectionis gloria multipliciter illuſtravit)
„ ſuccurſum per generale paſſagium duxi-
„ mus ordinandum; ad quod, cum noſtris
„ operante illo, cujus negotium agebatur,
„ qui animos Regum, & Principum, prout
„ & quandò vult, devotionis igne ſuccendit
„ ad ſalubrium exercitium actionum) cha-
„ riſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum
„ Philippi Francorum, Eduardi Angliæ, Lu-
„ dovici Navarræ Regum Illuſtrium, & dicti
„ Regis Franciæ, & aliorum filiorum, & fra-
„ trum concurrentibus votis & animis, ipſi
„ & quamplures alii Duces, Comites, &
„ Barones Nobiles, & Potentes, ad vendican-
„ das noſtri Redemptoris injurias, ad libe-
„ randam Terram Sanctam de Agarenorum
„ manibus, quæ, peccatis exigentibus, nunc
„ eorundem pollutis pedibus conculcatur;
„ nec non pro ſuorum remiſſione peccatorum,
„ ſe tranſituros in dictæ Terræ ſubſidium in
„ eodem paſſagio per votum aſſumptæ Cru-
„ cis ſpecialiter obligarunt &c. *Hactenùs literæ, ſed mutilæ*.

375 Cæterùm nonniſi Anno ſequenti MCCCXIII. Crucem ſumpſiſſe præfatos Reges, alioſque Viros nobiles, docet Bernardus in Chronic. Roman. Pontific. apud Raynaldum ad eundem annum, ſub num.6. ubi ait:
„ Domini MCCCXIII. in feſto Pentecoſtes,
„ qui fuit III. Nonas Junii, præfatus Rex
„ Philippus tenuit Pariſiis Curiam valdè ma-
„ gnam Comitum, & Baronum, & Militum
„ Regni ſui, in qua interfuit Rex Angliæ
„ Eduardus gener ejus cum conjuge ſua Iſa-
„ bella filia ejuſdem Regis Philippi, in quo
„ feſto idem Philippus Rex Ludovicum filiũ
„ ſuum primogenitum Regem Navarræ, ac
„ alios duos filios ſuos Philippum, & Caro-
„ lum accingit baltheo militari, fueruntque
„ in dicto feſto facti novi milites quadrin-
„ genti, ſicut fuit communiter divulgatum.
„ Item in eadem hebdomada tres præfati Re-
„ ges, videlicet Philippus Franciæ, Eduar-
„ dus Angliæ, Ludovicus Navarræ, cum præ-
„ fatis duobus filiis Regis Franciæ, Philip-
„ po, & Carolo, ac etiam cum duobus fra-
„ tribus præfati Regis, videlicet Carolo Co-
„ mite Valeſii, & Ludovico Comite Ebroi-
„ cenſi,, Crucem ſuſcipiunt transmarinam,
„ cum multis aliis Nobilibus Regni Franciæ

„ de manu Domini Nicolai, tituli S.Euſebii
„ Presbyteri Cardinalis, qui pro prædicanda
„ Cruce, & promovendo negotio paſſagii
„ tranſmarini, per Clementem Papam V. ad
„ Regnum Franciæ fuerat deſtinatus; cœ-
„ pitque exinde Crux pro dicto paſſagio in
„ Regno Fraociæ publicari. *Hæc ille*.

376 „ Et quidèm extant literæ Clemen-
tis datæ Avenioni IV. Idus Februarii ejuſdem
anni ad prędictom Cardinalem Nicolaom Fa-
rinulum, tituli S.Euſebii, quibus hanc ei Pro-
vinciam demandavit: ſcribit namque io eis,
inter alia, Clemens: „ Hæc ſiquidem cha-
„ riſſimus in Chriſto filius noſter Philippus
„ Rex Francorum Illuſtris Chriſtianiſſimus
„ Princeps devotâ meditatione conſiderans,
„ & oculo clementis propitiationis adver-
„ tens, dictæque Terræ piâ mente compa-
„ tiens calamitatibus, & preſſuris; & ad ul-
„ ciſcendum in illa noſtri Redemptoris inju-
„ rias, ut miſereretur illius Regionis oppreſ-
„ ſæ, cujus miſerendi tempus adveniſſe ſpe-
„ ratur, eamque liberaret de manibus ho-
„ ſtium fidei chriſtianæ regali magnaoimita-
„ te conſurgens, ſpontè ſe obtulit, nobiſ-
„ que promiſit, ſalutiferæ Crucis ſigno, unà
„ cum filiis, & fratribus ſuis, ac Baronum,
„ & militum Regni ſui multitudine copioſâ
„ recepto, in terræ prædictæ ſubſidium, di-
„ rigente Domino, profectum; ſupplicans,
„ ut per aliquem de fratribus noſtris Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus propter
„ hoc ad dictum Regnum ſpecialiter deſti-
„ oandum, ſibi, filiis, fratribus, Baronibus,
„ ac Militibus ſupradictis imponi ſignum hu-
„ juſmodi faceremus.

377 Deindè poſt alia ſubjungit: „ Ad
„ perſonam itaque tuam, quam dicto Regi
„ gratam credimus, ac acceptam, noſtræ
„ mentis oculos dirigentes, illam, cujus no-
„ bis ſunt notæ virtutes, quamvè in magnis,
„ & arduis dicta Sedès diverſis vicibus eſt
„ experta, & de cujus operibus virtuoſis fru-
„ ctus utiles proveniſſe conſpicimus; ad im-
„ ponendum ejuſdem vivificæ Crucis ſignum
„ Regi, filiis, Fratribus, Baronibus, & Mi-
„ litibus ſupradictis; nec non & quibuslibet
„ aliis tàm de dicto Regno, quàm advenien-
„ tibus undecumque, ſignum recipere volen-
„ tibus ſupradictum, & aliàs ad ipſius præ-
„ dicationis officium in Regno prædicto, quę
„ tibi præſentium auctoritate committimus,
„ de fratrum noſtrorum conſillo duximus eli-
„ gendum in remiſſionem tibi peccaminum
„ injungentes, quatenùs impoſitum hujuſ-
„ modi tibi onus devotè ſuſcipiens, & perſo-
„ naliter ad Regnum te conſerens ſupradi-
„ ctum, & in his, juxtà datam à Deo pru-
„ dentiam, procedens efficaciter, & pruden-
„ ter illa per te, & per alios, quos ad hoc
„ idoneos eſſe putaveris; præſertim Archi-
„ epiſcopos, & Epiſcopos dicti Regni, qui
„ quidèm Archiepiſcopi, & Epiſcopi etiam
„ aliis, dùm tamen idoneis, hæc committere
„ valeant, exequi ſtudeas diligenter. *Ha-
ctenùs Clemens*.

378 Dùm porrò hæc in Occidente diſpo-
nebantur, Græcorum ſchiſmaticorum res in
Oriente in deteriùs ruebant; quoniam Eccle-
ſia in ſervitutem miſerrimam redacta, ejus
Patriarchæ, ac ſi theatrales inſtituebaotur,
& deſtituebantur, inſtituti verò contempti-
biles cunctis efficiebantur, quoniam in illo-
rum inſtitutione non merita, non virtutes,
ſpectabantur, oon prudentia ad regimen re-
quiſita, noo vitæ, & morum integritas, ſed
Imperatoris dumtaxat placitum: Uodè ſub
Clementis V. Pontificatu, Anno circiter Do-
mini MCCCXI. iterùm Athanaſius ſecundò
è Throno deſcendit, ſubſtituto in ejus loco,
licèt biennio poſtcà, Niphone Cyziceno.
Cauſam deſcenſus Athanaſii deſcribit Gre-
goras lib. 7. Hiſtor. Roman. ubi ait: „ Suo
„ hoc tempus etiam Patriarcha Athanaſius,
„ recuſato Solio, in Cellis ſuis ad Xerolo-
„ phum quievit. Io Cauſa hoc erat: Qui-
„ dam illi infenſiſſimi, cùm cum tamdiù Pa-
„ triarchica ſpecula potiri cernere non poſ-
„ ſent (octavus enim annus agebatur, ex
„ quo denuò Sedem receperat) inſidias illi
„ atroces, & impietatis plenas comparant;
„ Nam cùm etiam munere ſuo fungens ad-
„ hùc, in Xerolophi Cellis plerùmque ver-
„ ſaretur; è Patriarchico Solio ſcabellum
„ furati, Chriſti Salvatoris, & alterâ ex par-
„ te Imperatoris Andronici imaginem, frenos
„ in ore gereotis, quos Arſenius, ut Seſſor
„ equi moderaretur, in eo depingunt; itaquè
„ depictum, ibi reponunt, ubi priùs fuerat.
„ Deindè quidam eam ſabulam præter expe-
„ ctationem conſpicati vulgaot, & Patriar-
„ cham apud Imperatorem impietatis reum
„ agunt. At ille calumniatores accerſit, eoſ-
„ que ut quos impiè, nefandæque illius fabu-
„ læ auctores eſſe minimè dubitaret, in gra-
„ viſſimum & perpetuum carcerem compin-
„ git. Patriarcha verò indignatus, quòd
„ non graviùs mulctati eſſent, Patriarchicæ
„ Sedi ſtatim renunciavit. *Hæc ille*.

379 Quid indè de Niphonis promotione
ſcribat audiamus: „ Interim, *ſubnectit*, duo-
„ bus anois elapſis, Nipho Cyzici Metropo-
„ litanus, Pontificibus Imperatoris voluntati
„ obſecutis, ad Patriarchatum accerſitur.
„ Erat autem ille Vir Græcarum literarum
„ planè rudis, ſacrarum etiam ferè, ut qui
„ ſua manu nec elementa literarum ſciret
„ piogere; Nam eâ doctrinâ vix extremo di-
„ gito deguſtatâ, ingenio contentus fuit;
„ cujos fœlicitati, & excellentiæ, ſi etiam
„ doctrinæ eruditionem adjunxiſſet, inter
„ ſapientiſſimos numerari potuiſſet. Sed di-
„ vitiarum amor, externique ſplendoris, &
„ gloriæ intempeſtivum deſiderium, omnes
„ naturæ dotes ad ſe retraxerunt, & omnia
„ ejus nocturna, diurnaque ſtodia ſibi vin-
dica-

Digitized by Google

„ dicarunt. Itaque rei familiaris peritiſſi-
„ mus fuit ; ſuo tempore agros còlere, plan-
„ tare arbores, curare vineas , omnis generis
„ ædificia extruere ; deniquè quidquid gra-
„ naria , quidquid cellas vinarias implet,
„ quidquid loculos diſtendit , & quotannis
„ acervos auget , ſolertiſſimè proſpiciebat.
„ Omitto veſtium ſplendorem , & ferocium ,
„ atque altorum equorum armenta , menſa-
„ ſarumque delicias , quæ neque craſſos hu-
„ mores gignerent , neque bonum ſaciei co-
„ lorem corrumperent ; nàm & gynæ coni-
„ tidi partem occupationum ſuarum tribue-
„ bat ; idque non obiter, ſed ſeriò , & inevi-
„ tabili quadam neceſſitate . Qui mores ejus
„ poſteà impulerunt , ut curam , & admini-
„ ſtrationem muliebrium rerum , & poſſeſſio-
„ num (de ædibus binis Veſtalium Virginum
„ loquor , Perzenis , & Cratæis) ſuſciperet ;
„ ſimùl ut aliquid de redditibus per cauſam
„ ædificiorum ſubtraheret , ſimùl ut ſæpiùs
„ ibi verſandi occaſionem haberet ; moribus
„ elatis , & delicatis . Hic quoſcumque vel
„ ingenio, vel quavis earum artium, quæ vel
„ publicè omnibus , vel privatim Imperato-
„ ribus placerent , præſtare cerneret , eorum
„ ſe palàm amicum ſimulabat ; clàm verò
„ oderat, & invidebat omnibus; & aliàs alios
„ occultè criminando , Imperatoris animum
„ ab illis alienare ſtud.oat . *Hæc ille* de ſtu-
dio , & moribus hujus Patriarchæ.

380 At poſt annum & hic è throno ejectus
eſt , ſubſtituto Joanne Glyco : „ Sequenti
„ anno , *ait Gregoras in eodem libro* 7. etiam
„ Niphon è Patriarchica ſede, ob multiplicis
„ & varii ſacrilegii & avaritiæ crimen , &
„ quæſtus , eo faſtigio indignus eiicitur . Is
„ digreſſus domicilium, ſibi eam partem Mo-
„ naſterii Periblepti elegit, quæ mare ſpectat.
„ Uno anno interiecto , in Patriarchicum ſo-
„ lium collocatur Joannes Glycus tum Logo-
„ theta Dromi , qui uxorem,& filios & filias
habebat . *Ita Gregoras* .

381 Hoc porrò per infirmitatem reſignan-
te , ſubſtitutum ferunt aliqui Theodorum
Metochitem , cujus non meminit Gregoras,
qui libro VIII, poſt reſignationem Joannis,
ſcribit ſucceſſiſſe Geraſimum , virum planè
ineptum , harum electionum cauſam refun-
dens Imperatorem . Ait namque : „ Hoc tem-
„ pore in Patriarchicum ſolium ſuccedit Sa-
„ cerdos Monachus è Manganio Monaſterio
„ Geraſimus , vir canus ille quidem , ſed ſim-
„ plici ingenio , & præ ſenio ſurdaſter , qui
„ græcas literas extremo digito numquam
„ attigit : verùm ob inſcitiam , & ſimplicita-
„ tem ad Imperatoria obſequia aptiſſimus.
„ Hac enim de cauſa tales ab Imperatoribus
„ deliguntur , ut dicto audientes eis ſint,tan-
„ quam mancipia , & nullo ipſis verbo refra-
„ gentur. *Hæc Gregoras* , miſeram Eccleſiæ
ſuæ ſervitutem volens,nolens,agnoſcens.

382 Defuncto denique non diù poſt Ge-
raſimo , Eſalam quemdam Monachum Pa-
triarcham inthronizari juſſit Andronicus : de
quo idem Gregoras lib. 8. ſic ait : „ Eo tem-
„ pore Monachus quidam ex Monte Atho ,
„ ſeptuagenario major , nec ullà dignitate
„ ſacerdotali præditus , & conjungendarum
„ penè literarum imperitus , in Urbem venit,
„ quem ob nimiam morum ſimplicitatem Im-
„ perator in recens defuncti Patriarchæ lo-
„ cum ſuffecit , quamvis multa crimina illi
„ objecta teſtataque fuiſſent , propter quæ
„ olim etiam nullum in Sacris gradum con-
„ ſequi potuerat . Quamobrèm divino jure ,
„ ob humanam cupiditatem , ſpreto , paſſus
„ eſt Deus à ſimpliciſſimo illo homine , eos
„ Principatu deiici , qui tanto ſtudio pro eo
contenderant . *Hactenus Gregoras*. Unde ma-
nifeſtè apparet , ſub Andronico miſeræ ſervi-
tuti mancipatum fuiſſe ſacerdotium , & ludi-
briis expoſitum , & in contemptum ab omni-
bus habitum , ut meritò Græcorum Eccleſia
ſub talibus Paſtoribus , mancipium effecta
Andronici dici poterat . Et hæc quidèm in
pœnam ſchiſmatis , ſeceſſionis à S. Matre &
catholica Eccleſia , & iterati perjurii .

383 Nec minorem confuſionem Imperium
ipſum temporale Græcorum eâdem expertum
eſt tempeſtate , à Cataluanis , & á Turcis in
brachio forti invaſum . Diverſa inita prælia
cum Græcorum cæde , & Imperii devaſtatio-
ne Imperante Andronico , refert Grægoras ;
ſed & quæ in Cherſoneſo eis acciderat, ſpecia-
li enarrat capitulo , ubi cùm ad prædas agen-
das Turci irrupiſſent , ab Imperiali exercitu
ſub ducatu Michaelis primogeniti Andronici
circumfuſi , collectis ex deſperatione animis,
tanta ferocia impetum fecere , ut Græcos in
turpem fugam verterint , ac eorum caſtris &
ſpoliis potitis , ornamenta quoque Imperalia ,
à Michaele relicta , in ſuam redegerunt po-
teſtatem : „ Ad hanc tam ſubitam excurſio-
„ nem hoſtium , *ait Gregoras* , Romanis ter-
„ ritis principiò , ruſticana illa , & circum-
„ foranea turba effusè fugere cœpit . Deinde
„ alii,atque alii paulatim ſe ſubducere : deni-
„ que converſi omnes , abſque bellico ſtrepi-
„ tu intrepidè fugere cœperunt . Cùm autem
„ Imperator in aciem revocare milites vellet,
„ neminem invenit, qui audire vellet : & de-
„ ſatigatus eâdem viâ & ipſe abiit , mœſtus
„ & lacrymis oppletus , pœnam hanc divini-
„ tùs ob vetera & recentia delicta evidentem
„ exiſtimans . Ac plerique Duces , confuſæ
„ fugæ verecundia ad tempus reſiſtebant , &
„ Barbarorum arma in ſe convertebant , ac
„ veluti reprimebant , nè Romanos fugientes
„ perſequerentur , aut ipſum Imperatorem .
„ Tandem hoſtibus omnibus congregatis
„ circumventi, & deditione factâ, in vinculis
„ conjecti ſunt : pecunia verò imperatoria in
„ prædam Turcis ceſſit,& quidquid inſignium
„ Imperii in tentorio Imperatoris fuit : item
„ calyptra Imperatoria , de more gemmis &
mar-

„ margaritarum nodis ornata, qua Chalelem
„ capiti ſuo impoſita falſis dicteriis Impera-
„ torem inceſſiſſe ferunt . *Hæc Gregoras*
„ *lib. 7.*

384 Deinde poſt alia ſubjungit : „ His
„ temporibus, poſt victoriam illam Barbari
„ ingenti ſuperbiâ elati, Thraciam ferè om-
„ nem vaſtarunt,& peſſimè tractarunt, ut Ro-
„ mani duobus propemodùm annis, mœni-
„ bus egredi nec ad arandum, nec ad feren-
„ dum auderent. Quæ res Imperatoribus lu-
„ ctum graviſſimum attulit; Nam de Roma-
„ ni exercitus auxilio prorſus deſperant, vix
„ tandem animadverſa divina, quæ illum
„ comitabatur animaduerſione: cauſis verò
„ illius animaduerſionis, haud ſcio, quomo-
„ dò non animadverſis. *Hæc ille*.

385 In hoc rerum ſtatu Imperium Conſtantinopolitanum conſtitutum, facilè à Latinis ſubjugari potuiſſet, ſi primùm retardata non fuiſſet tot laboribus procurata expeditio, indeque prorſùs in irritum non abiiſſet, vitâ functis Henrico Imperatore, qui & ipſi eidem bello ſe devoverat, Clemente quoque, & Philippo Rege,ac aliis Principibus mutuę diſcordiæ implicatis. Obiit namq; Henricus Anno Domini MCCCXIII. apud Bonum Conventum in Tuſcia, in feſto S. Bartholomæi, dùm expeditionem parabat adversùs Robertum Siciliæ Regem, Anno ſui Imperii V. ut notat Bernardus. Anno ſequenti MCCCXIV. ſecuta eſt mors Philippi Francorum Regis in venatione ex lapſu equi, vel ab apro fortè interfecti: de cujus obitu S. Antoninus 3. par. titul.21. cap. 3. §. 4. ſcribit: *Anno præfato, menſe Novembris de hac luce migravit Rex Franciæ Philippus,qui regnaverat XXIX. Annis. Mors autem ejus fuit ſatis infælix; nam cùm eſſet in quadam venatione, quidam aper inter crura equi, quem equitabat Rex, ſe ingeſſit, ex quo Rex ex equo cadens, paulò poſt mortuus eſt.* Quo pariter Anno è vivis etiam exceſſit Clemens, ut infra fuſiùs.

386 Cæterùm ſub Clemente dilatata eſt chriſtiana fides apud Tartaros, operâ Fratris Joannis à Monte Corvino, ex Minorum Ordine, de quo in ſuperioribus plura: hunc autem Clemens Archiepiſcopus Cambalienſem, ſeù potiùs Jantaliechenſem in Tartarorum Dominio creavit, cui, ut tradit Wadingus ad Annum Domini MCCCVII. ſub num. 10. ex Odorico Forolivienſi, & meminit Raynaldus ad eundem Annum, ſub num. 30. conceſſit, ut factus Archiepiſcopus, inſtituere poſſet & conſecrare Epiſcopos, & Sacerdotes, & Clericos in Civitatibus, & Provinciis Orientalibus, ac etiam auctoritate Apoſtolicâ, & ſuâ indulſit, ut ſicut Dominus Papa in Occidentali,& Latina Eccleſia præſidet Summus Pontifex ſuper omnes Epiſcopos, & Prælatos, uti Chriſti Vicarius, ita & Frater Joannes Summus Archiepiſcopus præſideret ſuper omnes Epiſcopos, & Prælatos in partibus illis, hoc pacto & titulo, ut ſemper ſe ſubditum Romano Pontifici confiteatur, & ab eo uſum pallii recognoſceret tam ipſe Frater Joannes, quàm omnes Archiepiſcopi Cambalienſes futuri per ſæcula Romanæ Eccleſiæ ſubjacerent. Affert Wadingus fragmentum literarum Clementis ad eundem Fratrem Joannem à Monte Corvino, in Archiepiſcopum Cambalienſem electum.

387 Deinde idem Pontifex auditâ relatione de copia magna converſorum in Tartaria,per Fratrem Thomam de Tolentino,ex illis partibus reverſum, committit Fratri Gonſalvo, tunc Miniſtro Generali Ordinis Minorum, quatenùs ſeligeret, cum conſilio graviorum Patrum, ſeptem Fratres Minores, virtutibus ornatos, ſenſu approbatos, ac in divinis eruditos Scripturis, promovendos ad Epiſcopatus Eccleſiarum Orientalium, præcipuè Tartariæ, qui veluti Suffraganei præfato Archiepiſcopo Joanni à Monte Corvino, adſtarent. Et ab eodem Miniſtro Generali ſelecti fuerunt, Frater Andreas Lector de Peruſio, Frater Petrus de Caſtello, Frater Nicolaus de Apulia Miniſter illius Provinciæ S. Franciſci, Frater Gulielmus de Franchia, & alii tres Fratres Epiſcopi de aliis Provinciis Ordinis, quorum nomina non ſunt recitata à Wadingo. Raynaldus verò loco ſuprà citato ſcribit, ſeptem illos Viros electos in Epiſcopos, ex Ordine Fratrum Minorum fuiſſe, Andream de Peruſio, Nicolaum è Bantra, Gerardum, Ulricum, Sayſuſtordſ, Peregrinum è Caſtello, & Guillelmum de Villanova, ad quorum ſingulos datas Pontificias refert literas ejuſdem tenoris, iiſdemque conceptas verbis, exhibetque ex Pontificio Regeſto;datam Fratri Andreæ, ſic ſe habentem.

Clemens Epiſcopus &c. Dilecto filio fratri Andreæ de Peruſio Ordinis Fratrum Minorum per nos aſſumptum in Epiſcopum ſuffraganeum Archiepiſcopalis Sedis Cambalienſis in Dominio Tartarorum.

388 „ Nuper conſiderãtes attentiùs cla-
„ ræ ſanctæ operationis ſtudia, quæ dile-
„ ctus filius Frater Joannes à Monte Corvi-
„ no in Archiepiſcopum Cambalienſem per
„ nos aſſumptus in partibus Tartarorum,
„ ſecum Domino faciente virtutem, opera-
„ tus eſt hactenùs, ac in partibus ipſis exi-
„ ſtens aſſiduè operatur, ipſum fratrem Joan-
„ nem Ordin. Fratrum Minorum profeſſum,
„ & in dictis partibus exiſtentem, de Fra-
„ trum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ
„ plenitudine poteſtatis in Civitate Cam-
„ balienſi, magna utique, & honorabili Re-
„ gni magnifici Principis magni Regis Tar-
„ tarorum, in Archiepiſcopum aſſumpſi-
„ mus, & præfecimus in Paſtorem, curam,

& ſo-

„ & ſolicitudinem animarum omnium exi-
„ ſtentium in toto Dominio Tartarorum
„ ſibi plenariam committentes; eique exer-
„ cendi omnia, quæ ad jura Epiſcopalia
„ ſpectare noſcuntur, prout permittunt Ca-
„ nonicæ Sanctiones, eãdem auctoritate ple-
„ nam „ & liberam poteſtatem.

389 „ Ut autem in eiſdem partibus in-
„ crementum ſalutis animarum perfectiùs
„ provenire valeat, & Fides Catholica ſem-
„ per de bono in meliùs per Evangelicę præ-
„ dicationis doctrinã, auctore Domino, pro-
„ ſperetur: Nos Summi Regis Magiſterio
„ eruditi, qui inclinata Cœlorum altitudi-
„ ne, ut hominem redimeret, factus homo,
„ diſcipulos, quos elegit, in umiverſum
„ mundum miſit Evangelium prædicare, cu-
„ pientes viros providos, & diſcretos, ſcien-
„ tes ad ſalutem populos incredulos erudire,
„ in partem hujuſmodi ſolicitudinis evoca-
„ re, qui rectas faciant ſemitas Dei noſtri,
„ populum acceptabilem ei reddant; Te ſuf-
„ ficienter in lege Domini eruditum, vitã,
„ & religione conſpicuum, morum honeſta-
„ te decorum, ac multarum virtutum titulis
„ commendatum, de fratrum noſtrum con-
„ ſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine
„ in adjutorium commiſſæ dicto Frat. Joan-
„ ni ſolicitudinis pro majori animarum ſalu-
„ ti ſpecialiter deputamus, ac in dicto do-
„ minio in Epiſcopum aſſumimus, & per-
„ ficimus in Paſtorem; mandantes aucto-
„ ritate præſentium Venerabili fratri Joanni
„ Portuenſi, & dilectis filiis noſtris Joanni
„ tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Pre-
„ sbyteris; ac Lucæ, Sanctę Mariæ in Vialata
„ Diacono, Cardinalibus, ut tibi auctorita-
„ te noſtrã faciant munus conſecrationis
„ impendi, & conſtituentes te Suffraganeum
„ Archiepiſcopi ſupradicti; tibi nihilomi-
„ nùs, & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis in eo-
„ dem Dominio concedentes, ut omnibus,
„ & ſingulis, & conceſſionibus, quas nuper
„ per literas noſtras Fratribus dicti Ordinis
„ in terras Sarracenorum, Paganorum, &
„ aliorum Infidelium proficiſcentibus, au-
„ ctoritate Apoſtolicã duximus indulgen-
„ das, auctoritate noſtrã liberè uti poſſis.

390 „ Volumus itaque, ac tibi in re-
„ miſſionem injungimus peccatorum, qua-
„ tenùs hujuſmodi commiſſum tibi Paſtora-
„ le officium, in Dei, & noſtro nomine de-
„ votè ſuſcipiens, cum Divinæ benedictio-
„ nis gratia ad partes eaſdem te perſonaliter
„ conferas, propoſiturus ibi verbum Divi-
„ num, prout Spiritus Sancti gratia dabit
„ tibi; ac de noſtro, & Apoſtolicæ Sedis fa-
„ vore plenè confiſus dictum officium ſic ſo-
„ lerter, & ſolicitè, ſecundùm datam tibi à
„ Deo prudentiam, exequi ſtudeas, ut fru-
„ ctum afferas, & fructus tuus manens in
„ prolem filiorum adoptionis excreſcat, ac
„ Sponſa Chriſti Eccleſia de ſua fœcunditate
„ in Chriſto Sponſo ſuo congaudens, fide-
„ lem, & utilem Miniſtrum ſe deſtinaſſe læ-
„ tetur, & dictarum partium populi ſalutis,
„ & quietis Angelum ſuſcepiſſe in Domino
„ glorietur; Tuq; proindè nihilominùs ipſius
„ Eccleſię gratiã, & divinę retributionis glo-
„ riam uberiùs merearis. Datum Pictavii x.
„ Kal. Auguſti, Anno II. *Hactenus literæ*.
At quænam fuerint conceſſiones factæ Fratri-
bus Minoribus proficiſcentibus in Terras
Sarracenorum, aliorumque infidelium, qua-
rum meminit in recenſitis literis, ex quodam
earundem authentico tranſumpto per manus
publici Notarii exarato, & in Archivio Sa-
cri Montis Sion adhùc obſervato, apparent:
quod quidem tranſumptum à nobis ex eo-
dem Archivio exſcriptum ſubiicimus, ad
hunc videlicet modum ſe habens.

Univerſis præſentes literas inſpecturis, Frater Vitalis titul. Sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis, ſalutem in Domino, & præſentibus dare fidem.

391 „ Noveritis, quòd hoc tranſum-
„ ptum, ſeù tranſcriptum cujuſdem literæ
„ Apoſtolicæ fęlicis recordationis Domini
„ Clementis Papæ Quinti, ejus vera Bulla
„ plumbea cum filis ſericis, crocei, rubeique
„ coloris, more Curiæ Romanæ bullatæ,
„ non vitiatæ, non cancellatæ, non abolitæ,
„ non abraſæ, ſed omni vitio, & ſuſpicione
„ carentis, cujus tenor ſequitur in hæc
„ verba.

392 „ *Clemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum in Terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moclitorum, aliorumque non credentium Nationum Orientis, & Aquilonaris, ſeù quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

393 „ Cùm hora undecima ſit diei, ho-
„ minibus, ut exeat ad opus uſque ad Mun-
„ di Veſperam deputati, & illud Apocaly-
„ pſis elogium citò credatur cum matris Ec-
„ cleſiæ conſolatione complendum, videli-
„ cet, oportere viros ſpirituales, vitæ mun-
„ ditiam, & intelligentiæ gratiam cum Joan-
„ ne ſortitos, populis, & gentibus, & lin-
„ guis, Regibuſque multis denuò propheta-
„ re, quia non ſequetur reliquiarum Iſrael
„ per Iſaiam Prophetam ſalvatio, niſi jux-
„ ta Paulum Apoſtolum priùs introeat Gen-
„ tium plenitudo. Nos igitur, licèt imme-
„ riti, ſuper Apoſtolicę Sedis ſpeculam con-
„ ſtituti, fideliter ac prudenter diſpenſandis
„ Dei miniſtris, & operibus coadjuvandis
in-

Digitized by Google

„ intendimus, & ſi urgente plenitudine tem-
„ poris poſt pia piorum ſtudia in vineam
„ Domini Sabaot, novos ac penè noviſſimos,
„ qui ſapientiam longum didicere per otium
„ operarios mittere procuramus.

394 „ Vos igitur, quos juxta profeſſæ
„ Religionis officium zelus comedit anima-
„ rum, & cum quadriga quarta, quam va-
„ riis Chariſmatum donis, & fidei fortitu-
„ dine trahitis, ubique diſcurrere, ac vexil-
„ lum Regis gloriæ procùl levare geſtitis ad
„ Gentes, quæ Jeſum Chriſtum Domi-
„ num non agnoſcunt, & ad ſubtractos
„ filios, qui Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ non obediunt, deſtinamus: Vobis in remiſ-
„ ſionem omnium peccatorum injungentes,
„ quatenùs ſeminaturi ſuper aquas multas,
„ in illo tantùm, qui dixit ſe mundum vi-
„ ciſſe, confiſi, ad illuminationem cæcæ
„ multitudinis, & exterminium hæreticæ
„ falſitatis, ad confirmandum nutantium
„ animos, & fidelium confortandos, in luce
„ ſermonis, & rectitudine operis propoſitum
„ vobis iter, ſine quorumlibet offenſione
„ curratis.

395 „ Vt autem Miniſterium veſtrum
„ honoretur pleniùs, & honorabiliùs im-
„ pleatur, præſentium vobis auctoritate
„ concedimus, ut in Terris, quæ adhùc Se-
„ dis Apoſtolicæ magiſterium non inten-
„ dunt, proponere verbum Dei, & conſti-
„ tutis ibidem, non obſtante ſi aliquâ ſint
„ excommunicatione ligati, in verbis officio,
„ & cibo, ac in aliis ſecurè communicare,
„ & ipſo, ſeù alios converti ad unitatem fidei
„ Chriſtianæ cupientes, recipere, baptiza-
„ re, & aggregare filiis Eccleſiæ Sanctæ
„ poſſitis: ipſiſque taliter aggregatis, ſi qui
„ ex vobis fuerint in Sacerdotio conſtituti,
„ ubi Epiſcoporum Catholicorum copia non
„ extiterit, Sacramentum confirmationis
„ conferre, ac nihilominùs uti oleo, &
„ Chriſmate antiquis, cum in eiſdem parti-
„ bus, novum oleum ſine magna difficulta-
„ te haberi non poſſit, liberè valeant, con-
„ ſtitutionibus ſuper his in contrarium edi-
„ tis non obſtantibus: nec non aggregatos
„ eoſdem inſignire charactere Clericali, &
„ ipſos ad Acholitatus ordinem promovere.

396 „ Liceat etiam vobis ibidem redeù-
„ tibus ad Obedientiam Sedis Apoſtolicæ,
„ qui ſunt excommunicatione ligati, abſo-
„ lutionis beneficium, juxta formam Eccle-
„ ſiæ, impartiri, & ſuper eo diſpenſare cum
„ ipſis, qui Sac. receperunt Ordines, & Divina
„ celebrarunt Officia ſic ligati. Hoc ipſum ſit
„ vobis licitum circa illos de Terris eiſdem,
„ qui temporibus indebitis, vel infra ætatem
„ legitimam, aut omnes, qui eâdē die, vel qui
„ ſuperiores, prætermiſſis inferioribus, con-
„ ferre, ſeù recipere ordines præſumpſerint:
„ ſi tamen in hoc, ſervatâ formâ, talis exite-
„ rit, per quam Ordines recepiſſent.

397 „ Vobis præterea diſpenſare liceat,
„ ut illis ex nationibus veſtræ prædicationi
„ commiſſis, qui ſuſceptionem Sacrorum
„ Ordinum, vel in gradibus, & caſibus Di-
„ vinâ Lege minimè prohibitis, matrimonia
„ contraxerunt, maneant in eiſdem, & hi,
„ qui ad Eccleſiæ Catholicæ redierint uni-
„ tatem, ut inter ſuos habitent, eiſque
„ communicent: nec non, quòd Clerici na-
„ tionum ipſarum publicè ad obedientiam
„ Sedis Apoſtolicæ redeuntes, gaudeant
„ privilegio Clericali.

398 „ Sit etiam vobis licitum omnium
„ fidelium in Terris prædictis confeſſiones
„ audire, ac ipſis injungere pœnitentias ſa-
„ lutares, & excommunicatos à Canone,
„ vel alio modo, juxta Eccleſiæ formam, ab-
„ ſolvere, dummodò injuriam, & damna
„ paſſis ſatisfaciant competenter. Cum irre-
„ gularibus autem partium earumdem in
„ illis caſibus, in quibus ſolent Legati Sedis
„ Apoſtolicæ diſpenſare: ac etiam cum Cle-
„ ricis ipſarum partium, patientibus defe-
„ ctum natalium, dummodò non ſint de ad-
„ ulterio, vel inceſtu, aut regularibus pro-
„ creati, ſit vobis diſpenſandi facultas, quam
„ circa illos ſimiliter habeatis, qui ab uni-
„ tate Eccleſiæ Catholicæ, ſeù religione, vel
„ Clericali Ordine diſceſſerunt, ſi humili-
„ ter redire voluerint, & dignè ſatisfacere
„ de commiſſis, ita quòd ipſi Religioſi ad
„ ſua loca, ſalvâ diſciplinâ Ordinis, reſu-
„ mantur. Et illos ex jam dictis, qui ex-
„ communicationis vinculo ſunt adſtricti,
„ juxta præmiſſam formam, & prædictæ
„ ſatisfactionis modum abſolvere valeatis,
„ & cum irregularibus ex eiſdem, ſicut eſt
„ expreſſum ſuperiùs, diſpenſare.

399 „ Ad hæc ſit vobis abſolvendi facul-
„ tas occiſores Clericorum, & Religioſarum
„ perſonarum in prædictis partibus conſti-
„ tutos. Fundandi de novo Eccleſias, & re-
„ conciliandi illas, quæ ſunt caſu aliquo pro-
„ fanatæ, ac de novo fundatis de Rectori-
„ bus idoneis providendi. Et qui de Genti-
„ bus, vel ſchiſmaticis noviter ſunt conver-
„ ſi, dandi licentiam, ut uxores ſuas, cum
„ quibus in gradibus à lege Divina non pro-
„ hibitis contraxerunt, valeant retinere.
„ De cauſis matrimonialibus: quas in par-
„ tibus ad audientiam veſtram deferri con-
„ tigerit legitimè cognoſcendi, ac diſcor-
„ dantes inter ſe invicem, quod ad pacem,
„ & concordiam redeant: nec non, quòd
„ inordinatè viventes de ſuis exceſſibus,
„ ſicut juſtum fuerit, ſatisfactionem exhi-
„ beant, compellendi per cenſuram Eccle-
„ ſiaſticam vobis libera ſit poteſtas.

400 „ Inſuper in locis, in quibus vos
„ hoſpitari contigerit, vel in locis partium
„ earundem, in quibus reſidentiam facietis,
„ Miſſam, & cætera Divina Officia celebra-
„ re, & in eiſdem partibus cœmeteria bene-
di-

„ dicere, ac dare Indulgentiam, & commutare Vota, facultatem, & licentiam habeatis.

401 „ Cęterùm, Vobis concedimus, quòd à Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis poſſitis Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, ac Veſtes Sacerdotales Altaris, pallas, & corporalia, per eos, qui ex vobis ſunt Presbyteri, cùm neceſſe vobis fuerit benedicere, ubi Catholicorum Epiſcoporum copia non habetur, nec non alia facere, quæ ad augumentum Divini Nominis, & ampliationem Catholicæ Fidei, ac reprobationem, & irritationem illorum, qui ſacris traditionibus contradicunt, ſicut pro loco, & tempore videritis expedire.

402 „ Et, ut fructum de veſtris laboribus reportetis, & ſentiatis ex iis æternæ ſalutis commoda uberiùs proventura, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, Vobis, & cuilibet Veſtrum verè pœnitentibus & confeſſis, illam Indulgentiam præſentium auctoritate concedimus, quam proficiſcentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium Sedes Apoſtolica concedere conſuevit. Ac nihilominùs, ut Chriſtifideles per præmia ſalubriter invitemus ad merita omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſias, & loca Fratrum dicti Ordinis in partibus præmiſſis conſtructa, & impoſterùm conſtruenda causâ devotionis, ſeù eleemoſynæ faciendæ ipſis Fratribus, ſingulis diebus viſitaverint, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

403 „ Vobis inſuper Apoſtolicâ auctoritate concedimus, ut in Civitatibus, Caſtellis, vel Villis, ſeù locis quibuſcumque ad habitandum domos, ac loca quæcumque de novo recipere, ſeù hactenùs recepta mutare, aut ea venditionis, permutationis, donationis, aut cujuſvis alienationis titulo in alios transferre, prout utiliùs id fieri cognoveritis, de noſtra, ac dictæ Sedis ſpeciali licentiâ valeatis, non obſtante prohibitione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, nè aliquis, vel aliqui de Prædicatoribus, Minoribus, ac Religioſis aliis Mendicantibus quibuſcumque ſuper hoc privilegiis muniti exiſtant, prædicta præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentionem. Quod ſi ſecùs factum fuerit, irritum decernitur & inane.

404 „ Volumus autem, & Apoſtolicâ auctoritate decernimus, ut illa, quæ de jure, vel de obſervata conſuetudine ad Epiſcopalem juriſdictionem, ſeù dignitatem dumtaxat pertinerent, Vobis, ſeù quibuſcumque aliis Fratribus veſtri, ſeù cujuſcumque alterius Ordinis ad terras non credentium transeuntibus, ſeù jam ibidem exiſtentibus, auctoritate Apoſtol. conceſſa, vel impoſterùm cõcedenda, niſi in illis tãtùm partibus, in quibus Catholici Epiſcopi non fuerint, nec Vos, nec alii alterius Ordinis exercere curetis, decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quocumque ſcienter, vel ignoranter fuerit attentatum.

405 „ Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, licentiæ, facultatis, poteſtatis, relationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Pictavii x. Kal. Auguſti, Pontificat. noſtri Anno II.

406 „ *In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum. Ego Jacobus Calcagna de . . . . . Imperiali auctoritate publicus Notarius hoc tranſcriptum tranſcripſi, & exemplavi fideliter, quod in eo inveni, bona fide, ſine fraude, nihil addito, nihil mutato.*

407 Itaquè certum ſit, Clementem Papam has literas reſpexiſſe, dùm in eis, quas dedit Fratri Andreæ ſuprà recitatis, ait: *Ut omnibus, & ſingulis gratiis, & conceſſionibus, quas nuper per literas noſtras Fratribus dicti Ordinis in Terras Saracenorum, Paganorum, & aliorum Infidelium proficiſcentibus, auctoritate Apoſtolica duximus indulgendas, auctoritate noſtra liberè uti poſſis.* Conſtat namque utraſque datas eodem in loco, eodem anno, & eodem die: eàdem etiam certè de cauſa, ut nimirum Chriſti cultus ampliaretur apud Infideles, & ſolidiùs firmaretur. Scripſit inſuper Clemens eodem tempore Cham Magno Tartarorum Imperatori, ſolicitans eum, ut veteri relictâ ſuperſtitione, Chriſti Fidem amplecteretur, ac eidem per eaſdem literas gratulatur ob ejus ergà Chriſtianos Sacerdotes ſtudia. Exhibet literas Wadingus ad eundem Annum, & poſt Wadingum Raynaldus, ſub num. 30. licèt in principio mutilatas; quę quidèm ſic ſe habent.

Magno Regi omnium Tartarorum Deum colère, & timere.

408 „ Splendor Patris, Lux Mundi, Veritas, Vita, Salvator noſter Dñs Jeſus Chriſtus, qui ſuâ Mundum illuxit ineffabili claritate, quique recti cenſura judicii cœleſtia pariter & terrena diſponit, & omnes redemptos ejus pretioſo ſanguine volentes ad eum, rejectis tenebrarum periculis perfectè converti, charitativè recipi, & benignè miſeretur eorum, quoniam multus

„ eſt ad ignoſcendum, ipſos quoquè mag-ni-
„ ficis decorare honoribus, & Cœleſtis Bea-
„ titudinis efficere poſſeſſores, illos tamen,
„ ut dignis digna rependat, honoribus at-
„ tollit, inſigniis, ac præmiorum uberiore
„ retributione proſequitur, quos digniores
„ agnoſcit, & commandat ingentior excellen-
„ tia meritorum.

409 „ Sed benedictus Deus (*hic incipit*
„ *Raynaldus*) & Pater luminum, qui ubi vult
„ ſpirans potenter efficit, quòd tu, ſicut di-
„ gnà fide relatione libenter accepimus, in
„ amore virtutum, & piis operibus exercen-
„ dis, ſtudioſè intendens, Miniſtros chriſtia-
„ næ Fidei ſereno oculo piè reſpicis, & ver-
„ ba ſalutis libenter audiens, ipſos in con-
„ ſpectu ſuæ magnitudinis gratentèr admit-
„ tis; ex quo nobis ſuper hoc Deo largitori
„ bonorum omnium devotè laudes & gratias
„ referentibus, firma ſpes ſalutis ingeritur,
„ quòd ipſe Deus miſerator & multùm miſe-
„ ricors, ſic oculos ſuæ magnitudinis aperiat
„ clarâ luce, quòd ex tot errorum tenebroſo
„ objecto nubilo ipſum Deum unicum Do-
„ minum & Jeſum Chriſtum Redemptorem
„ tuum perfectè cognoſcere, & animum tuum
„ pio & recto ordine perquires.

410 „ Attende igitur, magnificè Prin-
„ ceps, & prudenter agnoſcas, quòd inter cæ-
„ tera, quæ magnitudinem tuam exaltabunt,
„ & dilatabunt potentiam tuam, & fulgorem
„ tui diffunderc poterunt principatus & po-
„ teſtatis, præcipuè catholicæ Fidei ſacra-
„ mentum, fœlicitatem tuam ad perpetuæ bea-
„ titudinis inæſtimabilem gloriam promove-
„ bit; teque per illam Chriſtus Sol Juſtitiæ,
„ remunerator magnificus præmiorum, in-
„ ter ſanctos & electos fœliciter in cæleſtibus
„ collocabit, tuique facti recolendi memo-
„ riam poſteritatis ad futuros tranſmittet:
Hùc uſque literæ, quibus cætera deſunt, tam
in exhibitis, à Wadingo, quàm in eis, quas
affert Raynaldus. Sed quos fructus fecerat
ante hæc Frater Joannes à Monte Corvino in
Tartaria, ex ipſius relatione exhibita ab eo-
dem Wadingo ex B. Odorico Forolivienſi,
edoceri poſſumus. Ipſe namque cum aliis ſo-
dalibus miſſus fuerat à Bonagratia Miniſtro
Generali Ordinis ad illas partes, jubente Ni-
colao IV. Pontifice, cum literis ejuſdem Pon-
tificis ad diverſos Orientis Principes datis,
quas nos in ſuperioribus recenſuimus. Socium
ſecum habuiſſe Virum unum Religioſum ex
Sacro Prædicatorum Ordine, ipſemet Frater
Joannes teſtatur in antedicta relatione, quæ
ſic ſe habet.

411 „ Ego Frater Joannes à Monte Cor-
„ vino de Ordine Fratrum Minorum receſſi
„ de Thauriſio Civitate Perſarum, Anno Do-
„ mini MCCXCI. & intravi in Indiam, &
„ fui in contrada Indiæ, ad Eccleſiam Sancti
„ Thomæ Apoſtoli menſibus XIII. & ibi ba-
„ ptizavi centum perſonas in diverſis locis,
„ & ſocius fuit meæ viæ Frater Nicolaus de
„ Piſtorio de Ordine Fratrum Prædicatorum,
„ qui mortuus eſt ibi, & ſepultus in eadem
„ Eccleſia. Et ego ulteriùs procedens, perveni
„ in Katag. Regnum Imperatoris Tartaro-
„ rum, qui dicitur Magnus Cham, ipſum
„ verò cum literis Domini Papæ ad fidem
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti catholicam in-
„ vitavi, qui tamen nimis inveteratus eſt in
„ Idololatria, ſed multa beneficia præſtat
„ chriſtianis, & ego ſum apud eum jam ante
„ duos annos.

412 „ Neſtoriani quidam Chriſtianitatis
„ titulum præferentes, ſed à Chriſtiana Reli-
„ gione plurimùm aberrantes, tantum inva-
„ luerunt in partibus iſtis, quòd non permit-
„ tant quempiam Chriſtianum alteriùs ritus
„ habere quantumlibet parvum Oratorium,
„ nec aliam, quàm Neſtorianam publicare do-
„ ctrinam. Ad has ſiquidem terras nec ali-
„ quis Apoſtolus, nec Apoſtolorum Diſci-
„ pulus pervenit, & ideo præfati Neſtoriani
„ per ſe, & per alios pecuniâ corruptos, per-
„ ſecutiones mihi graviſſimas intulerunt,
„ aſſerentes, quòd non eſſem miſſus à Domi-
„ no Papa, ſed eſſem magnus explorator, &
„ dementator hominum, & facto aliquo in-
„ tervallo temporis, perduxerunt alios falſos
„ teſtes dicentes, quòd aliquis Nuntius fuit
„ miſſus, deferens Imperatori maximum The-
„ ſaurum, & quòd ego illum occiderim in
„ India, & abſtulerim quæ portabat, & du-
„ ravit hæc machinatio circiter quinque An-
„ nos. Ita perſæpè ad judicium fui tractus
„ cum ignominia mortis. Tandèm per cujuſ-
„ dam confeſſionem, Deo diſponente, Impe-
„ rator cognovit meam Innocentiam, & mali-
„ tiam æmulorum, quos cum uxoribus & li-
„ beris exilio relegavit.

413 „ Ego verò ſolus in hac peregrina-
„ tione fui ſine ſocio annis undecim, donec
„ venit ad me Frater Arnoldus Alemannus
„ de Provincia Coloniæ, nunc eſt Annus ſe-
„ cundus. Unam Eccleſiam ædificavi in Ci-
„ vitate Cambaliech, ubi eſt præcipua reſi-
„ dentia Regis, quam ante ſex annos comple-
„ vi, ubi etiam feci campanile, & ibi tres
„ campanas poſui. Baptizavi etiam ibidem,
„ ut exiſtimo, uſque hodiè circa ſex millia
„ perſonarum, & niſi fuiſſent ſupradictæ in-
„ formationes, baptizaſſem ultrà triginta
„ millia, & ſum frequenter in baptizando.
„ Item enim ſucceſſivè CL. pueros filios Pa-
„ ganorum ętatis infra VII. & XI. annorũ, qui
„ nullam adhùc cognoſcebant legẽ, & bapti-
„ zavi eos, & informavi eos literis Latinis, &
„ Græcis ritu noſtro, & ſcripſi pro eis Pſal-
„ teria, cum Hymnariis XXX. & duo Brevia-
„ ria, cum quibus XI. pueri jam ſciunt Offi-
„ cium noſtrum, & tenent Chorum & heb-
„ domadas, ſicut in Conventibus fit, ſive præ-
„ ſens ſim, ſive non, & plures ex eis ſcribunt
„ Pſalteria, & alia opportuna, & Dominus
Im-

Digitized by Google

„ Imperator delectat multùm in cantu eorum; campanas ad omnes horas pulſo; & cum conventu infantium & lactentium Divinum officium facio, & ſecundùm uſum cantamus, quia notatum Officium habemus.

414 „ Quidam Rex illius regionis Georgius de ſecta Neſtorianorum Chriſtianorum, qui erat de genere Illuſtri Magni Regis, qui dictus fuit Presbyter Joannes de India, primo Anno, quo hùc ego veni, mihi adhæſit, & ad veritatem veræ Fidei catholicæ per me converſus, Minores Ordines ſuſcepit, mihique celebranti regiis veſtibus indutus miniſtravit; ſed quidam alii Neſtoriani ipſum de Apoſtaſia accuſaverunt: tamen ipſe magnam populi ſui partem ad veram Fidem Catholicam adduxit, & Eccleſiam pulchram, ſecundùm Regiam Magnificentiam, conſtruxit ad honorem Dei noſtri, Sanctæ Trinitatis, & Domini Papæ, vocans eam: *Eccleſiam Romanam*. Qui Rex Georgius ante ſex annos migravit ad Dominum verus Chriſtianus, relicto filio hærede fermè in cunabulis, qui nunc eſt annorum novem. Fratres tamen ipſius Regis Georgii, cùm eſſent perfidi in erroribus Neſtorii, omnes, quos ille converterat, poſt Regis obitum ſubverterunt, ad ſchiſma priſtinum reducendo. Et quia ego fui ſolus, nec potuì recedere ab Imperatore Cham, ire non potui ad illam Eccleſiam, quæ diſtat ad xx. Dietas: tamen ſi venerint aliqui boni coadjutores, & cooperatores, ſpero in Deo, quòd totum poterit reformari; nam adhùc habeo Privilegium Regis Georgii defuncti. Iterùm dico, ſi non fuiſſent infamationes ſupradictæ, magnus fructus fuiſſet ſecutus. Si habuiſſem autem duos, vel tres ſocios coadjutores meos, fortè Imperator Cham fuiſſet baptizatus. Rogo ergo, ut tales fratres veniant, ſi venire aliqui volunt, qui ſtudeant ſe in exemplum dare, & non ſuas fimbrias magnificare.

415 „ De via notifico, quòd per terram Gothorum Imperatoris Aquilonarium Tartarorum eſt via brevior & ſecurior; ita quòd cum Nunciis intra quinque, vel ſex menſes poterunt pervenire. Via autem alia eſt longiſſima, & periculoſiſſima, habens duas navigationes, quarum prima eſt ſecundùm diſtantiam inter Achon & Provinciam Provinciæ. Alia verò eſt ſecundùm diſtantiam inter Achon & Angeliam, & poſſet contingere, quòd in biennio vix perficiet viam illam, quia prima via facta non fuit à multo tempore propter guerras. Ideo ſunt duodecim anni, quòd de Curia Romana, & de noſtro Ordine & ſtatu Occidentis non ſuſcepi nova. Jam ſunt duo anni, quòd venit quidam Medicus Chirurgicus Lombardus, qui de Romana Curia, & noſtro Ordine, & Statu Occidentis, iſtas partes incredibilibus blaſphemiis infecit, propter quòd multùm deſidero percipere veritatem.

416 „ Rogo Fratres, ad quos hæc litera perveniet, ut ita ſtudeant, quod ejus continentia poſſit pervenire ad notitiam Domini Papæ, & Cardinalium; & Procuratorem Ordinis noſtri in Curia Romana, Miniſtro Generali Ordinis noſtri ſupplico pro Antiphonario, Legenda Sanctorum, Graduali, & Pſalterio, cum nota pro exemplari, quia non habeo niſi Breviarium portatile, cum lectionibus brevibus, & parvum Miſſale; ſi habuero exemplar, pueri prædicti ſcribent: modò ſum in actu ædificandi aliam Eccleſiam, & ad dividendum pueros in pluribus locis. Ego jam ſenui, & canus factus ſum potiùs laboribus, & tribulationibus, quàm ætate; ſum enim annorum quinquaginta octo. Didici competenter linguâm & literam Tartaricam, quæ lingua uſualis Tartarorum eſt, & jam tranſtuli in linguam illam & literam totum novum Teſtamentum, & Pſalterium, quæ feci ſcribi in pulcherrima litera eorum, & ſcribo, & lego, & prædico in patenti manifeſto in teſtimonium legis Chriſti. Et tractavi cum ſupradicto Rege Georgio, ſi vixiſſet, totum officium latinum transferre, ut per totam terram cantaretur in Dominio ſuo, & eo vivente, in Eccleſia ſua celebradam Miſſam ſecundùm ritum Latinum in litera & lingua illa, legens tàm verba Canonis, quàm præfationis. Et Filius dicti Regis vocatur Joannes propter nomen meum, & ſpero in Deo, quòd ipſe imitabitur veſtigia Patris ſui. Secundùm verò audita, & viſa credo, quòd nullus Rex, nec Princeps in Mundo poſſit æquari Domino Cham in latitudine terræ, & multitudine Populi, & magnitudine divitiarum. Finis. Datum in Civitate Camballech Regni Catan, Anno Domini MCCCV. die VIII. menſis Januarii: *Hoſtenus relatio*. Et eodem tempore ſcripſit Apoſtolicis Operariis utriuſque Ordinis Prædicatorum, & Minorum laborantibus in vinea Domini Exercituum, in Perſarum Regno, in quibus ferè ſimilia enarrat: quæ literæ non tamen integræ legi poſſunt apud Wadingum, ad Annum Domini MCCCV. ſub num. XI. poſt ſuperiùs exſcriptas. De ſuperſtitionibus, quibus eâ tempeſtate Tartari involuti erant, eorum moribus & ritibus, legi poſſunt Marcus Paulus Venetus lib. I. cap. 22. & in pluribus aliis ejuſdem libri Capitibus; & Ayton in Hiſtoria Orientali cap. 48. ex quibus Raynaldus nonnulla exſcripſit in Appendice ad Tomum XV. ſuæ continuationis, Additione ad Annum MCCCVII.

417 Cæterùm Magnum Cham Tartarorum, operâ Fratris Joannis à Monte Corvino, chriſtianam recepiſſe Fidem, ſacroque initiatum baptiſmate, Joannem appellari voluiſſe, ac in eadem recepta Fide fæliciter in Domino obiiſſe, auctor eſt S. Antoninus, 3. part.

Digitized by Google

tit. 24. cap. 9. §. 13. ubi agens de XV. Miniſtro Generali Ordinis Minorum Fratre Goodiſalvo, ait: „ Sub ipſo Generali Dominus Joannes Imperator Tartarorum, qui cum matre ſua olim fuerat ad catholicam Fidem per Fratres Minores converſos, baptizatus & nutritus, ex hac vita migravit, in loco Fratrum, more Imperiali, ſolemniter tumulatus: Cujus corpus cùm per triginta annos ſub terra fuiſſet ſepultum, & propter guerras fuiſſet translatum ad Saray Civitatem, Itá integrum & incorruptum cum veſtibus & pulvinari de ſerico eſt repertum, ſicut eâdem die fuiſſet mortuus & ſepultus, non ſine magno ſtupore Fidelium, & Infidelium admiratione. *Hæc Antoninus*.

418 Porrò ſub eodem Clemente Uroſius Rex Raſciæ, de quo ſuprà mentionem fecimus, in Græcorum ſchiſmate involutus, Legationem miſit ad Apoſtolicam Sedem, exoptans abrupto ſchiſmate illi cum ſua gente uniri, petens ſibi mitti Viros Religioſos, doctos, & pios, pro populi inſtructione, ac inſuper ſibi dari Vexillum utendum adversùs nominis chriſtiani hoſtes. Qua Legatione gratanter exceptâ, Pontifex ſelegit doctiſſimos, & diſcretos Viros utriuſque Ordinis, Prædicatorum ſcilicèt, & Minorum, quos ad ipſum Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios deſtinavit. Cujus Legationis meminit Bernardus in Chronic. Roman. Pontific. inquiens: „ Anno Dñi prætaxato MCCCVIII. mittuntur Nuncii, & Legati à Papa Frater Ægidius de Ordine Prædicatorum, Patriarcha Gradenſis, & Procurator Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Fratrum Minorum in Curia ad Regem Raſciæ, qui priùs ad Papam ſuos Nuncios deſtinarat, innuens, quòd volebat Fidei, & obedientiæ Romanę Eccleſiæ ſe ſubmittere, & ſubeſſe, & Regnum ſuum pertrahere ad hoc ipſum. *Hæc ille*: At ex literis Clementis ad Uroſium datis, & per eoſdem Legatos, & Nuncios miſſis, quos exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCVIII. ſub num. 26. clariùs res elucidabitur. Literę verò ad hunc modum ſe habent.

Magnifico Viro Uroſio Regi Raſciæ Illuſtri gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

419 „ Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater Miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, qui ubi vult ſpirans, ſic noviſſimè his diebus oculos tuæ mentis aperuit radio novæ lucis, ut excuſsâ indè tenebrarum caligine, in votis habeas ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Matri Fidelium & Magiſtræ in Fidei veritate, ac unitate conjungi. Multùm quippè teneris Deo, Princeps clariſſime, qui ſic te oculo ſuæ pietatis reſpiciens, ad cognitionem & claritatem veræ Fidei clementer adducit; Ex quo Magnitudo tua promovebitur ad ſalutem, & Solium tuum ſtabili vallabitur firmitate. Multùm etiam lętari debet Mater Eccleſia, & nos profectò multiplici alacritate perfundimur, quòd diebus noſtris tàm nobilis Ovis, tantusque Populus ad Ovile reducatur Dominicum, ſchiſmate, aliiſq; pulſis erroribus, Chriſti Corporis, quod Eccleſia eſt, membrum efficiantur, in eo luceant, perficiantur, & vivant.

420 „ Sanè, Sereniſſime Princeps, Tu pridèm Spiritus Sancti gratiâ illuſtratus, Viros providos & diſcretos Marcum Lucani, & Tryphonem Michaelis, Magnificentiæ Tuæ Nuncios, cum literis Regiis ad noſtram præſentiam deſtinaſti, qui hujuſmodi tui propoſiti laudabile deſiderium coràm nobis, & fratribus noſtris prudenter & fideliter exponentes, à nobis inter alia ſuppliciter poſtularunt, ut Te, tanquàm devotum filium, ad gremium dictæ Eccleſiæ, & ſub protectione ipſius benignè recipere dignaremur, Tibique aliquos Viros idoneos Apoſtolicæ Sedis Nuncios mitteremus, per quos Tu, & illi de Regno tuo in Fide catholica, & in via Mandatorum Domini poſſitis ſalubriter informari.

421 „ Undè Nos, qui Chriſti Vicarius, & Petri Apoſtolorum Principis effecti, diſponente Domino, licèt immeriti, ſucceſſores, ad ea, præcipuè noſtræ curæ porrogamus affectum, ac diligenti ſtudio, & ſtudioſa diligentia ſeduli vigilamus, ut errantes, ad viam veritatis adducere, omneſque lucriſacere Deo, ſuâ nobis gratiâ ſuffragante poſſimus; habitâ ſuper his, quæ iidem tui poſtularunt Nuncii, cum prædictis fratribus noſtris diſcuſſione ſolemni, de ipſorum conſilio piè decrevimus hujuſmodi votis tuis libenter annuere, ipſaſque petitiones tuas, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudire, ſi quod ore profers, corde credis, & quod corde credis, opere compleas evidenter; Tibi nihilominùs tenore præſentium declarantes, quòd Tibi, ac cæteris ſub tua ditione degentibus faciendum incumbit, ut ad ſinum ejuſdem Eccleſiæ ſano fretus conſilio venias reverenter. Quæ ſi, inſpirante Domino, feceris, ipſa Eccleſia Mater piiſſima, Filio redeunti ſinum largiſſimæ pietatis aperiens, in tuos læta properabit amplexus. Fides autem Catholica, quam Te, Clerum, & Populum Regni tui profiteri, & à Nobis recipi, ac acceptari volumus, hæc eſt. Credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & *cætera, ſicut habetur in profeſſione Fidei*, miſ-

miſſa ad Græcos à Clemente IV. à nobis ſuprà, & ſuo loco recitatâ, uſquè ad illa verba : Quam in quibuſcumque aliis ſemper ſalva , *Et inde ſubnectitur* .

422 „ Quæ verò circà reditum tuum ad
„ unionem Sanctæ Rom. Eccleſiæ , ac ſchiſ-
„ ma eminùs profugandum exigimus , infe-
„ riùs annotantur . In primis , quòd Symbo-
„ lum Niceni Concilii: *Credo in unum Deum*,
„ In Eccleſiis Regni tui , & Terrarum Tibi
„ ſubjectarum in ea parte , ubi de Spiritus
„ Sancti proceſſione in eo agitur , cantetur
„ publicè, dùm Miſſarum ſolemnia celebran-
„ tur , & ſic etiam doceatur Populus : *Et in*
„ *Spiritum Sanctum Dominum & vivificán-*
„ *tem , qui ex Patre , Filioque procedit* . Et
„ quòd Tu , Prælati , Clerus , Calogeri , &
„ Populus dicti Regni tui profiteamini, Ro-
„ manum Pontificem eſſe Chriſti Vicarium ,
„ & Beati Petri Apoſtoli ſucceſſorem , eam-
„ que poteſtatem habere ligandi , atque ſol-
„ vendi , quam idem Apoſtolus noſcitur ha-
„ buiſſe ; ac ipſam etiam Romanam Eccle-
„ ſiam ſuper omnes obtinere primatum , &
„ etiam principatum ; quòdque Tu pro te ,
„ & populo tuo obedientiam & reverentiam
„ eidem promittas Eccleſiæ , ac Prælati ejuſ-
„ dem ipſa curent , omni ſchiſmate primitùs
abjurato ; & quòd Archiepiſcopi , Epiſco-
„ pi , Abbates , Archimandritæ Regni tui
„ per electionem canonicam eligantur, , ſive
„ etiam poſtulentur; ita quòd inferiores Præ-
„ lati ſuarum electionum confirmationes à
„ Superioribus ſuis recipiant , Epiſcopi verò
„ à Metropolitanis ſuis confirmationem , &
„ conſecrationem ; Metropolitani autem hæc
„ & pallium , in quo Pontificalis plenitudo
„ deſignatur officii, ſinè præjudicio Conſtan-
„ tinopolitanæ Sedis , & Patriarcharum, qui
„ erunt ibidem , gratiam , & communicatio-
„ nem Apoſtolicæ Sedis habentium , ſi for-
„ ſan Regnum tuum , vel aliqua ejus pars ,
„ de Patriarchatu dictæ Conſtantinopolita-
„ næ Sedis exiſtat , ſuſcipiant ab Apoſtolica
„ Sede prædicta , regali poteſtate , & quali-
„ bet alia laicali, nihil ſibi in his quomodoli-
„ bet vendicante . Latinorum Eccleſias in
„ Regno tuo poſitas , per te, vel alium occu-
„ patas, dimittas liberè,& ab aliis facias con-
„ tinuò dimitti . Latinos in honore habeas ,
„ & præcipuè Sacerdotes . Eorum à te , &
„ hominibus Regni tui non declinentur Miſ-
„ ſæ , neque Sacrificia , ſed pro loco , & tem-
„ pore cum omni reverentia audiantur .

423 „ Verùm , ut tantæ ſalutis opus , ac
„ tanti boni fœlix auſpicium optatum , fa-
„ ciente Deo , ſortiatur effectum , eccè Ve-
„ nerabilem fratrem noſtrum Ægidium Pa-
„ triarcham Gradenſem,& dilectos filios Fra-
„ tres Lapum Prædicatorum , & Artaniſium
„ Minorum Fratrum Ordinum Procuratores
„ in Romana Curia Generales , latores præ-
„ ſentium , Viros utiquè vitâ & religione
„ conſpicuos, honeſtate decoros , Sacræ Scri-
„ pturæ ſcientiâ præditos, ac nobis , & dictis
„ Fratribus noſtris acceptos , pro his exe-
„ quendis ad tuam Magnificentiam, tanquàm
„ ſalutis , & pacis Angelos , juxtà tuæ peti-
„ tionis inſtantiam deſtinamus ; quorum ſa-
„ lutaribus eruditionibus , favente illo , in
„ cujus manus Regum corda conſiſtunt , ip-
„ ſum Dominum Jeſum Chriſtum perfectè
„ cognoſces , & ſuum glorioſum nomen Ca-
„ tholicæ Fidei obſervatione colere non poſt-
„ pones ; ac ſtatus tuus ſuprà firmam petram
„ Eccleſiæ Apoſtolicæ ſolidatus , ſpirituali-
„ bus & temporalibus proficiet incrementis,
„ Tuque demùm coronam perennis gloriæ
„ conſequeris .

424 „ Rogamus itaque Serenitatem Re-
„ giam , monemus, & hortamur attentè , per
„ aſperſionem pretioſiſſimi Sanguinis Jeſu
„ Chriſti obſecrantes , quatenùs de tua , tui-
„ que Populi ſalute cogitans , præfatos no-
„ ſtros Nuncios , propter hoc ad tuam Ex-
„ cellentiam accedentes,ob reverentiam Apo-
„ ſtolicæ Sedis , & noſtram benignè recipias,
„ & honorificentiâ debitâ , ac condignâ per-
„ tractes ; ac ſi attentè præbeas ipſorum ſalu-
„ taribus monitis aures tuas , ut verba , quæ
„ ex parte tua prædicti tui retulerint Nun-
„ cii , per exhibitionem operis compleantur,
„ & ſpes , quam de tua laudabili intentione
„ concepimus , fructus nobis , & ipſi Eccle-
„ ſiæ afferat concupitos , Tuque præter di-
„ vinæ retributionis præmium , noſtram , &
„ dictæ Sedis gratiam uberiùs conſequi me-
„ rearis . Dactum Pictavii Kalendis Aprilis,
„ Anno III. *Hactenus Clementis ad Uroſium literæ* .

425 Aliam inſuper Epiſtolam fecit ad Legatos , qua poſtulatum Vexillum , in bello contrà Fideles utendum , ex Apoſtolica benignitate Regi conceditur , & ut Sacerdotes Græci in Euchariſtia uti poſſint pane fermentato , tolerando indulſit ; ſic namque in ea dicitur : „ *Si* , annuente Deo, tàm circà Ca-
„ tholicam Fidem, quàm circà præmiſſa alia,
„ quæ fieri volumus per Regem ipſum , &
„ alios , de quibus ſupra fit mentio , veraci-
„ ter compleantur , auctoritate noſtrâ Re-
„ gem eundem , & Regnum ſub protectione
„ dictæ Sedis Apoſtolicæ recipimus , & no-
„ ſtra , & Vexillum ab eo ex devotione pe-
„ titum contrà Infideles illarum partium ſinè
„ alterius præjudicio uſque ad beneplacitum
„ Apoſtolicæ Sedis tradatis eidem ; ipſo Re-
„ ge , & aliis de dicto Regno , qui propter
„ ſchiſma , & non recognoſcendo primatum
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ excommunica-
„ tionis vinculo ſunt ligati , primitùs abſo-
„ lutis . *Et infra* . Quod autem in fermenta-
„ to pane per Sacerdotes non Latinos Regni
„ prædicti, ritè ordinatos in Miſſarum ſolem-
„ niis Corpus conficiatur Dominicum , quo-
„ uſquè aliud per Apoſtolicam Sedem ordi-
na-

Digitized by Google

„ natum fuerit, cùm præmiſſa perſecta exti-
„ terint, & quòd idem Rex intereſſe poſſit
„ Miſſis hujuſmodi, toleramus.

426 Hæc tamen ſtudia in caſſum ſub Clemente abiere: Recepit Rex honorificè Nuncios, promiſſa tamen non complevit, ut tradit Bernardus, inquiens: *Fueruntq; præfati Nuncii Papæ recepti à Rege debito cum honore, finis tamen intentus nullus fuit, aut modicus ſubſecutus, quia ipſe matris ſuæ, & fratris metu retractus, penitùs nihil egit.* Et, ut obſervat Ptolomæus Lucenſis, lib. 24. Hiſtor. Eccleſ. cap. 39. more Græcorum, non pietate, aut Religionis amore motus uniri requiſivit, ſed magis temporali perculſus timore: Audiens namque ſœdus initum inter Carolum Valeſium, & Venetos, pro recuperando Imperio Conſtantinopolitano, timuit, nè & Regnum ſuum, ipſo manente in ſchiſmate, à Latinis invaderetur. At videns expeditionem illam in irritum abiiſſe, excuſſo timore promiſſis non ſtetit: Agens ergò de Clemente, ait Lucenſis: *Miſit Nuncios ad Regem Raſciæ, qui ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ promiſerat ſe venturum, quia Veneti cum Carolo concordaverant Imperium accipere Conſtantinopolitanum. Videns autem tractatum non procedere, Papales Nuncios vacuos remiſit. Sed ſatis ſub Clemente.*

CAPUT VII.

De obitu Clementis V. electione Joannis XXII. ejus ſtudio pro expeditione mittenda contra infideles, & ſchimaticos, & pro dilatanda fide. De unione Raſcianorum, aliorumque ſchiſmaticorum cum S. Romana Eccleſia, & de Græcorum diſſidio in cauſa ſucceſſionis ad Imperium Conſtantinopolitanum per obitum Michaelis Andronici primogeniti.

427 ANno Domini MCCCXIII. Pontificat. Clementis V. Anno IX. vacante per Henrici obitum Occidentale Imperio, Androniei Græcorum Imperatotis Anno XXXI. Indictione XII. ipſe Clemens effectus Valetudinarius, menſe Martii, Avenione Montilios profectus, purioris auræ gratiâ, cùmque magis ægrotare cœpiſſet, ſecedens, ut Burdegalam nativum aerem quærens peteret, in ipſo itinere apud Roccham Mauram ſuper Rhodanum XII. Kal. Maii XX. ſcilicet Aprilis ultimum clauſit diem, ejus corpore tranſlato apud Carpentoracenſem Civitatem, cùm in Petri Cathedra ſediſſet Annis VIII. menſibus X. diebus verò XV. ut ſcribit Bernardus in Chonic. Rom. Pontiſ. apud Raynaldnm, ad hunc Annum ſub nu. 14. inquiens: „ Hic Clemens ſedit Annis VIII.
„ menſibus X. diebus XV. à die creationis ſuæ,
„ uſque in diem ſui obitus computando:
„ obiit autem in nocte precedente diei Sab-
„ bati ſubſequentis, quæ fuit XII. Kal. Maii,
„ Pontificat. ſui Anno IX. Dñi MCCCXIV.
„ apud Roceham Mauram, quod eſt Caſtrum
„ Regis Franciæ ſuper Rhodanum in finibus
„ Regni ſui; fuitque inde reportatum cor-
„ pus ejus ultra Rhodanum apud Carpento-
„ racenſem Civitatem, ubi Cardinales cum
„ alia Curia reſidebant: *Et infra addit.* Se-
„ quenti menſe Auguſti de Carpentoraco
„ tranſvectum fuit corpus ejus in Vaſconiam
„ patriam ſuam, fuitque ſepultum, ſicut
„ elegerat, in Eccleſia quæ appellatur Bea-
„ tæ Mariæ de Uzeſta, Diœceſis Vaſatenſis,
„ ubi paulò priùs Canonicos inſtituerat Se-
„ culares, in Villula minùs inſigni, & ſatis
„ ſterili, & exili: *Hæc ille.*

428 Multa indigna nonnulli ſcriptores de hoc evulgarunt Pontifice, de Avaritia, Simonia, & carnalibus delitiis, nec non quòd aliquandò uſus fuerit perito Necromante ad ſciſcitandum de ſtatu cujuſdam ſui Nepotis defuncti, cenſuratur apud D. Antoninum 3. par. titul. 21. eap. 3. §. 3. ſed deceptus fuit pius ſcriptor ex iis, quæ legerat apud invidum aliquem ſcriptorem, & malevolum, qui, & propter trãslatam à Clemente Sedem in Gallias, & propter extinctos Templarios, & alia ab eo patrata geſta, concepto odio, potuit hujuſmodi calumnias diſſeminare. Certè Templariorum extinctio, cùm eſſent ex nobilioribus Europæ familiis, dedit anſam multis obloquendi de eo; adeout, non defuerint, qui conſtanter affirmarent, de Imputatis criminibus innocentes extitiſſe: Ordinem verò extinctum in gratiam Philippi Regis, ut bona, quibus plurimùm affluebat prædictus Ordo, Fiſco Regio in Gallia addicerentur. Et quidèm idem S. Antoninus eodem titul. 21. cap. 1. §. 3. hanc de Templariis opinionem ſequi videtur, inquiens: „ Eâ tempeſtate cùm adhùc Pontifex cum Curia moram traheret
„ in Civitate Pictavienſi, Rex Franciæ ſedu-
„ ctus ab Officialibus ſuis, denunciavit ipſi
„ Pontifici Magiſtrum Templi, & manſionis,
„ ſuoſque Fratres dictæ Religionis eſſe qui-
„ buſdam erroribus infectos, & ſceleribus
„ involutos, prout ſibi aſſertum fuerat à
„ Templariis. Totũ tamen dicitur falsò con-
„ fictum ex avaritia: ut illi Templarii, qui
„ initium habuerunt in Hieruſalem, & po-
„ ſteà multiplicati, & diffuſi per Franciam,
„ & alias Provincias, habebant opulenta lo-
„ ca, & magnas divitias, & poſſeſſiones, ex-
„ poliarentur bonis ſuis, prout factum eſt.
Hæc Antoninus: undè apparet, in eos inci-
diſſe ſcriptores, qui Templariis ſavebant, Clementem verò odio proſequebantur.

429 Conſtat tamen ex proceſſibus nedùm in Gallia ſola contra Templarios confectis, verùm, & in aliis Chriſtiani Orbis partibus, non innocentes, ſed gravibus criminibus obno-

Digitized by Google

noxios extitiſſe, ut ipſe Clemens in Conſtitutione edita in Concilio Viennenſi: *Ad providam*; & in alia incipien. *Ad omnium ferè notitiam*, teſtatur: & præter eum, Thomas Walſingam antiquiſſimus hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptor de præfatis Templariis in Anglia inquiſitis, hæc ſcribit: „ Depoſitum „ nempè fuit contra Templarios, & compertum, quòd quando receperunt quemquam ad Ordinem, amotis omnibus, exceptis Fratribus ejuſdem Ordinis, adduxerunt illum ad locum privatum, & totaliter denudaverunt, & tunc unus accederet ad eundem, & eum oſcularetur in poſteriori parte, deinde indueretur, & eingeretur corrigia de ſambuco. Et poſt Crux portaretur, & ibi diceretur ſibi, quòd crucifixus non eſt Chriſtus, ſed quidam falſus Propheta deputatus per Judæos ad mortem propter ſua delicta,& fecerunt eū ter ſpuere ſuper illam, & poſtea projecerunt crucem ad terram, & eam pedibus conculcari fecerunt; deinde oſtenderunt ſibi caput cujuſdam Idoli, quod quotidiè adorabant. Et præter hæc depoſitum eſt contra eos, quòd vitio fœdebantur ſodomitico, ſtatuentes, quòd nullus utatur mulieribus, ſed quilibet alterutro, cùm voluerit. Undè poſtea cùm factum eſſet Concilium Provinciale in Anglia Londiniis contra Templarios ſuper his articulis,quod quidem Cōcilium duravit à menſe Maii uſque ad menſem Junii, in quo Templarii capti, & accuſati, fatebantur famam, ſed non factum, niſi unus, vel duo ribaldi in omni ſtatu; omnes tamen fatebantur finaliter, non poſſe ſe ſibi impoſitis ſe purgare; & ideò adjudicati fuerunt per Concilium perpetuæ pœnitentiæ. Ità quòd ſinguli in ſingulis Monaſteriis poſſeſſionatis, detruderentur pro perpetua pœnitentia peragenda, qui poſteà in hujuſmodi Monaſteriis benè per omnia ſe gerebant. *Hæc ille*.

430 Clementem porrò Fidei zelatorem extitiſſe, ejus Conſtitutiones æditæ in Viennenſi Synodo palàm teſtantur: Quale fuerit ipſius ſtudium in dilatanda Chriſtiana Religione apud Infideles, in extirpando ſchiſmate, & in moribus reformandis, tot literæ ſuper his, & Conſtitutiones ab eo exaratæ demonſtrant, ut nonniſi manifeſta calumnia comprobetur, & quòd ſocietatem habuerit cum Necromante, vel inquiſitionem per Necromante de Nepotis ſtatu fecerit, & quòd ſimoniacâ labe fuerit aſperſus, & in carnalibus delitiis vitam duxerit. Aliter certè ſenſit ſucceſſor ejus Joannes, qui in ſuis Encyclicis Literis, non bonæ memoriæ, ſed ſanctæ memoriæ titulo Clementem condecoravit, inquiens: *Dudùm ſiquidèm, ſicut tuam credimus notitiam non latère, ſanctæ recordationis Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro de præſentis vitæ mœroribus ad Cæleſtem Patriam evocato*. Sanè non ſic titulo ſanctæ recordationis eum cohoneſtaſſet, ſi talibus criminibus extitiſſet obnoxius.

431 Itaque poſt Clementis obitum vacavit Sedes annis duobus, menſibus tribus, diebus decem & ſeptem. S. Antoninus verò 3. par. titul. 21. cap. 4. in principio, ſcribit vacaſſe annis quinque, ſed corrigendus eſt ex communi Scriptorum conſenſu. In Cauſa hujuſmodi tàm diutinæ vacationis fuit Dominorum Cardinalium diſcordia, qui in duas diviſi factiones altera alteri cedere renuebat. Erant namque ex eis plures Cardinales Guaſcones, qui Guaſconem Pontificem habere affectabant, ſed iſtis cæteri Cardinales Itali adverſabantur & Galli; cùmque neutra pars ſufficientia haberet pro electione Pontificis ſuffragia & vota, in longum protrahebatur electio. Notat hæc Antoninus loco mox cit. ex Joanne Villano, licèt erret in eo, quòd dicat Avenione fuiſſe congregatos: *Multi ex eis*, inquit, *erant Guaſcones, & hi quærebant Guaſconem habere Pontificem. Qui verò erant ex Francia Provincia, & Italia Cardinales, illis non aquieſcebant, alium quærentes: ſive quia eis videretur Eccleſiæ utilior, ſive quòd eis foret favorabilior*. Cæterùm Carpentoraci funerato Clemente, in Epiſcopali Palatio habitum eſt Conclave, ex quo poſtea exierunt Cardinales, & hinc inde per varias Civitates diſperſi, iterùm congregari renuerunt. Rem clarè deſcribit Bernardus apud Raynaldum, inquiens: „ Defuncto Clemente Papa, Cardinales numero XXIII. qui apud Carpentoracenſem Civitatem cum alia Curia reſidebant, intrantes Conclave in Epiſcopali Palatio pro electione Summi Pontificis facienda, cùm ibidem aliquandiù perſtitiſſent, non valentes concordare, ſubortâ gravi & grandi turbatione inter familias eorundem, ipſum circa feſtum Mariæ Magdalenæ concorditer exiverunt, ſtatuentes tempus, infra quod redire deberent ad eundem locum ad electionem Summi Pontificis celebrandam. Sed ſubortis variis quæſtionibus invicem, quæ ſtylo magis relinquendæ ſunt, quàm ſcribendæ, illùc minimè redierunt: ſed in diverſis Civitatibus & Villis diſperſi ſunt, ſteteruntque ſic diviſi loco & propoſito annis ampliùs quàm duobus. *Hactenus Bernardus*.

432 Habitiſque interea diverſis tractatibus ad effectum, ut iterum convenirent, tandèm, cooperante D. Philippo Comite Pictavienſi, convenerunt Lagdunum ibidem de Pontificis electione tractaturi, inito cum præfato Philippo pacto, nè includerentur. Sed Philippus conſulens magis Eccleſiæ utilitati, quàm commodo privato, Dominorum Cardinalium promiſſis non ſtetit, eoſque arctè recluſit: „ Fueruntque tractatus plures habiti, *ſubjungit Bernardus*, per perſonas medias inter „ eos, quorum finis tandem fuit mediante

Do-

„ Domino Philippo Comite Pictavii, poſt-
„ modùm verò Rege Franciæ & Navarræ:
„ Qui congregati ſunt in Lugduno, pactis
„ præviis, quòd non includerentur, & quòd
„ poſſent de Lugduno recedere, quando vel-
„ lent: quæ tamen fuerunt eis minimè obſer-
„ vata; quatenus pro majori bono Reipubli-
„ cæ, quæ præfertur privatæ, compelerentur
„ Eccleſiæ providere. *Hæc ille*.

433 Sic porrò, præter ſpem, ac inviti re-
cluſi & arctati prædicti Domini Cardinales,
elapſis ſupra menſem diebus decem à die re-
cluſionis, habito tractatu, conſenſerunt tan-
dem in Dominum Jacobum, Caturcenſem
dictum, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem
Portuenſem, ipſum in Summum Pontificem
eligentes die VII. Auguſti, Anni Domini
MCCCXVI. vacante Imperio Occidentali,
ſive potiùs in ſchiſma poſito, Anno Imperii
Andronici XXXIII. Indictione XIV. De qua
electione ſic idem Bernardus ſcribit: „ Qua-
„ drageſimo die ab incluſione ipſorum, qua
„ facta fuit Vigilia Apoſtolorum Petri &
„ Pauli, ipſis tùm, quod tunc deberent in-
„ cludi, penitùs neſcientibus pariter & invi-
„ tis, tandem tractatu præhabito in præfatum
„ Dominum Joannem, omnes pariter conſen-
„ ſerunt. Erat autem Cardinalis Epiſcopus
„ Portuenſis, & Jacobus vocabatur: ſed
„ Joannes exinde vocatum eſt nomen ejus.
Hæc ille. Se ſemetipſum elegiſſe compro-
miſſo facto à Dominis Cardinalibus in eum,
ut quem ille nominaret, eſſet Pontifex, ſeip-
ſum nominans, ex Joanne Villano refert his
verbis Antoninus: „ Demùm poſt longam
„ concertationem, in hoc omnes convenerunt,
„ committere huic, qui dictus eſt poſtea Joan-
„ nes, tunc Cardinali inter eos, qui vice
„ omnium eligeret, alii verò alterum. Sed
„ fefellit eos ſua opinio, nam, neque ex una
„ parte, neque ex altera elegit, ſed de con-
„ ſilio & tractatu Domini Neapoleonis Car-
„ dinalis de Urſinis ſeipſum elegit. *Hæc An-
toninus*. Hoc tamen ut commentum rejicitur
ab eruditis, & manifeſtiſſimè liquet ex ejuſdem
Joannis Encyclicis literis, incipien. *Miro &
inſcrutabilis*, ſub datis Lugduni Nonis Sep-
tembris, in quibus inter alia de ſua electione
ait.

434 „ Cumque poſtmodùm diffuſi, tem-
„ poris ſpatio, ſicut Domino placuit, inter-
„ jecto, ad Civitatem Lugdunenſem pro ejuſ-
„ dem electionis negotio concorditer veniſſe-
„ mus, vias noſtras illo dirigente, qui novit;
„ & tandem die ſeptima præteriti menſis Au-
„ guſti, in loco Fratrum Ordinis Prædicato-
„ rum Lugdunenſium, in quo reſidebamus,
„ inſimùl pro præfato electionis negotio fuiſ-
„ ſemus in loco ſolito congregati, benignus
„ Sapientiæ ſpiritus, neſciens tarda molimi-
„ na, tàm prolixæ ipſius Eccleſiæ viduitati
„ piè compatiens, cùm eam nollet ulteriùs
„ viduitatis incommodis ſubjacere, fratrum
„ ipſorum corda ſic adduxit ad ſpiritus uni-
„ tatem, quod miro Dei, & nobis nimirum
„ ſtupendo conſilio ad imbecillitatem noſtram
„ oculos dirigentes; nos tunc Portuenſem
„ Epiſcopum ad ſuſcipiendum onus, nobis
„ ex humano defectu importabile, curam vi-
„ delicet univerſalis Gregis Dominici, con-
„ corditer, nemine diſcrepante, in Summum
„ Pontificem elegerunt. Nos autem difficul-
„ tatem officii Paſtoralis continui laboris an-
„ guſtias, & præexcellentiam dignitatis
„ Apoſtolicæ inſra noſtra præcordia recen-
„ ſentes, noſtrarumque metientes virium
„ parvitatem, timore ac tremore concuſſi,
„ vehementer hæſitavimus, nec indignè.
„ Quid enim tam timendum, tamque paven-
„ dum, quàm fragili labor, indigno ſubli-
„ mitas, & dignitas non merenti? Verùm, nè
„ poſt ejuſdem vacationis tam diffuſa & diſ-
„ pendioſa tempora, obſtinata contradictio-
„ nis reluctatio profuſioris diſpendii occaſio-
„ nem induceret; nos, quamquàm de noſtra,
„ quam noſter nobis animus atteſtatur, in-
„ ſufficientia deſperantes, humiles noſtros ad
„ montem illum vertimus oculos, undè nobis
„ ſpe multâ promittitur auxilium opportu-
„ num. *Hæc Joannes*. Quæ nequaquam cum
veritate conſiſterent, ſi ſeipſum elegiſſet, mo-
do à D. Antonino deſcripto.

435 Poſt ſuam electionem Coronationis
Inſignia recepit in Cathedrali Eccleſia Civi-
tatis Lugdunenſis cum honore, & ſolemni
pompa Dominica prima Septembris, quæ in-
cidit in Nonis ejuſdem menſis, ut notat Ber-
nardus, inquiens: *Fuit coronatus, more Pon-
tificum Romanorum, cum honore ſolemni Nonis
Septembris, Dominica prima menſis, Lugdu-
ni in Eccleſia Cathedrali*. Dictus eſt Joannes
XXII. licèt veriùs dicendus XX. „ Fuit na-
„ tione Gallicus, *ait Antoninus*, generis ſui
„ infimæ conditionis, filius ſcilicet reſarci-
„ toris Sutelarum, pauper temporali ſub-
„ ſtantiâ, ſed dives ingenio, & ſcientiâ; par-
„ vus corpore, ſed magnus animo: Qui nu-
„ tritus eſt ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, &
„ Magiſtro ſuo, quo ſublato, Rex fecit eum
„ loco ejus Cancellarium ſuum; & poſtmo-
„ dùm factus eſt Epiſcopus Avenionenſis; &
„ indè propter ſcientiam ſuam, & pruden-
„ tiam factus eſt Cardinalis. *Hæc Antoni-
nus*. Alii tradunt, primùm electum Epiſco-
pum Forojulienſem in Provincia Aquenſi,
indè translatum ad Epiſcopatum Avenionen-
ſem, poſteà à Clemente V. aſſumptum ad
dignitatem Cardinalitiam. Itaque propter
ejus ſcientiam, & merita in eum conſenſe-
runt Domini Cardinales, ut eſſet Romanus
Pontifex, prout indicare videtur Ptolomæus
Lucenſis per illa verba: *In hunc Pontificem
conſenſerunt, virum ardentis ingenii, & in ju-
re Eccleſiaſtico, & Divino valdè peritum*.

436 Sed in difficilia tempora incidit Jo-
annes, exorto in Imperio Romano ſchiſma-
te,

te, ipsâ adhuc vacante Sede, propter electionem Ludovici Bavari ex una parte, & Friderici Auſtriaci ex altera; quòd quidem ſchiſma ingentium malorum extitit cauſa, & Joanni Pontifici varias tribulationes intulit, & calamitates, rebellante adverſus eum Ludovico Bavaro, cui electioni, ut minùs firmæ ille adhærere non potuit, nec ratam habere voluit, prout Eccleſiaſticæ hiſtoriæ referunt Scriptores, Alia quoque Chriſtianorum Regum diſſidia plurimum ſub Joannis Pontificatu Eccleſiam perturbarunt: Additum eſt ad malorum omnium augumentum teterrimum ſchiſma Petri de Corbara ex Minorum Ordine ad Pſeudopapatum aſſumpti ſtudio Ludovici Bavari Pſeudoimperatoris, cui ſatis viſum non fuit ſcindere Imperium, niſi & inconſutilem Chriſti Tunicam Sanctam Dei Eccleſiam ſcinderet, Cui ſciſſuræ adhæſerunt ex Sacro Minorum Ordine Michael à Ceſena Generalis miniſter, & Gullielmus Okam vir doctus, & literatus cum aliquibus ſociis, protegente eos Ludovico præfato, ſed inſtigante antiquo illo ſerpente, qui primum ſchiſma poſuit in Cœlo, Ordinemque ipſum propter illius Sanctitatem, humilitatem, dimiſſam Apoſtolicæ Sedi Obedientiam, ac præclara in extirpatione hæreſum, Schiſmaticorum unione, infidelium converſione, & Fidei dilatatione, geſta, perſequebatur invidens illi, tamquam ſibi, & ſuo infelici tenebrarum Principatui adverſario.

437 Inſuper & familiaria diſſidia, & peſſimas conjurationes ſuſtinuit Joannes, conſpirantibus in ejus vitam nonnullis ex ſuis fratribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, cooperante ut conjurationis antesignano, Bernardo de Artigia Pictavienſi, Pontificio commenſali, & Cappellano, machinantibus veneno Pontificem de medio tollere, ſicut ipſemet indicat in literis datis Galhardo Regenſis Epiſcopo, & Petro de Pratis, quibus cauſam inquirendi commiſerat, inquiens: „ Ad noſtrum aſſertio fide digna perduxit auditum, quod Magiſter Bernardus de Artigia Cantor Pictavienſis commenſalis Cappellanus noſter, & Sedis ejuſdem reverentiæ filialis officium inofficiosè præteriens, Dei timore poſtpoſito, & fidelitatis debito violato, illius qui primum ſchiſma ſuſcitavit in Cœlo, ſtimulis, ut creditur, agitatos, nos & prædictos fratres noſtros, qui in Charitatis unione fore firmiſſimi, & unius moris in domo habitare debemus, ab invicem dividere, ac per excluſionem unanimitatis ſeparare pro poſſe ſatagit, ac per ſe, ac per mediatores improbos zizaniam ſeminans, nonnullis ex eiſdem fratribus, ut contra nos, congregationes, & conſpirationes iniquas inirent deteſtandis ſuggeſtionibus perſuaſit, quo ſic ſeparati, ſicque diviſi in Mundi ſupportandis oneribus debiliores eſſemus; Unde nimirum, ſi facta relatibus conſonant, ſe læſæ conſtituit Majeſtatis; cumque propterea, & perjurii etiam in noſtra præſentia per eum commiſſi prætextu, eum noſtro fecerimus carceri detinere, multa quæ hucuſque Nos de ipſius turpi vita latuerunt, nunc ad noſtram audientiam ſunt aliquorum delatione perlata. *Hæc & alia Joannes*.

438 Hac itaque detecta conjuratione Joannes antidota adverſus veneficorum improbitatem comparare curavit, accepitq; à Margaretha Fuxenſi Comitiſſa Serpentinum cornu magnarum virium ad venena detegenda, cui in tanti beneficii recompenſationem, cum cenſeretur inæſtimabilis ferè pretii, bona ſua mobilia, & immobilia omnia legavit. Sed illi, qui in prima conjuratione habuere partem, Proditorem Judam imitantes, qui licet à Magiſtro Suo Domino noſtro Jeſu Chriſto detectus, & ut proditor ſigno indicatus, à flagitio tamen non deſtitit, comperientes quidquam amplius ſe veneno agere non poſſe in Pontificem, Diabolica obcæcati fraude, cui per malitiam jam ſe devoverant, ejuſdem Dæmonis opera, & magicis artibus, eum & aliquos fideles Cardinales extinguere aggreſſi ſunt, potionibus & imaginibus quibuſdam cum Demonum invocatione ntentibus. Extant hac de re diverſæ Joannis literæ, ad diverſos Principes miſſæ, ut in ejus Regeſto apparent. In eis vero quas Carolo Marchiæ Comiti dedit, inter plura hæc habet: „ Ut cujuſvis dubitationis ſcrupulum à corde tuo ſuper hoc auferat detectio veritatis, ſcire te facimus, quod nonnulli degeneres filii, ac proditores iniqui, in nos, & aliquos ex fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales conſpiratione commiſſa, dolum conceperunt, ut perderent; & ut iniquitatem parerent, potiones & imagines paraverunt ad extinguendum nos, & fratres eoſdem, opportunitatibus ſæpe perquiſitis. Ille tamen in cujus poteſtate hominis mors & vita conſiſtit, miſericorditer reſiſtentiæ manum appoſuit, & à nocere nitentibus, noceri innoxiis non permiſit. *Hæc ille*.

439 Clariùs inde maleficii qualitatem exponit in aliis literis datis Galhardo Epiſcopo Regenſi, Petro Textoris Decretorum Doctori, Petro è Pratis Juris Civilis peritus, Petro de Via Equiti, atque Arnaldo de Triamno Aulæ Pontificiæ Seneſcallo, quibus inquirendi contra ſceleratos illos curam commiſit. Scribit namque in eis apud Raynaldum, ad annum Domini MCCCXVII. ſub num. 52. „ Non attento, quod leges humanæ atrocius judicant hominem veneno extinguere, quàm gladio trucidare, potiones & venena mortifera præparari fecerunt, ut ex illorum propinatione, Nos & aliquos ex eiſdem fratribus noſtris extinguerent. Et ne deficerent in ſui mali executione propoſiti, propinationis habilitate negatâ, Imagi-

„ gines cereas fecerunt ſub noſtro & ipſorum „ fratrum nominibus confici, ut magicis artibus, incantationibus vetitis, ac Dæmonum invocationibus reprobandis adhibitis, „ vitam labefactarent inſontium per punctionem Imaginum prædictarum. „ *Hæc ille*, addens tres ex illis Imaginibus ad ſuas manus deveniſſe. Auctores porrò & hujus ſceleris complices, extitiſſe Joannem de Lemovicis, Jacobum Barbantium, Joannem de Amanto Medico, aliosque de Aula ipſa Pontificia Clericos, Idem Pontifex ſcribit in literis ſcriptis Bartholomæo Epiſcopo Forolivienſi, & Petro Textoris, ſub Dat. Avenione III. Kal. Martii relatis à Raynaldo. De hoc crimine convictum Hugonem Geraldi Epiſcopum Caturcenſem, ac proinde degradatum, & Sæculari Curiæ traditum, & per ejuſdem Curiæ judicium tractum & excoriatum atque combuſtum fuiſſe, teſtatur Ptholomæus Lucenſis, & conſentiunt Martinus Polonus, & Bernardus. Conſtat ergo Joannem Pontificem dira paſſum vexatumque à potentia Sæculari, à Laicis, Clericis, Cardinalibus, Epiſcopis, & Religioſis, licèt diverſis temporibus, modis, & cauſis, prout Eccleſiaſtici adnotant Scriptores.

440 Inter hæc autem, & ſi valde triſtia, & ærumnoſa, muneris ſui, ac Paſtoralis officii neqnaqnam oblitus, accipiens quod apud Tartaros plantata à Fratre Joanne à Monte Corvino, & aliis de Ordine Minorum fratribus Fides, ut ſupra præfati ſumus, detrimentum aliquod pati poterat, ex eo quod jam aliqui nominis Chriſtiani, & Catholicæ Fidei hoſtes, ſub pretextu mali hominis, Tartarorum Regia auribus inſuſurrantes, egerant ut publico edicto Campanarum ſonus, quo Catechumeni, & alii Chriſtiani ad Divina perſolvenda Officia, & Sacria intereſſendum, ex antefati Joannis à Monte Corvino inſtituto, advocari ſolebant, penitùs interdiceretur, ſcripſit eidem Tartarorum Imperatori, Usbec nuncupato, quatenus præfatum reſcinderet Edictum, ſollicitans ſimùl ad fidem Chriſtianam, pulſis erroribus, amplectendam. Exhibet literas Raynaldus ad annum Domini MCCCXVIII. Sub num. 2, quæ ſunt tenoris videlicèt ſequentis.

Magnifico Viro Usbec Imperatori Tartarorum Illuſtri Divinæ inſpirationis gratiam in præſenti, & fruitionis æternæ Gloriam in futuro.

441 „ Lætanter audivimus, quòd Tu, „ non abſque ſpeciali monitione Divina, ob „ reverentiam Chriſti Jeſu Domini Salvatoris, religionis Chriſtianæ Cultores, infra „ Imperii tui terminos conſtitutos, benigno „ favore proſequeris, & pertractes: hoc in „ te, per te agente illo, qui pro ſua voluntate bona in nobis velle, ac perficere operatur; quique vult omnes homines ſalvos „ fieri, & ad agnitionem pertingere veritatis. Nos igitur, qui Principis Apoſtolorum Petri, quem Chriſtus Cœlos aſcendens in terris ſuum Vicarium dereliquit, „ Regni Cœleſtis traditis ſibi clavibus, per „ quas ipſe, ſuique Succeſſores poteſtatem „ aperiendi omnibus, & claudendi ejuſdem „ Regni januam obtinerent, Succeſſores ſumus ſola Dei potentia non noſtris meritis conſtituti, animas Deo lucrifacere ſemper omnia cupientes, & errantes in viam „ veritatis reducere, ut ipſum agnoſcant „ Deum vivum, & verum omnium conditorem, qui de tenebris nos vocavit, atque „ utinam Se, ac tibi ſubjectos Populos vocare dignetur, in admirabile lumen ſuum, „ magnitudinem tuam rogamus, & hortamur attentiùs, & per illius miſericordiam „ obſecramus, qui te ad ſuam fecit Imaginem ſe capacem; qui Mortis, & Inferni Claves obtinens, cui claudit, quatenùs prudenter conſiderans, quòd vita noſtra vapor ad modicum parens eſſe dignoſcitur, „ quodque dies noſtri tranſeut velut umbra; „ Saluberrimam Fidei Catholicæ veritatem, „ quam Sacroſancta Romana ſervat, prædicat, & docet Eccleſia, Sine qua Creatori „ Deo eſt impoſſibile complacere, reverenter amplectens cum ſubjectis tibi populis, „ per Sacratam, & Sacrantem undam Baptiſmatis, per quam, ut filii ſimus Dei, „ accipimus poteſtatem, ſpiritualiter regenereris in Chriſto; ut ſic ab ipſo Regni „ Cœleſti coronam incorruptibilem unà cum „ ipſis populis conſequi merearis.

442 „ Verùm quia ipſe Chriſtus, qui eſt „ veritas, favores & bona, quæ ſuis exhibentur cultoribus, perſonæ ſuæ exclamat, „ & reputat eſſe facta; Cœlſitudinem tuam „ in Domino deprecamur, quatenùs ad Chriſtianæ Fidei profeſſores, qui dominationis „ tuæ terram inhabitant, & maximè qui „ prædicant inhibi Verbum Dei, ſic tuæ benignitatis affectu continues, ipſos operoſis „ favoribus proſequendo, quòd tuæ protecti defenſionis clypeo cujuſquam offenſionis molimina non formident; quin potiùs „ aſſiduæ ſecuritatis dulcedine valeant gloriari.

443 „ Cæterum, cùm, prout accepimus, „ ob Divini reverentiam Nominis, Chriſtianos prædictos Campanas, ad quarum pulſationem ad Divina convenire poſſent officia, dudum per aliquod temporis ſpatium „ habere, & pulſare liberè permiſiſſes, quamvis poſtmodum inimicorum Chriſti, qui, „ quantum poſſunt licet ſupervacuè contra „ ipſum, fraudolenta ſeductus inſtantia, Campanas pulſandi prædictas eis interdici feciſti à tribus annis proximo præteritis facultatem; rogamus denuò, ut ſuggeſtiones hu-

,, hujuſmodi, quæ de ipſorum ſentina vene-
,, noſa procedunt, omninò deſpiciens, Chri-
,, ſti cultores eoſdem præfatas habere, ac pul-
,, ſare Campanas pro Divini honore Nomi-
,, nis, permittas ſinè difficultate aliqua, &
,, concedas. Speramus enim in Domino,
,, quòd ex hoc tibi vitæ præſentis augmen-
,, ta provenient, noſtrique Redemptoris im-
,, menſa benignitas, qui nunquàm irremune-
,, ratum bonum aliquod prætermittit, ad
,, ſui nominis gloriam agnoſcendam, oculos
,, tuæ mentis faciliùs ſuæ lucis ſplendoribus
,, illuſtrabit. Datum Avenione v. Kal. Aprilis,
,, Anno II. *Hactenus literæ.*

444 Alium hunc Tartarorum Imperatorem extitiſſe ab eo, cum quo Frater Joannes à Monte Corvino amicitiam inierat, & familiaritatem, prout ſuprà oſtendimus, veroſimile mihi videtur, fortè illi ex humanis ſubtracto iſte ſucceſſit in Imperio, & potuit ſeduci ab inimicis Chriſtiani nominis, ut id, quod liberè deceſſor ſuus conceſſerat, revocaret, ut evenire ſolet in mutatione Regiminis. Illum verò baptiſmum ſuſcepiſſe, ac Chriſtianum obiiſſe probabiliter duximus, attentâ præcipuè Beati Antonini narratione; undè credibile non eſt, effectum Chriſtianum, interdicere voluiſſe, quod conceſſerat in honorem Chriſtianæ Religionis, exiſtens Infidelis.

445 Per idem tempus laborantibus in Perſide Inclyti Prædicatorum Ordinis Religioſis Viris pro Fidei dilatatione, & amplificatione, id quod cum Minoritis laborantibus in magno Tartariæ Imperio egerat Clemens V. egit & Joannes cum antefati Ordinis Religioſis, conſtituto Archiepiſcopo Soltanienſi Fratre Franco Peruſino, ſex alios ejuſdem Inſtituti Fratres in Epiſcopos Suffraganeos elegit, Geraldum videlicet Calvenſem, Guillelmum Adæ, Bartholomæum de Podio, Bernardinum de Placentia, Bernardum Moreti, & Bartholomæum Abaliati, quos in Perſides miſit ſub Tartarorum ibidem Regnantium Dominio, prout literæ ejuſdem Pontificis datæ præfato Fratri Franco, ex Avenione, Kalendis Maji, ſui Pontificatus Anno ſecundo, à Raynaldo relatæ indicant. Alios porrò ex eodem Ordine deſtinavit in Terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mocolitarum, & aliarum non credentium Nationum Orientis, & Aquilonis, ad quos dedit eodem die, anno, & loco, quibus ſuprà, literas, ab eodem Raynaldo relatas, quibus gratiis Apoſtolicis, & Privilegiis ampliſſimis eos condecoravit.

446 Cùm porrò, hoc ſedente Pontifice, Græci in perfidia ſua ſegregati conſiſterent, Eccleſia Armena in univerſum perfectè ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conjuncta eſt. Etenim, quæ Acta pro eadem unione fuerant in Synodo Siſenſi, in Cilicia celebrata ſub Leone Sapiente Armeniæ Rege, & Haytone illius patre, aliàs fratre Joanne, procurante ante ſuum obitum Gregorio Patriarcha, Haytone, & Leone ſublatis, à nonnullis labefactari incœpta ſunt, qui, Satanâ inſtigante, Synodico de Unione decreto, palàm adverſabantur, undè turbæ, & tumultuoſæ altercationes excitatæ fuere, non ſinè ejuſdem Eccleſiæ ſubverſionis periculo: Quibus malis occurrere volentes Oſcinus Rex, Leonis ſucceſſor, & Conſtantinus Patriarcha, in Urbe Adano in Armenia novâ congregatâ Synodo, refutatis hæreticorum, & ſchiſmaticorum cavillationibus, ac renovato Unionis decreto, cuncti Præſules cum Rege, & Regni Optimatibus, eidem ſubſcripſerunt; deindè, quoniàm perlatum fuerat ad Joannis Pontificis aures, adhùc præfatam Eccleſiam in quibuſdam Fidei dogmatibus & ritibus ab Eccleſia Romana diſcrepare, cùm Rex Oſcinus Nuncios pro arduis negotiis ad Sedem Apoſtolicam miſiſſet, Pontifex, inquiſitâ ab eis rei veritate, & inſtructis ſuper Fidei puritate, ſcripſit præfato Regi, adjectâ literis formulâ Fidei Catholicæ profitendâ, ut ab univerſa Armena Eccleſia, recepta, in nullo quo ad dogmata & catholicos ritus, à Sancta Matre, & univerſali Eccleſia diſcreparet, cujus literas exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCXVIII. ſub num. 8. ad hunc modum ſe habentes.

Joannes Epiſcopus &c. Oſcinio Regi Armeniæ Illuſtri.

447 ,, Fili chariſſime, Venerabili fratri
,, noſtro Jacobo Epiſcopo Cabanenſi, & di-
,, lectis filiis Nobilibus Viris Stephano, &
,, Giraldo Militibus, ac Gregorio Trucima-
,, no Ambaſſatoribus tuis, & Nunciis à Ma-
,, gnificētia tua pro arduis Regni tui negotiis
,, ad nos miſſis, nuper in Curia noſtra præ-
,, ſentibus, noſtro per nonnullos fuit inſtil-
,, latum auditui, quòd Armeni, Chriſtiani
,, nominis titulo inſigniti, à Romana Eccle-
,, ſia Matre tua, quæ Caput eſt, & Magi-
,, ſtra, circa dogmata Catholicæ Fidei, &
,, ritus Eccleſiaſticos in aliquibus diſcrepa-
,, bant. Propter quòd nos, licèt ad id facilè
,, noſtræ non inclinaret credulitatis aſſenſus,
,, de tua tamen, & tuorum ſalute ſoliciti,
,, & nè tuam, & illorum innocentiam cujuſ-
,, vis obloquii murmur obrueret, aut tui no-
,, minis gloriam impoſitio falſa mendaciter
,, obumbraret, prædictos Ambaſſatores tuos,
,, ac Nuncios ad noſtram fecimus ſeorsùm
,, in camera convocari præſentiam, & adhi-
,, bito per Interpretem Gregorio memorato,
,, non in velamentis ænigmatum, ſed in ver-
,, bis explicitis & aptis recenſuimus, ut in-
,, fra deſcribitur, profeſſionem Fidei, quam

tenemus, & ritus Eccleſiaſticos, quos ſervamus. Quam utiq; Fidem præfatus Epiſcopus, ſuper hoc interrogatus à nobis, non ſub involucro, aut verborum ambagibus, ſed clarè ac purè fuit profeſſus ibidem, idque te, ac tuos aſſeruit corde firmiter credere & ore; ſimpliciter confiteri, quod tenet & docet Romana Mater Eccleſia in hac parte.

448 „ Porrò circa Eccleſiaſticorum obſervantiam rituum, in hoc tantùm, non quidèm ex contemptu, ſed ex quadam ignorantia & ſimplicitate Armenos diſcrepare ſubjunxit à nobis, quòd eorum ſimplices Sacerdotes Confirmationis conferunt Sacramentum, quod apud nos ſoli conferre debent Epiſcopi per manus impoſitionem, in fronte chriſmando renatos. Ipſi etiam Sacerdotes Oleum, quod Infirmorum dicitur, conſecrant pro Sacramento Unctionis extremæ; cùm tamen id apud nos ad Epiſcopos ſolos ſpectet.

449 „ Ceterùm, nè in his tuæ, ac tuorum ſinceritatis extollenda præconia celarentur, voluimus, quòd ad Dei laudem & gloriam, tuæque ſublimitatis extollentiam atque decus, idem Epiſcopus in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia præmiſſa omnia recenſeret; quod & fecit prudenter & providè: dictamque nihilominùs profeſſionem à ſe factam nobis dedit in ſcriptis, ut in futurum conſervaretur rei geſtæ memoria, & ipſorum recens notitia poſteris ſe offerret. Ut autem ipſius ſinceritas, & veritas Fidei, quam prædicta tenet Eccleſia, quamque nos firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, & quam etiam prædictus Epiſcopus patenter confeſſus eſt, aſſerens ipſum, ut Romana docet Eccleſia, te credere firmiter, & tenère, fiat tàm tibi, quàm tuis omnibus manifeſta, eam per præſentes plenè proponimus, & exponimus evidenter.

450 „ Credimus etenim Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum Deum Omnipotentem, totamque Deitatem coeſſentialem, conſubſtantialem, coæternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, poteſtatis, & majeſtatis; Creatorem omnium Creaturarum, à quo omnia, & per quem omnia, in quo omnia, quæ ſunt in Cœlo, & in Terra viſibilia & inviſibilia, corporalia & ſpiritualia. Credimus ſingulam quamque in Sancta Trinitate Perſonam unum verum Deum, plenum & perfectum.

451 „ Credimus, ipſum Filium Dei Verbum Dei æternaliter natum de Patre, conſubſtantialem, coomnipotentem, & æqualem per omnia Patri in Divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto ex Maria ſemper Virgine cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex Patre æternam, altera ex Matre temporalem: Deum verum, & Hominem verum, proprium in utraque natura, atque perfectum, non adoptivum, neque phantaſmaticum, ſed unum, & unicum Filium Dei in duabus, & ex duabus, Divinâ ſcilicet & humanâ, naturis, ſed in unius Perſonæ ſingularitate impaſſibilem & immortalem Divinitate; ſed in humanitate pro nobis, & ſalute noſtra paſſum verâ carnis paſſione, mortuum, & ſepultum, & deſcendiſſe ad Inferos, ac tertia die reſurrexiſſe à mortuis verâ carnis reſurrectione, die quadrageſimo poſt reſurrectionem cum carne, in qua reſurrexit, & anima, aſcendiſſe in Cœlum, & ſedere ad dexteram Patris, indè venturum judicare vivos & mortuos, & redditurum unicuiq; ſecundùm opera ſua, ſive bona fuerint, ſive mala.

452 „ Credimus etiam, Spiritum Sanctum plenum & perfectum, verumq; Deum, ex Patre, & Filio procedentem, coæqualem, & conſubſtantialem, & coomnipotentem, & coæternum per omnia Patri, & Filio.

453 „ Credimus, hanc Sanctam Trinitatem non tres Deos, ſed unum Deum omnipotentem, æternum, inviſibilem, & incommutabilem. Credimus, Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam unam eſſe veram Eccleſiam, in qua unum datur Baptiſma, & vera omnium remiſſio peccatorum. Credimus etiam veram reſurrectionem ejuſdem carnis, quam nunc geſtamus, & Vitam æternam. Credimus etiam novi & veteris Teſtamenti Legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum unum eſſe auctorem Deum, ac Dominum omnipotentem. Hæc eſt vera Fides Catholica, & hanc ſuper dictis Articulis tenet & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia.

454 „ Sed propter diverſos errores, à quibuſdam ex ignorantia, ab aliis ex malitia introductos, dicit & prædicat eos, qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, non rebaptizandos, ſed per veram pœnitẽtiam ſuorum poſſe conſequi veniam peccatorum: Quòd ſi verè pœnitentes in charitate deceſſerint, antequàm dignæ pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnas Purgatorii poſt mortem purgari; & ad pœnas hujuſmodi relevandas prodeſſe eis Fidelium vivorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleæmoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverint, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta.

455 „ Illorum igitur animas, qui poſt ſacrum Baptiſma ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt peccati contractam maculam, vel in ſuis manentes corporibus,

vel

,, vel eiſdem exutæ, prout ſuperiùs dictum
,, eſt, ſunt purgatæ, in Cœlum mox recipi:
,, Illorum autem animas, qui in mortali pec-
,, cato, vel cum ſolo originali decedunt,
,, mox in Infernum deſcendere, pœnis ta-
,, men diſparibus puniendas, eadem Sancta
,, Romana Eccleſia credit, & firmiter aſſeve-
,, rat; & quòd nihilominùs in die Judicii
,, omnes homines ante Tribunal Chriſti cum
,, ſuis corporibus comparebunt, reddituri de
,, factis propriis rationem.

456 ,, Tenet etiam & docet eadem Ro-
,, mana Eccleſia, ſeptem eſſe Eccleſiaſtica Sa-
,, cramenta: Unum ſcilicet Baptiſma, de
,, quo dictum eſt ſuprà: Aliud eſt Sacramen-
,, tum Confirmationis, quod per manus im-
,, poſitionem Epiſcopi conferunt chriſman-
,, do renatos: Aliud eſt Pœnitentia: Aliud
,, eſt Euchariſtia: Aliud eſt Sacramentum
,, Ordinis: Aliud eſt Extrema Unctio, quæ
,, ſecundùm doctrinam Beati Jacobi, infir-
,, mantibus exhibetur. Sacramentum Eucha-
,, riſtiæ ex azimo conficit eadem Romana
,, Eccleſia, tenens & docens, quòd in ipſo
,, Sacramento panis verè tranſubſtantiatur
,, in Corpus, & vinum in Sanguine Domini
,, noſtri Jeſu Chriſti. De Matrimonio tenet,
,, quòd nec unus Vir ſimùl plures uxores,
,, nec una Mulier ſimùl habere permittitur
,, plures Viros: Solutâ verò lege Matrimo-
,, nii per mortem alterutrius Conjugum, ſe-
,, cundas & tertias, & deinceps nuptias ſuc-
,, ceſſivè licitas eſſe dicit, ſi impedimentum
,, canonicum ex alia cauſa non obſiſtat.

457 ,, Hæc eſt, fili, puriſſima, certiſſima,
,, & ſolidiſſima orthodoxæ fidei & ritus Ec-
,, cleſiaſtici veritas, Evangelicæ doctrinæ
,, conſona, & Sanctis tradita Patribus, &
,, Romanorum Pontificum in ſuis Synodis
,, diffinitione firmata. Quòd itaque ad hanc
,, fidei veritatem zelo devotionis afficeris,
,, quòd ipſam devotus amplecteris, quòd cla-
,, ræ memoriæ Regis inclyti Patris tui lauda-
,, bilia imitando veſtigia, ad ejus unitatem
,, & obſervantiam cunctos ſibi ſubditos ex-
,, emplo laudandæ imitationis inducis, ſciens
,, cum Apoſtolo, quòd ſicut unus eſt Deus,
,, unumque Baptiſma, ſic cunctorum debet
,, eſſe Fidelium una Fides: Cedit evidenter
,, ad animarum ſalutem, & tui nominis glo-
,, riam, & inſuper ad tui ſtabilimentum prin-
,, cipatus accedit. Quid enim puriori luce
,, relucet in Principe, quàm fidei rectæ ſin-
,, ceritas & vera Religio, quæ cùm in luminis
,, & vitæ dirigantur auctorem, tenebras reſ-
,, puunt, neſciunt ſubjacere defectui, nec
,, verentur occaſum?

458 ,, Hæc profectò cunctis audientibus,
,, qui ſpiritu Dei aguntur, gaudii & exulta-
,, tionis in Domino materiam ſubminiſtrant:
,, Hæc Catholicos rei conſcios in jubilum
,, animos excitant; ſed cor noſtrum lætitiâ in
,, eo indubiè profuſiori reſpergunt, quò Cel-
,, ſitudinem tuam potiori charitate proſequi-
,, mur, & ex officii debito, ac paternæ cha-
,, ritatis inducto ad tuam, tuorumque ſalutem
,, ferventiùs anhelamus. Tu quoque, aman-
,, tiſſime fili, ex iis habes undè Domino Deo
,, tuo in vocem exultationis & confeſſionis
,, erumpas, exultes in eo, & fatearis humi-
,, liter tibi & tuis dè immenſo Ipſius dono
,, conceſſum inter perfidas nationes veræ fidei
,, agnoſcere veritatem, illamque devotionis
,, affectibus confiteri. Perſta igitur, noſti enim
,, quòd perſeverantiæ palma debetur: cum-
,, que præcepto Regis cauda hoſtiæ in ſacri-
,, ficio jubeatur offerri, ille benè immolat,
,, qui ſacrificium boni operis uſque ad finem
,, perducit debitæ actionis.

459 ,, Nè verò circa Sacramenta, vel ri-
,, tus Eccleſiaſticos inter nos & te, ac tuos re-
,, liquiæ diſſonantiæ qualiſcumque ſuperſint,
,, quæ tuis & illorum honori derogent & ſa-
,, luti; Excellentiam tuam inſtanter requiri-
,, mus & rogamus, obſecrantes eam per illum,
,, cujus perfecta ſunt opera, & quem tu crea-
,, tura illius in tam placidi conſumatione bo-
,, ni pro viribus imitari tenèris, quatenùs
,, efficacem pro poſſe des opem & operam,
,, quòd totus Clerus & populus Regni tui
,, ritum ipſius Romanæ Eccleſiæ circa Sacra-
,, menta Confirmationis, & extremæ Unctio-
,, nis obſervent: ut videlicet Sacramentum
,, ipſum Confirmationis, quod non legitur,
,, neque ſcitur ab Apoſtolorum tempore ab
,, aliis, quàm ab ipſis fuiſſe peractum; Quin
,, potiùs in eorum actibus ſcribitur, quòd
,, ad confirmandum baptizatos in nomine
,, Domini Jeſu Chriſti, Petrus & Joannes in
,, Samariam de Hieroſolymis tranſmiſſi fue-
,, runt; quòd utique Sacramentum poſt tem-
,, pus illorum fuit ſolis Pontificibus in
,, eorumdem Apoſtolorum locum ſuccedenti-
,, bus reſervatum; nulli autem quàm Epiſco-
,, pi exhibere, nec aliqui ab aliis, quàm ab
,, Epiſcopis ſuſcipere quoquo modo præſu-
,, mant. Licèt namque Sacramentum ipſum
,, non ſit à fidelibus contemnendum, tutius
,, tamen eſt illud ſine periculo, quod neceſſi-
,, tatem non habet, omittere, quàm ſi ab iis,
,, à quibus illud conferri non licet, ex teme-
,, ritate, quæ lege damnatur, non ſine gravi
,, periculo, inaniter conferatur, cùm umbra
,, quædam oſtendatur in opere, veritas autem
,, non ſubeat in effectu.

460 ,, Efficias etiam, quantum in te
,, fuerit, & procures, quòd nullus deinceps,
,, niſi Epiſcopus, Oleum ſanctificet Infirmo-
,, rum, cùm ut præfertur, ad ſolos ſpectet
,, Epiſcopos ipſius olei materiam conſecrare
,, ad inungendum infirmos. Si nempe, ut
,, præmittitur, in fide fundati ſtabiles & im-
,, mobiles in illa permãſeritis tu & tui; ſi prę-
,, fato ritu noſtro vos conformare curabitis;
,, nedùm opinionis veſtræ cuſtodes eſſe, ac de
,, bono nomine habere dicemini, ſed &
re-

„ retributionis præmia, non ſine laudis hu-
„ manæ præconio, & Apoſtolici favoris
„ augumento.

461. „ Nec omittimus, quòd ipſa ſacro-
„ ſancta Romana Eccleſia, Summum & ple-
„ num Primatum, & Principatum ſuper uni-
„ verſam Catholicam Eccleſiam continens
„ (quem ſe ab ipſo Domino in Beato Petro
„ Apoſtolorum Principe, ſeù vertice, cujus
„ Romanus Pontifex eſt Succeſſor, cum po-
„ teſtatis plenitudine recepiſſe veraciter, &
„ humiliter recognoſcit) ſicut præ cæteris
„ tenetur fidei veritatem defendere, ſic & ſi
„ quæ de fide ſubortæ fuerint quæſtiones,
„ ſuo debent judicio diffinire; ad quem po-
„ teſt gravatus quilibet in negotiis ad forum
„ Eccleſiaſticum pertinentibus appellare; ſed
„ & in omnibus cauſis, ad examen Eccleſia-
„ ſticum ſpectantibus, ad ipſius poteſt re-
„ curri judicium: & eidem omnes Eccleſiæ
„ ſunt ſubjectæ, ipſarumque Prælati, & obe-
„ dientiam & reverentiam ſibi debent; apud
„ quam ſic poteſtatis plenitudo conſiſtit,
„ quòd Eccleſias cæteras ad ſolicitudinis par-
„ tem admittit: quarum multas, & Patriar-
„ chales præcipuè, diverſis Privilegiis eadem
„ Romana Eccleſia honoravit, ſua tamen
„ prærogativa tàm in generalibus Conciliis,
„ quàm in quibuſcumque aliis ſemper ſalva.
„ *Hæc Joannes in literis*; ſubjiciens, Epiſco-
pum Cabanenſem his omnibus aſſenſiſſe. Datæ ſunt 11. Kal. Maii. Et ſimiles dedit & ejuſdem omninò argumenti literas ad Catholicum, ſeù Armenorum Patriarcham, alioſque Præſules, quos hortatur & obſecratur ad rectè curam Paſtoralem gerendam.

462 Cùmque propter procedentes Sarracenorum excurſiones in Armenia, coacti plurimi ſolio patrio cedere, in Cherſoneſo apud Tauricam, tunc ſub Tartarorum Dominio, ſua elegerunt domicilia, Epiſcopo Caphēſi Latino ſe in ſpiritualibus ſubmittentes: quòd cùm ad Joannis deveniſſet notitiam, ſummè gratulatus, non omiſit erga eos ſuam Paſtoralem curam, quos per ſuas literas de duobus inſtruere curavit, de Tranſubſtantiationis articulo in Euchariſtiæ Sacramento, ac de ritu miſcendi aquam cum vino in ſacroſanctis Sacrificii Miſſæ Myſteriis, in quo Armeni ab Eccleſia Romana diſcrepare ſolebant: licèt qui in Armenia degebant paulò ante in Concilio Siſenſi, inde in Adanenſi, errorem repuliſſent. Literæ ergo ad eos datæ, à Raynaldo recitatæ ad hunc eundem Annum MCCCXVIII. ſub num. 13. ſic ſe habent.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Armenorum, & dilectis filiis Presbyteris per Caphenſem Diœceſim conſtitutis.

463 „ Exultavit cor noſtrum in Domino,
„ multaque perſudit lætitia mentem noſtram,
„ noviter intellecto, quòd lucis Creator om-
„ nipotens, vobiſcum virtutem faciens, men-
„ tes veſtras veræ lucis radjis illuſtravit:
„ dùm Catholicam Fidem, quam veraciter
„ tenet, fideliter docet, & prædicat Sacro-
„ ſancta Romana Mater Eccleſia, promiſiſtis
„ juramento præſtito, inviolabiliter obſerva-
„ re; Venerabili Fratri noſtro Hieronymo
„ Epiſcopo Caphenſi Romani Pontificis, &
„ ipſius Eccleſiæ nomine obedientiam & re-
„ verentiam exhibentes humiliter, & firmiter
„ promittentes. Propter quòd ſinceris deſi-
„ deramus affectibus, & inſtantiâ multæ ſo-
„ licitudinis excitamur, & ejuſdem Eccleſiæ
„ ſalutifera documenta ſervantes, ejus ob-
„ ſervantias ſervetis fideliter, & præſertim
„ in altaris ineffabili, ac potiſſimo Sacramen-
„ to. Quamquàm enim in Sacramentis cæ-
„ teris, & per ipſa gratia conferatur ſancti-
„ ficans, in hoc tamen Sacramento tranſub-
„ ſtantiatis pane in Chriſti Corpus, & vino
„ in Sanguinem ſub ſpeciebus utriuſque, quæ
„ permanent, continetur verè ſacramentali-
„ ter totus Chriſtus.

464 „ Itaque noſſe vos volumus, nec
„ latere, quòd aquam miſceri vino in ſalu-
„ taris Calice tenet Sancta Romana Eccleſia,
„ prædicat, præcepit, & obſervat; non falſis
„ ad hoc fictionibus circumventa, ſed Divinis
„ edocta verbis, & rationibus validis ſancto
„ afflante ſpiritu, per quem gubernatur &
„ regitur communita. Hunc namque ſervan-
„ do ritum, hoc Sacramentum celebrans,
„ Chriſto ipſum ſtatuenti veraciter ſe con-
„ format. Non enim credendus eſt Chriſtus
„ ipſe, qui temperantiæ ſummæ cunctis ſe
„ præbuit exemplum in die Cœnæ, qua hoc
„ Sacramentum inſtituit, vino puro, ſed
„ lymphato potiùs uſus eſſe, Salomone præ-
„ dicente in Chriſti perſona Diſcipulis pro
„ hac die: *Venite, comedite panem meum, & *
„ *bibite vinum, quod miſcui vobis.*

465 „ Vino etiam in hoc ſacro myſterio
„ aquam miſcens, expreſsè commemorat
„ mortem Chriſti, de cujus latere in Cruce
„ dormientis, dirà perfoſſo lanceâ, non ſo-
„ lùm ſanguis, ſed cum ipſo pariter aqua
„ fluxit, Evangeliſtâ dicente Joanne, quòd
„ unus Militum lanceâ latus ejus aperuit:
„ *& continuò exivit ſanguis, & aqua.* Apoſto-
„ lus etiam Paulus verba Chriſti de hac com-
„ memoratione recitans, dicit: *Hoc facite*
„ *in meam commemorationem; quotieſcumque*
„ *enim manducabitis panem hunc, & calicem*
„ *bibetis, mortem Domini annunciabitis.* De-
„ niquè cum aqua vino apponitur, Sacra-
„ menti fructus, qui eſt, ſumentes uniri
„ Chriſto, clariùs deſignatur: Per aquas enim
„ figuratur Populus in Scripturis, Angelo
„ dicente Beato Joanni in Apocalypſi: *Aquæ,*
„ *quas vidiſti, Populi ſunt*; ut ſic per hoc,
„ quòd vino aqua infunditur, Chriſtianus
„ ſumens Populus incorporari Chriſto verè
„ intelligitur. Nec quemquam adversùs præ-
di-

„ dicta movere debet, quod per aquam, quæ
„ de Chriſti profluxit latere, deſignatur un-
„ da baptiſmatis; Aqua namque non ſolùm
„ ſordes carnis abluit & emundat, verùm
„ etiam juncta vino, reficit & confortat; ut
„ ſic aqua prædicta accepta per ſe, baptiſ-
„ mum ſignificet, permixta verò ſanguinis,
„ Sacramentum.

466 „ Vos igitur, ò dilecti frater & filii,
„ juxtà Iſaiæ conſiliũ, attendentes *ad Abra-*
„ *ham patrem veſtrum*, Romanum videlicet
„ Pontificem, *& ad Saram, quæ peperit vos*,
„ Rom. ſcilicet Matrem Eccleſiam, quæ vos
„ per baptiſmum in Chriſto genuit, & alere ac
„ complecti dulciter prompta eſt & parata
„ ſuis uberibus & brachiis charitatis; ejus
„ legem devotâ mente ſuſcipite, qua ſtatuit,
„ quòd in hoc admirabili Sacramento nec
„ aqua ſine vino, nec vinum abſque aqua
„ per Miniſtrum aliquatenùs offeratur. Hanc
„ ergò ſervare Univerſitatem veſtram roga-
„ mus, & hortamur in Domino, & obſecra-
„ mus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri,
„ charitativè veſtræ; in virtute Dei præcipi-
„ mus & mandamus; Nam juxtà Chriſti
„ fidele promiſſum, aqua hæc, quam ipſe pro-
„ tulit de ſeipſo, *fons aquæ ſalientis in Vi-*
„ *tam æternam*, ritum Sacramenti prædi-
„ ctum obſervantibus vobis fiet; dictaque
„ Mater Eccleſia fructus colliget uberes ex
„ veſtris actibus virtuoſis. Datum Avenione
„ v. Kal. Aprilis, Anno ſecundo. *Hactenus*
literæ.

467 Sed &, ut in Armenia ipſa magis ac magis Eccleſia Catholica conſtabiliretur, Fides dilataretur, & illa, quam docet, tenet, & prædicat Sancta Romana Eccleſia, novos Apoſtolicos Viros, & Evangelicos Operarios ex Sacro Prædicatorum Ordine ſelectos, Fratrem ſcilicet Raymundum Stephani, & alios ſocios, mittere curavit, datis ad Oſcinum Regem literis commendatitiis, quatenùs pro ſua Regali magnificentia provideret eis in Regno ſuo, & ſpecialiter in Civitate Ajacii, de loco ad inhabitandum, in quo Deo famulari poſſent, & plebem inſtruere. Ait namque in eis Pontifex: „ Cupientes igitur,
„ ut ubilibet gentium, & præcipuè in ſubje-
„ cto tibi Regno, divina nominis reverentia
„ creſcat, augeatur Chriſtiana Religio, &
„ Fides Catholica dilatetur, in memorato
„ Regno multiplicare proponimus Viros Re-
„ ligione claros, devotione gratos, & ſcien-
„ tiæ decore venuſtos, videlicet Fratr. Ray-
„ mundum Stephani Ordinis Prędicatorum,
„ & quoſdam alios ſuos ſocios, qui ſubje-
„ ctum tibi populum verbo ſalutiferæ in-
„ ſtruat ſanctæ converſationis exemplo, ad
„ amorem Patriæ Cœleſtis accendant, & La-
„ tini ſermonis peritiam, functi Præceptoris
„ officio gratis atque copiosè diffundant. *Et*
„ *infrà*. Illos juxtà Regalem magnificentiam
„ opportunis favoribus proſequi non deſiſtas,
„ providendo celeriùs, ut certa loca in Re-
„ gno tuo, & præcipuè in Civitate Ajacii,
„ prædictis Dei famulis aſſignentur, in qui-
„ bus devotum, & debitum ſervitium Deo
„ reddere, confluentem plebem inſtruere, &
„ Latini ſermonis copiam valeant miniſtrare.
Hactenus Joannes. Datæ ſunt literæ Avenione vi. Idus Junii, Anno II.

468 Erant quoquè apud eundem Oſcinum alii ex Minorum Ordine Viri Religioſi, quibus domeſticè & familiariter utebatur, ſecutus in hoc prædeceſſoris ſui morem; qui quidèm ut Apoſtolici Viri in Vinea Domini laborabant. Hoc namque teſtantur literæ Clementis V. ad præfatum Regem datæ, ex Vaticano Regeſto exſcriptæ à Wadingo, ac ſuis in Annalibus inſertæ, ad Annum Domini MCCCVI. ſub num. 2. ſic ſe habentes.

Chariſſimo in Chriſto filio Oſcino
Armeniæ Regi Illuſtri.

469 „ Devotionis tuæ ſinceritas prome-
„ retur, ut Apoſtolica Sedes, ad quam prom-
„ ptitudinem geris reverentiæ filialis, peti-
„ tiones tuas libenter exaudiat, tuaque de-
„ ſideria pia favore benevolo, proſequatur.
„ Tuis itaq; ſupplicationibus inclinati, con-
„ vocandi ad te, & tecum etiam domeſticè,
„ & familiariter retinendi ſex ex Fratribus
„ Ordinis Fratrum Minorum, quos Miniſter
„ dicti Ordinis Regni Cypri ad hoc duxerit
„ eligendos, prout aliàs claræ memor. Hec-
„ choni (*ſive Hayṭoni*) fratri tuo, Regi Ar-
„ meniæ, fuiſſe aſſeris ab Apoſtolica Sede
„ conceſſum, plenam tibi præſentium aucto-
„ ritate concedimus facultatem. Datum in
„ Prioratu de Grauſello propè Malauſanum,
„ Vaſionenſis Diœceſis, x. Kalendas Julii,
„ Anno VI. *Hactenus literæ*. Cæterùm plurimùm profeciſſe in Armenia Religioſos ex Sacro Prædicatorum Ordine à tempore Beati Bartholomæi de Bononia ejuſdem Inſtituti Profeſſoris, qui claruit ſub Pontificatu hujus Joannis XXII. ad poſtrema uſque tempora, teſtatur Clemens Galanus in ſuo Opere Conciliationis Eccleſiæ Armenæ cum Romana, par. 1. cap. 30. ubi ex profeſſo agit de Progreſſibus Fratrum Prædicatorum in reducendis ad Catholicam Fidem Armenis.

470 Ut verò ad Græcos ſchiſmaticos convertamus ſermonem, de Uroſio Raſciæ Rege, cujus ſupra meminimus, primùm agendum eſt. In ſua adhùc perfidia, & peſſimo Græcorum ſchiſmate, deluſo Romano Pontifice, adhùc perſiſtente, regimenque in ſibi ſubjectos Populos, & maximè Catholicos, pluſquàm tyrannicè exercente, Macedoniæ Proceres ad excutiendum illius ſervitutis jugum, & Romanæ Eccleſiæ obſequium amplectendum, inito ſuper hoc conſilio & fœdere, de propoſito certiorem reddiderunt Joannem Romanum Pontificem, conſenſum, & bene-
pla-

Digitized by Google

placitum Apoſtolicum exquirentes. Ille verò auditâ præfatorum Procerum mente, libenter annuit, ac ad opus perficiendum incitavit, datis ſequentibus literis.

Joannes Epiſcopus &c. Dilectis filiis Nobilibus Viris Guillelmo Bleniſte Protoſevaſtoni, Guillelmo Comiti, Paulo Materango, cæteriſque Baronibus Regni Albaniæ.

471 „ Ex fide dignæ inſinuationis aſſertione, non abſque paternæ compaſſionis affectu percepimus, quòd vos ſub gravi tyrannide illius Regis perfidi Raſclæ, nedùm ſchiſmatici, & Religionis Chriſtianæ totaliter inimici; quin etiam omni humanitatis deſtituti fœdere, & ultrà feralem ſævitiam efferato animo ſævientis, quaſi ex cujuſdam neceſſitatis indicto propter temporis corrupti malitiam inviti convivitis, firmo concepto propoſito illius declinandi perfidiam, quamprimùm opportunitas arridebit, nè ab ipſius convictu mores perditos contrahatis; tanquàm Viri catholici, & in orthodoxæ Fidei veritate fundati, ac Spiritu inſpirati Dominico, dùm favebit aura fœlicior, educturi libenter in publicum quod ad tempus diſſimulari cogimini, quodque latet de ſinceritate veſtræ Fidei, ac devotionis introrsùm.

472 „ Porrò, fili, de tàm laudando veſtro propoſito gratulamur, quòd nimìrum acceptum habemus in germine, & profectò fiet acceptiùs, dùm ſuo tempore ad fructum pervenerit conſummatum. Præſtate igitùr, & ſpiritum nolitis extinguere; & tàm laudandum veſtrum in hac parte conceptum, quàm celeriùs tutè, ac opportunè poteritis, in partum producere viriliter ſtudeatis. Nec vos ipſius ſchiſmatici malignitas terreat, non quævis turbatio in partem alteram claudicare compellat; ſed ſpe ſub Omnipotentis fiducia de noſtra, & Romanæ Matris Eccleſiæ, quæ Caput eſt omnium Fidelium & Magiſtra, & quæ de filiorum ſalute lætatur, favorabili proſecutione concepta, ipſius ſpei fortitudine roborati, ac confortati in virtutis divinæ potentia, robur ſpiritus aſſumatis; & quòd nunc ſub diſſimulatione tranſire vos expedit, ſuis loco & tempore nullatenùs omittatis implere; beatam ſpem, ac magni, & Apoſtolicæ Sedis auxilium, quod vobis, ut ſperamus, aderit de propinquo, fiducialiter expectantes &c. Datum Avenione xv. Kal. Julii.

473 Deinde ſolicitus Joannes, ut hac media conſpiratione finis imponeretur Græcorum in Regno Uroſii ſchiſmati, prænobiles & Catholicos viros Mentulum Muſatium Comitem Cliſſaniæ, Andream Muſatium Regni Albaniæ Mareſcallum, & Theorum Muſatium Protoſevaſtonem, per alias admonuit literas, quæ habentur Tom. I. Epiſtolar. ſecr. Epiſt. 571. quatenùs negotio de excutiendo ſervitutis jugo ſub Uroſio, operam darent, quod & præſtitit etiam per literas cum Bladiſlao Coninc, Diocleæ & Maritimæ Albaniæ Comite. Qui omnes præfatis Pontificiis inflammati literis, non diſtulere, captâ temporis opportunitate conſilium executioni demandare; nam auxiliantibus Philippo Principe Tarentino, Carolo Ungariæ Rege, & Bano Maladino Boſſinæ, difficile bellum Uroſio indixerunt: ſed quoniam poſt varia certamina adhùc in ſchiſmaticorum poteſtate maritima Macedoniæ præſtabant loca, Pontifex aliorum Principum auxilia poſtulavit, deditque ſuper hoc Friderico Romanorum Regi electo tenoris ſequentis literas.

Chariſſimo in Chriſto filio Friderico in Regem Romanorum electo.

474 „ Firmam gerit de Celſitudine tua mens noſtra fiduciam, quòd in his, quæ Divini nominis laudem, exaltationem Fidei, infidelium & ſchiſmaticorum depreſſionem, eorumque reductionem ad Fidei Catholicæ unitatem reſpiciunt, ingenitæ tibi commendabilis voluntatis inſtinctu, ubi nulla extrinſecùs providentiam tuam ad id ſolicitatio commoveret, ferventi deſiderio te promptum, utilem, & ſolicitum cupias exhibere.

475 „ Sanè, Chariſſime in Chriſto fili noſtri Caroli Regis Ungariæ Illuſtris jucunda & grata relatio noſtro Apoſtolatui patefecit, quòd dudùm ipſe ſub ſpe Cœleſtis auxilii, cujus eſt Athletarum ſuorum dirigere & roborare proceſſus, contra ſchiſmaticos & orthodoxæ Fidei inimicos, in potenti manu & exercitu copioſo procedens, ſupernâ ſibi favente potentiæ dexterâ, de dictis ſchiſmaticis fœliciter triumphavit; ità quòd Regnum Macedoniæ, ſicut nota evidentia facti in illis partibus evidentiùs notum reddidit, de manibus illorum ereptum ſuæ ſubdidit ditioni. Qui tanquàm Princeps Catholicus, & tam genere, quàm magninimitate præclarus, ad debellandum dictos ſchiſmaticos & infideles uſque ad partes maritimas ſpem robuſti cordis ſtrenuitate protendens, ad id invigilat, ſuaſque vires Catholicas roborat atque conflat, ut in exercitu gravi & dextera extenta, aliorum Catholicorum Principum fultus auxilio, procedere valeat ad dictorum ſchiſmaticorum & infidelium reſiduum conterendum.

476 „ Quia igitur, fili, decet te, qui ſibi es affinitate & dilectione conjunctus, ſuper proſecutione tam pii, utiliſque negotii non deeſſe, ſed in favorem orthodoxæ Fidei, & dila-

„ dilatationem ipſius tui opem ſubſidii mini-
„ ſtrare; Serenitatem tuam affectuosè rogan-
„ dam duximus & hortandam, quatenùs ob
„ ejus intuitum, qui ſuo pretioſo ſanguine
„ nos redemit, cujus in hac parte negotium
„ geritur, cujusque in his beneplacitis deſer-
„ vitur, noſtræque interceſſionis inſtantiam
„ eidem Regi in hujuſmodi laudabilis proſe-
„ cutione negotii aſſiſtas viriliter, & poten-
„ ter, ſibi juvamen & opem, prout ejuſdem
„ negotii magnitudo depoſcit, per te, &
„ ſubditos tuos liberaliter impenſurus; ſic
„ in præmiſſis te utiliter & favorabiliter ha-
„ biturus, quòd Altiſſimus, digna proinde
„ tibi præmia recompenſet, Noſque devotio-
„ nem tuam dignis poſſimus in Chriſto pro-
„ ſequi actionibus gratiarum. Datum Ave-
„ nione Noni Julii, Anno IV.

477 Ejuſdem argumenti literas, eisdemque conceptas verbis fecit ad Wladislaum Lokteckum Poloniæ Regem, ad Joannem Regem Boemiæ, ad Lnipoldum Auſtriæ, Henricum Carinthiæ Duces, atque alios Proceres: qui tamen diverſis & peculiaribus impliciti bellis, nulla aut exigua Carolo præbuere auxilia; ſed illo, in cujus manu ſunt omnium poteſtates & jura Regnorum, qui poteſt ſalvare in multis, & in paucis, auxiliante, nobile triumphum ſine aliis auxiliaribus copiis retulit de Uroſio, qui ad extrema radactus, coactus eſt Victori cedere, ejuſque legibus ſe ſubmitti. Ille verò Chriſti verus Athleta, qui magis zelo propagandæ Catholicæ Fidei, & extirpandi ſchiſmatis motus, quàm aviditate dilatandi temporale Regnum, bellum egerat, inter præcipuas, quas hoſti victo præſcripſit conditiones, illa fuit, ut ejurato ſchiſmate, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſe aggregaret in fidei unitate ſub uno Capite Romano Pontifice. Subſcripſit Uroſius ſibi à Victore propoſitis conditionibus, promiſit ſe Eccleſiæ Romanæ conciliari, & uniri, rogavitque Philippum Tarentinum Principem, ut ageret cum Romano Pontifice ſuæ unionis negotium, cujus quoque filiam, nomine Blancham, Uroſius in uxorem poſtulaverat, ſpondens arma Regni ſui, & vires ad debellandum Imperium Conſtantinopolitanum ipſi ſe daturum. Quæ omnia Philippus Romano Pontifici expoſuit, & circa negotium Matrimonii, utpotè Catholicus Princeps, illius aſſenſum poſtulavit.

478 Grata hæc omnia fuere Joanni, & primùm in cauſa Matrimonii firmandi inter Philippi filiam & Uroſium reſpondit, inquiens:
„ Valdè gratum & placidum gerimus, ſi aliàs
„ de tua voluntate proceſſerit Matrimonium
„ memoratum, dùm tamen, prout ex ipſo-
„ rum Nunciorum tuorum narratione lętan-
„ ter accepimus, prętatus Rex unà cum Cle-
„ ro, Nobilibus, & Populo Regni ſui ſchiſ-
„ maticæ pravitatis detersâ rubigine ſolide-
„ tur, & cupere dicitur in firma Petra Ca-
„ tholicæ Fidei, & integretur orthodoxę Ma-
„ tris Eccleſiæ unitati, aliaque compleat,
„ quæ tuæ Magnitudini pro faciliori acqui-
„ ſitione Conſtantinopolitani Imperii obtu-
„ lit, ſicut habet Nunciorum aſſertio præfa-
„ torum. *Hæc ille*; qui, quoniam Uroſius per eundem Philippum poſtulaverat ſibi mitti Apoſtolicos Nuncios pro erudiendis Populis ſui Regni, inſtruendiſque in Fidei Catholicæ dogmatibus, delegit Bertrandum Archiepiſcopum Brunduſinum, Bernardum de Parma Canonicum Adverſanum, & Fratr. Joannem Dominici ex ſacro Prædicatorum Ordine Theologo, quos cum ſubjectis literis ad Uroſium amandavit.

Joannes Epiſcopus &c. Magnifico Viro Uroſio Regi Serviæ Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

479 „ Nuper dilectus filius Nobilis Vir
„ Philippus Princeps Tarentinus, claræ me-
„ moriæ Caroli Regis Siciliæ filius, per gra-
„ tos ſuarum literarum affatus, & ſpecialem
„ Nuncium noſtro Apoſtolatui reſeravit,
„ quòd Deo Patre Luminum ad veræ Reli-
„ gionis zelum priùs præparante, tuæ men-
„ tis affectum, eidem Principi per literas, &
„ Nuncios expreſſiſti, quòd dilectæ in Chri-
„ ſto filiæ nobili Mulieri natæ ipſius Conju-
„ gi deſideras fœdere conjugali; quòd abju-
„ ratâ, & dimiſſâ erroris ſchiſmatici vetuſta-
„ te, cum Clero & Nobilibus, totoq; Po-
„ pulo Regni Serviæ, Sacroſanctæ Eccleſiæ
„ Catholicæ corpori redintegrari, & ad uni-
„ tatem veræ Fidei orthodoxæ reduci, ac
„ Religionem ejuſdem Fidei, veramque do-
„ ctrinam Patris, & Filii, & Spiritus San-
„ cti, quam tenet, docet & prædicat Sancta
„ Romana & univerſalis Eccleſia, devotis, &
„ piis mentibus profiteri, ac inconcuſsè &
„ inviolabiliter deſideras cuſtodire, ut ſub
„ Paſtore Apoſtolico, cui Paſtor ille Cœle-
„ ſtis in perſona Beati Petri Apoſtolorum
„ Principis paſcendas Oves poſt ſuam Reſur-
„ rectionem commiſit, non extrà, ſed intrà
„ Ovile Dominicũ doctrinis ſalutaribus im-
„ buaris; ab eodẽ Principe per literas, & Nun-
„ cios depoſcendo, ut per ſuæ interceſſionis
„ inſtantiam obtineret ad tuam præſentiam à
„ nobis Apocriſiarios deſtinari in veritate
„ Catholicæ Fidei eruditos, qui velut pacis
„ Angeli, te, dictoſque Clerum, Nobiles, &
„ Populum ſalutari doctrinâ ejuſdem Fidei
„ informarent.

480 „ O' quàm gratum noſtris id occur-
„ rit affectibus! Quàm acceptum cum gau-
„ dio exultationis ingentis, quòd tàm No-
„ bilis Ovis à caula Dominicæ paſcuæ ſegre-
„ gata, cum Clero, & Populo dicti Regni
„ Apoſtolici Paſtoris directa vehiculo, ad
„ Ovile Dominicum, & unitatem ejuſdem

Digitized by Google

„ Eccleſiæ revertatur! Hoc eſt enim, quod totis viſceribus, quod etiam in ipſis Miſſarum ſolemnibus à Domino petimus inceſſanter, ut videlicet Sacroſanctam Eccleſiam unicam Sponſam ſuam toto Orbe terrarum adunare dignetur, ut eadem Eccleſia, ſervans in membris ſuis omnibus unitatem, per fœcunditatis augmentum in multitudine latiùs extendatur, & Dominicâ luce perfuſâ per Orbem totum radios ſuos protendat; ut iidem radii ſerventur in corpore, rami ejus ab arbore non cędantur, nec ipſius rivi pręcidantur à fonte; ut ſic, ejuſdem Eccleſiæ unitate integraliter conſervata, unum ſit corpus ejus, nullam membrorum ſuorum patiens ſectionem una origo, & una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa, quæ Fidelea Dɔo ſervet, & filios Regno, quos generavit, aſſignet.

481 „ Eccè igitur, devotione tuâ hujuſmodi patefactâ, commota ſunt viſcera paternæ pietatis in filios, & velut perfuſi ingentibus gaudiis ſuper dragma perdita reinventa, & pro errantibus Ovibus ad gregem Dominicum reducendis, veri, piique Paſtoris officium exequi cupientes, libenter annuimus poſtulatis; ac juxtà vota tua nobis expoſita, Venerabilem Fratrem noſtrum Bertrandum Archiepiſcopum Brunduſinum, & Magiſtrum Bernardum de Parma Canonicum Adverſanum, & Joannem Dominici Ordinis Fratrum Prædicatorum Lectorem Fratrum Conventus Narbonenſis dicti Ordinis, tanquàm pacis Angelos, & pacificos Chriſti Diſcipulos, non gaudentes in vanitate verborum, neq; ſapientiæ Dei mundanam ſapientiã præferentes; viros utiq; in Lege Domini pleniùs eruditos, ad tuam præſentiam deſtinamus, ut ipſi in ſolido litore Fidei conſiſtentes te, Clerum, Nobiles, & Populum dicti Regni, velut de naufragio eruditos tuto ſinu recipiant; & tanquàm tabula de tranquilli ſali fluctibus in portum veræ ſalutis adducant. Et quia Fidei primum eſt & ſolidum fundamentum, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, profeſſionem Fidei, quam tenemus, quam à te, Clero, Nobilibus, & Populo dicti Regni exigimus, ut eadem tu & ipſi profiteri, & Servitæ (*ideſt Servii*) ſi ad noſtram, & ejuſdem Eccleſiæ, ut deſideramus, unitatem redire velitis, vobis verbis explicitis & apertis tenore præſentium explicamus. Et quidèm credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, *& cætera, ut in Formula Fidei Clementis IV. miſſa Palæologo, & ipſius Joannis ad Armenos, quas ſupra recitavimus, uſque ad illa verba*, ſemper ſalva. *Deindè addit.*

482 „ Ideòque Excellentiam tuam monemus, & rogamus attentè, ac in Domino noſtro Jeſu Chriſto per aſperſionem ſui pretioſi Sanguinis obſecramus, quatenùs diligenter attendens, quantùm tibi creſcet ad meritum, quantùm ſuccedet ad gloriam, ſi unà cum omnibus dicti Regni ad unitatem ejuſdem Eccleſiæ, & caulam Dominicam reducaris, ſi ſtudeas habilitare maternam, ſic tuam, tuorumque mentem diſponere, quòd ad requiſitionem Nunciorum, quos præſentialiter mittimus te, ac prædictis Clero, Nobilibus, & Populo præſcriptam humiliter ſuſcipientibus, & profitentibus Fidei veritatem, Regnum prædictum in ejuſdem Fidei ſolido fundamento fundetur; Teque meritò chariſſimus, & acceptione intimus efficiaris Eccleſiæ filius, & inter alios catholicos Eccleſiæ Principes læteris & gaudeas nomine chriſtiano; Regnumque prædictum in firma petra Apoſtolicæ Eccleſiæ ſolidatum, contra omnes temporum turbines, & incurſus infidelium Nationum inconvulſam recipiat indeficientis roboris firmitatem.

483 „ Cæterùm gratum geremus plurimùm & acceptum, & ex nunc ad id noſtrum exhibemus aſſenſum, quòd poſtquam ejuſdem profeſſionem Fidei, & recognitionem Primatus Romanæ Eccleſiæ, juxtà formam contentam, præſentibus duxeris faciendas, inter te, & prædictam Natam ejuſdem Principis legitimum Matrimonium contrahatur; ex quo profectò tibi, & filiis tuis, quos, actore Deo, ex copula ſic honorabilis thori ſuſcipies, fortitudo, ſecuritas, atque robur contra quoſcumque impugnantes inimicos pro præſentibus temporibus, & futuris provenient; multorumque Regum, & Principum propter hujuſmodi parentelam, in te, tuiſque poſteris famosâ & potenti vallaberis firmitate. Dat. Avenione ſecundo Idus Junii, Anno VII. *Hactenus Joannis ad Uroſium, ſive Oroſium literæ.*

484 Scripſit pariter Bertrando Archiepiſcopo, & Apocriſiariis ſociis alias literas, quibus præfatum Apocriſiariorum munus apud Uroſium demandavit, Fideiq; formulam profitendam ab Uroſio & aliis, quam eidem Regi miſerat, pariter inſeruit, addiditque & formam juramenti præſtandi à dicto Uroſio, Clero, Nobilibus, & Populo, ac demùm de manuali obedientia nomine Sanctæ Romanæ Eccleſiæ recipienda à Legatis, exhibenda verò poſt Fidei profeſſionem à prędictis, inſtruit. Scribit namque in præfatis literis.

485 „ Diſcretioni veſtræ præſentium tenore committimus, quatenùs ad partes illas vos abſque tarditatis mora perſonaliter conferentes, ac ſecundùm datam vobis à Deo prudentiam procedentes, Regem, Clerum, Nobiles, & Populum memoratos, ad ejuſdem Fidei orthodoxæ profeſſionem, & ad acceptandum, vel recipiendum ipſius Ec-

Digitized by Google

,, Ecclesiæ Romanæ Primatum, juxtà preſcri-
,, ptam formam, idoneis ſecuritatibus, & cau-
,, telis adhibitis, admittatis; itá quòd, ſi
,, Divina Gratia Regis, Cleri, Nobilium,
,, & Populi prædictorum mentis aciem illu-
,, ſtrabit, idem Rex, ac Prælati, Clerus,
,, Nobiles, & Populus dicti Regni, in Parla-
,, mento publico congregati, eandem Fidei
,, veritatem, & Primatum Romanæ Eccleſię,
,, juxtà præſcriptam ſeriem plenè, ac ſeriosè
,, lectam & expoſitam, fideliter, explicitè,
,, ac apertè hoc modo recognoſcant, ac pro-
,, ſiteantur, præſtito juramento.

486 ,, *Ego Oroſius Rex Serviæ ſupraſcri-*
,, *ptam Fidei veritatem, prout plenè lecta eſt,*
,, *& fideliter expoſita, veram, Sanctam, Ca-*
,, *tholicam, & orthodoxam Fidem eſſe cognoſco,*
,, *eam accepto. & corde ac ore profiteor; ipſám-*
,, *que, prout eam veraciter tenet, fideliter do-*
,, *cet & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia,*
,, *me inviolabiliter ſervaturum, & in ea omni*
,, *tempore perſeveraturum, nec ab ea ullo un-*
,, *quam tempore receſſurum, nec quoquo modo*
,, *deviaturum, vel diſcrepaturum promitto.*
,, *Primatum quoque ipſius Sacroſanctæ Roma-*
,, *næ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie conti-*
,, *netur, ad ipſius Eccleſiæ obedientiam ſpontè*
,, *veniens, fateor, recognoſco, accepto, & ſpon-*
,, *tè ſuſcipio; & me omnia præmiſſa tàm circa*
,, *Fidei veritatem, quàm circa ejuſdem Ec-*
,, *cleſiæ Romanæ Primatum, & ipſorum re-*
,, *cognitionem, acceptationem, ſuſceptionem,*
,, *obſervantiam, ac perſeverantiam ſervatu-*
,, *rum, præſtito corporaliter juramento, pro-*
,, *mitto & confirmo. Sic me Deus adjuvet, &*
,, *hæc ſancta Dei Evangelia. Huic autem ſcri-*
,, *pto, de mea recognitione, acceptatione, pro-*
,, *feſſione, ſuſceptione, promiſſione, ac juramen-*
,, *ti præſtatione, ſponte mea facto, lecto, &*
,, *perlecto, ſpontè ſubſcripſi, & ſigillum apponi*
,, *feci.*

487 ,, Porrò à Prælatis prædicta & alia
,, exigetis, videlicet ut manualem, vobis re-
,, cipientibus nomine ejuſdem Romanæ Ec-
,, cleſiæ, obedientiam & reverentiam exhi-
,, beant; & ſe ab illa ullo unquam tempore
,, receſſuros, præſtito juramento promittant:
,, Et nihilominùs in eorum promiſſione
,, veniat, quòd nec contra ſuam profeſſionem
,, aliquid publicè prædicare, aut occultè ſua-
,, dere præſumant: De hujuſmodi autem pro-
,, feſſionibus fiant publica inſtrumenta,
,, multiplicanda in varia omninò ſimilia, ut
,, aliqua penès vos retinere, nonnulla poſſi-
,, tis deponere, & alia per diverſos Nuntios
,, propter inopinatos caſuum fortuitorum
,, eventus ad Sedem ipſam, ut in ejus conſer-
,, ventur Archivio, cum cautela & diligentia
,, omnimoda remittatis. *Hæc Joannes.* Datæ
ſunt eodem loco, Anno, menſe, & die, quibus
ſupra.

488 Et quoniam hic Uroſius, ſive Oro-
ſius, non legitimus, ſive de Legitimo Matri-
monio natus haud erat, procreatus ab Oroſio
ejus Patre, de quo ſupra mentionem fecimus,
de ſoluta, cùm ipſe jam eſſet conjugatus, ideò
Pontifex benignè agens cum eo, commiſit
præfatis Legatis, quatenùs non obſtante de-
fectu legitimorum natalium, diſpenſarent cum
eo, ut poſſet regios retinere honores, admit-
tique ad omnes actus legitimos dignitati Re-
giæ congruentes, ac inſuper, ut ejus filii legi-
timi in dominio & honore ei ſuccedere poſſent:
,, Diſcretioni veſtræ, *ait Joannes*, præſentium
,, tenore comittimus, & mandamus, quate-
,, nùs cum dicto Rege, quem, ſicut accepimus,
,, quondàm Oroſius Serviæ Rex pater ejus
,, conjugatus genuit cum ſoluta, ut hujuſmo-
,, di non obſtante defectu liberè ad quemlibet
,, honorem ſeù dignitatem Serenitati Regiæ
,, congruentem, & quoslibet actus legitimos
,, admittatur; & quòd filii ſui legitimi ſibi
,, in dominio & honore ſuccedant, auctorita-
,, te Apoſtolica, qua in hac parte vos fungi
,, volumus, & de Apoſtolicæ plenitudine po-
,, teſtatis diſpenſetis. *Hactenus Pontifex.*

489 Curavit inſuper Joannes ad eandem
Catholicæ Eccleſiæ unitatem trahere Geor-
gianos, aliasque Orientales nationes Chriſtia-
nas extra Dominium Andronici exiſtentes,
præcipuèque ſub Tartarorum imperio com-
morantes; qua de re plures delegavit Minori-
tas, datis ad Regem, aliosque Regni Proceres,
ſequentibus literis.

*Joannes Epiſcopus &c. Georgio Regi Georgia-
norum Illuſtri, ejuſque Baronibus, & Ba-
roni, Porcelli Tſai Vartabet, & David filiis
Ajaci, Gregorio Toppin Orticurte, Solagay
Amor Sarkis de Teſſelicio, Joanni de Solda-
nia, & Manueli de Trepeſunda, ac univerſis
populis per Regna, Provincias, & Terras
Imperii Tartarorum conſtitutis, Deum dili-
gere & timere.*

490 ,, Cùm ſimus ſuper Apoſtolicæ Sedis
,, ſpeculam conſtituti, vehementer dolere co-
,, gimur & turbari, cùm à capite ſuo membra
,, quædam videamus eſſe diviſa, ſuæque divi-
,, ſionis damnum tanquam mortificata non
,, plangere, nec ſentire. Nempe Orthodoxo-
,, rum neminem credimus jam latère, unum in
,, terris caput eſſe tantummodò, ex quo to-
,, tum corpus contexitur militantis Eccleſiæ,
,, verùm id exigente naturâ, quæ corpus, ſi
,, habuerit duo Capita, indicat monſtruo-
ſum: *Deinde proſequitur probare, unum eſſe
Catholicæ Eccleſiæ Caput, huncque Romanum
Pontificem, ſubnectitque poſtea totidem verbis
ea, quæ Innocentius IV. ſcripſit Colmanno Bul-
gariæ Regi, quas literas nos exhibuimus ſupra,
par.4. cap.25. ſub num.* 925. Datæ ſunt Avenio-
ne Idibus Octobris, Anno VI. Minoribus por-
rò ad ea loca proficiſcentibus plurima per li-
teras datas Avenione x. Kal. Novembris, eo-
dem Anno VI. conceſſit; quæ literæ, ut ex

illarum tranſumpto authentico aſſervato in Archivio Sacri Montis Sion, ſint eædem omninò, eademque omnia contineant, iisdem prorſus verbis concepta, quæ in literis Clementis V. à nobis ſupra cap. 6. hujus partis, ſub num. 391. in integrum recenſitis, hìc recitare omittimus.

491 Interea, cùm ex relatu Fratris Hieronymi Minoritæ Epiſcopi Caphenſis, Pontifex accepiſſet, Abuſcanum Aquilonaris Tartariæ Regem Chriſtianam Fidem fuiſſe amplexum, ac ſacro jam regeneratum Baptiſmate, gratulatorias ad eum fecit literas, ſimùlque hortatorias, ut pro ſuo poſſe curaret, quatenus ſibi ſubjecti populi, excuſſis ſuperſtitionis tenebris, fidem eandem amplecterentur. Quas literas exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCXXI. ſub num. 1. ſic ſe habentes.

Joannes Epiſcopus &c. Dilecto Filio Nobili Viro Abuſcano nato claræ memoriæ Coſogani Regis in partibus Tartariæ.

492 „ Conſidera, quæſumus fili, opus
„ clementiſſimæ pietatis, quod in te dignatus
„ eſt Dominus miſericorditer operari de ſua
„ inacceſſibili luce, nè tranſirent dies tui, &
„ non videres bonum, nec excluderе à deſi-
„ derio collium æternorum, illuminans habi-
„ taculum mentis tuæ. Profectò, fili, ecce
„ quòd nos & Romana Mater Eccleſia, Mater
„ tua, in laudem, benedictionem & gloriam
„ Dei ac Salvatoris noſtri Sponſi Cœleſtis
„ oculos noſtros erigimus, & manus noſtras
„ levamus in ſancta ejus, qui amorem ſuum
„ in generis humani ſalute continuà miſera-
„ tione conſervans, te ſicut venerabilis Fra-
„ tris noſtri Hieronymi Epiſcopi Caphenſis,
„ & Sociorum ejus aſſertione læti percipi-
„ mus, ad Sponſæ ſuæ thalamum, Sancti Spi-
„ ritus lumine illuceſcente, direxit: propte-
„ rea Deum noſtrum in ſalutari ejus anima
„ noſtra magnificat, nosque in te jubilo cor-
„ dis & ſpiritus exultamus. Verùm, ut ſuper
„ te tamquam dignum benedictionis filium
„ perpetuæ pacis fida tranquillitas requie-
„ ſcat, volumus te prudenter agnoſcere, quòd
„ inter cætera, quæ te dirigere poſſunt re-
„ ctis greſſibus ad ſalutem, hæc recolenda ſa-
„ cti memoria ætatis tuæ tempora futuris ſæ-
„ culis collaudanda mandabit, ſi ſubditi tui
„ vivido ac individuo Eccleſiæ Catholicæ
„ corpori ad participationem vitalis ſpiritus
„ tua prudentia jungerentur. Quare nobili-
„ tatem tuam paternis rogamus, & hortamur
„ affectibus, ac per Dei miſericordiam obſe-
„ cramus, tibique in remiſſionem injungimus
„ peccatorum, quatenùs inæſtimabilis boni
„ præmium pro eisdem ſubditis procurando,
„ ſic res fœlici ducatu dirigas ad ſalutem,
„ quod tuo ſalutari conſilio ſacri Baptiſmatis
„ unda renati, Deo & Angelis ejus, in com-
„ munione Sanctorum & communicatione
„ Sancti Spiritus uniantur inſeparabili fœ-
„ dere charitatis, idque te in ſublimitatem
„ gloriæ celſioris adducat; & noſtram dein-
„ de & dictæ benedictionem & gratiam ple-
„ niùs merearis. Cæterùm cùm dictus Epi-
„ ſcopus & ſocii pro tua, dictorumque popu-
„ lorum procuranda ſalute ad partes ipſas
„ cum benedictionis noſtræ gratia revertan-
„ tur ad præſens, quæſumus fili, ut tam eos,
„ quàm alios Chriſtianos in eisdem partibus
„ commorantes pro Divina, & dictæ Sedis
„ ac noſtra reverentia, benignè pertractans,
„ eos ſavoribus munias opportunis, tuæque
„ protectionis auxiliis à moleſtiis tuearis, &
„ in libertate plenæ ſecuritatis manuteneas,
„ & conſerves. Datum Avenione x. Kal. De-
„ cembris, Anno VI. *Hactenus literæ*. Sed
& ejusdem argumenti bimeſtri poſt alias ad eundem fecit, tenoris ſequentis.

Dilecto Filio Nobili Viro Abuſcano nato claræ memoriæ Coſogani Regis in partibus Tartariæ.

493 „ Ingentem, nec mirum, materiam
„ gaudiorum ſuſcepimus, quòd ſummus ille
„ lapis angularis Dominus Jeſus Chriſtus, in
„ quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in
„ Templum Sanctum in Domino; quodque
„ quos ſalvos vult fieri, ad cognitionem ſui,
„ non deſinit ſemper abundantiſſimo benefi-
„ cio erudire, per inenarrabilem gratiam
„ ſuam toto orbe diffuſam augens conti-
„ nuè familiam Chriſtianam, te ſicut ve-
„ nerabilis Fratris noſtri Hieronymi Epi-
„ ſcopi Caphenſis, & ſocii ejus relatio-
„ ne jucunda percepimus veræ Fidei luce
„ perfuſum, & ſacri Baptiſmatis Fonte rena-
„ tum, ac imbutum doctrinâ Apoſtolicæ,
„ & Evangelicæ veritatis, unitati Sanctæ
„ Romanæ ac Apoſtolicæ, & Catholicæ Ec-
„ cleſiæ aggregavit. Quia igitur Deo Patri
„ Æterno, & Apoſtolicis votis ad gaudium
„ cedit immenſum, ſi Redemptoris noſtri
„ familia in ipſis partibus, quas dudùm cæ-
„ citas errorum obduxerat, dilatetur; no-
„ bilitatem tuam rogamus, & hortamur in
„ eodem noſtro piiſſimo Redemptore, qua-
„ tenùs prudenter attendens, quòd inter cæ-
„ tera, quæ de recto calle dirigere poterunt
„ ad vitæ gaudia ſempiterna, hoc eſt præci-
„ puum, ſi ſubditos tuos vivido, & indivi-
„ duo ejuſdem Catholicæ Eccleſiæ corpori,
„ & cognitioni veræ fidei aggregabis, ad
„ hoc præſtes opem, & ad hoc totis ſtudiis
„ elabores, ut ejus obtentu, qui fidelibus
„ ſuis iter æternæ vitæ demonſtrans, Para-
„ diſi januas, quas primi parentis inobedien-
„ tia clauſerat, ineffabili miſericordia reſe-
„ ravit, eoſdem ſubditos per te, & alios co-
„ gnitione fidei Catholicæ illuſtratos, uni-
„ tati ejuſdem fidei ſtudeas aggregare, Ut
„ autem, fili, tuæ devotionis integritas eò

prom-

Digitized by Google

" promptiùs piis operibus intendere ſtudeat,
" quò majorem Indulgentiam per Apoſtoli-
" cæ Sedis gratiam fuerit conſecuta, devo-
" tioni tuæ, dummodò verè fueris pœnitens,
" & confeſſus, qualibet die, in qua ob re-
" verentiã ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chri-
" ſti, & Beatiſſimæ Matris ejus Miſſam au-
" dieris, vel ad Eccleſiam causâ orandi te
" devotè contuleris, viginti dies de injun-
" ctis tibi pœnitentiis miſericorditer relaxa-
" mus. *Nulli ergo &c.* Datum Avenione ſe-
" cundo Kal. Martii Anno VI.

494 Per idem ferè tempus de Tartaria reverſis Fratre Petro, & Fratre Jacobo ex Minorum Ordine, qui ſtrenuè illic in vinea Domini excolenda laborarunt, relaturis Apoſtolicæ Sedi ac Romano Pontifici ſtatum illus Eccleſiæ, populorum, & regionum, Joannes ipſis perhumaniter receptis, ac gratanter auditis, iterùm eos illùc remittendos, & ad alias Orientis regiones, decrevit, quos, attentâ illorum narratione, diverſis munire voluit literis: Scribens in primis Muſſayd, Tartarorum Imperatori, quem acceperat valdè benignum ac benevolum ſe cum Chriſtianis egiſſe, quatenùs erga eoſdem ſuam protectionem continuare dignaretur. Ad Monachos Monaſterii Sancti Thadæi, alioſque plures ad fidem converſos in eadem Tartaria, alias fecit literas conſolatorias, quoniam acceperat, multis, & variis vexationibus, & tribulationibus fuiſſe obnoxios, causâ ſuſceptę fidei Chriſtianæ, quos gratiis ſpiritualibus, ad conſtanter agendum, & pro Chriſti fide dilatanda, laborandum, excitavit. Scripſit inſuper ferè ad omnes Orientis Epiſcopos ſub Tartarico præcipuè dominio conſiſtentes, quoniam ex eorundem Religioſorum fide digna relationem acceperat, non omnes in veritate fidei rectè ambulare, quoſdam aberrare in dogmatibus fidei, quæ docet, & tenet, & prædicat Sancta Romana Eccleſia, quoſdam etiam in ſchiſmate fuiſſe, præcipuè Armenos illarum partium; hinc, & in eiſdem literis ſeriem Catholicæ fidei profitendæ inſeruit, & ad eam recipiendam, amplectendam, & tenendam eſt hortatus. Quas quidem literas à Wadingo ex Vaticano regeſto exſcriptas hìc ſubiiciemus; & primò, quæ data eſt ad Tartarorum Imperatorem, tenoris videlicet ſequentis.

Magnifico Viro Muſſayd Imperatori Tartarorum gratiam in præſenti, quæ perducat ad Gloriam in futuro.

495 Larga Dei Patris, & copioſa elemen-
" tia, qui neminem vult perire, ex eo mi-
" ſericorditer intima cordis tui, digito ma-
" nus ſuæ tetigiſſe videtur, quòd fidei Chri-
" ſtianæ cultores intra latitudinem tui de-
" gentes Imperii, oculo ſereno reſpiciens,
" multæ manſuetudinis, ſicut dilecti filii Ja-
" cobus, & Petrus Ordinis Minorum exhi-
" bitores præſentium, quòd læti ſuſcepimus,
" te voce laudabilis commendationis attol-
" lunt, benignè proſequaris, & pertractas,
" & à tuæ protectionis ſavoribus non exclu-
" dis, ex quo data nobis ſpei gratæ fiducia,
" quòd ineffabilis noſtri pietas Salvatioris, à
" quo Chariſmatum omnium dona manant,
" oculos mentis tuæ, à montibus æternis il-
" luminans, de vitæ veteris cæcitate ad
" agnitionem ſui glorioſiſſimi Nominis revo-
" cabit. Quare magnitudinem tuam roga-
" mus, & hortamur in filio Dei Patris, &
" per miſericordiam ejus, qui vult omnes
" ſalvos fieri, inſtantiùs obſecramus, quate-
" nùs, quòd circa fidei cultores ejuſdem de-
" dit pietas inchoari, laudabili proſecutio-
" ne continuans, prædictos fratres, qui pro
" tua, & Populorum tibi ſubjectorum pro-
" curanda ſalute, ad partes ejuſdem Imperii
" cum noſtræ benedictionis gratia revertun-
" tur, necnon, & Chriſtianos alios in eo-
" dem Imperio commorantes, habens pro
" Divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, ac
" noſtra propenſiùs commendatos, eos tui
" favoris ope confoveas, protectionis tuaris
" auxiliis, & in libertate plenæ ſecuritatis
" manuteneas, & conſerves. Datum Ave-
" nione x. Kal. Decembris, Anno VI. *Ha-*
ctenus literæ. Similes recitat Raynaldus, datas Zopan Begilay, altero Tartarorum Regi, nonnullis tantùm mutatis verbis. Quæ verò ad Monachos Monaſterii S. Thadæi datæ ſunt, ſic ſe habent.

Dilectis Filiis, Vaitan Sacriſtæ Israel, & Abraham, & aliis Monachis Monaſterii Sancti Thadæi Apoſtoli Abraham, Gregorio, & Anerſot Clericis, & Cothulatogas, Scya, Chazeries, Viaram Sarchii, Sinoſour, Lius, Suinſa, Amirſia, & David de Thauriſio Carin, Aſtuazadur, Barac, & Anetis de Soldania, Argon Amirſek, & Sarkis de Majaga, & Diacoregan, & Sarkis de Salamaſtro, Abraham, David, Sadaga, Aldamer Zachariæ, & David de Teleſilic, & aliis univerſis, & ſingulis ad Catholicam Fidem converſis, per Tartarorum Imperium conſtitutis, ſalutem.

496 " Cùm ſicut dilectus Filius Jacobus
" Ordinis Minorum, lator præſentium, nobis
" expoſuit, vos pro nomine Salvatoris Dei,
" & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, contume-
" lias tribulationum, & anguſtias perſecutio-
" num frequenter pati contingat: Nos inten-
" dentes, ut in iis pro Divini Nominis glo-
" ria, veſtræque ſalutis augmento eò liben-
" tiùs patientiam habeatis, quò potiora ſpi-
" ritualis gratiæ dona inde vos perceperitis
" adipiſci. Vobis univerſis, & ſingulis, &
" aliis de præfato Imperio, qui ad Fidem
" Catholicam orthodoxam convertentur im-
po-

„ poſterùm, ſingulis diebus, quibus vos, aut dictos convertendos contumelias, aut tribulationes, vel perſecutionem pro eodem nomine pati contigerit, & omnihus, qui alios ad dictæ Fidei communionem inducent, ſingulis diebus, quibus ſuper hoc fideliter laborabunt; necnon, & illis, qui nomine ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ Genitricis ejus, Dominæ noſtræ reverentiam devotis animis exhibebunt, verè pœnitentibus, & confeſſis, ſinguiis diebus, quibus reverentiam hujuſmodi facient, viginti dies de injunctia eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Avenione x. Kal. Decembris, Anno VI. *Hactenus literæ*. Ad Epiſcopos verò Orientales ſic ſcripſit.

Venerabilibus Fratribus de Aguemaz, & de Arthamar Archiepiſcopis, ac Zachariæ Argis, Joanni de Noræuan, Stephano Thoiſuir ae .... de Pictriviaco .... de Aſtarat de Carry, Jocobo de S. Bartholomæo, Zachoriæ de Naczoan, Thodæo de Pacevan, Nerſes de Wuanavaniz, Garbas de Arepada .... de Arteron, de Arzenga, & de Cors, ac aliis Orientis Epiſcopis; necnon dilectis filiis Archipresbytero, & filiis Riſtakes, ac Stephano de Soldania, Avertik Conſtont, Jacobo Avetis Tarpat, Papoy de Arzaron, Joanni de Moraga, Stephano, & Abraham de Diacoregan, Bartholomæo de Tiraton, de Theſeliz, Chiratos Varcabet; ac Univerſis, & ſingulis Varcabetibus, Abbatibus, Monachis, & Sacerdotibus ac Clero, & Populo fidelium per Imperium Tartarorum degentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

497 „ Salvator noſter, qui verum eſt caput Corporis Myſtici Eccleſiaſticæ unitatis, juxta illud Apoſtoli: *omnes ſumus unum corpus in Chriſto*, inſtante ſuæ articulo paſſionis, quam ſubire dignatus eſt, pro noſtra, omniumque ſalute, ſignanter oraſſe legitur, pro hac ſibi perplacita unitate, *Volo*, inquiens, *Pater*, *ut omnes ſint unum in Nobis*. Et nos quidèm, qui, licèt immeriti, gerimus vices ejus in terris, ſalutem animarum in cunctis nationibus divinitùs humilitatis noſtræ curæ commiſſis accuratiùs exquirentes, ad unitatem omnium in orthodoxæ fidei veritate, ſine qua ſalus eſſe non poteſt, in Eccleſiaſticorum conſonantia rituum deſideranter afficimur, & quantò in unione hujuſmodi ſinceriùs delectamur, tantò nimirum intenſiùs quamlibet in illa diſſidentiam deteſtamur. Quapropter vehementer dolere cogimur, & turbari, cùm à capite ſuo membra quædam videamus eſſe diviſa, ſuæque diviſionis damnum, tanquam mortificata, non poſſumus non plangere, nec ſentire. Nempè Orthodoxorum neminem credimus jam latère unum in Terris Caput eſſe tantummodò, ex quo totum Corpus contexitur militantis Eccleſiæ, rerum id exigente naturâ, quæ corpus, ſi habuerit duo capita, indicat monſtruoſum. Probat hoc idem ratio exemplaris æterni, juxta quòd militantem Eccleſiam ſub utroque tempore diſponendam per inſtructionem Evangelicam didicit Legiſlator, Paulo Apoſtolo referente: *Vide*, *facito omnia juxto exemplar*, *quod tibi in monte monſtratum eſt*, ubi Divinâ diſpoſitione Hierarchiæ per media, ultima, ipſaque per primam mediatori omnium convertuntur: quòd imitandum fore neceſſariò peregrinanti Eccleſiæ Scriptura Sacra tàm figuris, quàm teſtimoniis afferit, atque probat.

498 „ Unus Adam deputatus eſt ad cuſtodiam Paradiſi, unam eſt ſortitus uxorem, unum Dominum Jeſum Chriſtum in juſtitia, & :ritatis ſinceritate creatum, ejuſdemque unum in Terris Vicarium, & unicam ejus Sponſam Eccleſiam præfigurans, Doctore Gentium atteſtante: *Sacramentum hoc*, inquit, *magnum eſt*, *ego dico in Chriſto*, *& Eccleſia*. Lamech verò, quòd humilitatem ſignificat, dùm uxorem unam diviſit in duas, ſanguinarius eſt effectus, & virum in vulnus ſuum occidit, ad inſtar ejus, qui Eccleſiam ſcindunt, occidunt animas parvulorum. Deinde ſalutis arcam tantùm unam fuiſſe legimus, quæ cuncta vaſtante diluvio, ſub unius Patriarchæ remigis potentatu paucas animas ſub perfectionis numero reſervavit. Facti cujus Myſterium Paſtor Eccleſiæ Petrus Apoſtolus tangens, ait: *In Arca Noe pauci*, *ideſt octo Animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam*, *quod*, *& nos nunc ſimilis formæ ſalvos facit Baptiſma*. Ipſa etiam veritas gentium vocationem prædicens, aſſeruit, quòd in ovili ſuo unus tantùm debeat eſſe Paſtor, *fiet* inquiens, *unum ovile*, *& unus Paſtor*. Ad hoc ovile Paulus ipſâ Divinâ Clementiâ revocatus docet, & prædicat, unum caput eſſe tenendum fide pariter, & amore. Undè ſchiſmaticos, & ab unitate corporis Eccleſiæ per inobedientiam recedentes notans, vitandoſque inſinuans, ait: *Nemo vos ſeducat volens*, *in humilitate*, *& religione Angelorum*, *quam non vidit ambulans fruſtrà*, *inflatus ſenſu carnis ſuæ*, *non tenens caput*, *ex quo totum corpus per nexus*, *& conjunctiones ſubminiſtratum*, *& conſtructum creſcit in augmentum Dei*.

499 „ Nulli fidei venit in dubium, quin ipſe Chriſtus ſit Paſtor Eccleſię, atque Caput, non tantùm militantis, ſed etiam triumphantis, qui ſecundùm carnis aſſumptæ naturam mortem pro ſuis ovibus ſubiturus, & poſt Reſurrectionem ad Patris dex-

„ dexteram aſcenſurus, ut quò Caput ibat, membra ſe ire ſperarent, nè corpus peregrinantis Eccleſiæ propter corporalem ipſius abſentiam videretur Acephalum remanere, ſibi ſucceſſorem ſubſtituit Vicarium ſpecialem, non quidèm Jacobum, aut Joannem, qui columnæ videbantur eſſe; non Paulum legis ſcientiâ præditum & doctrinâ, ut non glorietur omnis caro in conſpecta ejus, ſed Simonem, quem Petrum cognominavit.

500 „ Hunc itaque ſuarum ovium Paſtorem ſubſtituens univerſalem in terris earumdem paſcendarum curam indiſtinctè commſit, eidem tertiò dicens: *Paſce Oves meas*; cui ex prærogativa ſpeciali, ut nobis ipſum Caput poſt ſe totius Eccleſiæ demonſtraret promiſerat, dicens: *Tu vocaberis Cephas*, quod interpretatur *Caput*; ut ſicut in Capite ſenſuum plenitudo conſiſtit, à quo ad ſingula membra occùltis meatibus pars aliqua, tanquam à fonte rivulus, derivatur, ſic tres fidelium Ordines in Eccleſia, Noe, Daniel, & Job, Prælati videlicet continentes, & conjugati, quos Ezechiel vidiſſe legitur in viſione ſalvandos, à Petro petra, ſuper quam non domum ſaltus Libani, non porticum columnarum, nec domum filiæ Pharaonis, ſed Eccleſiam ſuam ædificavit Dominus, fidelibus videlicet de omni genere piſcium in ejus rete concluſis, tamquam à Primate primatum, qui, de fonte Dominici pectoris fluenta potavit, & ſuæ ſalutis debent poſtulare remedia, & cum omni patientia & doctrina non contentioſè, vel ſuperbè in aliquo reſiſtentes, à mentis ſuæ tenebris dubietatis ſcrupulos removeri. Nam etſi Paulus ex verbo Domini Petro, cæteriſque Apoſtolis univerſaliter ſic dicentis: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt*, cum Petro fuit miniſterium dignitatis exercens, fuit etiam ex verbis ejusdem auctoritatis ſingulariter Petro propoſitis: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis*: In Petro auctoritatis officium recognocens, & ideò ad eum, tanquam Primatem & Evangeliei Dominici fontem, venit Hieroſolymam, & poſtmodùm cum ipſo, & aliis ſecundùm revelationem contulit Evangelium, nec in vacuum curreret, vel etiam curriſſet. Quæ Petri auctoritas ex ejusdem Domini verbis expreſſiùs roboratur, cùm ſibi ſoli dicitur ab eodem, *duc in altum*, & poſtea ſubinſertur, *laxate retia in capturam*. Si ergò Petrus per excellentiam fidei, qua in uno Chriſto duas naturas divinitùs recognoſcens, cum dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, claves Regni Cœleſtis in terris ſolus accepit. Cùm unum ſit Caput Eccleſiæ militantis, reſtat, ut ad regimen generalis Eccleſiæ, quam ipſe cum Paulo & cæteris de gentibus congregavit, caput ejusdem, ſuumque, Dominus per ea, quæ præmiſſa ſunt, manifeſtè oſtenderit ſucceſſorem. Prævidens autem Dominus, quòd Eccleſia ſua conculcaretur à Tyrannis, laniaretur ab hæreticis, & ſchiſmaticis ſcinderetur, ait: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquandò converſus, confirma fratres tuos*. Ex quo colligitur evidenter, quòd ad Sedem Petri omnis ſit quæſtio referenda: *Hùc uſque totidem verbis Innocentius IV. in Epiſtola ad Bulgaros*; & idem Joannes in Epiſtola ad Georgium Regem Georgianorum paulò ſupra indicatam in hoc Capite, ſub num. 493. ſubnectit inde Joannes.

501 „ Cui cùm Dei gratia diſponente non noſtris meritis, ſuccedamus, nequaquàm ſine dolore poſſumus intueri, à tanti capitis corpore membra quædam eſſe diviſa, videlicet Armenorum Orientis Eccleſiam, ſejunctâ nempe per inobedientiam à ſuo Capite ſpirituali corporis ſanctificationem nequaquàm participat, cùm ab ejus ſe ſubtraxerit unitate. Hæc eſt igitur doctrina, quam tenet & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia, quæ juſtos vivificat, labentes ſtabilit, corda purgat. Hæc eſt verè pugnanti clypeus, Archa Sponſæ, præmium & triumphus.

502 „ Docet inſuper, Baptiſmum non eſſe aliquatenùs iterandum, & eos, qui poſt Baptiſmum in peccata relabuntur, non baptizandos, ſed per veram pœnitentiam ſuorum poſſe conſequi veniam peccatorum. Quòd ſi verè pœnitentes in charitate diſceſſerunt, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis Purgatorii poſt mortem purgari, & ad pœnas hujuſmodi relevandas prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, ſcilicet ſacrificia, eleæmoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt ſecundùm Eccleſiæ inſtituta. Illorum verò animas, qui poſt Sacramentum Baptiſmatis nullam omninò peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis manentes corporibus, vel eisdem exutæ, ſunt purgatæ, mox in Cœlum recipi. Illorum autem animas, quæ in Mortali peccato, vel cum ſolo Originali diſcedunt, mox in Infernum deſcendere, pœnis tamen ac locis diſparibus puniendas.

503 „ Tenet etiam & docet Sacroſancta Romana Eccleſia, ſeptem eſſe Eccleſiaſtica Sacramenta, ſcilicet Baptiſma, de quo dictum eſt; aliud eſſe Sacramentum Confirmationis, quod per manus impoſitionem Epiſcopi confertur, chriſmando renatos Chriſmate, in Cœna Domini per ſolũ Epiſco-

„ ſcopum vel Superiorem ipſo Antiſtite, con-
„ ſecrato; Aliud eſt extrema unctio, quæ de
„ Oleo per Epiſcopum, vel Superiorem, ut
„ prædicitur, benedicto, infirmantibus, ſe-
„ cundùm doctrinam Beati Jacobi, per Pres-
„ byteros exhibetur; Aliud eſt Euchariſtiæ,
„ quod ex azimo conficit eadem Romana Ec-
„ cleſia, tenens & docens, quòd in ipſo Sa-
„ cramento panis verus tranſubſtantiatur in
„ Corpus, & vinum in Sanguinem Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti, in quo Sacrificio in
„ Calice aquæ modicum vino apponitur ad
„ Conſecrationem Dominici Sanguinis cele-
„ brandam; ita quòd nec aquam ſine vino,
„ nec vinum ſine aqua offerri debere eadem
„ Eccleſia Sancta docet; quòdque per ſump-
„ tionem hujus Sacramenti Sanctiſſimi non
„ frangitur Jejunium à ſumente; De Matri-
„ monio verò tenet, quòd nec unus vir ſimùl
„ plures uxores, nec una mulier habere per-
„ mittatur plures viros. Contracta verò Ma-
„ trimonia inter conjunctos uſque ad quar-
„ tum conſanguinitatis gradum incluſivè ci-
„ tra diſpenſationem Romani Pontificis, per
„ Sanctam Romanã Eccleſiam nullatenùs ra-
„ ta, ſeù legitima reputantur; ſolutâ verò
„ lege Matrimonii per mortem alterius con-
„ jugum, ſecundas & tertias & deinceps nup-
„ tias ſucceſſivè licitas eſſe dicit, ſi impedi-
„ mentum canonicum ex cauſa alia non ob-
„ ſiſtat; Aliud eſt Sacramentum Pœnitentiæ,
„ quo ſecundùm inſtitutionem ejuſdem Ec-
„ cleſiæ, fidelis quilibet Chriſtianus omnia
„ peccata ſua ſemèl ad minùs in Anno debet
„ Sacerdoti proprio confiteri; Septimum ve-
„ rò Sacramentum eſt Sacer Ordo. Eadem
„ quippe Romana Eccleſia quatuor agnoſcit
„ Minores Ordines, quorum primus eſt, Or-
„ do Oſtiarii; ſecundus Lectoris; tertius
„ Exorciſtæ; & quartus Acolyti; necnon &
„ tres Majores, Subdiaconatus videlicet,
„ Diaconatus, & Preſbyteratus Ordines,
„ quos ſtatutis à jure temporibus, in eadem
„ confert Eccleſia ordinatis.

504 „ Quia verò debitores omnium, ac
„ ſervus ſervorum illius ſumus effecti, qui
„ neminem vult perire, non immeritò circa
„ vos & ſubditos veſtros, miſericordiæ viſce-
„ ribus afluentes, Pauli Gentium Doctoris
„ effectu inducimur, qui ſciens omnium Crea-
„ torem acceptationem non facere perſona-
„ rum, conformatur infirmis, & omnibus
„ omnia factus eſt, ut omnes Domino lucra-
„ retur. Nos enim veſtra nequaquàm requi-
„ rimus, ſed animarum veſtrarum in Domino
„ Jeſu Chriſto lucra ſitimus, nil de faculta-
„ tibus veſtris ſubtrahere quærimus, vel mi-
„ nuere de honore, ſed quantùm cum Deo
„ poſſumus, vos juſtè provehere, & ampliare
„ potiùs affectamus. Quarè univerſitatem
„ veſtram rogamus, & obſecramus in Filio
„ Dei Patris, quatenùs præmiſſis in ſcrutinio
„ rectæ conſiderationis adductis, in ejuſdem
„ Eccleſiæ Catholicæ unitate, præmiſſa de-
„ votis animis obſervando, perſeverare cure-
„ tis, ad hoc ſubjectos vobis Populos indu-
„ cendo, ut in Eccleſia Catholica, veræ Fidei
„ induta decore, ſedeatis ſicut olivarum no-
„ vellæ in circuitu menſæ ſuæ, & cum electis
„ Dei aſſequi valeatis hæreditatem in cor-
„ ruptibilem, incontaminatam, & immarce-
„ ſcibilem conſervatam in Cœlis.

505 „ Cæterùm ut larga Dei Patris, &
„ copioſa clementia in laudem & benedictio-
„ nem & gloriam ſui beatiſſimi Nominis, ſuo-
„ rum veneratione Sanctorum, vos devotis
„ percipiens ſtudiis delectari, in vobis gra-
„ tiæ ſuæ dona multiplicet, quæſumus, ut glo-
„ rioſiſſimæ Nativitatis Dei & Salvatoris no-
„ ſtri Domini Jeſu Chriſti Annunciationis
„ Beatiſſimæ, & præcelſæ Genitricis ejus ſem-
„ per Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, Sancti
„ Joannis Baptiſtæ, Beatorum Apoſtolorum
„ Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum feſti-
„ vitates, juxta ritum, quem prædicta Roma-
„ na tenet Eccleſia, vobis per dilectos filios
„ Fratrem Jacobum, & Petrum de Ordine Mi-
„ norum, exhibitores præſentium, peritos in
„ Lege Devina, tradendum cum omni devo-
„ tione, & multiplicatis interceſſionibus apud
„ Deum ejus Miſericordiam valeatis abun-
„ dantiùs promereri, colère ſtudeatis, & per
„ eoſdem ſubditos veſtros coli reverentibus
„ animis faciatis, rogantes, ut eoſdem Fratres
„ pro Divina & Apoſtolicæ Sedis reverentia
„ benignè recipere & honeſtè tractare cure-
„ tis, & eis, in iis, quæ ad documenta præ-
„ dictæ fidei, & ritus ejuſdem Eccleſiæ perti-
„ nere noſcuntur, firmiter & ſine dubitatio-
„ ne credatis. Datum Avenione x. Kal. De-
„ cembris, Anno VI. *Hactenus literæ Joannis Papæ*. Qui & eodem pariter tempore miſit alias literas ad fideles in Tartaria conſiſtentes, quibus indicat cum Fratribus Minoribus collaboraſſe in vaſto illo Imperio etiam Religioſos ex inclyto Prædicatorum Ordine. Sic enim ſcribit,

Joannes Epiſcopus &c. Univerſis per Tartarorum Imperium Aquilonare conſtitutis, in obedientia perſeverantibus Apoſtolicæ Sedis.

506 „ Dominum Deum noſtrum anima
„ noſtra magnificat, & in devotis laudibus
„ reverenter exultat, quòd ipſe, qui nemi-
„ nem vult perire, vos per Venerabilis Fra-
„ tris noſtri Hieronymi Epiſcopi Caphenſis,
„ & dilectorum filiorum Prædicatorum, &
„ Minorum Fratrum Ordinum, Miniſterio
„ ſalutari, de mortis educens tenebris, ac
„ vitæ veteris cœcitate in admirabile lumen
„ ſuum, ad agnitionem ſui glorioſiſſimi No-
„ minis revocavit. Profectò fili, inter ſolici-
„ tudines alias noſtris humeris incumbentes,
hoc

„ hoc perpeti curâ revolvimus, ad hoc ar-
„ dentiùs noſtra ſuſpirat intentio, & in hoc
„ in ſolidæ charitatis ardore crebris oratio-
„ nibus poſtulamus à Domino, ut ipſe lapis
„ angularis, qui fecit utraque unum ſuam
„ Sanctam Catholicam & Univerſalem Ec-
„ cleſiam in unitate Fidei orthodoxæ toto
„ Orbe terrarum dignanter adunet. Ideò-
„ que, filii, Univerſitatem veſtram paternis
„ rogamus & hortamur affectibus, & per
„ Dei miſericordiam obſecramus, quatenùs
„ diligentiùs attendentes, quòd Coronam
„ Gloriæ perſeverantia repromittit, in hu-
„ juſmodi ſinceritate Fidei, per quam mere-
„ bamini conſortium Angelorum, in non-
„ nullis radicibus ſtabiliti, illam ſemper de-
„ votis animis obſervare curetis, ut ipſe co-
„ gnitor ſecretorum Omnipotens vota veſtra
„ percipiens, ſuis beneplacitis confirmare in
„ vobis gratiæ ſuæ dona multiplicet, & poſt
„ vitæ præſentis excurſum Regni ſui faciat
„ cohæredes. Datum Avenione x. Kal. De-
„ cembris, Anno VI. *Hæc Joannes Papa ad Fideles Tartariæ.*

507 Hanc porrò utriuſque Ordinis Fratrum Prædicatorum ſcilicet, & Minorum in excolenda Vinea Domini in Aquilonaribus, & Orientalibus partibus in charitate Chriſti ſocietatem, Apoſtolicæ literæ teſtantur, quæ datæ leguntur ad utriuſque Ordinis Fratres: Sic idem Joannes propter quoſdam errores, quos irrepſiſſe accepit in præfata Tartaria, ſequentes, ut malis occurreret, ad Archiepiſcopum, & ad prædictorum Ordinum Fratres miſit literas.

Joannes Epiſcopus &c. Venerabili Fratri Cacbanæ Archiepiſcopo S. Thadæi Apoſtoli de Camaleſia, & dilectis filiis Vicario Prædicatorum, & Cuſtodi Fratrum Minorum in Imperio Tartarorum conſiſtentibus.

508 „ Cùm, ſicut accepimus, nonnulli
„ Prælati tàm Sæcularium, quàm Regula-
„ rium Eccleſiarum Imperii Tartarorum ad
„ Prælaturas Eccleſiarum ipſarum canoni-
„ cum non habeant ingreſſum, ac nonnulli
„ alii ritè promoti ad Ordines, non extite-
„ rint; Nos ſaluti eorum in hac parte miſe-
„ ricorditer promovere volentes, Vobis pro
„ ſalute Cleri, & Populi chriſtiani in Impe-
„ rio prædicto degentibus, necnon pro re-
„ conciliatione eorum, præſentium auctori-
„ tate concedimus, ut demùm, poſtquàm il-
„ la, quæ tàm circà Catholicam Fidem, quàm
„ circà cætera, in aliis noſtris Vobis directis
„ literis comprehenſa, fuerunt ſinè ſimula-
„ tione completa cum Prælatis eiſdem, quòd
„ in ſuis remaneant Prælaturis auctoritate
„ Apoſtolicâ diſpenſare liberè valeatis, vel
„ eos, ſi maluerint, eâdem auctoritate in
„ Imperio prædicto transferatis ad alias Præ-
„ laturas, prout ſaluti animarum ipſorum
„ videritis expedire. Illos verò, qui, ut præ-
„ mittitur, ritè quantùm ad ſubſtantiam Or-
„ dinum celebrantis Ordines ſinè poteſtate
„ promoti non exiſtunt ad Ordines, Tu fra-
„ ter Archiepiſcope ritè ordines ſecundùm
„ Statuta Canonica inſtituta: In novitate
„ tamen hujuſmodi reductionis eorum, cùm
„ nondùm eſſent in firma radice plantati,
„ quaſi modò genitos infantes, & lacte dul-
„ cedinis nutriendos, & tolerantiæ ſuppor-
„ tandos humeris, & ad præmiſſa lenitate
„ potiùs, quàm neceſſitate, tradendos, me-
„ ritò judicamus. Sic ergò vos circa hæc ſo-
„ lerter, ac ſolicitè habeatis, quòd per veſtræ
„ diligentiæ ſtudium prava redeant indirecta,
„ & vigor Catholicæ Fidei ſemper inibi lau-
dabilibus proficiat incrementis &c. *Datum Avenione Idibus Octobris, Anno VI.*

509 Extat inſuper Epiſtola apud Wadingum ad Annum Domini MCCCXXI. ſub num. 14. Fratris Jordani Sacri Prædicatorum Ordinis, data in Thana Indiæ Civitate, miſſa ad Fratres Prædicatores, & Minores in Thauriſio, Diagorgano, & Marga commorantes, qua martyrium deſcribit, quod paſſi fuerant eâ in Civitate quatuor Minoritæ, videlicet Frater Thomas Sancti, Jacobus Glorioſi, Petrus, & Demetrius, quos ſocios ſuos vocat, inquiens: „ Noverit omnium Ve-
„ ſtrum, Paternitas veneranda, me ſolum
„ ſinè ſocio in India pauperculum & peregri-
„ num eſſe, ubi poſt paſſionem ſociorum meo-
„ rum de Ordine Fratrum Minorum, vide-
„ licet Thomæ Sancti, & Jacobi Glorioſi,
„ Petri, & Demetrii Martyrum Beatorum,
„ meis peccatis exigentibus vivere ſum per-
„ miſſus. *Hæc ille*, enarrans inde progreſſus Fidei, labores, & perſecutiones, aliaque plura. Undè conſtat utriuſque Ordinis Operarios ferè univerſum Orbem eà tempeſtate evangelizando peregrinaſſe; & per eoſdem Apoſtolicos Viros valdè propagatam Chriſtianam Religionem. Pontifex verò ſtudio inceſſanti agebat, ut Chriſtus ubique agnoſceretur, vera Fides ab univerſis amplecteretur, & ſua cum debita puritate & integritate retineretur; hinc eſt, quòd abuſus tàm circà ritus, quàm dogmata, quos ſubintroduci in aliqua, etſi novella Eccleſia, intelligebat, ſtatim convenientibus occurrens medelis, eradicare non negligebat, ut ex ſuperiùs recenſitis fit manifeſtum, & conſtare magis poterit ex pluribus aliis literis ejuſdem, quarum modò unam addemus, datam Archiepiſcopo S. Thadæi, qua conatur evellere errorem introductum, quòd ſimplices Sacerdotes in illis partibus & Sacrum Oleum benedicerent, & baptizatos in fronte ſacro Chriſmate linirent: ſic enim ſe habet.

Joannes Epiſcopus &c. Venerabili Fratri Zachariæ Archiepiſcopo S. Thadæi.

510 „ Sanè, dilectiſſime frater, de te multæ lætitiæ cauſam & exultationis habemus, quia tu in ejuſdem Fidei veritate ſpiritu beatæ conſiderationis inductus, pro Divini Nominis gloria ſtabiliter perſeverans, pro ipſius obſervatione Fidei ab æmulis ejus multas te perpeſſum anguſtias, multoſque te percepimus pertuliſſe labores; propter quòd ſperamus in illo, qui bonorum eſt omnium magnificus Elargitor, quique pro minimis grandia recompenſat, quòd pro laboribus tuis gloria copioſæ mercedis in Cœlis eſt tibi de ſuæ pietatis miſericordiæ reſervata.

511 „ Profectò, quòd tu ad hanc Fidei veritatem zelo devotionis afficeris, quòd ipſam devotus amplecteris, quòd ad unitatem, & obſervantiam ejus cunctos tibi ſubditos exemplo laudandæ imitationis inducis; ſciens cum Apoſtolo, quòd ſicut unus eſt Dominus, unumque Baptiſma, ſic cunctorum debet eſſe Fidelium una Fides; cedit evidenter ad animarum ſalutem, tuæ Fraternitatis laudem, & ad ſtabilimentum tui ſtatus accedit; ſed cor noſtrum lætitiâ eò indubiè profuſiori reſpergitur, quò te potiori charitate complectimur, & ex debito Apoſtolatus officii ad tuam, tuorumque ſubditorum ſalutem ferventiùs anhelamus.

512 „ Tu quidèm ex his habes undè Domino Deo tuo in vocem exultationis, & confeſſionis erumpas, exultes in eo, & fatearis humiliter tibi, & tuis de immenſo ipſius dono conceſſum inter perfidas Nationes veræ Fidei agnoſcere veritatem, & illam devotis affectibus obſervare. Perſta igitur, noſti etenim, quòd perſeverantiæ palma debetur: cùmque præcepto Legis cauda Hoſtiæ in ſacrificio jubeatur offerri, ille benè immolat, qui ſacrificium boni operis uſque ad finem perducit debitæ actionis.

513 „ Nè verò circa Sacramenta, & Ritus Eccleſiaſticos ab Eccleſiæ Romanæ Matris tuæ obſervatione diſcordes, Fraternitatem tuam rogamus inſtantiùs, & per merita obſecramus illius, cujus perfecta ſunt opera, quatenùs ritum ipſius Eccleſiæ Romanæ circa Sacramenta Confirmationis, & Extremæ Unctionis obſerves, & à tuis ſubditis facias obſervari, ut videlicet Sacramentum ipſum Confirmationis, quod non legitur, neque ſcitur Apoſtolorum tempore ab aliis, quàm ab ipſis fuiſſe peractum; quin potiùs in eorum actibus ſcribitur, ad confirmandum baptizatos, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Petrus, & Joannes in Samariam, & Hieroſolymis transmiſſi fuerunt, quòd utiquè Sacramentum poſt tempus illorum ſuis ſolis Pontificibus, in eorundem Apoſtolorum locum ſuccedentibus, reſervatum; nullibi alii, quàm Epiſcopi exhibere, nè aliqui ab aliis, quàm ab Epiſcopis ſuſcipere quoquo modo præſumant.

514 „ Licèt igitur Sacramentum ipſum non ſit à Fidelibus contemnendum, tutiùs tamen eſt illud ſinè periculo ex neceſſitate, quæ legem non habet, omittere, quàm ſi ab iis, à quibus illud conferri non licet, ex temeritate contra legem [illegible]abili, non ſinè gravi periculo inaniter conferatur; cùm umbra quædam oſtendatur in opere, veritas tamen non ſubeat in effectu. Tu, & Epiſcopi Suffraganei tui tantùm, & nullus alius deinceps Oleum ſanctificet Infirmorum, cùm, ut præfertur, ad ſolos Epiſcopos, & Superiores Prælatos pertineat ipſius Olei materiam conſecrare ad ungendum Infirmos; Si nempè, ut præmittitur, in fide fundati, ſtabiles & immobiles tu, & ſubditi tui in illa permanſeritis, ſi præfato ritui noſtro vos, & iidem ſubditi conformare curabitis, nedùm opinionis veſtræ cuſtodes eſſe, ac de bono nomine curam habere dicemini, ſed & retributionis cœleſtis larga merebimini præmia, non ſine laudis humanæ præconio, & Apoſtolici favoris augmento.

515 „ Nec omittamus, quòd ipſa Sacroſancta Romana Eccleſia ſummum & plenum Primatum & Principatum ſuper univerſalem Catholicam Eccleſiam obtinens, quam ſe ab ipſo Domino in Beato Petro Apoſtolorum Principe, cujus Romanus Pontifex eſt ſucceſſor cum poteſtatis plenitudine recepiſſe veraciter, & humiliter recognoſcit, ſicut præ cæteris tenetur Fidei veritatem defendere, ſic & ſi quæ de fide ſubortæ fuerint quæſtiones, ſuo debet judicio definire: ad quem prægravatus quilibet in negotiis, ad Forum Eccleſiaſticum pertinentibus, appellare in omnibus cauſis, ad examen Eccleſiaſticum ſpectantibus, ad ipſius poteſt recurri Judicium; & eidem omnes Eccleſiæ ſunt ſubjectæ, ipſarumque Prælati, & obedientiam & reverentiam ſibi debent; apud quam ſic plenitudo poteſtatis conſiſtit, quòd Eccleſias cæteras ad ſolicitudinis partem admittit; quarum multas, ſed Patriarchales præcipuè, diverſis privilegiis eadem Romana Eccleſia honoravit, ſuâ tamen prærogativâ tàm in generalibus Conciliis, quàm in quibuſcumq; aliis ſemper ſalvâ.

516 „ Quare iteratò fraternitati tuæ ſalutaribus monitis ſuademus, quatenùs in præmiſſorum omnium ſalubri obſervantiâ inconcuſsè perſiſtere ſtudeas, & eoſdem Suffraganeos Epiſcopos, & alios ſubditos tuos,

qua-

,, quantùm in te fuerit, ad ſedulè perſiſten-
,, dum ſolerter inducas. Si enim tu, & tui
,, hoc adimplere curabitis, ſperamus in illo,
,, qui in veſtri cordis habitaculum diffudit
,, lucem ſuam, quòd in Montem ſanctum
,, ſuum, in communionem ſcilicet & unita-
,, tem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, per
,, obſervationem Fidei, recognitionem, &
,, acceptationem Primatus ejuſdem Eccleſiæ,
,, ſuo ducatu deducti, tandèm fœliciter addu-
,, cemini, per continuationem bonorum ope-
,, in dilecta ejus Tabernacula, viſione ſem-
,, per fruituri beata. *Datum Avenione x. Kal. Decembris, Anno VI.*

517 Dùm itaque, ſic excitante Romano Pontifice, & collaborantibus Apoſtolicis Viris, fœliciter Catholica Eccleſia proficiebat, in Ruſſia, & Servia, & Macedonia ſub Rege Uroſio, in Armenia ſub Leone Sapiente, in Perſide, & in Aquilonari Tartaria ſub Tartaris Principibus, & Regibus, ac etiam in partibus Indiæ; ſub Imperio tamen Græcorum ſciſſa gemebat, fœdo Andronici, & Græcorum ſuorum continuante ſchiſmate, & peccatis illorum exigentibus ipſummet Imperium ferè ad occaſum vergere videbatur: Adfuerunt & cœlitùs demonſtrata prodigia imminentia, indicantia mala; nam pictus in pariete Equus non ſemèl in Regio Palatio terrendos emiſit hinnitus; Columna quoque ante Orientalem Bizantii arcem in Conditoris monimentum erecta, per dies multos tremula viſa fuit. Hæc quidèm Gregoras oculatus teſtis & Scriptor enarrat, lib. 8. Hiſtor. ſub Capite, *de Conſtantino Deſpota*, ante finem, ſic inquiens.

518 ,, Primo autem Quadrageſimæ Sab-
,, bato, cùm poſtridie orthodoxorum Impe-
,, ratorum, & Patriarcharum memoria pro-
,, clamanda eſſet, tùm quoquè is à Veſpera
,, ad Nocturna ſacra illa, de more, acceſſit,
,, tùm ſub mediam noctem, me adſtante, &
,, doxologiam audiente, quidam ab Impera-
,, tore adeſt, novum illi Nuncium appor-
,, tans, & ejus ſententiam exquirens. Mo-
,, dò enim, inquit, cùm Imperatorii bipenni-
,, feri, & milites, & enſiferi cubitum ituri
,, eſſent, tantus ſubitò hinnitus circa Pala-
,, tium exauditus eſt, ut omnes percelleren-
,, tur. Intempeſta enim nocte, cùm neque
,, Imperatorii, neque Senatorii Equi, nec in
,, ipſo Palatio, nec ante fores eſſent, im-
,, proviſa res animos audientium perturba-
,, vit, & alii alios quid rei eſſet interrogave-
,, runt. Eo tumultu nondùm ſedato, alter
,, hinnitus priore major exauditus eſt ab
,, ipſo etiam Imperatore; qui miſſo Miniſtro
,, undè is eſſet, quæſivit, ſed nihil audivit
,, aliud, niſi ab Equo in quodam Palatii pa-
,, riete, ante Victricis Deiparæ Sacellum,
,, quem Paulus olim præſtantiſſimus Pictor
,, effinxiſſet, D. Georgium Chriſti Martyrem
,, pulcherrimè ſuſtinentem eſſe editũ. *Hæc ille.*

519 Verùm, ut aſſolent Aulici, ut aures Principum adulando pruriant, magnus Imperatoris Logotheta fauſta ex eo prodigio eidem Imperatori prænunciavit: ipſe verò non ſic accepit, aliter edoctus: ,, Ad hæc Logo-
,, theta, *ſubjungit Gregoras*, jocatus, ut ſo-
,, lebat ad Imperatoris interrogationes: Gra-
,, tulor tibi, *inquit*, Imperator, futuros
,, triumphos. Monſtroſum enim iſtius Equi
,, hinnitum nihil aliud indicare reor, niſi
,, tuam adverſùs Agarenos Aſiam noſtram
,, populantes expeditionem. Quibus Impe-
,, rator auditis, alio adoleſcente ad eum miſ-
,, ſo: Tu quidèm, inquit, iſto reſponſo,
,, velut ſoles, mei exhilarandi gratiâ, ſive
,, alia de cauſa dato, rem ignorare videris.
,, Ego autem quid verum eſſe cenſeam, tibi
,, dicam; Nam, ut Patres noſtri nobis tradi-
,, derunt, Equus iſte aliàs etiam ad eundem
,, modum hinniit, cùm Balduinus Latinorum
,, Princeps à Patre noſtro pulſus, Urbem
,, amiſſurus eſſet.

520 Deinde de Columnæ tremore hæc idem ſubnectit Auctor: ,, Præthereà Colum-
,, na, quæ ante Orientalem arcem ſtat, in
,, qua Byzantii Conditoris Urbis Imagi-
,, nem olim fuiſſe fama eſt, ante multos dies
,, & ipſa commoveri cœpit, quæ agitatio per
,, dies complures duravit, omnibus ad ſpe-
,, ctaculum concurrentibus. *Hæc ille.* Magis proindè territus Imperator, quid præſignarent hæc geminata prodigia, inquiri juſſit. Logotheta verò libros quoſdam fatidicos inſpexit, ac Imperatori inſpiciendos exhibuit. Deinde aſtrologicâ delineatâ figurâ ex Syderum poſitione, futura ſciſcitari ſunt aggreſſi, quæ, licèt fallacia, tunc tamen, ſic Divinâ diſponente Providentiâ, futuram Reipublicæ confuſionem, ac Imperii diſcrimen oſtenderunt: ,, Poſtridie, *proſequitur Gregoras*, cùm
,, Logotheta ad Imperatorem veniſſet, tùm
,, quidèm quid collocuti fuerint, nemo om-
,, nium ſcivit: poſt tamen ex indiciis qui-
,, buſdam conjicere licuit, eos fatidicos
,, quoſdam libros inſpexiſſe, quibus futura
,, quædam incerto Auctore obſcurè, & per
,, ambages exponerentur. Deinde figurâ
,, aſtrologicâ delineatâ, qua poſitus Syde-
,, rum, & prænotiones, futurorum indican-
,, tur, hoſtium adventum, & Reipublicæ
,, confuſionem conjecerunt, & qualemcumq;
,, Imperatorii Principatus diſcrimen. *Hactenus Gregoras.*

521 Inter hæc verò obiit Theſſalonicæ Michael Imperator Andronici filius, qui ſimùl cum Patre Imperium moderabat, quæ quidèm mors ipſi Andronico, & univerſo Græcorum Imperio fatalis fuit: ex ea namque præſignata mala initium ſumpſerunt, & adeò proceſſerunt, ut Andronicus coactus tandèm fuerit Nepoti æmulo Imperium reſignare. Siquidèm filium ſuperſtitem Michael reliquerat natu maximum, nomine Andronicum, qui

cùm eſſet moribus corruptiſſimus, utpotè deambulationibus, venationibus, nocturnis vagationibus, potationibus, ac libidinibus deditus, adhùc Michaele ſuperſtite, diverſas habuerat cum Andronico ſeniore ejus Avo moleſtas contentiones. Hunc ergò juniorem Andronicum indignum Imperio, licèt ei naturæ lege deberetur, judicavit ſenior; ac decrevit illud transferre in alium filium ſuum, nomine Conſtantinum, natu minimum; quod cùm accepiſſet Andronicus junior ab Avo, defectionem ſtatim meditavit: Et licèt ſemèl & bis, & iterùm in concordiam deveniſſent, Sacramento interpoſitis & pactionibus, tamen nec pacta ſervarunt, nec Sacramentum, ambitioſo junioris Andronici animo, ac in Avum concepto odio univerſa perturbante; & quidèm, Deo permittente, ut qui rebellis in Sanctam Matrem Eccleſiam extitit, rebellem in ſe experiretur Nepotem; & quoniam ſacramentum eidem Matri Eccleſiæ præſtitum non ſervavit, juſto Dei judicio factum eſt, ut ſacramenta à Nepote ſibi præſtita nequaquàm ſervarentur.

522 Itaque ſic inter ſe diſſidentibus ſeniore, & juniore Andronico, ac de Regno contendentibus, patefacta eſt Turcis via occupandi diverſa Imperii loca, malaque ingentia inferendi Græcis, quæ deſcribit Gregoras, eodem lib.8. in fine Capitis, *de Præſtigiatoribus*, inquiens: „ His temporibus „ Turci animadverſo afflicto & turpi Romani Imperii ſtatu, ædificare Claſſes, & ingredi Mare cœperunt, idque impunè, & „ magno numero, & adeuntes, ac abeuntes „ Naves onerarias intercipere, atque etiam „ Thraciam, & Macedoniam incurſare, Inſulas item tàm magnas, quàm parvas, & „ magnas Clades majoribus cumulare non „ deſtiterunt; undè factum, ut exauſto Fiſco, veterum Imperatorum ornamenta, urgente inopiâ, divendere neceſſe eſt, *Hæc ille*. Sed & de aliis Græcorum cladibus dicemus Cap. ſequenti.

CAPUT VIII.

De continuato Andronicorum diſſidio, ac diverſis Græcorum cladibus; de Andronici ſenioris tractatu pro reconcilianda Eccleſia Græca Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; de amiſſo tandèm Imperio, ac ejus infœlici obitu.

523 CUm ergò augerentur in dies odia inter juniorem, & ſeniorem Andronicum, fomenta præſtantibus nonnullis ex Imperii primoribus Nobilibus, ſenior Nepotem bello opprimere eſt aggreſſus, & evocatis ex Aſia auxiliariis Turcis, ut ſcribit Cantachuzenus, lib.1.cap.31, inter Zurulum, & Selybriam commiſſum eſt prælium, ſed pro ſeniori Andronico infœliciter, nam primo belli Impetu fortiter pugnantibus junioris Andronici Copiis, cum magna clade fugati ſunt aggreſſores: quòd conſpiciens ſenior Andronicus Turcarum viribus diffuſus, timensque ſuorum defectionem, pacem à Nepote flagitavit: qua obtenta ad Imperii conſortium, ipſum admiſit, qui poſteà ſolemniter in Regia Urbe, IV. Nonas Februarii, Indict. VIII. ideſt Dñi Anno MCCCXXV. ſenioris Andronici Ann.XLII. Joannis XXII. Pontificatus Anno X. coronatus eſt. Poſt hæc, *ait Gregoras, lib.8. cap. de junioris Imperatoris Coronatione*: „ Byzantium profectus Imperator IV. Nonas Februarii, VIII. Indictione, coronatus eſt. *Subjungit inde*. Accidit autem, ut utroque Imperatore eâ de „ causâ in magnum Divinæ Sapientiæ Templum abeunte, ſenior lapſo Equo in cœno „ ex aqua pluvia collecto concideret in via: „ qui caſus ei ominoſus eſſe videbatur, judicio prudentiorum. *Hæc ille*. Et fanè amittendi Imperii omen fuit.

524 Circa eadem tempora Tartari, Scythæ, & Gazaria & Ruſſia egreſſi ingenti numero, factâ excurſione uſque ad Regiam Bizantii Urbem, univerſa vaſtarunt, occiſis ex Græcis, vel in ſervitutem redactis, centum quinquaginta millia, ut ſcribit Sanctus Antoninus, par.3. titul. 21. cap. 5. §. 9. in fine, notans, hanc cladem Græcos accepiſſe Anno Domini MCCCXXIV. Anno nimirum ante coronatum Andronicum juniorem; ait namque: „ Eodem Anno, menſe Februarii Tartari Gazariæ & Ruſſiæ cum exercitu trecentorum millium equitum venerunt uſque „ Conſtantinopolim & citra, per aliquas dietas omnia diripientes & vaſtantes, quæ occurrerunt eis: & demorati ſunt ibi uſque ad „ menſem Aprilis ſequentem ad conſumptionem Græcorum in rebus & perſonis: itaut „ centum & quinquaginta millia illorum „ Græcorum fuerunt partim occiſi, partim „ in captivitate ducti; *& paucis interjectis, ſubjungit*: Juſto autem Dei judicio, Græci ſic „ flagellati ſunt ab inimicis Dei, ſcilicet infidelibus: quia & ipſi Græci facti ſunt inimici Dei diverſis ſchiſmatibus & hæreſibus: „ pluriès ad veritatem redeuntes, & citò ad „ vomitum revertentes. *Hæc ille*.

525 Turcæ porrò diverſas Bithyniæ Urbes in ſuam redigerunt poteſtatem, ut penultimo capite lib. 8. ſcribit Gregoras, inquiens: *Iiſdem temporibus, cùm Orientalia negligerentur, pleræque Urbes & Provinciæ Bithyniæ ſunt à Turcis ſubactæ. Eſt & Pruſa fame domita*. Notat hoc idem Laonicus Chalcocondylas lib. 1. de Rebus Turcicis, qui & Turcarum potentiam ex Græcorum diſſidiis plurimùm auctã fatetur; ſcribit ergo: „ Eodem „ tempore Græcorum res ancipiti fruebantur „ fortunâ, cùm inteſtinis diſcordiis agitarentur propter Bizantii Regnum, Reges ambo,

„ bo, Avus & Nepos Andronici, ex familia
„ Paleologorum orti. Cùm autem ſeditioni-
„ bus jactarentur, quidam hunc, pars illum
„ ſequebantur, ex quo effectum eſt, ut pla-
„ niſſimè res ipſorum interierint. Priori enim
„ Andronico natus eſt filius, cui nomen in-
„ ditum Michael: qui fato functus eſt, ante-
„ quàm ad Regnum promoveri poſſet. Poſt
„ hujus mortem Andronicus filius, cùm Avus
„ ſenio confectus foret, ad Regiæ dignitatis
„ culmen conſcendere geſtiens, inimicitias
„ ex aperto cum avo ſuſcepit. Cùm autem eſ-
„ ſet impudentior & præfractior, quàm ut
„ meliora conſulenti pareret, Græcos in gra-
„ viſſima diſcrimina adduxit. Acceſſit enim
„ Tryballos, Græcorumque Optimates in Re-
„ gni curam adhibitos ſibi concilians, effecit,
„ ut nemo ampliùs Græcorum Europæ ac-
„ ceſſu Turcos prohiberet. Tunc temporis
„ capta eſt Prusa, quam fame domitam in di-
„ tionem redegit Othomanus. In poteſtatem
„ venerunt & alia Aſiæ Oppida; undè maxi-
„ ma Turcis per univerſam Aſiam acceſſit po-
„ tentia, transgreſſique in Europam, Thraciam
„ graviſſimè afflixerunt. *Hactenùs ille*.

526 Sed & per idem tempus Joannes Papa ad res Chriſtianorum in Syria reſtaurendas plurimùm intentus, operam dabat, ut Chriſtiani in Europa Principes mutuis diſcordiis agitati, in concordiam redigerentur, ſine qua Syriaca expeditio executioni demandari haud poterat. Agitabantur quoque in aula Principum varia de hac expeditione conſilia, an per Conſtantinopolitanum Imperium, domitis priùs ſchiſmaticis Græcis, exercitus eſſet in Sarracenos traducendus, an maritimo itinere, claſſe inſtructâ in Soldani Terras irrupendum: Quæ, cùm non ignoraret Andronicus Senior, novæ perturbationis cauſam in eum induxerunt. Itaque tot calamitatibus, totque cladibus preſſus Andronicus, undiquè ab inimicia tùm domeſticis, tùm exteris circumventus, timens, nè Latinorum potentia, in talibus circumſtantiis ad extremum res ſuas deduceret, agere cœpit de revocandis ad Romanæ Eccleſiæ unionem & obſequium Græcis, communicato priùs conſilio cum Marino Sanuto Nobili Veneto per Epiſcopum Caphenſem; inde cum Carolo Franciæ & Navarræ Rege per ſpeciales Oratores ad hunc effectum deſtinatos. Marinus verò Sanutus cùm primùm accepiſſet, antefatum Andronicum prælibatam cùm Sancta Romana Eccleſia optare unionem, nullâ interpoſitâ morâ, ſtatim ad eum ſequentes fecit literas.

Excellentiſſimo & Sapientiſſimo Principi, ac ſuo Domino, Domino ſingulari, Domino Andronico Pallialogo, Dei gratia Imperatori Conſtantinopolitano, Moderatori Romæorum Magnifico, & ſemper Auguſto: Marinus Sanutus dictus Torſellus de Venetiis: ſeipſum humiliter ad omnia Imperialia beneplacita & mandata.

527 „ Noverit Veſtrum Magnificum Im-
„ perium, quod diligo & dilexi, me fuiſſe ſatis
„ longo tempore in Romana Curia, & tan-
„ dèm in Curia Magnifici Domini Regis Frã-
„ ciæ, pro tractandis & ordinandis oppor-
„ tunis negotiis Terræ Sanctæ: & à viris Re-
„ ligioſis qui venerant de veſtro Imperio, &
„ præcipuè à Domino Epiſcopo Caphenſi,
„ intellexi de veſtra Imperiali Sapientia & fi-
„ de, ac voluntate bona, quam ad unionem
„ Eccleſiarum habetis, de quo cor meum fuit
„ & eſt non modicum hilaratum: cognoſcens
„ quòd Eccleſiarum unio eſt complementum
„ paſſagii Terræ Sanctæ. Nec ſcio majùs bo-
„ num poſſe fieri in hoc Mundo, quàm Eccle-
„ ſias reunire. Propterea frequenter collo-
„ quium hujuſmodi cum pluribus Dominis
„ Cardinalibus, & cum Excellenti Domino
„ Rege Roberto, & cum aliquibus Principi-
„ bus Regni Franciæ; & etiam cum Domino
„ Petro de Via, Nepote Domini Papæ: & ma-
„ ximè cum nobiliſſimo Domino Guilielmo
„ Comite Hannoniæ, Ulandiæ & Xilandiæ, ac
„ Frixiæ Domino, Genero Domini Caroli,
„ & cum Domino Gualterio de Caſtilione,
„ Comite Porzani, & Conoſtabulo Franciæ:
„ & cum Domino Roberto Comite Bononiæ
„ & Alverniæ, de negotio ſupradicto, qui pro
„ magna parte regunt, & ordinant ipſum Re-
„ gnum: ac etiam colloquium habui cum Præ-
„ latis, de multis, quæ tangunt honorem &
„ ſecuritatem veſtri Imperii. Et reperi multos
„ prædictorum habere optimam voluntatem:
„ & ideò propter Dei honorem, & utilitatem
„ fidei, & amorem ſpecialem veſtri magni Im-
„ perii, offero me, ſi opportunum vobis vide-
„ bitur, tractare & laborare ſecundùm meam
„ poſſibilitatem pro prædicta unione Eccle-
„ ſiarum, & pace ac concordia cum Sancta
„ Romana Eccleſia; & cum Excellenti Do-
„ mino Carolo, ac cæteris perſonis, quibus
„ veſtræ magnificæ prudẽtiæ videbitur oppor-
„ tunum. Plura alia explicavi de iſta materia
„ Domino Fratri Hieronymo Epiſcopo
„ Caphenſi, quæ & oretenùs Veſtræ Majeſta-
„ ti poterit explicare. Datæ Venetiis, Anno
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXIV.

Hactenus Marini literæ. Quæ verò referenda oretenùs commiſit Epiſcopo Caphenſi, habentur in aliis ejus literis recordatoriis eidem Epiſcopo traditis, quæ ad hunc modum ſe habent.

Recordatio: Reverendo in Chriſto Patri & Domino ſuo chariſſimo, Domino Fratri Hieronymo Epiſcopo Caphenſi, facta per me Marinum Sanutum, dictum Torſellum, de Confinio Sancti Severi de Venetiis &c.

528 „ Quòd primò & principaliter vos
„ debetis me commendare Excellentiſſimo
„ & magnifico Domino meo Imperatori Con-
„ ſtantinopolitano, & præſentare literas, quas
„ eidem transmitto. Et iterùm ſuæ magnifi-
„ centiæ dicite, quòd per Dei grstiam perfe-
„ ci quoddsm opus laedabile & fructuoſum
„ ſuper acquiſitione Terræ Sanctæ, & conſu-
„ mationn illius ſectæ peſſimæ Mahumeti,
„ quòd Dominus Papa fecit examinari, in quo
„ qnidem opere contineetur, quòd non eſt ne-
„ ceſſe tranſire per terram ſui Imperii, nec
„ acquirere illam, ſed directè per Mare in ter-
„ ras Soldano Babylonico ſubjectas: quæ via
„ eſt contra opinionem quorundam dicen-
„ tium, quòd primò eſt neceſſe, quòd ſuum
„ Imperium acquiratnr per fideles Eccleſiæ.
„ Ego sutem cōtra ipſos exiſtens, dixi quam-
„ pluribus Cardinalibus, & etiam idem dixi
„ ad conſilium Regis Roberti, & quibusdam
„ Baronibùs Gallicis, qnòd Imperium ſuum
„ poſſet deſtrui, ſed non poſſet conſervari in
„ pace propter multas rationes, quæ ſuet cir-
„ cumcircà ſuo Imperio, & nationes maximè
„ Tartarorum. Et ponamùs, quod haberemus
„ terram Imperii pro magna parte, non tamen
„ haberemus cor Populi ad obedientiam Ec-
„ cleſiæ Romanæ; ſicut nos per exemplum
„ videre poſſumus manifeſtè de Inſula Cypri,
„ & Cretæ, & de Principatu Amoreæ, &
„ Ducatu Athenarum, de Inſula Negropon-
„ tis, & de aliis Inſulis & terris, quæ per
„ Franchoa dominantur: quoniam Fideles Ec-
„ cleſiæ dominium tenent; ſed populus, non
„ eſt ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ: &
„ fortè aliquandò oſtendunt ſe eſſe alicubi fi-
„ deles Eccleſiæ ore, tamen non corde, ut
„ publicè fertur. Sed via, per quam poteſt
„ Eccleſia reuniri, ut mihi videtur, eſſe de-
„ bere magnificam perſonam ſuam, unà cum
„ ſuo Patriarcha, & cæteros etiam de domo
„ ſua: propter quòd omnes ipſius ſubditi, &
„ alii, ſicnt Rupten & Exagoreæ, & Regnum
„ Serviæ & Zorzani, & alii, qui ſunt ſub do-
„ minio Francorum, Tartarorum, Turcho-
„ rum, & ſub dominio Soldani Babyloni-
„ ci, erunt obedientes Eccleſiæ Romanæ;
„ quòd quidem eſſet maximum bonum pro
„ reuniendis Eccleſiis, & ſecurum pro gente
„ ſui Imperii, tam pro anima, quàm pro cor-
„ pore.

529 „ Sed ad iſtud perficiendum, eſt ne-
„ ceſſe, quòd in iſto negotio habeatur volun-
„ tas Domini Caroli, dando hæredibus ſuis
„ aliqua, propter quòd dicunt ſe habere in
„ Imperio ſuo. Ac etiam bonum eſt, quòd
„ habeatur voluntas & auxilium Venetorum:
„ & ad hæc complenda inter omnes alios, qui
„ poſſent iſtud negotium perficere & comple-
„ re, ſunt Barones Franciæ, & Rex Boemiæ,
„ qui intendunt ad paſſagium ultramarinum;
„ & maximè Comes Hannoniæ, Ulandiæ, &
„ Xilandiæ, & Frixiæ Dominus; & Dominus
„ Gualterius de Caſtilione, Comes Porcani,
„ & Conettabularius Franciæ, & Dominus
„ Ludovicus Comes Claremontenſis, & Do-
„ minus de Borbon; ac etiam Dominus Ro-
„ bertus, Comes Alverniæ & Bononiæ, &
„ quamplures Dominæ & Domini. Et maxi-
„ mè, ſi per magnificam perſonam ſuam pro-
„ mitteretur eisdem, pro neceſſitate paſſagii
„ certum auxilium.

530 „ Et recordor, quòd Pater ſuus Do-
„ minus Imperator Palliologus fecerat ædifi-
„ cari in Accon unam maximam Turrim, cum
„ mœnibus valdè magnis ad defeenſionem Ci-
„ vitatis. Et non eſt dubium, quòd illud bo-
„ num, cum aliis, quę fecit, multùm ei con-
„ tulerunt ad ſubſtentationem terrę ſuę, &
„ hęredum ſuorum. Propter quòd, me offe-
„ ro ad ſervitium Dei, & ſui; & ſui Imperii,
„ ſecundùm meam poſſibilitatem tractare, &
„ facere quidquid exinde potero boni: Et
„ ad hoc, ut ipſe de me habeat materiam con-
„ fidendi, ego ſum abſque uxore, & ſic ſteti
„ longo tempore, propter iſta ultramarina
„ negotia perficienda: & ſi vellet mihi dare
„ uxorem ſecundùm meam convenientiam de
„ ſuo Imperio, ego acciperem. Et ſi interim
„ filius meus non matrimonialiter copnlare-
„ tur, etiam eidem poſſet uxorem tradere, ut
„ placeret. Et ſuper prędicta, Reverende Do-
„ mine Epiſcope, multa poſſent dici. Idcircò
„ circumſpectioni veſtræ, reliqui, de qua ſpe-
„ ro, & indubitsnter confido.

531 „ Præterea multùm affectsrem, quòd
„ Dominus Imperator redderet gratiam Do-
„ mino Nicolao Sanuto, Dnci Nicxiæ & An-
„ dræ dominatori, quòd illud, qnòd ipſe jam
„ fecit contra ſuum Imperium, fecit propter
„ juventutem; & ita intendo tractare cum
„ Domino Nicolao prædicto, quòd ſit Servi-
„ tor ſui Imperii, quemadmodum ſui præde-
„ ceſſores fuerunt, videlicet pater ſuus Do-
„ minus Gulielmns, & auus ejus Dominus
„ Marcus Sanutus.

532 „ Item noverit veſtra Reverenda Pa-
„ ternitas, quòd intendo morari Venetiis:
„ excepto, quòd ſi nova venirent de Curia,
„ quòd Armata Regis Franciæ, quam ordi-
„ naverat Anno præterito cum Domino de
„ Nerbona, & cum Epiſcopo Mematenſi,
„ quòd procederet ultrà: poſſet eſſe, quòd
„ item uſque ultrà Mare, ad hoc, ut poſſem
„ eis dare aliquem ordinem, ex eò quòd ipſi
„ me tenuerunt multo tempore in Francia,
„ dicentes, quòd ſuper hoc intendebant ſe
re-

„ regi meo conſilio; ac etiam volebant,
„ quòd ego eſſem, & transfretarem cum
„ eis.

533 „ Item vellem tractare, quòd ipſi
„ ſcirent bono modo tranſire cum gentibus
„ ſui Imperii; & quòd ipſi non intenderent
„ ad aliud, quàm ad conſumptionem Infide-
„ lium Sectæ Mahumeticæ, quæ multùm
„ crevit. Item poſſet eſſe, quòd ego irem
„ uſque Nigropontem; & ad Dominum Ni-
„ colaum Sanutum, cum aliis galeis, ſi ipſe
„ mitteret mihi, dicendo ad hoc, ut poſſem
„ ei aliquod bonum conſilium dare pro con-
„ ſervatione terræ ſuæ: Undè ſi contingeret
„ vos irê per illas partes, poteritis eidem di-
„ cere quidquid Dominationi Veſtræ vide-
„ bitur convenire; & ego etiam eidem lite-
„ ras deſtinabo, quas vobis tradam. Idcircò
„ quidquid de ſupradictis Dominus Impera-
„ tor intendit, mihi ſcribere dignemini quàm
„ citiùs poteſtis; & etiam ſi ei placuerit,
„ mihi reſcribere dignetur. Datæ Venetiis,
„ Ann. Dñi noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXIV,
Hactenus Sanutus.

534 Cùmque Joannes Papa ſolicitaret in dies Principes & Reges ad Syriacam expeditionem, Principes verò adhùc hærerent, nùm primùm ſchiſmaticis bellum eſſet inferendum, an directè Soldano; Marinus ipſe Sanutus, qui plurimùm laborabat pro præfata expeditione, noſcens non aliam tutiorem eſſe viam divertendi præfatorum Principum conſilia, nè bellum Græcis inferrent, quàm, ut Græci Eccleſiæ Romanæ conjungerentur, & ipſius ſe obedientiæ ſubmitterent; elapſo ferè biennio poſt primas Andronico datas literas, iterùm alias ad eundem fecit, quibus excitare eum ad præfatam ineundam concordiam conatus eſt, repetens quoque & quæ in prioribus expreſſerat literis, ſcribens ad hunc modum,

Sereniſſimo ac Sapientiſſimo Principi, ac ſuo Domino ſingulari, Domino Andronico Palliologo, Dei gratia Imperatori Conſtantinopolitano, Moderatori Romæorum Magnifico & ſemper Auguſto: Marinus Sanutus, dictus Torſellus de Venetiis, ſeipſum humiliter ad omnia Imperialia mandata.

535 „ Quia Ipſa membrorum diviſio to-
„ totius corporis languorem pariter & deſo-
„ lationem inducit: hinc eſt, quòd Redem-
„ ptor noſter Dominus Jeſus Chriſtus, cùm
„ ipſe ſit totaliter indiviſus, diviſionis peri-
„ culum præſentiens, pro membrorum ſuo-
„ rum unione in Evangelio Beati Joannis ro-
„ gat ſpecialiter Patrem ſuum, dicens: *Pa-*
„ *ter Sancte, ſerva eos in nomine tuo, quos de-*
„ *diſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos*. Et ſe-
„ quitur: *Non pro eis rogo tantùm, ſed pro*
„ *eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in*
„ *me; ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in*
„ *me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint.*
„ In Actibus etiam Apoſtolorum ſcribitur,
„ quòd *multitudinis credentium erat cor unum*
„ *& anima una*. Et Paulus Apoſtolus ad
„ Galatas dicit: *Omnes vos unum eſtis in*
„ *Chriſto. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fe-*
„ *cit utraque unum*; ſicut ad Epheſios idem
„ ſcribit.

536 „ Animadvertatur igitur Imperialis
„ circumſpecta Majeſtas, ſi tanta inter ipſam
„ & Sanctam Dei Eccleſiam ſit diſſenſionis
„ materia, quæ non poterit per ſpecialem
„ Dei Æterni, Unigeniti & Coæterni Filii
„ Dei orationem ad Patrem, & Apoſtolorum
„ ſuorum Actus, Scripturaſque, & prædica-
„ tionem, in vera unitate Fidei adunari; &
„ ideò ego Marinus, Vobis, ac Imperio ve-
„ ſtro affectionibus ſinceris unitus, *obſecro*
„ *vos*, cum Beato Paulo Apoſtolo antedicto,
„ *quatenus dignè ambuletis vocatione, qua vo-*
„ *cati eſtis, in omni humilitate & manſuetudi-*
„ *ne: in patientia ſupportantes invicem in cha-*
„ *ritate; ſoliciti ſervare unitatem ſpiritus in*
„ *vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpiritus,*
„ *ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis ve-*
„ *ſtræ. Unus Dominus, una Fides, unum Ba-*
„ *ptiſma*.

537 „ Et, cùm quidam dicti veſtri præ-
„ clari Imperii à Fide, & doctrina Eccleſiæ
„ Apoſtolicæ, non in re, ſed ſolùm in verbis,
„ diſſonent; ac alii ejuſdem Doctores Impe-
„ rii, videlicet Athanaſius, Didymus, Cy-
„ rillus, Joannes Chryſoſtomus, & in fide,
„ & in re, in verbiſque cum Eccleſia prædi-
„ cta conveniant, & concordent: Domine mi
„ Imperator clementiſſime, *expurgate diebus*
„ *veſtris vetus fermentum, ut ſitis nova con-*
„ *ſperſio, ſicuti eſtis azimi*, nè veſtrum ſupra-
„ dictum Imperium magnificum diutiùs ma-
„ neat *in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in*
„ *azimis ſinceritatis & veritatis*. Dicit etiam
„ Philoſophus terræ veſtræ, quòd *in eo, quod*
„ *res eſt, vel non eſt, eſt oratio vera, vel falſa.*
„ Non enim dicit, *in eo, quod vox eſt, vel non*
„ *eſt*, quia res eſt in ſe permanens, & exi-
„ ſtens; verbum verò ore carnis prolatum,
„ defluit, & non manet: Tollite ergò ju-
„ gum Chriſti ſuper vos, & diſcite ab eo,
„ *quia mitis eſt & humilis eſt corde; jugum*
„ *ejus ſuave eſt, & onus ejus leve*. Et tunc
„ invenietis requiem animabus veſtris. Et
„ quia *omnis, qui petit, accipit; & qui quærit,*
„ *invenit; & pulſanti aperitur*. Iſtam unio-
„ nem, ſacratiſſime, petite, & accipietis; quæ-
„ rite, & invenietis; pulſate, & aperietur
„ vobis: Per quam unionem, cùm virtus uni-
„ ta major ſit ſeipsâ diſperſâ, acquiretur fa-
„ ciliter Terra Sancta, & aliæ Terræ pluri-
„ mæ, quas Infideles jam occupant, ad exal-
„ tationem Nominis Dñi noſtri Jeſu Chriſti,
„ ampliationem Catholicæ Fidei, & ad ſta-
„ bilimentum veſtri excelſi Imperii ante-
„ dicti.

358 „ Noverit ad hæc vaſtra Imperialis Celſitudo, quòd propter bonum veſtri Imperii, negotiorumque Terræ Sanctæ, Dominum Papam & Cardinales quamplurimos, ac Dominum Regem Franciæ, Nobiles etiam Comites & Barones ſui Regni, Dominum Regem Robertum & Nobiles de ſuo Conſilio, cum expenſis propriis, ac magnis meis corporalibus laboribus viſitavi, & cum eis ſecretum colloquium frequentiſſimè habui; quorum multos reperi ad vos, ac veſtrum Imperium, & ad dicta Terræ Sanctæ negotia voluntatem habere optimam, ſi Eccleſiarum unio, paxque & concordia cum Sancta Romana Eccleſia fuerit confirmata. Bunè eſſetis digni Sanctorum adſcribi Catalogo, ſi poſſetis iſtud ſchiſma deſtruere, & ad unum Ovile Eccleſiæ tot diſperſos & devios congregare: ad quem laborem ad honorem Dei, ac Veſtrum, veſtrique conſolationem Imperii, promptum me offero & paratum cum perſeverantia læta, juxtà veſtrum Imperiale conſilium, beneplacitum ac mandatum. Recepi veſtras Imperiales literas per veſtrum Nuncium Conſtantinum Fuſcomalum, cum gaudio; Veſtræ poſteà reſcribens Celſitudini per eundem Vos, ac veſtrum Imperium permagnificum, conſervet Altiſſimus per tempora longiora. Iſta quidèm unio non eſt ullatenùs differenda, quia quod quandòque faciliter uno tempore acquiritur, ſuccedente moræ periculo, vix aut nunquam poſtea obtinetur. Datæ Venetiis, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXVI. *Hæc ille*, qui præfatas literas Imperstori contradendas inſeruit in aliis literis datis ejuſdem Imperatoris Turchimanno, quæ tales ſunt,

Viro provido, Nobili & diſcreto Sevaſto, Domino Stephano Sirupulo Domini Imperatoris Græciæ Turchimanno: Marinus Sanutus, dictus Torſellus de Venetiis, omnem reverentiam, cum ſolute.

539 „ Noveritis, quòd literas veſtras mihi gratas plurimùm & acceptas, ſoſpitatem veſtram corpoream exprimentes, ad magnam meam conſolationem recepi; de quibus literis, veſtram ad me ſinceram affectionem atteſtantibus, vobis regratior corde toto: Et ideò ſi quæ facere poſſim vobis grata, prompto animo ſum paratus. Scribo nunc Domino meo, Domino Imperatori Illuſtriſſimo, cujus ſcripturæ tenorem veſtræ tranſmitto amicitiæ præſentibus interclusum. Literam verò ſuam, mihi de ſua benignitate dircĉtam, de qua mentionem feciſtis in litera veſtra, licèt eam diligenter quæſierim, non recepi; Quia per communicationem mutuam literarum intenditur verus amor, bonum eſt & utile, quòd cum opportunis Nunciis, ſcripturis mutuis perfruamur. Ut me valere deſidero, valeatis, ad unionem cum Sacroſancta Romana Eccleſia, ad Dei laudem & gloriam, veſtrum ſemper Dominum inducentes. Datæ Venetiis, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXVI.

540 Andronicum porrò præfatis adhæſiſſe conſiliis, liquet ex eo, quòd pro præfata unione cum Apoſtolica Sede tractanda Oratores ad Carolum Francorum Regem deſtinavit, qui quidem Rex certiorem reddidit Joannem Papam. Hic verò, ne tantum negligere negotium videretur, Legatum ad Andronicum deſtinavit Fratrem Benedictum de Cunis ex Inclyto Prædicatorum Ordine, quem primùm ad Robertum Siciliæ Regem direxit, & Philippum Tarentinum Principem, ipſorumque conſilia auditurum, antequam ad Andronicum proficiſceretur: prout ex Joannis literis datis Siciliæ Regi conjici licet, ſic nimirum ſe habentibus,

Joannes &c. Regi Siciliæ.

541 „ Significavit nobis Chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex Franciæ & Navarræ Illuſtris, quòd vir magnificus Andronicus, qui ſe Romæorum Imperatorem & moderatorem Intitulat, per ſuas literas inſinuavit eidem, Intentionis & voluntatis eſſe ſui Imperii, velle pacem & amorem cum omnibus, & ſpecialiter Chriſtianis: & cùm Regem ipſum, ejuſque domum, & prædeceſſores ſuper alios Mundi Principes ad hoc perciperet delectari, certum ad ipſum deſtinabat Nuncium, literarum exhibitorem ipſarum, ſuper intentione prædicta pleniùs informatum. Rex præfatus ſcire, ut aſſerit, deſiderans certiùs, an ipſe Andronicus præfatæ intentionis exiſtat, & an quę literis pręfatis aſtruit, operibus cupiat adimplere, dilectum filium Benedictum de Cunis Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum, ad eundem Andronicum pro ſcrutandis hujuſmodi providit de noſtro beneplacito cum ſuis literis deſtinandum. Nos autem attendentes, quòd negotium hujuſmodi Tuam Excellentiam, necnon & dilectum filium nobilem virum Philippum Principem Tarentinum germanum tuum inter cæteros Catholicos Principes non mediocriter tangit, volumus quòd idem Magiſter, priusquàm ad dictum accedat Andronicum, ad tuam, dictique Principis ſe conferat præſentiam, auditurus utriuſque intentionem, ac informationem, ſi quam ei dare decreveritis ſuper his, nobisque illas poſtmodùm reſcripturus. Quocircà regalem Excellentiam attentiùs excitamus, quatenùs cum eodem Principe, quid nos deceat, vel expediat in

hac

„ hac parte, providâ deliberatione diſcernens,
„ Magiſtrum eundem reddere ſtudeat ſuper
„ his pleniùs informatum: nos enim præfato
„ Magiſtro Collegam alium in negotio ipſo
„ cogitaveramus adjungere; ſed donec de tua,
„ dictorumque Principis & Andronici inten-
„ tionibus ſuper his plenius nobis liquerit;
„ conſultiùs id providimus differendum: ſu-
„ per quibus etiam præfato germano tuo per
„ Magiſtrum ipſum literas noſtras dirigimus
„ opportunas. Datum Avenione XVII. Kal.
„ Septembris, Anno X. *Hactenùs Joannis li-
teræ*, exhibitæ à Raynaldo ad Annum Domi-
ni MCCCXXVI. ſub num. 26.

542 Cæterùm præfatum Fratrem Bene-
dictum à Cunis Legationem Pontificis ſuſce-
piſſe ad Andronicum pro Græcorum unione,
oſtendit idem Raynaldus ex aliis Joannis lite-
ris, quas tantùm citat, quibus, ut aſſerit, ad
effectum perficiendi unionis negotium, facul-
tatem ei conceſſit, ut cum Mathematicis, iis
videlicet, quorum prophanæ artes in prædi-
cendis, magiſtro Dæmone, vanâque Aſtrolo-
giæ oſtentatione, rerum futuris eventibus, ab
Eccleſia damnatæ ſunt; & cæteris ſchiſmati-
cis, publicè & occultè communicare liberè &
licitè poſſet, necnon & conciones habere ſa-
cras. Ex eodem pariter Sacro Prædicatorum
Ordine prædictum unionis negotium tractaſſe
in Curia Pontificis Fratrem Andream, ſcribit
Marinus Sanutus, Epiſtola XIII. data ad ſu-
prafatum Sevaſtum Stephanum Sirupulum,
ſcribens inter alia: „ Intellexi à perſona fide
„ digna, quòd Frater Andreas Doctor Ordi-
„ nis Fratrum Prædicatorum eſt in Curia
„ Romana, & procurat negotia Domini no-
„ ſtri. Sed certè mihi videtur, quòd negotia
„ quotidiè maturantur, & meliorantur, ut
„ proſperentur facta Imperii: itàquod ſi Do-
„ minus Imperator voluerit tenère firmiter,
„ & continuare ſolicitè, negotia fœliciter
„ finientur. *Hæc ille*.

543 Sed hæc omnia in caſſum abiere, ſic
altiſſimâ Dei diſponente Providentiâ, juſtiſſi-
mo, ſed nobis occulto ipſius judicio: quoniam
dùm hęc agerentur, junior Andronicus contra
ſeniorem iterùm ſurrexit, nec quievit, donec
redacto in ordinem Avo, univerſum arripue-
rit Imperium: „ Cùm junior Andronicus, *ait*
„ *Gregoras initio lib.* 9. vitam ſenioris in
„ longiſſima extendi ſpatia cerneret, & præ
„ animi puſillitate Principatus diviſionem
„ ferre non poſſet, ſed omnem poteſtatem in
„ ſe quamprimùm translatam vellet: decrevit
„ ei dolis & technis quibuſdam, aut habitum
„ Imperii, aut unà cum eo ipſam etiam vitam
auferre. *Hæc ille*, qui ultimo libri, 8. capite,
nonnulla viſa prodigia recenſet, cladem præ-
dicentia & Civitatis & Andronici: „ Inci-
„ piente, *inquit*, ſexies milleſimo octingen-
„ teſimo & trigeſimo nono (*ſcilicet Anno*)
„ Calendis Septembris Luna prorsùs obſcu-
„ rata eſt; Cujus initium adhùc noctu cœpit,
„ duravitque, donec orto Sole, ipſam Terram
„ ſubiit. Id oſtentum clandeſtinos ſanè dolos
„ ſignificavit, ſed non planè improviſos, quì
„ ad magnam publici ſtatus perturbationem
„ concinnarentur: ſub quartam porrò ejusdem
„ diei horam, ſacris Imaginibus, veteri more,
„ unà cum Imperatore, Patriarcha & Ponti-
„ ficibus ad porphyreticam columnam con-
„ gregatis, cui Sacra Crux inſiſtit, cùm ſacri
„ hymni canerentur, porcus alicundè elapſus,
„ ſubitò in medium pſallentium cœtum inſi-
„ liit, multo cœno inquinatus, & variè hùc
„ atque illùc vagatus, vix tandem exceſſit.
„ Id prudentioribus confuſionem quandam
„ Chriſti Eccleſiæ, & factionem ſignificare
„ viſum; poſt Semeſtre rursùs Luna defecit,
„ colore nubilo & nigro umbræ, lumen ejus
„ obfuſcantis, quæ à meridionali ejus ex orſa
„ parte, eam uſque ad decem digitos obtexit;
„ quod utique calamitatem à meridiana Ro-
„ mani Imperii parte imminentem portende-
„ bat. Paulò poſt aliud etiam in Cœlo ſignum
„ apparuit. Cùm enim Sol in ipſo meridie ver-
„ ſaretur, in Occidente per longum Cœli ſpa-
„ tium nubes Crucis imagine apparuit, ex
„ albo & nigro colore veluti contemperata.
„ *Hactenus Gregoras*.

544 Itaque junior Andronicus naturâ in-
quietus & ambitioſus iterùm à ſeniore defi-
cit, & manu armatâ Regiam Urbem occupa-
re nititur: Verùm cùm ille Nepotis conatus
reprimere vellet, hic arte & proditione Ur-
bem expugnare cogitat, in ſuas alliciens par-
tes, quos priùs ſeniori adhærere videbantur,
inter quos ipſum Eſaiam Patriarcham, alioſ-
que Pontifices, qui nocte clandeſtino habito
concilio, decreverunt juniori Andronico ad-
hærendum, & Eccleſiaſticæ Cenſuræ eos ſub-
jiciendos, qui parere illi detractarent, ut an-
tefatus Gregoras ſcribit, lib. 9. cap. *Senioris
Imperatoris oratio*, inquiens: „ Deinde no-
„ cte in Patriarchicis ædibus ſemèl, atque
„ iterùm exactâ, in ſeniorem Imperatorem
„ conjurarunt. Quòd cùm muſſitaretur, nec
„ Populo tantùm, ſed Nobilibus etiam qui-
„ buſdam innoteſceret, pleroſque horum
„ etiam clàm ad factionem & conjurationem
„ illorum ſe conferre coegit: & ſcriptum
„ jusjurandum dare, quo affirmarent; ſe ad
„ extremum ſpiritum perſeveraturos, & nul-
„ lum (ſi opus eſſet) ſupplicium recuſatu-
„ ros. Undè triduo poſt, Patriarcha ſacris
„ Tintinnabulis pulſatis, coactoque magno
„ circumforaneæ turbæ numero, ſacris inter-
„ dictum eſſe omnibus promulgavit, qui ju-
„ nioris Imperatoris nomen tacerent, & om-
„ nem Imperatori debitum honorem habere
„ illi recuſarent. His peractis, adverſæ etiam
„ partis Sacerdotibus ſacris interdixit. *Hæc
ille*, ſubjungens hac de cauſa præfatum Pa-
triarcham, jubente Andronico ſeniore, reclu-
ſum fuiſſe in Manganio Monaſterio.

545 Cùmque inde ſemèl & iterùm junior

Andronicus clàm Urbem ingredi conaretur,
repulſus tamen per vigiles Cuſtodes, accidit
tandèm, ut duorum Virorum proditione,
quorum unus Camaris, alter Caſtellanus
nomine, fabrilem artem exercentium, in Ur-
bem haberet ingreſſum: Quomodò verò acci-
derit, deſcribit ſæpèſatus Gregoras lib.9.cap.
*De duobus Viris, qui Conſtantinopolim pro-
diderunt*, ſic inquiens: „ Quæ cùm ita ſe ha-
„ berent, duo Cuſtodes mœnium Urbis, ad
„ juniorem Imperatorem, in eo, quem dixi-
„ mus, loco Caſtra habentem transfugiunt,
„ nomine alter Camaris, alter Caſtellenus,
„ fabrilem artem exercentes, qui ſeducto Im-
„ peratore, omnibus arbitris remotis, Can-
„ thacuzeno magno Domeſtico excepto, de
„ proditione verba faciunt, & ſcriptas polli-
„ citationes pecuniarum & poſſeſſionum di-
„ vitum poſtulantes. Quibus fscilè impe-
„ tratis, & horâ & ratione rei gerendæ indi-
„ catâ, ipſi quidèm veriti, nè vicinis ſuſpe-
„ cti eſſent, poſtridiè redeunt, Imperator
„ verò quatuor dies cunctatus ibi, ſchalas è
„ funibus confecit, qualibus in maximis one-
„ rariis utuntur. Cùm deſtinata nox adeſſet,
„ proditores veſperi multo vino empto, vi-
„ cinis excubitoribus merum ad bibendum
„ dederunt, ut ſomno graviſſimo oppreſſi,
„ reſpiratione exceptâ, nihil differrent à mor-
„ tuis. Mediâ nocte adſunt, qui ſchalas ad
„ mœnia apportent; quas mox fune demiſſo,
„ attraxerunt proditores, per eaſque octo-
„ decim armatos: qui cùm deſcendiſſent,
„ Romanam Portam facilè demoliti ſunt, ut
„ Imperator cum Exercitu, prohibente ne-
„ mine, ingrederetur.

546 Deinde poſt alia de adventu junio-
ris Andronici ad Imperiale Palatium, & de
ſenioris eo in caſu geſtis verba faciens, ſub-
jungit: „ Interim magnus ad Palatii fores
„ tumultus auditur, junioris Imperatoris in-
„ greſſum nuncians, & plauſus armatorum
„ magnus. Erant enim Milites ampliùs dccc.
„ cum Imperatore ingreſſi, ſimùl etiam un-
„ dique fauſtis acclamationibus, junior Im-
„ perator ſalutabatur. Senior verò tumultu
„ & clamore audito, de lecto ſurrexit per-
„ turbatiſſimus, & omni ope deſtitutus Du-
„ cum atque Militum (Palatium enim, cu-
„ biculi Miniſtris adoleſcentibus exceptis,
„ deſertum prorsùs erat)ad ſacram Imaginem
„ Dei Genitricis Hodegetriæ confugit, ante
„ multos dies in Palatium translatam, quæ ei
„ firmo ſolatio erat. Hac igitur fretus, & humi
„ proſtratus, ardenter cum lacrymis obteſta-
„ tur, nè periclitantem deſerat, & Sicario-
„ rum enſibus objiciat. Exaudivit preces
„ ejus, & feſtinum tulit auxilium, quæ
„ quidvis poteſt caſtiſſima Dei Genitrix;
„ Nam dùm ille in Palatio Deiparam ad hunc
„ modum deprecatur; junior Imperator foris,
„ omnibus Ducibus, & Tribunis ſuis convo-
„ catis, graviter edicit, nè Avum Imperato-
„ rem, vel manu, vel ullo contumelioſo di-
„ cto violarent, nec quemquam prorsùs om-
„ nium. Hanc enim, inquit, victoriam Deus
„ nobis dedit, non ipſi paravimus. Dei volun-
„ tas movet omnia, cui parent omnia, Stellæ,
„ Aer, Mare, Terra, Homines, Fulgura.
„ Peſtilentiæ, Terræmotus, Imbres, Steri-
„ litates, & alia conſimilia, partim ad fœli-
„ citatem, partim ad infœlicitatem, ac po-
„ tiùs ad caſtigationem. Nobis igitur in-
„ ſtrumentis caſtigationis uſus, victorias &
„ trophæa largitur. Fortaſſis autem cràs aliis
„ contra nos utetur; & quales nos in victos
„ erimus, tales utiquè & illi ſe nobis præ-
„ bebunt. Quarè ſi nos neque cognatio, ne-
„ que ejuſdem gentis neceſſitudo movet; no-
„ ſtri ipſorum ſaltèm reſpectu humanitate
„ utendum, nè graviorem Dei indignatio-
„ nem experiamur.

547 „ Intereà quidèm è Palatio juniori
„ Imperatori portam aperit, & ab Avo hunc
„ Nuncium affert: Quoniàm hodie Deus, mi
„ fili, Sceptrum Imperatorium mihi adem-
„ ptum, tibi donavit, unum hoc beneficium
„ à te peto, pro multis, quæ ab ipſo ortu
„ tuo in te contuli: omitto enim hoc rerum
„ mearum ſtatu, me tibi ipſius nativitatis
„ & progreſſionis in vitam poſt Deum aucto-
„ rem fuiſſe: Dona mihi vitam meam, par-
„ ce paterno capiti; nec violento ferro eum
„ ſanguinem hauri, à quo tu vitæ fontem
„ accepiſti. Homo quidem Cœlum & Ter-
„ ram intuetur; humanas verò actiones Cœ-
„ lum & Terra intuentur. Nè velis igitur
„ neſandi facinoris, quale ab omni ævo ne-
„ mo unquam auſus eſt inſpectores habere
„ Cœlos & Terram. Quòd ſi fraternus ſan-
„ guis olim ad Dominum cõtra Cainum cla-
„ mabat, quantò magis paternus ſanguis ad
„ Dñm clamabit, & Terræ, & Soli, & Aſtris
„ tantum facinus annunciabit, & apud omnes
„ Gentium Reges deteſtabitur? Reverere ſe-
„ nium miſerabile, quod mihi paulò poſt
„ obitum, tibi verò longarum curarum re-
„ quiem pollicetur. Reverere manus, quæ
„ te ſæpè in cunis adhùc vagientem ſunt am-
„ plexæ. Reverere labia, quæ te ſæpè ſum-
„ mâ charitate deoſculata ſunt, & alteram
„ animam appellarunt. Calami à fortuna
„ projecti miſerere, nec tu eum denuò con-
„ terere velis. Nè tu, cùm homo ſis, præſen-
„ ti fortunâ efferaris: Sed rerum inconſtan-
„ tiam & varietatem, à me ſumpto initio,
„ conſiderato. *Reſpice* longæ vitæ finem.
„ Admirare, ut una nox, quæ me multorum
„ annorum Imperatorem accepit, alieno Im-
„ perio ſubjectum relinquit. His verbis ju-
„ nior Andronicus delinitus, Avique ſalutis
„ diligenti curâ ſuſceptâ, vix etiam à lacry-
„ mis temperans, Palatium ingreditur; ac
„ primùm Venerabili Dei Genitricis Imagi-
„ ne; ut decet, adoratâ; deindè Avum illi
„ inhærentem abductum, ſalutavit, ample-

xus

Digitized by Google

„ xus eſt, & blandis verbis recreavit. *Hacte-*
„ *nus Gregoras*.

548 Captam Urbem ab Andronico juniore Anno Sex MDCCCXXXV. XIV. Kal. Junias notat Canthacuzenus, lib. 1. cap. 59. ubi ait: „ Belligerarunt annos ſex, menſem
„ unum (*Andronicus videlicet junior, & ſe-*
„ *nior*) incipientes nimirum ab Anno ab Or-
„ be cōdito XXIX. ſupra ſex millia & octin-
„ gentos, Indictione IV. XIII. Kalend. Majas,
„ & ad Annum quintum & trigeſimum ſupra
„ ſex mille octingentos. ad Indictionem XI.
„ & XIV. Kalen. Junias. *Hæc ille*. Et ità corrigendus eſt Gregoras, in fine libri VIII. ubi prodigia, quæ anteceſſerunt, accidiſſe ſcribit Anno Sex milleſimo octingenteſimo & trigemonono, magis legendum, *vigeſimonono*; nam & ipſe lib. 9. ſub Capite, *de Revocatione Iſaiæ*, notat eàdem accidiſſe Indictione XI. Et ita computo hoc ad noſtrum Eccleſiaſticum redacto, fit, ut Urbs præfata capta fuerit Annò Dñi MCCCXXVII. Joannis Papæ Pontificatus Anno XII. Imperii Andronici ſenioris Anno XLIV. vacante Occidentali Imperio ab Anno XIV. Hic namque Chriſti annus incidit in Indictionem XI. Et ſub hoc eodem Anno Calviſius conſignat Eclypſin Lunæ, relatam à Gregora, cap. ultimo, lib. 8. & fœdus Andronici junioris cum Michaele Principe Bulgariæ, poſt quod, ut idem Gregoras ſcribit, capta eſt ab eo Urbs Conſtantinopolitana.

549 Poſt hæc verò Andronicus potitus jam univerſo Imperio, ad Monaſterium Manganium profectus, Eſaiam Patriarcham ex eo eduxit, ac in curru ſedère fecit, & in Solium Patriarchicum reſtituit, acclamantibus non Epiſcopis, non Sacerdotibus, non Clero, non Senatu, vel quovis alio de Ordine Eccleſiaſtio, vel Senatorio, ſed ſaltatricibus fœminis, meretricibus, & impuris cantatricibus, ut idem Gregoras oculatus teſtis enarrat, dicens: „ Inde in Manganium Mona-
„ ſterium abiit, ubi Patriarcham Eſaiam in
„ libera cuſtodia ſedère diximus: quem inde
„ abductum, & in unum Imperatorium Cur-
„ rum ſublatum, itaut purpurâ ornatus erat,
„ in Patriarchicum Solium reſtituit, nullis
„ Epiſcopis, aut Presbyteris ſequentibus, aut
„ antecedentibus, ſed tibicinibus, & Tibi-
„ cinis, ſaltatoribus, & ſaltatricibus cum læ-
„ tis canticis comitantibus; quarum tibici-
„ narum una probatiſſima, Equo virili habi-
„ tu conſcenſo, & priùs milites ſequebatur;
„ & tùm etiam Patriarcham antecedens, ſo-
„ litis, & meretriciis nugis ipſum Patriar-
„ cham, & cæteros, ad obſcurum riſum faci-
„ lè commovebat.

550 Intereà Niphon olim Patriarcha, qui Solio ceſſerat, acerbo odio ergà ſeniorem Andronicum accenſus, juniori Andronico obviam factus, rogavit quo pacto tractaturus eſſet Avum; & accepto reſponſo, quòd humaniter & regaliter, ægrè id ferens, ut ſcribit præfatus Gregoras, lib. 9. cap. *de Revocatione Eſaiæ Patriarchæ*, ei ſic affatus eſt:
„ Si citrà metum imperare ſtudes, nè dato
„ gloriam tuam alteri, ſed omnibus Imperii
„ Inſignibus ſeni ablatis, Cilicium iniicito,
„ & vel in carcerem coniicito, vel relegato.
„ *Et paulò poſt ſubjungit Auctor*: His autem
„ ejus verbis, aliis quoque nonnullis Pro-
„ ceribus ſuffragatis, Imperator ſuam ergà
„ Avum pietatem, ſi non prorsùs immutavit,
„ nonnihil tamen imminuit; Nam hi impe-
„ dimento fuerunt, quominùs eum Imperii
„ ſocium admitteret. Undè poſt plurimas
„ deliberationes decretum, ut Avus Imperii
„ quidèm Inſignia geſtaret, ſed in Palatii tha-
„ lamis ſedere otioſus, nec in publicum pro-
„ diret; & ad ſuum, & adoleſcentium vi-
„ ctum, qui cum eo remanſerat, haberet an-
„ nuum redditum piſcationis, quæ ante By-
„ zantium penditur, tùm decies mille aureis
„ haùd multò inferiorem: Magnus verò Lo-
„ gothetà Didymotichum relegaretur. *Et*
„ *paucis interjectis, de excitata ab Eſaia per-*
„ *ſecutione, ait*: Deinde ad ultionem & per-
„ ſecutionem Epiſcoporum, & Presbytero-
„ rum ſe convertit, eorumque aliis Sacer-
„ dotio ad certos annos interdixit, aliis uſ-
„ que ad obitum; ſunt etiam, quos leniùs
„ mulctarit, ſed, ut paucis abſolvam, nemi-
„ ni veteris Imperatoris ſtudioſo pepercit.
Hæc ille.

551 Non diù poſt Andronicus ſenior mœrore correptus, unius oculi amiſit viſum, alterius inde, ac ſic luminibus orbatus factus eſt opprobrium hominum: Quæ verò paſſus eſt ab Aulicorum, aliorumque inſolentia, tradit idem Gregoras, lib. 9. cap. *de Magni Logothetæ exilio*, inqiens: „ Omitto enim il-
„ luſiones, & fœda convicia, quibus & Cu-
„ ſtodes eum & famuli laceſſebant. Omitto
„ etiam omnibus lotricibus datam licentiam
„ ingrediendi Palatium, ad lavandas quo-
„ rumlibet veſtes in aqua, quæ per Palatii
„ aulam fluebat; & à vicinorum jumentis
„ Palatium conculcatum & depaſtum ſit, aſi-
„ nis, inquam, equis, & bobus, & dome-
„ ſticis volucribus, & ſi quid aliud hujuſmo-
„ di erat, quòd illum illudendum pertineret.
„ Quorum omnium inſtructor & machinator
„ erat Protoſtrator, Byzantii adminiſtratio-
„ ni Præpoſitus. *Hactenus Gregoras*.

552 Quinquennio ferè poſt, Turci, captâ opportunitate, Duce Orchano Othomani filio, Bithiniæ Provinciam invadere aggrediuntur; quibus cum copiis occurrit Andronicus, & commiſſo prælio magnà ſuorum cæde victori cedere coactus eſt, universà amiſsà Provinciâ, nec multò poſt nobiliſſimâ quoquè Nicææ Urbe. Deſcribit hanc pugnam Chalcocondilas, lib. 1. *de Rebus Turcicis*, ubi ait: „ Poſt hæc ad Regem Græcorum famâ
„ perlatum eſt ſatis conſtanti, Orchanem

„ incurſionem feciſſe in Bithyniæ Regionem;
„ captiſq; mancipiis plurimis, obſidione Ni-
„ cæam cinxiſſe, murumque ejus hoſtili ani-
„ mo quatère. Rex itaque Græcorum com-
„ parato Exercitu, in Aſiam tranſvectus, ob-
„ ſidione circumventis auxiliares porrigere
„ nitebatur manus. Quod ut primùm rumo-
„ re ad Orchanem perlatum eſt, inſtructo ag-
„ mine, Græcis obviam procedit. Cùm au-
„ tem veniſſet Philochrinam, offendit Regem
„ Græcorum ibi Caſtris fixis morantem. Nec
„ morâ prælium committitur, in quo Rex ac-
„ cepto in pedem vulnere, reliquique Græ-
„ ci non pauci vulneribus confecti, ſtatue-
„ runt intrare Philochrinam, ut vulnerati,
„ laſſique paululùm reficerentur. Nec ta-
„ men citrà pugnam eò venire quieverunt,
„ Barbari enim eos circumventos à tergò ad-
„ orti, acerrimè inſtantes magnâ clade affe-
„ cerunt: reliquos in Urbem fugatos, obſi-
„ dione premebant. Urbs ergò illa cùm fo-
„ ret maritima, & obſidione non poſſet in
„ poteſtatem hoſtium redigi, Orchanes ab ea
„ diſcedens, Copias ſuas Nicæam reduxit.
„ Quam cum obſidione aliquandiù afflixiſſet,
„ tandèm pactionibus, in deditionem acce-
„ pit. *Hactenus ille*. Sed fuſiùs Gregoras, lib. 9. cap. *de Imperatoris adversùs Orchanem expeditione*.

553 Hac accepta clade non ſine ignominia, ferè deſertus à ſuis, conſcensâ navi, Conſtantinopolim rediit, ubi cauſam tàm ſubiti mali in mente revoluens, poſt multas dubitationes, tandem, ait Gregoras, præter alia plurima, cæteris eſſe graviùs animadvertit publicæ diſciplinæ perturbationem, & forenſium negociorum multiplicem, & ob vetuſtatem penitùs immedicabilem morbum, ac Reipublicæ pernicioſum: At non advertit tàm grandia mala pati, & majora paſſurum ſuum & Græcorum Imperium, propter impium ſchiſma, ex quo ipſa Eccleſiaſtica diſciplina, immò & totius Reipublicæ, perturbata erat. Juſſit ille Patriarchæ ad ſe accerſito, ſuaſitque, ut iram adversùs Epiſcopos conceptam deponeret, ac populum interdicto ſolveret. Fecit, ut juſſus erat Iſaìas, & Populo viventi & mortuo condonavit: plerisque tamen Epiſcopis, & Presbyteris, quos inreconciliabili odio proſequebatur, neqnaquam agnovit. Pro ſuggeſto enim Sacerdotali Stola indutus, Divinæ Myſtagogiæ hora ſcriptam antefatam condonationem recitavit; ſed nec ſeipſum, nec populum ſolvere potuit ab excommunicationis ligamine, quo propter deterrimum ſchiſma tenebantur, cujus causâ, ut præfati ſumus, Græcorum periclitabatur Imperium.

554 Cæterùm poſtea, cùm Imperator eſſet Didymotichi, in lætalem incidit morbum, ut Gregoras notat lib. 9. Cap. de *Graviſſimo Imperatoris morbo*. Et quoniam medicorum artem ſuperare videbatur, ferè deſperatâ illius ſalute, convocatis primoribus Imperii & familiaribus ſuis, jurejurando eos adegit, ut ſibi antequam vitâ exceſſiſſet, Monaſticum habitum induerent: deinde, ut omnes captivos educerent carcere, præcipuèque Conſtantinum Deſpotam, & magnum *Logothetam* Metochiten, ac cæteros eodem crimine damnatos. Mandavit inſuper, ut omnes jurarent, ſe conjugem ipſius veneraturos eſſe ut Dominam: quæ cùm eſſet gravida, adjecit, puerum, ſi filius naſceretur, ut Imperatorem agnoſcerent, decreto Cantacuzeno pro illius Tutore.

555 Hac attenta teſtamentaria diſpoſitione, cùm nulla facta mentio eſſet nec de ſeniori Andronico, nec de ipſius matre, quæ tùm Theſſalonicæ agebat, varia exorta ſunt diſſidia; nam mater ægrè tulit, ut Cantacuzeno rerum adminiſtratio commiſſa eſſet: *Negabat enim*, ait Gregoras, *poſſe fieri, ut ſibi, quæ Domina eſſet, vita concederetur à magno Domeſtica Cantacuzeno, & matre illius, præter expectationem ſummæ rerum præfectis, & longo jam tempore ſibi inimicis*. Hinc in anguſtias redactâ, Syrigiannem adoptavit in filium, cui & animam & vitam commiſit. Aulici porrò Conſtantinum Deſpotam ſecundùm Regis juſſionem à vinculis cum ceteris jam ſolutum, iterùm in carcerem conjiciunt: veriti, nè Imperatore defuncto, turba oriretur in Populo: indeque in ſeniorem inſultant Andronicum, quem cogunt Monaſticum induere habitum; De quo hæc habet Gregoras: „ In ſeniorem
„ verò Imperatorem, *inquit*, plures malorum
„ vias excogitarunt, quæ omnes eodem du-
„ cerent. Optionem enim ei dederunt, malet
„ nè Monaſticum habitum induere, an aliud
„ malum ſubire? Id verò eſſe, aut cædem, aut
„ acerbiſſimũ exilium, aut violentam in obli-
„ vionis Caſtellũ abductionem: quorum om-
„ nium vehementiſſimus Miniſter eſſet Theo-
„ dorus Synadenus, Imperator verò tãtâ peri-
„ culorũ tempeſtate ſubitò oppreſſus, diù ſine
„ voce in lecto jacuit: quid enim faceret aliud
„ niſi ferreus eſſet, aut corde adamãtino? Mul-
„ tis Barbaris & efferatis militibus circumfu-
„ ſis, domeſticis verò omnibus excluſis: cùm
„ nemo eſſet, qui hominem luminibus orba-
„ tum duceret, ubi vel ſtaret, vel tranſiret?
„ Sed nè longum faciamus, volentem nolen-
„ tem, tondent, & cucullo induunt, atque
„ Antonium nominant. *Hæc ille*.

556 His peractis, exultante Eſaïa Patriarcha, quoniam nec illi ulla Imperii ſpes, nec ſibi metus remaneret, actum eſt, quo pacto ejus in Eccleſia mentio facienda eſſet, ſi qua tamen facienda: decretumque ab eodm Patriarcha, eum ante Nepotem Imperatorem, Religioſiſſimum, & Philochriſtum Antonium Monachum eſſe memorandum. Sed non diù poſt Eſaias æternas luiturus pœnas, exceſſit è vivis, ſubrogato in ejus locum Joanne Theſſalonico: Patriarcham verò ferè biennio poſt ſecutus eſt infœlix ſenior Andronicus, cujus

obi-

obitum oſtenta plura prænunciarunt, quæ recenſet Gregoras eodem lib. 9. cap. *De ſenioris Imperatoris obitu*, inquiens: „ Jam tempus
„ poſtulat, ut etiam ſenioris Imperatoris obi-
„ tum exponamus, quem multa oſtenta præ-
„ nunciarunt. Fuerunt autem hujuſmodi;
„ primùm, Eclypſis Solis tot ante diebus,
„ quot annos ille vixerat. Hanc ſecutus eſt
„ Lunæ defectus, cumque Terræmotus ea
„ veſpera, qua D. Antonii memoria, cujus
„ illi nomen inditum erat, veteri more à Chri-
„ ſtianis celebrabatur die Februsrii duodeci-
„ mo, quem inexpectati ejus obitus conſe-
„ cuturs erat veſpera. Cùm autem è meridiei
„ barathris vehemens ventus erupiſſet, mari-
„ ni fluctus ita efferati ſunt, ut ſuos egreſſi
„ limites, multas muri maritimi & Orienta-
„ lis partes proſtrsverint, & multas illius por-
„ tas effregerint, & hoſtium inſtar irrumpen-
„ tes multa ædificia quoque urbana inunda-
„ rint. Tùm quoque multæ ferreæ Cruces
„ Templis impoſitæ, impetu ventorum non
„ tolerato, deciderunt. Columna quoque
„ olim ante ædem quadraginta Martyrum
„ poſita, concidit. *Hactenus* de oſtenſis Gre-
„ goras,

557 Deinde de conſecuto Imperatoris obitu verba ſubnectens, ait, eâdem die veſpere comediſſe propter illorum dierum jejunium omnia teſtacea, loco verò meri aquâ uſum, ex quo ſtatim faſtidio affici, & è ſtomacho & corde graviter laborare cœpiſſe: „ Cùm autem,
„ *ſubjungit Auctor*, jam ſpiritus etiam mea-
„ tus obturari & coarctare, ac mortem jam
„ ſibi inſtare cerneret, & propter intempeſtam
„ noctem neminem reperiret, qui ſibi Divina
„ Myſteria impertiretur, omnibus circa Pa-
„ latium portis clauſis, ſurrexit, & gratias
„ egit Deo, & pro ſalute animi ſui cum mul-
„ tis lacrymis & genuflexionibus deprecatus
„ eſt. Deinde Sacram Dei Genitricis imagi-
„ nem, quam in ſinu geſtabat, loco Divino-
„ rum Myſteriorum in os inſernit: cùmque in
„ lecto conſediſſet, ſtatim priusquàm dilu-
„ xiſſet, eſt defunctus. Lectus autem intelli-
„ gitur, non conſuetus ille, ſed omnium in-
„ timus, & ad latrinæ latus ſitus. Ex quo
„ enim malè habere cœpit & difficiliùs ſpirare
„ ſæpiùs uno horæ quadrsnte ad requiſita
„ naturæ eò ſe conferebat. Poſtremò autem,
„ cùm ſolitum & apertum lectum pervenire
„ non poſſet, compagibus corporis obtorpo-
„ ſcentibus, in eo, quem diximus, deceſſit.
Hæc Gregoras: ſed neſcio à qùo accepiſſe potuit tot illius obitus circumſtsntias, ſi clauſis Palatii portis, neminique in eum patente ingreſſu, deceſſit; manè nsmque facto, jam deceſſiſſe repertus eſt, nullo adſtante, ſive præſente, ut ex eadem narratione evincitur: ergò nemo potuit circumſtantias illas ab Auctore deſcriptss enarrare. Undè mihi videtur ad cohoneſtandum amici obitum talia excogitaſſe, qui ut canis deceſſerat, juſto Dei judicio, in perfidi ſchiſmatis ab eo innovati pœnam, Accidit verò hujus obitus Domini Anno MCCCXXXII. ſui Imperii Anno XLIX. Pontificatus Joannis XXII. Anno XVII. vacante Imperio Occidentali, ac illius Tyrannidem exercente Ludovico Bavaro, ab Anno XIX. Indictione xv. die XII. menſis Februarii. Tumulatus inde cum honore fuit in Monaſterio Libis, à Theodora illius matre extructo, Nænias publicè recitsnte ipſomet Gregora, præfatæ narrationis Scriptore & Auctore.

CAPUT IX.

De reliquo Ioannis XXII. ſtudio pro dilatanda Catholica Fide, pro reconciliandis Eccleſiis ſchiſmaticis, ac junioris Andronici cum eo tractatu pro ſuorum Græcorum incunda unione.

558 ADhùc ſuperſtite ſeniori Andrònico, ſchiſma Græcorum fovente, Joannes Papa ad aliarum Gentium converſionem procurandam, & nonnullas devias à Sancta Romana conciliandas Eccleſias ſtudium non dimiſit & operam; nam & ad Gedemunnum Lithuanorum Regem, qui per literas non mediocrem ſuæ converſionis ſpem oſtenderat, Legatos Apoſtolicos Bartholomæum Electenſem Epiſcopum, & Bernardum Abbatem Monaſterii Sancti Theofredi Anicienſis Diœceſis, qui evangelizsrent, & prædicarent, & populum errorum tenebris involutum inſtruerent, & sd lumen traducerent veritatis, deſtinavit: licèt in caſſum Pontificis ſtudia abirent, recedente à pio propoſito & conſilio infœlici Rege, quamquam Joannes univerſis illius annuiſſet poſtulstis, prout notat Crantzius lib. 8. Wandal. cap. 9. inquiens: „ Nihil cunctatus Pontifex annuit
„ poſtulatis, mittens Epiſcopum cum Abba-
„ te & Clero competenti, qui ubi in Livo-
„ niam pervenère, perducti ſunt, annitente
„ Archiepiſcopo Regenſi memorato, In conſ-
„ pectu Lithuaniæ Principis. Expoſito Le-
„ gationis ſuæ mandato, cùm barbarus Vir
„ jam animum mntaſſet, in hanc ſententiam
„ fertur reſpondiſſe: *Papam veſtrum nec novi,*
„ *nec noſſe cupio: Fidem ac Religionem, quam*
„ *paterna traditione accepi, in ea permanebo,*
„ *certans pro illa à ſanguine uſque ad mortem.*
„ Legati ubi audiverunt, detectis in terrsm
„ frontibus, non læti redierunt, tantum iti-
„ neris, tantum periculorum per mare per
„ terras emenſi: ſic ſe res habet. *Hæc ille*,
qui poſtes, cap. 10. In ſuæ perfidiæ pœnam, ad Ploſcoviam paulò poſt, ab Equite Polono occiſum tradit.

559 Per idem ferè tempus in Inſula Cypri, quæ adhùc ſub Latinorum detinebatur dominio, Græci ibidem commorantes, licèt cre-

crederentur uniti, priſtinos Græcorum errores reaſſumpſerant, Purgatorium negantes, immò & Infernum, & aſſerentes, nullum Sanctorum eſſe in Paradiſo uſque poſt generale Judicium. Nonnulli ex iiſdem nec Sacram Euchariſtiam ſumere dignabantur, niſi eis de Conſtantinopoli deferretur. Ad hæc verò: aliqui pariter Græci, irreverenter, & exorabili ſacrilegio non verehantur in medelam Animalibus Brutis Venerabile hoc Euchariſtiæ Sacramentum tradere ſumendum. Porrò & Jacobitarum & Neſtorianorum hæreſes in eadem Inſula graſſabantur: quæ omnia amaro animo à Joanne accepta, Apoſtolico zelo extirpanda curavit, datis ſuper hæc literis Patriarchæ Hieroſolymitano Fratri Raymundo ex Ordine Prædicatorum aſſumpto, quæ in parte exhibentur à Raynaldo, ad Annum Domini MCCCXXVI. ſub num. 28. tenoris videlicet ſequentis.

Joannes Epiſcopus &c. Raymundo Patriarchæ Hieroſolymitano.

560 „ Trahimur in amara ſuſpiria, &
„ multâ mentis turbatione monemur, dùm
„ infrà fines Eccleſiæ Catholicæ, curæ noſtri
„ regiminis Divinâ diſpoſitione commiſſæ,
„ contra puritatem catholicæ Fidei errores
„ percepimus pullulare; ad quos extirpandos
„ tantò ſolertiùs vigilare nos convenit, quan-
„ tò majora formidantur ex illis pericula fi-
„ dei & fidelibus proventura.

561 „ Habet ſiquidem infeſta nimis de
„ tranſmarinis partibus inſinuatio, nobis miſ-
„ ſa, quòd in Regno Cypri, ubi Catholicæ
„ Fidei viget cultus, quidam iniquitatis filii,
„ Neſtoriani & Jacobitæ vocati, quorum ſe-
„ cta notiſſima, olim in Conciliis Generali-
„ bus reprobata extitit & damnata, ſe adver-
„ sùs Dei ſcientiam extollentes, ac in damna-
„ tos errores & hæreſes incidere non veren-
„ tes: præfati Neſtoriani in Chriſto Jeſu Do-
„ mino noſtro duas perſonas & ipſum per in-
„ habitantem gratiam adoptivum Dei filium
„ exiſtere, dictique Jacobitæ unam tantùm
„ ineſſe naturam contra veritatem orthodo-
„ xæ fidei damnabiliter profitentur; habentes
„ ſuas illic diſtinctas Eccleſias, in quibus er-
„ rores & hæreſes hujuſmodi, non ſine ma-
„ gnis ſuarum & multorum aliorum anima-
„ rum periculis, publicè dogmatizant.

562 „ Et inſuper, quòd Græci aliqui, qui
„ pro majori parte in Regno morantur eo-
„ dem, negant Purgatorium & Infernum,
„ aſſerentes mendaciter & temerè, nullum
„ Sanctorum eſſe in Paradiſo uſque poſt Judi-
„ cium Generale, ſed interim in certo loco
„ quieſcere ſine pœna: & hoc idem etiam de
„ malis aſſerere moliuntur. Alii quoque
„ Græci ſunt ibi, qui Sacramento Altaris non
„ communicant, niſi eis de Conſtantinopoli
„ deferatur: & nonnulli etiam alii hujuſmodi
„ Sacramentum in eſcam jumentis pro ſani-
„ tato miniſtrare præſumunt.

563 „ Cupientes igitur prædictos erro-
„ res & hæreſes de finibus fidelium extirpari,
„ ac de tuæ circumſpectionis exquiſitâ pru-
„ dentiâ plenam in Domino fiduciam obti-
„ nentes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica
„ ſcripta committimus & mandamus, quatenùs
„ ad extirpandum prædictos errores & hære-
„ ſes, ac reformandum & corrigendum, quæ
„ in hac parte reformanda noveris, ac etiam
„ corrigenda intendere, juxta datam à Deo ti-
„ bi providentiam, adeò ſtudeas diligenter,
„ quòd Divinam & Apoſtolicæ Sedis gratiam
„ uberiùs propter hoc merearis &c. Datum
„ Avenione, Kal. Octobris, Anno XI. *Hactenus Joannis literæ.*

564 Scripſit inſuper Hugoni Regi Cypri ejuſdem argumenti literas, ac hortatus eſt, ut omnem opem præſato impenderet pro antedictis extirpandis hæreſibus Patriarchæ; cùm nullam majorem gloriam, quam in fide amplificanda, colligere poſſet: „ In virtute
„ ac decore fidei, *ait Joannes in præfatis literis, apud Raynaldum*, à Domino cenſen-
„ tur conſtituti viri potentiâ prædití, & pro-
„ ſapiâ illuſtrium præcellentes, qui dùm il-
„ lam fulciunt, & ſe operoſos exhibent in
„ illius dilatatione Miniſtros, famâ ereſcunt
„ & meritis, & à Domino in ſuis actibus di-
„ riguntur. Sed in eorum gloria non parùm
„ macula ponitur, cùm in ſuis diſtrictibus
„ fidei vim patitur & infidelium ſubjectorum
„ morſibus laceratur; frequenter enim exer-
„ citatione membrorum caput affligitur, &
„ nonnunquam pœna Principibus propter
„ peccata plebis infertur. *Hæc Pontifex.*

565 Sed & eâdem tempeſtate, periclitante magis ſemper ac magis Catholicâ apud Græcos fide, inter barbaras Gentes aucta fulgebat; nam Apoſtolici Operarii ex Minorum Ordine aſſumpti apud Tartaros, ut in ſuperioribus præfati ſumus, indefeſſo ſtudio, labore inceſſanti, ac ſedulâ attentione, agebant, ſemel plantata & enata nequaquam areſceret, ſed in ſuo viridi & florido conſiſteret ſtatu, fructificaretque in dies ex nova infidelium converſione. Superſtes adhùc erat ex iis, qui cum Joanne à Monte Corvino profecti ad eas fuerant partes, Frater Andreas à Peruſio Epiſcopus Suffraganeus delectus, ut alibi dictum eſt. Hic ergò ſub Pontificatu Joannis XXII. & Anno illius XI. de ſtatu illius Eccleſiæ per literas certiorem reddidit Guardianum Ordinis Minorum Conventus Peruſii, quarum fragmentum in ſua Chronica inſeruit Beatus Odoricus à Forolivio, ac ex eo in Annalibus Minorum exſcripſit Wadingus, ad Annum Domini MCCCXXVI. ſub num. 2. & poſtea ad eundem Annum Raynaldus ſub num. 30, ad hunc modum ſe habens,

Era-

Frater Andreas de Peruſio de Ordine Minorum Fratrum, divinâ permiſſione vocatus Epiſcopus, Reverendo Patri Guardiano Peruſini Conventus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

566 „ Propter immenſam Terrarum, Mariumque diſtantiam, inter me & vos interjectam, vix ſperare poſſum, quòd literæ ad vos per me tranſmiſſæ ad manus veſtras valeant pervenire. *Et infrà.* Noviſtis me itaque cum bonæ memoriæ Fratre Peregrino Coepiſcopo, & meæ peregrinationis individuo Comite, præter multos labores & languores, inedias, variaque tormenta, atque pericula in Terra pariter, & in Mari, ubi fuimus rebus omnibus, etiam tunicis & habitibus ſpoliati: demùm, Deo juvante, ad Sambalienſem Civitatem, quæ Sedes eſt Imperii Magni Chanis, Anno Dominicæ Incarnationis MCCCVIII. ut credo, perveniſſe, ubi ſecundùm mandatum à Sede Apoſtolica nobis datum, Archiepiſcopo conſecrato: moram ibi per quinquennium fermè contraximus; infra quod temporis ſpatium procuravimus *Alaſa* ab Imperatore Magnifico pro victu & veſtitu octo perſonarum. Eſt autem *Alaſa* impenſa, quam Imperator tribuit Nunciis Magnatum, Oratoribus, Bellatoribus, diverſarum artium Artificibus, Pauperibus, & diverſis diverſarum conditionum perſonis: quæ impenſæ plurium Latinorum Regum introitus, & expenſas tranſcendunt. De divitiis, magnificentia, & gloria Magni Imperatoris, de vaſtitate Imperii, multitudine Populorum, numeroſitate Civitatum, & magnitudine earundem, & de ordinatione Imperii, in quo nemo adversùs alium auſus eſt levare gladium, tranſeo, quia longum foret ſcribere, & audientibus incredibilia viderentur; nam ego ipſe, qui præſens ſum, talia audio, quæ vix ipſe credere poſſum. *Et inde.*

567 „ Eſt quædam magna Civitas, quæ vocatur in lingua Perſica, *Cayton*, in qua Civitate una dives Domina Armena Eccleſiam erexit præclaram, & ſatis grandem, quam quidem de ipſius voluntate per Archiepiſcopum in Cathedralem erectam, cum competentibus dotibus, Fratri Gerardo Epiſcopo, & Fratribus, qui eum eo erant, donavit in vita, & in morte reliquit, qui primus eandem Cathedram ſuſcepit.

568 „ Mortuo autem dicto Epiſcopo, inibique ſepulto, voluit Archiepiſcopus in eadem Eccleſia me facere ſucceſſorem, ſed hujuſmodi locationi & ſucceſſioni, me non præbente aſſenſum, ipſam contulit Fratri Peregrino Epiſcopo memorato, qui illùc, habitâ opportunitate, ſe contulit, & poſtquàm paucis annis rexit eandem, Anno Domini MCCCXXII. in craſtino Octavæ Apoſtolorum Petri & Pauli diem clauſit extremum, ante cujus diſceſſum per quatuor ferè annos ego, qui in Cambaliech non eram conſolatus ex aliquibus cauſis, procuravi, quòd dicta *Alaſa*, ſeù eleæmoſyna Imperialis mihi daretur in præfata Civitate Caytonis, quæ diſtat à Cambaliech itinere ferè hebdomadarum trium, ut dixi, ſolicitè procuravi, & cum octo Equitibus, ab Imperatore mihi conceſſis, ad eandem Civitatem cum magno honore perrexi, & applicui, adhùc Fratre Peregrino vivente, & in quodam nemore proximo Civitati ad quartam partem unius milliarii Eccleſiam convenientem & præclaram ædificari feci cum omnibus Officinis ſufficientibus pro viginti duobus Fratribus, & cum quatuor cameris, quarum quælibet eſſet pro quocumque Prælato ſufficiens. In quo quidem loco moram traho continuò, & vivo de eleæmoſyna regia memorata, quæ, juxtà Mercatorum Januenſium æſtimationem aſcendere poteſt annuatim ad valorem centum florenorum aureorum, vel circiter, & de hac eleæmoſyna magnam partem in ędificatione loci prædicti expendi, cui ſimilem in Eremitoriis in tota noſtra Provincia nullum ſcio quoad pulchritudinem, & omnem amœnitatem.

569. „ Denique non longo elapſo tempore poſt obitum Fratris Peregrini, recepi decretum Archiepiſcopi de locatione noſtra in memorata Eccleſia Cathedrali, cujus locationi aſſenſum præbui, causâ rationabili ſuadente, & nunc in loco, vel Eccleſia Civitatis, nunc in Eremitorio moram facio, juxtà meæ libitum voluntatis, & ſum ſano corpore, & quantùm longævitas vitæ patitur, aliquibus adhùc annis in hac meſſe laburare potero, licèt canitiem habeam ex defectibus naturalibus & proprietatibus ſenectutis.

570 Sanè in iſto vaſto Imperio ſunt Gentes de omni natione, quæ ſub Cœlo eſt, & de omni ſecta, & conceditur omnibus & ſingulis vivere ſecundùm ſectam ſuam. Eſt enim hæc opinio apud eos, ſeù potiùs error, quòd unuſquiſque in ſua ſecta ſalvatur, & nos prædicare poſſumus liberè & ſecurè; ſed de Judæis, & Sarracenis nemo convertitur, de Idololatris baptizantur quamplurimi, ſed multi ex baptizatis non rectè incedunt per viam chriſtianitatis. Quatuor noſtri Fratres martyrizati fuerunt in India à Sarracenis, quorum unus bis in ignem copioſum iniectus, illæſus evaſit, & tamen ad tàm ſtupendum miraculum nullus eſt à ſua perfidia permutatus.

571 „ Hæc omnia ſupradicta ſub brevi-
„ tate Veſtræ Paternitati deſtinare curavi,
„ ut per vos ad aliorum notitiam devolvan-
„ tur; Fratribus ſpiritualibus, & amicis meis
„ præcipuis non ſcribo, quia qui diſceſſerint,
„ & ſuperſint ignoro; undè rogo, quòd me
„ habeant excuſatum. Omnes ſaluto, meq;
„ omnibus recomendo intimè quantùm poſ-
„ ſum, & vos, Pater Guardiane, recom-
„ mendetis me Miniſtro & Cuſtodi Peruſino,
„ & aliis Fratribus univerſis. Omnes Epiſco-
„ pi Suffraganei facti per Dominum Papam
„ Clementem, Cambalienſis Sedis migra-
„ runt in pace ad Dominum, ego ſolus re-
„ manſi: Frater Nicolaus de Banthera, Fra-
„ ter Andrutius de Aſſiſio, & unus alius Epi-
„ ſcopus mortui fuerunt in ingreſſu Indiæ
„ inferioris, in terra quadam crudeliſſima,
„ ubi & plures alii mortui ſunt & ſepulti.
„ Valeat in Domino Veſtra Paternitas nunc
„ & ſemper. Data in Cayton, Anno Domi-
„ ni MCCCXXVI. in menſe Januarii. *Ha-
ctenus literæ Fratris Andreæ de Peruſio.*

572 Ceterùm de Minorum Fratrum mar-
tyrio in India, cujus in hac Epiſtola memi-
nit Frater Andreas de Peruſio, præter Ordi-
nis Scriptores agunt Frater Jordanus ſocius
itineris, & Frater Franciſcus Piſanus uter-
que Inclyti Prædicatorum Ordinis, quorum
relationes exhibet Wadingus ad Annum Do-
mini MCCCXXI. Nos verò omiſsâ longiori
narratione Piſani, breviorem illam deſcri-
ptam à Fratre Jordano dabimus, quæ ſic ſe
habet,

*Reverendis in Chriſto Patribus, & Fratribus
Prædicatoribus, & Minoribus in Thauriſio,
Diagorgano, & Merga commorantibus,
Frater Jordanes Prædicatorum Or-
dinis, omnium minimus, poſt ſa-
lutem, & pedum oſcula cum
lacrymis ſeipſum hu-
militer com-
mendat,*

573 „ Noverit omnium veſtrum Pater-
„ nitas Veneranda, me ſolùm ſine ſocio in
„ India pauperculum & peregrinum eſſe, ubi
„ poſt paſſionem ſociorum meorum de Ordi-
„ ne Fratrum Minorum, videlicet Thomæ
„ Sancti, & Jacobi Glorioſi, Petri & De-
„ metrii Martyrum Beatorum, meis pecca-
„ tis exigentibus vivere ſum permiſſus. Sit
„ ipſe Deus, qui omnia diſponit optimè,
„ prout vult, nihilominùs per omnia bene-
„ dictus. Ibìdemque poſt fœlix martyrium,
„ quod in quinta feria ante Ramos Palma-
„ rum fuit, in Thana Indiæ ab eodem loco
„ per decem dies in contrada quadam, quæ
„ Parroth dicitur, nonaginta ferè perſonas
„ baptizavi, & intùs Thanam, & Superam
„ triginta quinque baptizavi. Laus ſit Chri-
„ ſto omnium Creatori; ſi haberem ſocium,
„ remanerem per aliquod tempus. Nunc ve-
„ rò præparabo Eccleſiam Fratribus ventu-
„ ris, & dimittam meas, & ſociorum meo-
„ rum res, libros univerſos. Veniam autem
„ omninò, tamen propter Fidei negotia alia
„ ſatis ardua, aliquantulam moram traham,
„ Ego autem poſt martyrium, & glorioſo-
„ rum Coronas Thanam, ut jam dixi, ve-
„ niens, etiam Sanctorum Corpora ſepelivi,
„ & maneo ſolus in Civitate præfata, & cir-
„ cumadjacenti Provincia per annos duos
„ cum dimidio, ingrediens, & egrediens, in-
„ dignus habitus Corona meorum fœlicium
„ ſociorum.

574 „ Væ mihi, Patres mei, væ mihi or-
„ phano & peregrino in loco erroris, & vaſtæ
„ ſolitudinis, ſic infœliciter conſtituto! Væ
„ illi horæ peſſimæ, horæ odibili, qua me à
„ Sanctis Sociis pro aliorum ſalute, heù me,
„ ignorans ipſorum futuras Coronas, ſic me
„ infœliciter ſeparavi! O' utinam placuiſſet
„ Domino Altiſſimo, quòd terra illa tunc
„ deglutiſſet me vivum, & non ſic me poſt
„ meos Socios Sanctos in tot malis & adver-
„ ſis infœlicem, ac miſerum reliquiſſet. Quis
„ enarrare valeat cuncta, quæ paſſus ſum
„ poſtmodùm adverſa; nam captus ſum à Pi-
„ ratis, incarceratus à Sarracenis, accuſa-
„ tus, maledictus, vituperatus, & veluti ri-
„ baldus quidam, in camiſia ſola viliter tem-
„ pore longo totaliter ſine Habitu mei San-
„ cti Ordinis uſque hodiè derelictus! O'qua-
„ lem famem, ſitim, frigus, calores, ardores,
„ maledictiones, corporis infirmitates, pau-
„ pertatis, perſecutiones falſorum Chriſtia-
„ norum, detractiones, aeris intemperies,
„ & infinita alia paſſus ſum poſt Sanctorum
„ Coronas, & fœlices paſſiones! Heù me,
„ quis dabit oculis meis lacrymarum imbrem
„ uberrimum, ut plangam meipſum infœli-
„ cem, & deſolatum in triſtitia & mœſtitia
„ cordis mei!

575 „ Sed quid, & his majora uſque ad
„ mortem paratus ſum dulciùs ferre propter
„ dulcem Jeſum, ut tandem in fine & termi-
„ no cum fœlicibus ſociis fœlicem me faciat
„ ſocium perjucundum, & dictis factis per-
„ peſſis, etiam præter paupertatem extremam
„ diverſas patior continuè in corpore paſſio-
„ nes; Nam modò in capite, modò pectore,
„ modò in ventre & in ſingulis membris cru-
„ ciatus, ſolus relictus ſum omni humano
„ conſilio deſtitutus. Schiſma etiam pluri-
„ mùm propter me eſt in populo adeò odio-
„ ſum, nam unus dies bonus eſt, alter verò
„ non, ſed malus eſt propter ſeductores. Ul-
„ tra tamen centum triginta utriuſque ſexus
„ fœliciter baptizavi, fieretque fructus glo-
„ rioſus, ſi Fratres Sancti venirent, qui ſe ad
„ omnem patientiam & fœlix martyrium
„ præpararent.

576 „ Igitur, Fratres chariſſimi, ad vos
„ faciem verto, & quod infœlicem peregrinum
con-

conſolari velitis, à Sanctis Fratribus ſociis derelictus, lacrymis perfuſus precor. Veniant igitur Fratres ſancti, veniant in patientia fundati, ut ſic baptizatorum fructus à malo valeat præſervari, & ſuo tempore in Dominico horreo excuſſa palea fœliciter reponi. De via autem Æthiopiæ breviter ſcribo, quæ apta eſt, ſi quis ſervus Dei vellet ad prædicandum illùc ire. Cum paucis autem expenſis poſſet de loco, ubi nunc ſum, illùc tranſire, & ſecundùm audita, via eſſet glorioſa per Fidei dilatationem. Notifico vobis, quòd nomen noſtrum Latinorum majus eſt apud Indos, quàm apud nos ipſos Latinos: Sed & Latinorum continuè expectant adventum, ſive paſſagium, quia ferunt in ipſorum libris penitùs eſſe ſcriptum. Necnon & ſuo more totâ die rogant Dominum, quòd Latinorum acceleret optatum adventum. Si duæ Galeæ per Dominum Papam in hoc Mari conſtituerentur, quale eſſet lucrum, & Soldano de Alexandria quale damnum & detrimentum? O' quis hoc Papæ Sanctiſſimo nunciabit? Peregrinus ego penitùs nequeo, ſed vobis Patribus ſanctis totum committo. Valete igitur, Patres Sancti, & peregrini in orationibus mementote; pro Chriſti peregrino omnes orate, & ut Indi, & nigri Neophyti per vos valeant in anima dealbari coràm bono Jeſu piè aſtare. Finem igitur vobis ſuſpirioſè impono, ſed & omnium orationibus me totum ex intimis recommendo. Datæ in Thana Indiæ, in Civitate, ubi ſancti mei Socii martyrizati ſunt, Anno Domini MCCCXXIII. in feſto Sanctorum Martyrum Fabiani & Sebaſtiani. *Hactenus glorioſus iſte Confeſſor Frater Jordanus.*

577 Sed ad ſtudium Joannis Papæ pro dilatanda Fide ſermonem revocantes, ſedulum fuiſſe comperimus; nam ad revocandos ad Eccleſiæ ſinum diuturno ſchiſmate Aſiaticos Græcos extra Imperium Andronici, Apoſtolicos Viros ex Prædicatorum, & Minorum Ordinibus deſtinavit, datis ad Imperatorem Trapezuntinum ſequentibus literis.

Magnifico Viro Trapeſundarum Imperatori gratiam in præſenti, quæ perducat ad Gloriam in futuro.

578 „ Licèt votis zelemur ardentibus, ut cunctis mortalibus, quos Dei Filius Jeſus Chriſtus ſuo ſanguine pretioſo redemit, Cœleſtis Gratiæ radius illuceſcat, & ſalus votiva proveniat animarum, ut hoſtis antiqui, ſemper quærentis, ut noceat, eluſa nequitia, ſupernæ Beatitudinis gloria, quam non ſufficit capere intellectus humanus, quamque Salvator noſter, à quo univerſorum Chariſmatum dona manant, ſed diligentibus repromittit, in ſuavitatis fœcundæ dulcedine perfruatur; hoc tamen profundiùs perpeti cura revolvimus, hoc ſitimus ardentiùs, hoc in ſolidæ charitatis ardore crebriùs orationibus poſtulamus, ut inter omnes, quos regeneravit unda Baptiſmatis, ceſſet ſciſſuræ diviſio, ceſſent errorum nebulæ, Fidei charitas jubilet, & mentales oculos in Chriſto credentium temeratæ fidei perfidia non obducat; unaque ſancta Catholica, & univerſalis Eccleſia in unitate veræ Fidei, ſub uno Paſtore, & unius Ovilis intemerata & ſolida unione, ad conquirendam ejuſdem Beatitudinis gloriam gratis ſucceſſibus fœcundetur.

579 „ Ideòque Excellentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur attentè, te in Domino Jeſu Chriſto, per aſperſionem ſui pretioſi Sanguinis obſecrantes, quatenùs diligenter attendens, quod tibi creſcet ad meritum, accedet ad gloriam atque famam, ſi datum tibi deſuper fuerit, ut tu & Populus tuæ ditioni commiſſus, directionis tuæ ſtudio, ad unitatem ejuſdem Catholicæ, & univerſalis Eccleſiæ revertamini, extra quam non eſt gratia, neque ſalùs, te & prædictum Populum habilitare & reducere ſtudeas ad ejuſdem Catholicæ & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ perpetuam & inviolabilem unionem, ac dilectos filios Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum ad partes ipſas venientes, per illas tranſitum faciendo charitativè recipias, & benignè pertractes, & maximè Venerabilem Fratrem noſtrum Bernardum de Gardiola Epiſcopum Diagorganenſem, quæ ad laudem Dei, & gloriam ad paſcendum Gregem Dominicum in partibus illis prædicationis verbis pariter & exemplo Eccleſiæ Diagorganenſi præfecimus in Paſtorem, quemque ad partes ipſas providimus deſtinandum pro Divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia habeas commendatum, ut in retributione juſtorum ab æterno Retributore, qui nullum bonum ſine remuneratione relinquit, condignam, & æternæ Beatitudinis præmia conſequaris. Datum Avenione Kalend. Decembris, Anno XIV. *Hactenus ad Imperatorem Trapezuntinum.*

580 Intereà, cùm nonnulli ex præfatis Prædicatorum, & Minorum Ordinibus Viri Religioſi ad Pontificem de Perſide reverſi, renunciaſſent quantum profecerit Catholica Fides in illo Imperio, quæque Zacharias Sancti Thadæi Apoſtoli de Corateſia Archiepiſcopus, in Fidei egiſſet augmentum, exultans Joannes & gaudens, alios eorundem Ordinum Apoſtolicos Operarios mittendos decrevit, & ordinato in Epiſcopum Thauriſienſem Fratre Guilielmo de Cigiis ex antedicto ſacro Prædicatorum Ordine, unà cum aliis Religioſis Minoribus, & Prædicatoribus ad eaſdem partes deſtinavit, datis ad antefatum

Zachariam Archiepiſcopum Sancti Thadæi ſequentibus literis, quas, ſicut & ſuperiores Wadingus ad Annum MCCCXXIX. exhibet.

Venerabili Fratri Zachariæ Archiepiſcopo Sancti Thadæi Apoſtoli de Coratefiu in Imperio Perſidis.

581 „ Divinâ, ut firmiter credimus, eſt ordinatione proviſum, ut ad Terras, & partes Imperii Perſidis (licèt ab aliis Terris, quas regenerat unda Baptiſmatis, & colentes nomen Redemptoris miſericordiâ, quo omnis ſalus datur credentibus, videlicet nomen Chriſti in veneratione ejuſdem Redemptoris inhabitant, magnâ Maris, Terræque diſtantiâ ſeparatis) licèt plurium Infidelium, & hoſtium Fidei interſtitiis impeditâ, nonnulli Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres tantâ terrarum & locorum latitudine & diſtantiâ peragratâ, Viri utiquè illuminati doctrinâ veræ Fidei, quam Sacroſancta Romana Catholica & univerſalis tenet Eccleſia, quamque ipſe Redemptor noſter Eccleſiarum & Fidelium omnium Caput eſſe cenſuit & Magiſtram, ad dandam ſalutis ſcientiam ſalubriter pervenerunt, ut Gentes illarum partium de diſſimilitudinis devio ad rectum Fidei callem & doctrinæ Evangelicæ veritatem tantò utiliori ſedulitate reducerent, quantò, favente Divinâ gratiâ, dictæ Gentes ſunt, exultanter accepimus, paratiores exiſtunt ad ſuſcipiendum cum efficacia verbum Dei, recipiendum Baptiſmatis Sacramentum, & abigendum errores de mentibus, & imbuendum eos doctrinâ Fidei ſalutaris.

582 „ Accedat etiam nobis inter alia ad ingentis exultationis augmentum, quod, ſicut referunt dicti Fratres, quamvis cum Infidelibus earum partium eis ſit difficilis & periculoſus convictus, converſatio inquieta, convicioſa mora, & collocutio quælibet importuna; Cum Armenis tamen ibidem morantibus, renatis undâ Baptiſmatis, eſt eis converſatio placida, mora placidior, convictus utilis, & collocutio fructuoſa, inibi renaſci jura cognationis inveniunt ibidem renatorum fonte Baptiſmatis longo terræ tractu recuperationem Deo, & Eccleſiæ Catholicæ peramabilem ſortiuntur, ibique, favente Chriſto Jeſu vero noſtro lapide angulari, multas animas, quas carentia boni Doctoris, & error falſi dogmatis à recta via Evangelicæ veritatis abduxerant, & multis erroribus duxerant imbuendas, ad lumen veræ Fidei reduxerunt. Addiderunt etiam dicti Fratres, quòd ad ſalutis tuæ profectum, & glorioſæ commendationis augmentum redundare dignoſcitur, quòd Fratres ipſos benignè ſuſcipis, tractas benigniùs, ipſoſq; cùm ab eis proponitur verbum Dei, patienter audis, eiſque favorem impendis, & quòd patienter ab aliis audiantur, ex quibus indubitatam concepimus in corde fiduciam, quòd Redemptor noſter bonorum omnium Retributor, ob cujus honorem iſta peragis, ſpirituales, & temporales fructus dignos tuis meritis infallibiliter compenſabit.

583 „ Ideòque Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè in Domino Jeſu Chriſto, te per ipſius pretioſi Sanguinis aſperſionem obſecrantes, quatenùs circa præmiſſa laudabilia opera & virtutes te vigilantibus & continuis ſtudiis exercendo, Venerabilem Fratrem noſtrum Guilielmum de Cigiis Epiſcopum Thauriſienſem Ordinis Prædicatorum profeſſorem, quem nuper ad Epiſcopalis apicem Apoſtolicâ auctoritate promoventes, eum ad partes ipſas, futurum, ut ſperamus, utilem Operarium, ad ampliandam meſſem Dominicam in illis partibus in æternę Beatitudinis horrea inferendam, ad partes illas providimus deſtinandum perſonaliter, benignè ſuſcipias, prædicationes ejus efficaciter audias, Fideque Catholicâ, & univerſalis Romanæ Eccleſiæ cum plenitudine totius devotionis & firmæ credulitatis imbutus Populum tibi commiſſum ad profeſſionem & rectam culturam ejuſdem Fidei permittas, per dictum Epiſcopum, & dilectos filios Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum prædictorum ſtudio ſanctæ prædicationis induci, eumque Epiſcopum, atque Fratres ob reverentiam noſtram, & Apoſtolicæ Sedis habeas propenſiùs commendatos. Datum Avenione III. Idus Septembris Anno XIV. *Hactenus literæ.*

584 Alium porrò Epiſcopum Eccleſiæ Diagorganenſis per idem tempus ordinavit Joannes Papa, Fratrem ſcilicet Bernardum de Gardiola, quem perſonaliter ad Fidei dilatationem in Perſidem miſit, datiſque literis ad univerſos Chriſtianos in Perſidis Imperio conſtitutos, quibus præfatum commendat Epiſcopum, & ſimùl Fratres ex Prædicatorum, & Minorum Ordinibus illic commorantes, vel illùc denuò accedentes. Monetque inſuper, ut ſi qui ſunt ſchiſmaticâ labe infecti, prædictorum prædicationibus aures præbeant, illorum monitis adhæreant, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſe uniant. Denique gratias refert de præſtita hactenùs charitativa eiſdem Fratribus hoſpitalitate. Exhibet has literas Wadingus ad præcitatum Domini Annum, ſic ſe habentes.

Uni-

Univerſis Chriſtianis in Imperio Perſidis conſtitutis .

585 „ Votis zelamus ardentibus,& ſummis deſideriis affectamus, ut cunctis mortalibus . quos Dei Filius Jeſus Chriſtus ſuo Sanguine pretioſo redemit, & Cœleſtis gratiæ radius illuceſcat, ſalua votiva proveniat animarum,ut hoſtis antiqui ſemper quærentis, ut noceat eluſa nequitia ſupernæ Beatitudinis gloria, quam non non ſufficit capere intellectus humanus, quamque Salvator noſter, à quo univerſorum Chariſmatum dona manant, ſe diligentibus repromittit,in ſuavitatis fœcundæ dulcedine perfruantur: hoc tamen profundiùs perpeti curâ revolvimus, hoc ſitimus ardentiùs, hoc in ſolidæ charitatis ardore crebris orationibus poſtulamus, ut inter omnes, quos regeneravit unda Baptiſmatis ceſſet ſciſſuræ diviſio, ceſſent errorum nebulæ, fidei charitas jubilet, & mentales oculos in Chriſto credentium temeratæ Fidei perfidia non obducat, unaque Sancta Catholica, & univerſalis Eccleſia in unitate veræ Fidei ſub uno Paſtore, & unius Ovilis intemeratâ & ſolidâ unione, ad conquirendam ejuſdem Beatitudinis gloriam gratis ſucceſſibus fœcundetur.

586 „ Ideòque Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè in Domino Jeſu Chriſto, per ipſius pretioſi, aſperſionem Sanguinis obſecrantes, quatenùs Venerabilem Fratrem noſtrum Bernardum de Gardiola Epiſcopum Diagorganenſem, quem nuper ad Epiſcopalis dignitatis apicem auctoritate Apoſtolicâ duximus promovendum, quemque ad partes ipſas, velut fructuoſum,futurum & utilem, ut ſperamus, ad meſſem Nationum ipſarum partium in horrea Dominica inferendam, ad dictas partes providimus perſonaliter deſtinandum; necnon dilectos filios Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum in dictis partibus commorantes, vel illùc venientes, ob reverentiam noſtram,& Sedis Apoſtolicæ habere velitis propenſiùs commendatos.

587 „ Attendentes quòd per tam longas maris, terræque diſtantias præfatus Epiſcopus, & Fratres non abſque magnis laboribus & periculis pro ſola cooperatione Divinorum obſequiorum ad partes ipſas accedunt, quos benignè recipientes, & charitativè tractantes ſacris inſtructionibus, quas in doctrina Catholicæ Fidei vobis facient, veſtrarum mentium aures præbeatis, devotiùs, animoſque veſtros quorumlibet ſchiſmatum pulſis erroribus,unitati Catholicæ Fidei, & Sanctorum Petrum auctoritatibus in omnibus coaptetis; quoniam id eſt ſummè & immensè univerſali Gregi fidelium profuturum, ſi ubique locorum in cunctis fidelibus, qui gaudent nomine Chriſtiano, unus Deus, una Fides, unum Baptiſma, unâ totius Mundi confeſſione vobis concordibus teneatur.

588 „ Cæterùm de magnæ hoſpitalitatis, & piæ charitatis officiis, quæ hactenus impendiſtis eisdem, recipiendo eos in Hoſpitiis veſtris, ipſoſque benignè tractando vobis gratiarum referimus actiones, rogantes cunctorum Retributorem bonorum, ut ille, cujus intuitu verbi ſui Miniſtros ſuſcepiſtis, mentes veſtras illuminet lumine veritatis, ut pro temporalibus bonis, quæ erga illos agitis, vobis æternæ Beatitudinis gaudia recompenſet. Datum Avenione III. Idus Septembris, Anno XIV. *Hactenus literæ.*

589 Eodem tempore, cùm Pontifex literas accepiſſet à Jeretanni, ex Ungarorum Regum ſtirpe oriundo, qui Malachaytis, Alanis, & Ungaris imperitabat Aſiaticis, quibus piò poſtulabat, quatenùs ad ſuam gentem erudiendam, ac in veræ & Catholicæ Fidei dogmatibus inſtruendam, Doctorem aliquem Catholicum mittere dignaretur, ſtatim ad eas partes delegavit Epiſcopum Gemiſcatenſem, cum literis ad eundem Principem & univerſos illarum Ditionum Chriſti Fideles, quas ſuis in Annalibus inſeruit Raynaldus ad Annum MCCCXXIX. ſub num. 96. tenoris videlicet ſequentis.

Dilectis filiis Jeretannis, & univerſis Chriſtianis Ungaris, Malchaytis, & Alanis ſalutem.

590 „ Ingentem, nec mirum, materiam, gaudiorum ſuſcepimus, quòd ſummus ille Cœleſtis Agricola,qui omnes, quos diligit, ad cognitionem ſui miſericordi ſemper beneficio evocat atque trahit, quòdque per inenarrabilem gratiam Unigeniti ſui toto Orbe diffuſam auget continuè familiam Chriſtianam, vos veræ fidei luce perfuſos, & Sacri Baptiſmatis fonte renatos & imbutos, doctrina, & Evangelicæ & Apoſtolicæ veritatis in Orientalibus partibus in eorum medio, qui nondùm gratiam recepère Baptiſmatis, collocavit. In immenſum inſuper nobis ceſſit ad gaudium intellecto, quòd tu, filii Jeretanni, de ſtirpe Catholicorum Principum Regum Ungariæ deſcendiſti, quòdque tu,& alii Chriſtiani in dictis partibus commorantes, zelo Fidei & devotionis fervore ſuccenſi, Doctorem Catholicum deſideratis habere, qui vos in fide Catholica verbis ſalutaribus inſtruat, & ſanctis exemplis informet: propter quòd à nobis humiliter veſtris ſupplicationibus poſtulaſtis, ut aliquem Catholicum Antiſtitem, ſacrarum Scripturarum ſcientiâ præ-

„ ditum, vitæ ſanctitate decorum, verbo utilem, & exemplo mirabilem ad partes ipſas pro inſtitutione veſtra in eadem fide Catholica mittere dignaremur.

591 „ Cupientes igitur, ut Chriſti familia ubique locorum incrementa ſuſcipiat, ſed maximè in ipſis partibus dilatetur, Venerabilem Fratrem noſtrum Gemiſcatenſem Epiſcopum vobis notum, ad partes ipſas cum noſtræ benedictionis gratia providimus deſtinandum. Quocircà devotionem veſtram monemus & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenùs ſacris inſtructionibus, quas idem Thomas, & alii Epiſcopi Catholici, necnon dilecti filii Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum in ipſis partibus commorantes, in doctrina Catholicæ Fidei vobis fecerint, mentales aurea devotionis adhibentes, animos veſtros veritati ejuſdem fidei, & Sanctorum Patrum auctoritatibus coaptetis Benedictionibus noſtram inſuper vobis impendimus, & rogamus humani generis piiſſimum Redemptorem, ut ipſe vos benedictionis ſuæ rore perfundat, ut in veræ fidei unitate conſtantes vos de bono perficiatis in meliùs, & alios ad familiam Gregis Dominici fructuoſis exemplis & operibus evocetis. Datum Avenione 111. Kal. Octobris, Anno XIV. *Hactenus literæ*.

592 Deinde non majori lætitiâ perfuſus Joannes, Nuncios magni Tartarorum Imperatoris ſuſcepit, Fratrem Thomam ex Sacro Prædicatorum Ordine, poſtea Epiſcopum Saniſcatenſem, & ejuſdem Ordinis ſocium, qui unà cum Fratribus Minorum Ordinis apud Tartaros vineam Domini excolentes, plurimumquè fructificantes, Chriſto animas lucrifacientes, ab ipſo Imperatore ad Romanum Pontificem deſtinati fuerant, poſtulans per eos Apoſtolicam benedictionem, & de veritate Catholicæ Fidei plenè informari: Id quod hilariter præſtitit Joannes, & remiſſis iiſdem Nunciis, nimirum Fratre Thoma, & prædicto ſocio, dedit literas tenoris ſequentis.

Magnifico Viro Elchigadan Imperatori Tartarorum, Caraſſun & Turqueſtam, ac Indaſtan, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

593 „ Paſtoralis officii commiſſi nobis à Domino debitum exigit, ut Excellentiam tuam ad ea, quæ tuæ ſalutis profectus reſpiciunt, tibique titulos laudum adſcribunt, ſolicitis inducamus ſtudiis, & affectuoſis exortationibus excitemus. licèt igitur verbum Crucis, ac univerſalis Redemptionis humanæ ſalutiferum, venerandumque præconium per Apoſtolicam Tubam in ſalutem univerſitatis exiverit, & ad univerſos Orbis fines ſonus doctrinæ pervenerit ſalutaris, tamen perſonam tuam eò ſpecialiùs lucrifacere Domino cupimus, mentiſque tuæ oculos cognitione veræ & Catholicæ Fidei illuſtrare, quæ propter beneficia & multa ſolamina, quæ in terris Dominio tuo ſubjectis, exhibes Chriſtianis, te magis præcipuâ affectione proſequimur, tuoſque ſpirituales proventus ardentiùs affectamus, quovè etiam ſpes certa nobis impenditur, quòd ad Fidem Catholicam faciente illo, in cujus manu corda ſunt hominum omnium, faciliùs converteris.

594 „ Non enim procedit niſi ex Superni Luminis gratia, quæ ſicut credimus, oculos tuæ mentis aperuit ad exercendum ergà renatos fonte Baptiſmatis pietatem, quòd tu dilectos filios Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum fideles Operarios Jeſu Chriſti in partibus Orientis evangelizantes, in fervore ſpiritus nihilominùs verbum Dei benignè ſuſcipis, devotè pertractas, & officium eis hilaris hoſpitalitatis impendis. Colligimus etiam ex aliis tuorum laudabilium operum floribus tuæ devotionis inſignia, qui nuper duos Fratres ejuſdem Ordinis Prædicatorum, Venerabilem Fratrem noſtrum Thomam nunc Epiſcopum Seniſcatenſem cum uno ſocio ejuſdem Ordinis, ſpeciales Nuncios tuos ad Apoſtolicam Sedem devotè, & humiliter deſtinaſti, petens & cupiens tibi per literas Apoſtolicas benedici, ac etiam de Fide Catholica informari. Laudabilia igitur vota tua gratis affectibus complectentes, eundem Thomam ad ſtatum proveximus Paſtoralem, curam animarum, quas ad Gregem ſuum in Civitate Seniſcatenſi Cæleſtis pietas jam vocavit, vel vocabit impoſterùm, eidem Thomæ Epiſcopo auctoritate Apoſtolicâ committentes, & ut Catholicæ Fidei ſeries tibi pleniùs innoteſcat, eam tibi annotatam, præſentibus deſtinamus, quæ talis eſt: Credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & *cætera: ſicut in aliis fidei formulis ſupra recenſitis ad Græcos & alios tranſmiſſis, uſque ad illa verba*, ſua tamen prerogativa.

595 „ Ideòque magnificentiam tuam rogamus & hortamur attentè, quatenùs ſedulâ meditatione recogitans, quòd fragilis eſt & caduca humanæ naturæ conditio, plena periculis, expoſita caſibus, inſtabilis ſtatus ejus. Conſiderans etiam, quòd à lege mortis mordentis omnia, nullus excluditur, promptus aſſurgas, præſtò offeras, paratus accedas ad agnitionem Chriſtianæ Fidei, & ſuſcipiendum Baptiſmatis Sacramentum, ad laudem Divini Nominis, tuæ ſalutis profectum, & augmentum fidei ſupradictæ, ut lucis ſuæ radio illuſtratus te ſolerter exerceas ad ejus fines laudabiliter ampliandos, ut poſt vitæ præſentis ex-

„ excurſum à porta inferi libereris, & ejus
„ diria cruciatibus, pœniſque graviſſimia,
„ Civitatis æternæ Beatitudinis pręmia per-
„ petuis duratura temporibus, conſequaris.
„ Ad hæc multæ benignitatia affectum, quem
„ ſicut prædiximus Latinia Chriſtianis in
„ partibus illis morantibus, & illuc acceden-
„ tibus favorabiliter exhibes, uberibua gra-
„ tiia proſequentibus, petimua nt affectum
„ hujuſmodi Tua nobilitas continuet circa
„ illos, & cęteros alios, qui Fidę imbuti
„ fuerint Orthodoxa,

596 „ Cæterùm inſtanter rogamns, ut
„ eundem Thomam Epiſcopum, & omnes
„ Catholicos Antiſtites in dictis partibus
„ commorantça, & qui illuc accedunt in po-
„ ſterum, nec non præſatos Prædicatorum, &
„ Minorum Ordinum profeſſorea ad dictas
„ partes non alicujus commodi temporalis
„ obtentu, ſed ſolum pro lucrifaciendis Do-
„ mino animabua, non abſque gravibus la-
„ boribua, & periculia accedentea, benignè
„ pertractea, jucundè recipias prædicatio-
„ nes ipſorum, aure cordis efficaciter audiaa,
„ ipſoſque per tuos ſubditoa ſimiliter faciaa
„ benignè ſuſcipi & tractari, ut bonorum
„ omnium Retributor mentem tuam aperiat,
„ Te beneplacitis ſuis coaptet, tuoſque la-
„ bores in ejus obſequium præſtitos, non ſo-
„ lùm temporalibua, ſed etiam Spiritnali-
„ bus præmiis recompenſet. Datnm Avenio-
„ ne IV. Nonaa Novembris, Anno XIV. *Ha-*
„ *ctenùs literæ apud Wadingum ad præcitatum*
„ *annum*; quas pariter recenſet ibidem Ray-
„ naldua ſua num. 97.

597 Scripſit porrò eodem tempore ejuſdem argumenti literas Regibus Ruſſiæ Georgianorum, & Choraticæ, & Principi Solagaii Theſilicenſi, Principi de Carpi, Miſerquio Principi Theſilicenſi, & Principi de aliquis, per quorum Dominium præfatos Minores, & Prædicatores operarios oportebat tranſire. Ad Imperatorem quoque Æthiopiæ, eorundem Ordinum Evangelicos operarios per idem tempus deſtinavit, datia ad eundem literia, quæ incipiunt, *Licet votis Zelemus ardentibus*, iiſdem prorſus verbis conceptis, ac literæ datæ ad Imperatorem Trapeſundarnm ſupra recitatæ. Raynaldua ſub anno Domini MCCCXXX. num. 55. Aliam literam recitat, ejuſdem tenoris, & eorundem verborum, cum prædicta, data Naſcarinorum Domino, & Chriſtianis univerſis Naſcarinis de Columbo, ad quoa deſtinavit fratrem Jordanum ex Prædicatorum Ordine, cujua ſupra meminimua, promotum ad Epiſcopatum Columbenſem. Incipit paritèr: *Votis Zelamus ardentibus*. Et eſt data VI. Idus Aprilis anno XIV. Sed antea, Menſe Februario miſerat, & alias literas ad univerſos Converſoa ad Fidem Catholicam Chriſtianos habitantes inter Infidelea, & Schiſmaticos in partibus Aquilonis, & Orientis, & in Imperio ſpecialiter Uabech, & Elchigaday, quę incipiunt: *Gratias agimus Deo noſtro*. Inſuper & ad univerſoa habitantea in Montibus de Albors petentes ab Apoſtolica Sede de Orthodoxa Fide informari, miſſo Guillelmo de Gigiis Epiſcopo Tanrſienſi ex Prædicatorum Ordine, cnm aliis ejuſdem Ordinis Religioſis Viris, alias fecit literas incipientea: *Patri luminum*, quibus & Fidei ſeriem, ſivè formulam orthodoxæ Fidei, in Superioribus recitatam, adjecit; Ac deniquc per literas, eodem Februarii menſe datas, hortatua eſt Marſorianum Jacobitarum Patriarcham ab Eccleſia Catholica diſſitum, quatenus cognita veritate, unionem cum Eccleſia Romana exquireret, & creditos ſibi populos ad eandem revocaret. Fratres vero Prædicatorum, & Minorum Ordinum illuc miſſos, præcipuè antefatum Guillelmum de Gigiis Epiſcopum, charitativè & benignè reciperet, ac pertractaret: Quæ quidem literæ recitautur à Raynaldo ad eundem antedictum annum. Præfecit pariter per idem tempus Eccleſiæ Soltanienſi in Perſidia Imperio fratrem Joannem de Core præfati Sacri Prædicatorum Ordinia, ad quem fecit literaa, eodem loco in parte à ſepedicto Raynaldo recitatas.

598 Inter hæc verò Pontificis ſtudia ſordeſcebant in ſchiſmate Græci, qui, Deo vindice, continuò à Turcis exagitati in deteriùa prolabebantur diverſas namque à Turcis acceperant Cladea, Civitatibus, ac Provinciis compluribua amiſſia, adeout ne univerſum Græcorum Imperium in Chriſtiani nominis hoſtium manus deveniret, meritò timeretur; Quare Andronicus Imperator de reunienda Eccleſia Græca, Catholicæ & Univerſali Eccleſiæ Romanæ conſilium habere cępit, nt hac via ad reprimendam Turcharum vim, opera Romani Pontificis, Latinos haberet auxiliarea: Hinc, remeantibua ad Apoſtolicam Sedem Franciſco Archiepiſcopo Voſprenſi, & Riccardo Epiſcopo Cerſonenſi ex Sacro Prædicatorum Ordine, qui amplificata Fide inter Zichos, & Gochos, Rege ipſo Zichorum converſo, reunnciaturi illarum partium Eccleſiæ Statum Romano Pontifici veniebant, cum per Urbem Regiam Conſtantinopolitanam pertranſirent, Andronicus Imperator tractatum de ſe reuniendo Eccleſiæ Romanæ cum eia habuit, ut per eos Joanni Papæ ſuâ patefactâ piâ mente, ad effectum tàm grande negotium perduceretur. Illi verò læti ad Sedem Apoſtolicam accedentes, omnia Pontifici renunciarunt, quæ à præſato Imperatore Andronico circa antedictum negotium unionis acceperant: Pontifex verò, re communicata cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & in Conſiſtorio publico per eoſdem Epiſcopoa etiam expoſita, de eorundem fratrum ſuorum conſilio, tractatum acceptandum decrevit, & datia literis ſe ad excipiendum eum Apoſtolico

Sinu

ſinu paratum eſſe ſignificavit, adjiciens hanc unicam eſſe viam evadendi Turcharum tyrannidem. Literas exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCXXXIII. ſub num. 16. ad hunc modum ſe habentes &c.

Viro magnifico Andronico Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

599 „ Pridem Venerabiles Fratres noſtri
„ Franciſcus Archiepiſcopus Voſprenſis, &
„ Richardus Epiſcopus Cerſonenſis ad Se-
„ dem Apoſtolicam de ipſis partibus venien-
„ tes, nobis & fratribus noſtris S. R. Eccle-
„ ſiæ Cardinalibus in Conſiſtorio exponere
„ curaverunt, bonam voluntatem & inten-
„ tionem devotam, quàm Tu & alii de par-
„ tibus ipſis habetis ad veritatem Catholicæ
„ Fidei cognoſcendum, & redeundum ad
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Matris Eccle-
„ ſiarum omnium & Magiſtræ, (à cujus gre-
„ mio fuiſtis Tu, & alii ſupradicti, tàm lon-
„ gis, & deflendis temporibus ſeparati,) ve-
„ ram obedientiam, & indiſſolubilem unita-
„ tem, quodque niſi nnio hujuſmodi procu-
„ retur, Imperio Conſtantinopolitano pro-
„ pter perfidos Sarracenos, quorum prava in-
„ tentio ad exterminium nominis Chriſti, &
„ ad occupandum ſpecialiter partes ipſas,
„ prout experientia facti docet, ardenter
„ aſpirat, magnum noſcitur periculum im-
„ minere.

600 „ Nos igitur bonam voluntatem, &
„ intentionem hujuſmodi, quæ nobis & iiſ-
„ dem noſtris fratribus plurimùm grata fuit,
„ dignis in Domino laudibus commendantes,
„ ac cupientes, prout ex injuncto nobis of-
„ ficio Apoſtolatus incumbit, ut Catholica
„ Eccleſia toto Orbe diffuſa, cujus Salvator
„ noſter, Dominus Jeſus Chriſtus caput eſſe
„ dignoſcitur, in vinculo dilectionis & pacis,
„ ac in identitate mentium adunetur; nec non
„ ut animarum & aliis periculis, quæ ipſis
„ partibus imminent obvietur; magnificen-
„ tiam tuam rogamus in Domino, & horta-
„ mur, eam per aſperſionem prætioſi ſangui-
„ nis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti ob-
„ nixiùs obſecrantes, quatenus attentè con-
„ ſiderans qualia, quot, & quanta bona præ-
„ ter animarum ſalutem, quæ eſt principa-
„ liùs attendenda, Tibi, & Subditis tuis,
„ & cuncto Populo Chriſtiano ſint proculdu-
„ bio proventura, ſi Græcorum Eccleſia re-
„ dintegretur eidem Sanctæ Romanæ Eccle-
„ ſiæ in Charitatis glutino, & veræ Fidei
„ unione; tuamque intentionem ſalubrem
„ deducens celeriter in effectum, pro bono
„ & pacifico ſtatu Populi Chriſtiani, & Sub-
„ ditorum tuorum, & tuæ ac ipſorum ani-
„ marum ſalute, nec non pro ampliatione
„ Catholicæ Fidei animum tuum, repulſis
„ perſuaſionibus contrariis quibuſcumque,
„ ad abjurandum errores & ſchiſmata, qui-
„ bus Diabolica fraus Te & Græcorum po-
„ pulum ſic diutiùs obcæcavit, & ad veram
„ Obedientiam & unitatem ipſiua Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ redeundum, conſtanti
„ & invariabili propoſito habilites & coaptes,
„ & ad Ovile Domini redeas properanter,
„ tuoſque ſubditos ad hæc inducas pariter,
„ & horteris tempus præparatum ad bonum,
„ & benevolentiam Adoſtolicæ Sedis obla-
„ tam Tuæ magnitudini non permittens de
„ manibus tuis excidere: Sed ea cum gratia-
„ rum actione, & efficaci aſſumptione nego-
„ tii plenis affectibus proſequaris, ſciturus
„ prò certo, quòd facta redintegratione præ-
„ dicta, Sedes Apoſtolica Te tanquam cha-
„ riſſimum filium ſic favorabiliter & gratioſè
„ tractabit, & habebit in viſceribus charita-
„ tis, quòd gaudere poteris eam Matrem be-
„ nevolam in tuis opportunitatibus inveniſſe,
„ Datum Avenione ſecundo idus Auguſti
„ Anno XVII. *Hactenus ad Andronicum Jo-*
„ *annes.*

601 Adjecit porrò Pontifex & alias literas nedum ad Andronicum, verum etiam ad Patriarcham & Clerum & univerſum Græcorum populum, quibus ad reſtituendam priſtinam incorruptæ Fidei puritatem, & ſchiſma, quòd tot immanes non modo animabus, verum & corporibus hactenus clades intuliſſet, abolendum eſt hortatus: cum hujuſmodi cum Eccleſia Catholica fœlici conjunctione imminens à Turcis ſervitutis jugum depulſuri eſſent. Literæ verò ſic ſe habent.

Dilectis in Chriſto fratri Patriarchæ, ac Viro magnifico Andronico Imperatori, nec non univerſo Populo Græcorum, Spiritum gratiæ ſalutaris.

602 „ Ad unitatem Fidelium, & uni-
„ verſorum ſalutem eorumque ſtatum proſpe-
„ rum, & tranquillum totis ſtudiis, prout
„ ex Apoſtolatus nobis incumbit officio, in-
„ tendentes, illud præcipuè in mente geri-
„ mus, & ad hoc libenter partes noſtræ ſoli-
„ citudinis impartimur, ut Catholica Eccle-
„ ſia, toto terrarum Orbe diffuſa, in vin-
„ culo dilectionis & pacis charitatis glutino,
„ & identitate mentium adunetur, Chriſtiq;
„ oves per Vicarii ſui in terris vigilias recti-
„ tudine Fidei, & veræ doctrinæ directione
„ paſcantur.

603 „ Nuper ſiquidem, non ſine gravi
„ amaritudine cordis multorum Fide digno-
„ rum de partibus ipſis ad Apoſtolicam Se-
„ dem venientium relatione percipimus, quòd
„ licet vobis, & aliis partium vicinarum, ri-
„ tum veſtrum ſequentibus, à tempore anti-
„ quati, & pernicioſi ſchiſmatis, quo vos
„ ab unione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cun-
„ ctorum fidelium veræ Matris, & rectitudi-
„ ne Catholicæ Fidei ſeparaſtis, præter ani-
ma-

,, marum pericula, quæ, proh dolor! eve-
,, nerunt, in temporalibus continuato tem-
,, pore malè ſucceſſit; ac multæ injuriæ, ja-
,, cturæ & violentiæ ſint illatæ, veſterque
,, ſtatus decreverit & depreſſus ſemper exti-
,, terit; nunc in perſecutiones hoſtiles, &
,, aggreſſiones horrendorum Sarracenorum
,, hoſtium nominis Chriſtiani, & aliorum in-
,, fidelium, qui ad occupandum veſtras &
,, alias partes Romaniæ, invicem colligati,
,, & confœderati fore dicuntur in extermi-
,, nium veſtrum fortiùs ſolitò ſuſtinetis, &
,, ſæviores in futurum pati veriſimiliter for-
,, midatis; quodque vos, iſtis in debitæ con-
,, ſiderationis libratis examine, diſpoſuiſtis, &
,, properaſtis, prout Venerabiles Fratres no-
,, ſtri Franciſcus Archiepiſcopus Voſprenſis,
,, & Richardus Epiſcopus Cerſonenſis ad nos
,, & Sedem prædictam de ipſis partibus ve-
,, nientes habet grata relatio facta nobis, ani-
,, mos veſtros ad redeundum ad obedientiam
,, ipſius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac ortho-
,, doxæ Fidei unitatem.

604 ,, Propter quos nos more Patris be-
,, nevoli, qui ob errantes filios libenter re-
,, ducit ad tramitem veritatis ergà vos, ſicut
,, depreſſos, & afflictos cordiali compaſſione
,, commoti, ac ſperantes tempus reductionis
,, veſtræ ad rectitudinem veſtræ Fidei, &
,, unionis univerſalis Eccleſiæ adveniſſe, pro-
,, vidimus bonam intentionem veſtram Apo-
,, ſtolicis exhortationibus confirmandam &
,, excitandam, ut deducatur celeriter in ef-
,, fectum.

605 ,, Eapropter Univerſitatem veſtram
,, rogamus in Domino & hortamur, eam per
,, aſperſionem pretioſi Sanguinis Domini no-
,, ſtri Jeſu Chriſti obnixiùs obſecrantes, qua-
,, tenùs conſiderantes attentè depreſſiones in-
,, numeras & jacturas, quas eſtis à tempore
,, ſeparationis veſtræ hujuſmodi ab unitate
,, Eccleſiæ prædictæ perpeſſi, ac animarum
,, & perſonarum pericula vobis imminentia
,, ſæviora; necnon quot & quanta bona,
,, præter animarum ſalutem, tranquillitatem,
,, pacem & bonum ſtatum, quæ nedùm vo-
,, bis, ſed & univerſali Eccleſiæ Sanctæ Dei,
,, cunctiſque Fidelibus ſit veſtra redintegra-
,, tio productura; ad unitatem & obedien-
,, tiam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
,, ſine dilatione aliqua properetis, & ad Ovi-
,, le Chriſti redeatis, veſtramque intentio-
,, nem laudabilem in realem deducatis effe-
,, ctum, ac à vobis quælibet ſchiſmata & er-
,, rores, quibus diabolicâ fraude fuiſtis hùc
,, uſque decepti, penitùs abigatis. Quæ ſi
,, ſicut ſperamus, Domino faciente, com-
,, plenda duxeritis, ipſa mater Eccleſia, vo-
,, bis ad eam redeuntibus, ſinum ſuæ largiſ-
,, ſimæ pietatis aperiet, conſolationem &
,, pietatem impendet, ac in veſtris neceſſita-
,, tibus opportuna ſubſidia miniſtrabit. Da-
,, tum Avenione ſecundo Nonas Auguſti,
,, Anno XVII. *Hactenus Joannis literæ.*

606 Cùmque non modò prælibati Epi-
ſcopi Græcorum piam intentionem Apoſto-
licæ Sedi retuliſſent, verùm & Joannes Piſa-
nus Vir Nobilis, & in Imperatoria Androni-
ci Aula plurimùm gratiâ potens, utpotè unus
ex primariis Imperatoris Conſiliariis, miſſo
Cappellano ſuo, datiſq; per eundem ad Pon-
tificem literis, expoſuiſſet & eandem An-
dronici mentem, & quòd duo ex præcipuis
Monaſteriorum Abbates, videlicet Sancti Ba-
ſilii, & Sancti Demetrii, ſe univerſali Ec-
cleſiæ uniri ſummoperè exoptabant; Joannes
ad eum ſequentes, à Raynaldo ad eundem lo-
cum, cum ſuperioribus exhibitas, reſcripſit
literas.

*Dilecto Filio Joanni Piſano Conſiliario Ma-
gnifici Viri Imperatoris Græco-
rum, ſalutem.*

607 Cùm tàm per tuas, quàm quorun-
,, dam aliorum de partibus ipſis literas per
,, dilectum filium Leopardum Cappellanum
,, tuum nobis oblatas, necnon relatione Ve-
,, nerabilium Fratrum noſtrorum Franciſci
,, Archiepiſcopi Voſprenſis, & Richardi Epi-
,, ſcopi Cerſonenſis, pridem de dictis parti-
,, bus ad Sedem Apoſtolicam accedentium,
,, gratè percepimus nova proſpera, & No-
,, bis, ac Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ
,, Eccleſiæ Cardinalibus grata plurimùm &
,, accepta, referentia bonam diſpoſitionem
,, Græcorum, & præſertim Sancti Baſilii, &
,, Sancti Demetrii Monaſteriorum Abba-
,, tum, quam ipſi ad redeundum ad obedien-
,, tiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris cun-
,, ctorum Fidelium, & orthodoxæ Fidei uni-
,, tatem habere, ùt dictæ continebant literæ,
,, conſtanti propoſito aſſeruntur. De quo
,, laudes & gratias Altiſſimo referentes, tuæ-
,, que ſolicitudinis ſtudium in hac parte ad-
,, hibitum, & quòd in hujuſmodi negotii con-
,, ſummatione fœlici adhibere proponis, di-
,, gnis in Domino laudibus commendantes,
,, diſcretionem tuam rogamus in Domino &
,, hortamur, in remiſſionem tibi peccaminum
,, injungentes, quatenus præfatos Abbates,
,, & Græcos in hujuſmodi laudabili eorum
,, propoſito corrobores & confirmes, ac eos
,, ad illud realiter conſummandū inducas &c.
,, Datum Avenione ſecundo Nonas Auguſti,
,, Anno XVII. *Hactenus Joannes.*

608 Ad hæc porrò nihil omittens Ponti-
fex, quòd ad negotii conducere poſſet con-
ſummationem, præfatos duos Epiſcopos, Fran-
ciſcum ſcilicet Voſprenſem, & Richardum
Cerſonenſes ad antedictos Græcos Apoſtolicâ
auctoritate delegavit, quatenùs ſecundùm
ſibi datam à Deo prudentiam cum Imperato-
re, cæteriſque agerent Græcis, ad effectum
traducendi ad unionem Catholicæ & univer-
ſalis Eccleſiæ, prout ex literis Pontificiis,
qui-

quibus hujuſmodi Legatio commiſſa illis fuit, palàm fit, cùm ſic ſe habeant.

Venerabilibus Fratribus Franciſco Archiepiſcopo Voſprenſi, & Richardo Epiſcopo Cerſonenſi.

609 „ Arduis mens noſtra jugiter occupata diverſis inter cunctas ſolicitudines, noſtris humeris incumbentes, ad illud ſuſpirat ardentiùs, illudque in ſolidæ charitatis ardore orationibus devotis expoſcit, ut lapis ille angularis, qui fecit utraque unum, ſuam Sanctam & univerſalem Eccleſiam toto terrarum Orbe diffuſam, omnium ſchiſmatum ſciſſurâ ſemotâ, miſericorditer integrans, in unitate Fidei orthodoxæ adunare dignetur: & præſertim ut Græcorum Eccleſia, tam longis & deflendis temporibus, ab ejuſdem univerſalis Eccleſiæ corpore mutilata, antiquati jam ſchiſmatis ſeminariis penitùs amputatis, ad unionem ejuſdem corporis, tanquam magnum & nobile membrum ejus, auctore Domino, reducatur.

610 „ Sanè dum in mente revolvimus innumerabilia animarum pericula cunctis deflenda fidelibus, incommoda perſonarum, rerumque diſpendia, oppreſſiones innumeras, depreſſiones immenſas, quæ dicti Græci, ex quo ab unione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris omnium & Magiſtræ, proh dolor! diverterunt hactenùs, uſque ad hæc tempora perpeſſi; & quæ ſicut facti evidentia notum reddit, non utinam augmentata fera paganitas, & ſeveritas Sarraçenicæ in magnam, & execrabilem Chriſtiani nominis contumeliam, ipſis noviter intulerunt, & inferre ſæviùs machinâtur; ſtatui eorum depreſſo & afflicto compatimur, & erga eos pietatis viſcera, prout ex injuncto nobis Apoſtolatus incumbit officio, miſericorditer aperimus; ſperantes in miſericordia Jeſu Chriſti, ut ipſe, cujus judicia ſunt abyſſus, tempus reductionis eorum per vexationem hujuſmodi advenisse, ac Græcis ipſis per hoc cognoſcendi ſuam omnipotentiam, & ad unitatem Catholicæ Fidei, ac obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ firmo, & conſtanti propoſito redeundi rectum intellectum præbuiſſe, ac præbere demonſtret.

611 „ Cupientes igitur Oves Dominicas; quæ ſic ſpiritualiter & temporaliter pereunt, ad Ovile Domini revocare, ut ſecundùm divinam ſententiam ſit unum Ovile & unus Paſtor, Latinorum, & Græcorum Populis in unitate orthodoxæ Fidei congregatis, & in charitatis ardore conjunctis; utilitates etiam innumeras, animarum ſalutem, necnon bonum publicum, ex redintegratione bonorum ipſorum unitati ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſperamus indubiè, Deo auſpice, provenire, debitâ meditatione penſantes; credentes quoque firmiſſimè, quòd vos tanquàm Viri probatæ vitæ, facundi eloquentiâ, & linguâ diſerti, circa hujuſmodi noſtrum deſiderium exequendum veſtros labores, ac ſtudia opportunâ diligentiâ fideliter convertetis; Fraternitati Veſtræ, de qua in iis, & aliis gerimus confidentiam in Domino ſpecialem, de Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenùs ad partes illas vos perſonaliter conferentes, in illius virtute; qui neminem vult perire tàm Clero, quàm Populo Græcorum ipſorum præmiſſa animarum pericula, diſpendia perſonarum, rerum, & bonorum incommoda, quæ ipſis ex ſeparatione hujuſmodi juſto Dei judicio contigerunt; necnon & graviora diſpendia, quæ eis, niſi redintegrentur unitati ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, à prædictis Infidelibus præparantur; animarumque ſalutem, & profectus immenſos, ac publica commoda, quæ non ſolùm eis, ſed Catholicæ Fidei, ac toti univerſali Eccleſiæ ex membrorum ſuorum reſtitutione, auctore Domino, ſunt firmiter proventura, exponere, juxtà quòd vobis Dominus, cujus negotium agitur, miniſtrabit, prudenter, & ſolicitè ſtudeatis, ipſoſque viis & modis ſalubribus, ac inductionibus, & exhortationibus opportunis inducere, ut catholicæ Fidei puritatem, quam dicta Sancta Romana Mater Eccleſia, cujus Dominus noſter Jeſus Chriſtus Caput eſt, & ſolidum fundamentum, firmiter tenet, docet, & prædicat, velint ſincero & humili corde ſuſcipere, eamque publicè & firmiter profiteri, dictæ quoque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Primatum agnoſcere, & ad ejus unionem & ſalutarem obedientiam properare. Quæ ſi, ut ſperamus, Domino inſpirante, perſecerint, ipſa Mater Eccleſia filiis redeuntibus, ſinum largiſſimæ pietatis aperiet, conſolationem & charitatem ipſis impendet, & in eorum opportunitatibus ipſos, ſicut chariſſimos filios gratioſè ac favorabiliter pertractabit. Datum Avenione ſecundo Nonas Auguſti, Anno XVII.

612 Dùm hæc ageret Pontifex pro Græcorum unione, recepto Nuncio, quòd ſæpefatus Frater Joannes à Monte Corvino Minorita, Archiepiſcopus Cambalienſis, qui, teſte Beato Odorico de Foro Julio, pluſquàm triginta millia Sarracenorum ad Fidem Chriſti traduxerat, ſacrâque Baptiſmatis undâ regeneraverat, ad Dominum migraſſet; nè nova illa Eccleſia, Paſtore, viduata detrimentum aliquod pateretur, maturo conſilio, ſedulàque deliberatione, gravi quoque præmiſſo examine, ſubſtituit & ordinavit in Archiepiſcopum Cambalienſem Fratrem Nicolaum

laum ejuſdem Minorum Ordinis, cui in obſequium & auxilium ampliſſimæ converſionis viginti Fratres prælibati Ordinis Sacerdotes, & ſex Laicos conceſſit; quos plurimùm commendavit Magno Chamo Tartarorum Imperatori, aliiſque ejuſdem Gentis Regibus & Principibus, Leoni pariter Armenorum Regi, & Jacobo eorum Patriarchæ, per quorum terras tranſituri erant, prout Pontificiæ literæ ad præfatos datæ, palàm demonſtrant. Eas verò exhibent Wadingus, & Raynaldus, ad antefatum Domini Annum MCCCXXXIII: quas nos ſubjiciemus; nam quæ datæ ſunt ad Magnum Tartarorum Chamum, ſic ſe habent.

Magnifico Viro Magno Chamo Regi Tartarorum; Deum diligere, ac timere.

613 „ Accedit ad tuæ magnitudinis laudem, gloriam & honorem, quòd ſicut famæ præconium, & fide dignorum relationis affectus, ad Apoſtolatus noſtri audientiam perduxerunt, tu jactans tuum in Domino cogitatum, & promereri cupiens apud eum Chriſtianis in Regno & terra tui Dominii commorantibus, & aliis indigenis ad Fidem orthodoxam converſis, & in ea Neophitis manſuetudinem favoris impendis, & benignitate favorabili tractas illos. Ad nos quoque, qui, licèt immeriti, Domini noſtri Jeſu Chriſti Vicariatus officium in Orbe terrarum gerimus, habes & oſtendis admodùm affectum reverentiæ filialis, ex quibus nomini & ſtatui tuis titulus amplæ & dignæ commendationis attribuitur, tuque tibi proinde Creatoris Cœli & Terræ gratiam vendicabis, per quam in præſenti vitæ curſu dominii altitudo ſuſcipiet firmitatem; & poſtquàm carne ſolutus fueris, ſicut naturaliter ſolvitur omnis caro, apud Majeſtatem Regis Regum æternum, qui potens eſt ſalvare rationalium & mortalium animas univerſas, ſi credideris in eum, & baptizatus fueris, Legemque ſuſceperis Chriſtianam, requiem impetrabis ſempiternam.

614 „ Ecce igitur nos, qui tuam & totius Regni tui ſalutem perpetuam ſincerâ in Domino dilectione zelamus, ejusque fructum ſalutiferum & perennem tibi & ipſi Regno cupimus provenire, ut hæc fœliciter & efficaciter valeant per miſericordiam Summi Patris ſuccedere, Venerabilem Fratrem noſtrum Nicolaum Archiepiſcopum Cambalienſem Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, virum quidem in devotione, ac Fide Catholica fervidum, eminenter in Sacra Scriptura peritum, & expertum in opere & ſermone, virtutum comitiva ſtipatum, famâ præclarum, à nobis ex multis bonis & idoneis Religioſis electum, & ad Cambalienſem Archiepiſcopatum de Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio promotum præſentium exhibitorem, cum decenti & ſufficienti, honeſta, & virtuoſa comitiva Fratrum dicti Ordinis ad Eccleſiam ſuam Cambalienſem, tuamq; præſentiam, ac partes & loca & terras tui Dominii providimus ſalubriter deſtinandum: ut ipſe & dicti Fratres Collaterales eidem more Sanctorum Apoſtolorum (qui diſpartiti ore Dominico, & Spiritus Sancti gratiâ illuſtrati ferendo verbum Dominicum, cuncta Mundi climata, prout eis adſcripta fuerant, peragrarunt) conjunctim & ſeparatim, prout eidem Archiepiſcopo & Fratribus viſum fuerit, ſalubriùs expedire, Regnum & terram prædictam, aliasque regiones adjacentes circumeant & frequentent, ac juxta datam eis à Domino prudentiam verbum Dei evangelizare ſtudeant cum diligentia operoſa, medela prædicationis ſalutiferæ linientes illorum oculos, qui adhùc gloriam Domini non viderunt, eosque ad dictam fidem perfectam & lucidam, Chriſti Sanctorum, & Sanctarum miraculis certiſſimis comprobatam, dulciter convertentes; & tam ipſos, quàm alios ad fidem ipſam jam fœliciter converſos, & Neophytos in eadem paſcentes eruditionis ſalutiferæ nutrimento, etiam in fide prædicta cum infuſione Cœleſtis miſerationis & gratiæ roborando.

615 „ Hæc eſt enim Fides recta, meritoria, & ſalubris, quam Cœlicus Agricola ſeminavit & irrigavit ad fructus copioſos perduxit, diffudit & divulgavit, uſque ad terminos Orbis terræ mundialis, & quam dicta Romana Eccleſia Mater cunctorum Chriſtifidelium & Magiſtra docet, prædicat, atque credit; extra quam non eſt penitùs ulla ſalus: per iſtam innocens anima Chriſtiana, quam fore pretioſiorem corruptibili corpore perpetuam, ambiguum non exiſtit, inter agmina collocatur Civium Cœlicorum. Cùm ergo ſit Theſaurus incomparabilis præmium Beatorum fœlix, qui per temporalia ſic pertranſit, quod æternæ fœlicitatis bravium aſſequatur. Et quamvis per ipſius fidei callem rectè incedere difficilè videatur, mentalis tamen oculus, Fide ipsâ Catholicâ mediâ, dùm eam credit, intellectualiter intuetur Divinam Omnipotentiam, & gloriam Supernorum, ſicut luce videt materiali carneus oculus mediante.

616 „ Magnitudinem itaque tuam attentè rogamus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenùs pro ejus reverentia & honore, qui te produxit ad eſſe, conſervat in eſſe, tibique imperanti ſuper tàm glorioſum, quamquàm tranſitorium & pompale faſtigium ſubjecit tantam & tàm diffu-

Digitized by Google

„ ſam multitudinem Populorum; prælibatum Archiepiſcopum, & Fratrea, cùm ad
„ Regnum & terram tuam jam dicta, tuum-
„ que conſpectum pervenerint, vultu ſereno
„ recipias, & à tuis ſubditis recipi jubeas,
„ ſincero & manſueto affectu pertractea &
„ faciaa pertractari; habeaſque tàm illos,
„ quàm eandem Eccleſiam Cambalienſem,
„ cunctoſque Chriſtianos in Regno & terra
„ prædictis manentes, necnon converſos, &,
„ Deo propitio convertendoa, ad fidem can-
„ dem infra tuum Dominium conſtitutoa,
„ cum piæ humilitatis dulcedine affluente
„ favorabiliter commendatos; eis in iis, quæ
„ circa ſuſcipiendam per te, Deo vivo & ve-
„ ro inſpirante, ſacri Baptiſmatia gratiam,
„ Legemque Chriſti, & alia tuę ſalutis com-
„ moda duxerint exprimenda,, prædicanda,
„ & conſulenda, benignum auditum aperiens,
„ & attentum exhibens intellectum; illaq;
„ recipiens tanquàm donum divinitùs miſ-
„ ſum tenaciter in tahulis memoriæ tuæ ſcri-
„ bas, credaa firmiter, operosè, fideliter,
„ & perpetuò exequaria, ſiſq; aliis tuia ſub-
„ ditis ſalutis exemplar, ut una tecum, tui-
„ que ad inſtar ad Dominum convnrtantur,
„ dictamque Legem Chriſti ſuſcipiant & ob-
„ ſervent, tecumque glorientur nomine chri-
„ ſtiano, & ſalvi fiant, nec pereant in æter-
„ num.

617 „ Itaque miſericordiarum Dominus,
„ atque pater tui abundanter miſereri digne-
„ tur, conferatque tibi jugiter in hujua vitæ
„ ſtadio plenitudinem pacis & gaudii, & poſt
„ tui diſſolutionem carneam ad æternæ ju-
„ cunditatis feriaa te perducat, & glorianter
„ collocet in excelſis. Nos nempè, ac ca-
„ dem Romana Eccleſia tibi copiam benedi-
„ ctionis uberrimæ pollicemur omni tempo-
„ re proventuram, & devotia affectibus exo-
„ rabimus miſerantem clementiam Summi
„ Patris, ut nunquam in te deficiat fides ſua,
„ quàm in tuis præcordiis duxerit inſeren-
„ dam; ſed pro bonis, quæ ſeceris, centu-
„ plum de polorum altitudine in terris per-
„ cipias, & ſupernis. Datum Avenione Ka-
„ lendis Octobris, Anno XVIII. *Hactenus ad Imperatorem Tartarorum*. Ad Sochum,
quem Secedem nominat Raynaldus, Regem
Corum, datæ literæ ad hunc modum ſe habent.

Magnifico Viro Socho de Chigiſtu Regi Corum, Deum diligere, & timere.

618 „ Deo vivo & vero, Regi Regum,
„ & Dominantium Domino, gratum præſtas
„ obſequium, cùm Chriſtianos, ſive antiquos,
„ ſive novellos in fide Chriſti commorantes
„ in Regno tuo benignà humanitate proſe-
„ quaris, & favoris manſuetudine tractas il-
„ los, quod quidèm lætanter audivimus, te
„ feciſſe. Undè cùm hoc nomini tuo bonam
„ famam adjiciat & honorem, tu levans tuos
„ mentis oculoa ad Divinæ omnipotentiam
„ Majeſtatis, circà id benignè continues in
„ poſterum, quod hucuſquè laudabiliter ef-
„ feciſti; nam ab hoc in gloria firmabitur
„ tuum Solium dicti Regni, & ſi credideris
„ in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &
„ fueris baptizatus, Legemque Chriſtianam,
„ ſinè qua nullua ſalvatur, ſuſceperis & im-
„ pleveria, ſalvus eria.

619 „ Quare nos, qui, licèt immeriti,
„ Beato Petro Principi Sanctorum Apoſto-
„ lorum ſuccedimus, Vicariatus officio pro
„ eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, eo
„ diſponente, gerimus ſuper terram tuam, &
„ ipſius Regni ſalutem zelantea in Domino,
„ qui te, omneſque alios extra Catholicam
„ & Apoſtolicam Eccleſiam exiſtentes, & in
„ tenebria ambulantes, ad converſionem,
„ ſuamque veram lucem expectat, ad te, di-
„ ctumque Regnum, aliaſq; compoſitaa Re-
„ ginnea & partes ad prædicandum tibi, &
„ gentibua earum verbum Dominicum; te-
„ que & gentes ipſas ad Deum, ſuamque Fi-
„ dem orthodoxam ſalubriter per ipſiua in-
„ fuſionem gratiæ convertendum, Venerabi-
„ lem Fratrem noſtrum Nicolaum Archiepi-
„ ſcopum Cambalienſem, Ordinis Fratrum
„ Minorum Profeſſorem, virum quidèm in
„ dicta fide ſervidum, devotione ſincerum,
„ plenè in ſacra Pagina eruditum, in prædi-
„ catione ipſius Dominici verbi expertum,
„ & aliàa potentem in opere & ſermone, fa-
„ mâque præclarum cum ſufficienti & hone-
„ ſta comitiva dicti Ordinis, Deum diligen-
„ tium & timentium, ſufficienter in ſacra
„ Pagina literarum, & in Divinia Laudibus
„ expertorum; quem quidèm Nicolaum ob
„ ſuorum exigentiam laudabilium merito-
„ rum ad Archiepiſcopatum Cambalienſem,
„ de fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ Cardinalium conſilio promovi-
„ mus, quiq; ad Eccleſiam etiam ſuam Cam-
„ balienſem accedit, ſalubriter providimus
„ deſtinandum, ut tibi, & eiſdem gentibua
„ Arcihiepiſcopua & Fratrea prædicti evan-
„ gelizare ſatagant Legem Chriſti.

620 „ Eapropter Magnitudinem tuam
„ attentè rogamus & hortamur in Domino
„ Deo noſtrò, per quem vivis & regnas, qua-
„ tenùs pro ejus reverentia & honore, qui te
„ ad imaginem ſuam creavit, & permittit
„ multitudini Gentium imperare, & ad cu-
„ jus imperium ſolvitur omnis caro, præfa-
„ tos Archiepiſcopum, & Fratrea, cùm ad
„ te, idemque Regnum pervenerint, vultu
„ ſereno recipias, & à ſubditis tuis recipi fa-
„ cias & jubeas, benigno affectu pertractes,
„ & ab illia facias pertractari, & tàm eos,
„ quàm alios Chriſtianos indigenas, in præ-
„ dicto Regno morantea ad eandem Fidem
„ Chriſtianam converſos, & propitiante Do-
mi-

Digitized by Google

„ mino, convertendos, cum humanitatis dul-
„ cedine affluente habeas favorabiliter com-
„ mendatos, ipſis Archiepiſcopo, & Fratri-
„ bus in illis, quæ circà ſuſcipiendam per te,
„ de beneplacito ipſius Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti; eâque inſpirante, ac tuæ mentis
„ præcordia inflammante, ſacri Baptiſmatis
„ gratiam, dictamque Legem Chriſtianam
„ converſos, & alia tuæ, ipſorumque ſub-
„ ditorum ſalutis commoda exprimenda, &
„ prædicenda duxerint, benignum auditum
„ aperiens, & attentum exhibens intelle-
„ ctum, illaque recipiens, tanquàm donum
„ divinitùs tibi miſſum, credas in eundem
„ Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Ba-
„ ptiſmum & Fidem ſuſcipias prædicta, ip-
„ ſamque Fidem ſemper colas, teque in ope-
„ ribus bonis exerceas, quia per illa perve-
„ nies ad gloriam ſempiternam, ubi poſt
„ mundanam & tranſitoriam gloriam, quam
„ conſpicis atque palpas, ſuccedet tibi glo-
„ rioſa ſuavitas ſine fine. Nos enim Altiſſi-
„ mum Salvatorem noſtrum devotè & ſup-
„ pliciter exoramus, ut ſua clementia miſe-
„ rans, tuum illuminet intellectum, ab eo
„ errorum tenebris profugatis, ut viam ſuæ
„ videas veritatis, ipſamque legem Chriſtia-
„ nam ſuſcipias & obſerves, per quaa videre
„ ſuam ineffabilem gloriam merearis. Da-
„ tum Avenione Kalendis Octobris, Anno
„ XVIII. *Hactenus literæ*, quas ſolo mutato
titulo nominis, ad alios Regea Tartaros mi-
ſit. Sed & ad univerſum Tartarorum Popu-
lum eodem tempore, eâdemque occaſione ſe-
quentes ſcripſit literas.

Univerſo Tartarorum Populo, viam agnoſcere veritatis.

621 „ Salvator noſter Summus Pontifex
„ in æternum, Rex Regum, & Dominus
„ Dominantium, Dominus noſter Jeſus Chri-
„ ſtus, Beato Petro Sanctorum Apoſtolo-
„ rum Principi Claves Regni Cœlorum tri-
„ buit, eique ligandi atque ſolvendi contu-
„ lit poteſtatem, ut quodcumque per ipſum
„ ſuper terram ligatum & ſolutum foret, in
„ Cœlis ligatum exiſteret & ſolutum. Hanc
„ ſiquidem poteſtatem transfudis in Roma-
„ num Pontificem, ſuoſque poſteros Roma-
„ nos Pontificea, ejuſdem Beati Petri uſque
„ in finem Sæculi ſucceſſores, conſtituens il-
„ los in Sede ipſius Beati Petri ſucceſſivè ſeſ-
„ ſuros ſuos Vicarios ſuper machinam Mun-
„ dialem: Undè nos, qui, licèt immeriti,
„ præfato Beato Petro ſuccedimua, & in Re-
„ gno Mundi vice fungimur Cœleſtis Paſto-
„ ris, & Domini Animarum, exigente offi-
„ cii noſtri debito, tenemur, & totis deſide-
„ ris affectamua, omnem humanam creatu-
„ ram extrà Sanctam Romanam Eccleſiam
„ exiſtentem, Fideique Chriſtianæ inſciam
„ & deviam ab eadem, Dominici Gregis in-
„ ducere, ac reducere in Ovile, unire & re-
„ conciliare penitùa Eccleſiæ prælibatæ.

622 „ Cæterùm, quia hæc poſcunt gra-
„ ta divina præambula, & ejus infundente
„ miſericordiâ, efficaciter provenire, ſi tali-
„ bus Fidei jàm dictæ inſciis, & ab ipſa de-
„ viis verbi Dominici ſanctimonia prædice-
„ tur, ipſiſque præſatæ Fidei articulis, &
„ regulia dulciter informentur, ut ex hoc
„ Deo lucrifaciamua animas eorundem, ip-
„ ſiſq; ſalutis æternę præmium procuremus;
„ Noa diligentiâ paternâ providimus ad vos,
„ & partes veſtras Perſonas Religioſaa, Spe,
„ Fide, Charitateque placidas, ſufficienter in
„ ſacra Pagina eruditas, & expertas, Deo
„ gratas, & vobis acceptas, pro ſalutis ve-
„ ſtræ, quam ferventer optamus, impetran-
„ dia à Domino commodia deſtinare.

623 „ Ad evangelizandum itaque vobis
„ ſalutifera verba Chriſti, voſque ad Super-
„ næ Majeſtatis miſerantem gratiam, ſuam-
„ que Fidem rectiſſimam ſuaviter converten-
„ dos & fovendos in illa, Venerabilem Fra-
„ trem noſtrum Nicolaum, Archiepiſcopum
„ Cambalienſem, Ordinis Fratrum Mino-
„ rum Profeſſorem, Deum diligentem & ti-
„ mentem, in divina & humana ſapientia &
„ ſcientia illuſtratum, facundum & proba-
„ tum, & à nobis ex multis Viris Religioſis,
„ devotis & virtuoſis electum, & de fratrum
„ noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
„ dinalium conſilio, ad Archiepiſcopatum
„ Cmbalienſem promotum, cum decenti co-
„ mitiva Fratrum dicti Ordinis, jamdiù in
„ divinis obſequiia expertorum, ſufficienter
„ in Sacra Scriptura literatorum, aliarumq;
„ virtutum muneribus dotatorum, ad vos &
„ partes tranſmittentes eaſdem, ut vobis &
„ ſibiipſia proficiant ad ſalutem.

624 „ Univerſitatem veſtram attentè re-
„ quirimus, monemus, rogamus, & horta-
„ mur in Domino Jeſu Chriſto, quatenùs di-
„ ligenter veſtram memoriam excitantes &
„ reducentca ad illam, quòd Protoplaſtus,
„ ex quo genus humanum deſcendit, exti-
„ tit divinæ manua operatione formatua, in
„ Paradiſi terreſtri deliciis collocatus, ſibi-
„ que boni & mali cognitio data fuit, &
„ quòd homines eſtis ad imaginem Dei facti;
„ quòdque creatura non poſſit ſuo Creatori
„ pro meritis reſpondere, levetis ad Deum
„ veſtræ intelligentiæ oculos, & conſideretis,
„ quòd ipſe voa creavit, & paſcit aſſiduè, ac
„ vivitis per eundem; & quòd cùm vult,
„ omnis carnis figmenta diſſolvit; quòdque
„ Sacræ Scripturæ atteſtatione inducitur,
„ quòd omnis Spiritus Deum laudet, omnia-
„ que animantia & inanimantia Dominum
„ benedicunt; pro ipſius Creatoris reveren-
„ tia & honore, & ut ſibi reddatis humanæ
„ gratitudinis holocauſtum, & contempla-
„ tione noſtri, qui vos Deo vivo & vero con-
„ jungere cupimus, & etiam laboramus; eoſ-

„ dem Arciepiſcopum, & Fratres recipere
„ curetis, quotiès ad vos pervenerint, re-
„ verenter, humiliter, & lætanter, eorumq;
„ prædicationibus, & verbis ſalubribus ve-
„ ſtrum attentum pateſaciatis auditum; ape-
„ riatis ſolicitum intellectum, & quæ pro
„ veſtræ perfectione ſalutis vobis expreſſe-
„ rint, in memoriæ veſtræ tabulis tenaciter
„ inſcribatis; corda veſtra omnimodè diſpo-
„ nentes ad ſuſcipiendam ſacri Baptiſmatis
„ gratiam, Legemque Chriſti, Doctrinam
„ Evangelicam, & Fidem Catholicam Do-
„ mini noſtri Jeſu Chriſti, quam dicta Ro-
„ mana Eccleſia docet, prædicat, atque cre-
„ dit; & cùm Fidem ipſam ſuſceperitis, eam
„ firmiter & perpetuò cuſtodite, & cum aliis
„ Chriſtianis efficiamini de cætero fortia
„ membra Chriſti; ut quibuslibet Sathanæ,
„ quibus decipimini erroribus, procùl pul-
„ ſis, ab ejus ſitis vinculis penitùs liberati,
„ & mereamini poſt vitæ præſentis exilium
„ in æterna Domini Tabernacula introire,
„ cum aliis Cœleſtibus Civibus glorianter &
„ fœliciter collocandi. Et quia Cœli & Ter-
„ ra plena ſunt Divinâ Gloriâ, ipſe manum
„ aperit, ſuâque benedictione animal omne
„ implet, dùm in hac luce manebitis, & per
„ dictam Fidem Jeſu Chriſti eritis conjuncti,
„ abundabitis in bonis tēporalibus per ſuam
„ gratiam copioſam.

625 „ Nos inſuper Omnipotentiam Al-
„ tiſſimi, qui eſſentialiter in Cœlis, & poten-
„ tialiter in terris permanet, quiquè regnat
„ & principatur omnipotenter & æternaliter
„ in utriſque, devotis affectibus exoramus,
„ ut illuminet corda veſtra, & intelligentias
„ veſtras ad ſuſcipiendum ejusdem baptiſma-
„ tis gratiam, ipſamque Chriſti Legem, &
„ eam credendum firmiter, ac perpetuò ad-
„ implendum, quia ſine illis nullus ſalvatur,
„ ac per illas ſalvi eritis, & pervenietis ad
„ ſempiternam gloriam Beatorum; prædictos
„ quoque Archiepiſcopum & Fratres habea-
„ tis cum humanæ ſuavitate dulcedinis ſavo-
„ rabiliter ac efficaciter commendatos, con-
„ ſideratis humaniter & exactè omnibus &
„ ſingulis prænarratis, ut exinde apud ineffa-
„ bilem gloriam Dei Patris, & Filii, & Spi-
„ ritus Sancti, cum multiplicato fructu æter-
„ næ meſſis manipulos colligere valeatis. Da-
„ tum Avenione Kal. Octobris Anno XVIII.
*Hactenus literæ ad univerſum Papulum Tar-
tarorum*. Ad Leonem poſtea Armoniæ Regem
ſic ſcripſit.

*Chariſſimo in Chriſto filio Leoni Regi
Armeniæ Illuſtri, ſalutem*,

626 „ Ad ſalutem cunctorum Chriſtifi-
„ dellum, & etiam aliorum, qui extra Ca-
„ tholicam & Apoſtolicam Eccleſiam infœli-
„ citer eſſe noſcuntur, paternis & ſolicitis
„ ſtudiis intendentes, opem & operam op-
„ portunas libenter impendimus, ut debe-
„ mus, qualiter ii, qui per fidem rectam &
„ operationem bonam adhùc Domino miſe-
„ ricordiæ non placuerunt, connectantur
„ ejusdem Eccleſiæ veritati, & alii, qui à di-
„ ctæ fidei ſemitis deviarunt, ad caulam Gre-
„ gis Domini reducantur.

627 „ Habet nempe fide dignâ relatio,
„ veritatis ſuffulta ſuffragiis, notumque tuæ
„ Celſitudini eſſe poteſt, quòd in terra Tar-
„ tarorum jamdudùm per Divinæ miſeratio-
„ nis gratiam, & miniſterium prædicationis
„ verbi Dominici, quod nonnulli Fratres Or-
„ dinis Minorum in terra prædicta exercue-
„ runt, & non deſinunt exercere, multitu-
„ do indigenarum ad veram ejusdem fidei lu-
„ cem de ſuorum errorum tenebris eſt con-
„ verſa, & multi alii, qui ab ipſius fidei recti-
„ tudine declinabant, ad ejusdem Eccleſiæ
„ gremium ſunt reverſi, & ſicut devotè cre-
„ ditur, & veriſimiliter ſperatur in Domino,
„ terræ præſatæ hominum necdùm converſo-
„ rum diffuſionis multitudinis converſio, Deo
„ largiente, ſuccedet.

628 „ Ecce igitur Venerabilis Frater
„ noſter Nicolaus Archiepiſcopus Camba-
„ lienſis dicti Ordinis Minorum Profeſſor,
„ devotione, fide, Theologica ſcientiâ, ex-
„ perientiâ, & ſamâ præclarus, quem de Fra-
„ trum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinalium conſilio Eccleſiæ Cambalien-
„ ſi tunc vacanti, nuper in Archiepiſcopum
„ præfecimus & Paſtorem, ad eandem Cam-
„ balienſem Eccleſiam Sponſam ſuam cum
„ decenti, & honeſta, & virtuoſa comitiva
„ Fratrum dicti Ordinis, necnon ad alias
„ terræ jam dictæ partes, cum gratia noſtræ
„ benedictionis accedit, ut ipſi verbum Do-
„ minici dogmatis Evangelica grana ſerant,
„ & eos, quos ad Legem Chriſti converte-
„ rint, paſcant dulciter verbo Dei, ac ipſos
„ doceant normam fidei memoratæ, aliosque
„ jam converſos in obſervantia ipſius fidei
„ ſuaviter foveant, & confirment,

629 „ Cùm itaque dictis Archiepiſcopo
„ & Fratribus ſit tui culminis ſavoris præſi-
„ dium opportunum, Serenitatem Regiam
„ attentè rogamus, & hortamur in Domino
„ Jeſu Chriſto, quatenùs pro Divina, & Apo-
„ ſtolicæ Sedis reverentia, & pro ejusdem
„ fidei honore, ac noſtræ hortationis hujuſ-
„ modi obtentu, ipſos, cùm ad tuum conſpe-
„ ctum, & loca tui Regni pervenerint, rega-
„ lis benignitatis affectu recipias atque tra-
„ ctes, & recipi facias, ac tractari, eosque
„ habeas ſavorabiliter, & efficaciter commen-
„ datos, ut regalis devotionis ſinceritas ex-
„ inde aſſequatur titulum humanæ laudis, ac
„ Divinæ miſericordiæ fructum percipere
„ mereatur. Datum Avenione ſecundo Kal.
Novembris, Anno XVIII. *Hactenus Joannes
ad Leonem*. Et ejusdem tenoris literas fecit
ad Catholicon, ſive Armenorum Patriar-
cham.

630

Digitized by Google

630 Inter hæc verò ſtudia, rerum Græcorum non oblitus Pontiſex, qui cùm accepiſſet novas ex Turcharum incurſionibus clades Græcos ſuſtuliſſe, captâ occaſione, novis literis ſolicitavit Andronicum ad negotium unionis perficiendum, nondùm adhùc acceptâ à jam miſſis Legatis, de rebus geſtis notitia. Et eodem tempore alias ſecit literas ad Annam, ſive Joannam Imperatricem Conſtantinopolitanam, hortans per eas, quatenùs omnem adhiberet operam, ſtudiumque impenderet, pro fœlici tam magni negotii exitu. Ad Andronicum verò ſcripſit ad hunc modum.

Magnifico Principi Andronico Moderatori Imperii Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

631 „ Utinam tua magnificentia conſi-
„ deranter attenderet damna tam ſpiritualia,
„ quàm temporalia, quæ jamdudùm Latino-
„ rum & Græcorum diſſenſio peperit populo
„ Chriſtiano. Utinam quæ adhùc commina-
„ tur inferre, conſideraret attentè. Utinam
„ quæ bona ſpiritualia, & temporalia ipſo-
„ rum concordia produceret, tua circumſpe-
„ ctio in conſiſtorio deduceret rationis, non
„ quidem, ut firmiter credimus, ſi hoc ſedu-
„ lè faceret opus eſſet tuam Excellentiam
„ præveniri exhortationibus, ut ad unionem
„ Latinorum & Græcorum tuum inclinares
„ animum, ſed potiùs exhortantis officium
„ prævenires. Et quia Rex Regum, Domi-
„ nusque dominantium Chriſtus Jeſus Re-
„ demptor noſter te ad hoc per Turcarum
„ & Catalanorum moleſtias invitavit, Ma-
„ gnificentiam tuam monemus, rogamus, &
„ hortamur in Domino Jeſu Chriſto, per
„ aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obſe-
„ crantes, quatenùs diligenter attendens,
„ quantum tibi accreſceret meritum, quàm-
„ que accedet ad gloriam & exaltationem tui
„ nominis ampliandam, ſi datum tibi deſu-
„ per fuerit, ut Oves, quæ perierant, tuæ
„ diligentiæ ſtudio ad ovile Domini redu-
„ cantur, ſi tuis fiat laboribus, ut unum ſit
„ ovile, unuſque Paſtor Latinorum & Græ-
„ corum, populis tuis temporibus in unitate
„ orthodoxæ Fidei adunatis; ſi ſtudeas habi-
„ litare materiam, ſicque animos tuum, tuo-
„ rumque diſponere, quod Redemptoris no-
„ ſtri præfati beneplacitis te conſormans,
„ Dei Patris hæres & filius, ac ipſius Sal-
„ vatoris cohæres & frater dici, & effeci me-
„ rearis. Quod tibi concedat, qui perverſo-
„ rum converſionem deſiderat, ut de morte
„ ad vitam tranſire mereantur æternam. Datum VIII. Kal. Martii Anno XVIII. *Hactenus Joannes*, qui ad Joannam tenoris ſequentis ſubjecit literas.

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Imperatrici Conſtantinopolitanæ.

632 „ Hortatur nos Apoſtolus, & in-
„ ſtruit, ut dùm tempus habemus, bonum
„ operari ſedulè ſtudeamus: Profectò, Filia
„ Chariſſima, ſi tempus præſens attentè con-
„ ſideres, tempus eſt, quo erga virum tuum,
„ populumque ſibi ſubditum bonum valeas
„ operari: Deus enim per manus Turcarum,
„ qua ipſum tuum virum, ejuſque pupulum
„ iis diebus præteritis afflixit ſatis graviter,
„ & veremur quòd niſi reſipiſcat, affligat ad-
„ hùc graviùs in futurum hoc videtur efficere-
„ re, ut hæc vexatio ſibi tribuat intellectum,
„ ſcriptum eſt enim: *Imple faciem tuam igno-*
„ *minia, & quærent nomen tuum Domine*. Et
„ alibi: *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,*
„ *poſtea acceleraverunt*. Cùm igitur tibi adſit
„ ad benè operandum temporis opportuni-
„ tas circa ipſos, Magnificentiam tuam ro-
„ gamus per viſcera Jeſu Chriſti, ut ſic ſedu-
„ lè hoc cures peragere, ut illarum conſor-
„ tio, de quibus ſcriptum eſt: *Salvabitur vir*
„ *infidelis per mulierem fidelem*, meritò poſ-
„ ſis, & debeas aggregari, quod tibi digne-
„ tur concedere, cui, cùm voluerit, ſubeſt poſ-
„ ſe. *Et poſt alia in fine concludit, inquiens*:
„ Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti te in
„ agendis dirigat, & protegat ab adverſis,
„ Amen. Datum VIII. Kal. Martii, Anno XVIII. *Hactenus Joannes ad Imperatricem*, apud Raynaldum ad Annum Domini MCCCXXXIV. ſub num. 3.

633 Excitavit inſuper & Francorum Regem, ut ſuâ interpoſitâ auctoritate ageret cum Andronico pro anteſato unionis negotio, & quidem per Regios Legatos ſecretè tamen deſtinandos, ut literæ Pontificis ad eundem Regem datæ indicant, apud eundem Raynaldum loco mox relato, in quibus inter alia Pontifex ſcribit: „ Si ad Imperatorem Græ-
„ corum intendat aliquem mittere ſuper ejus
„ reditu ad Romanæ Eccleſiæ unitatem Re-
„ gia Celſitudo, expedit quòd illa Legatio
„ ſit ſecreta; alia verò eſſe poterat publica
„ ſuper paſſagio & facto Turcarum. Et
„ quantum ad Legationem illam, quòd ad
„ unitatem Eccleſiæ redeat, expediens vide-
„ retur, quòd Excellentia Regia offerret illi,
„ quòd iret per aquam, pro illa apud Eccle-
„ ſiam offerens interponere partes ſuas. *Hæc Pontifex in antedictis literis*, quæ datæ leguntur IV. Idus Martii Anno XVIII. Egerat jam Pontifex cum Philippo Francorum Rege de ſuſcipienda Cruce pro bello Syriaco, & adversùs Turcas, cui negotio aſſenſum præbuerat Rex, ſub conditionibus, quas Ptolomæus Lucenſis recenſet lib. 24. cap. 42. Eccleſ. Hiſtor. inquiens: „ Anno Domini
„ MCCCXXXIII. VII. Kal. Auguſti in pu-
„ blico conſiſtorio, quod habuit Joannes Pa-

pa

Digitized by Google

„ pa apud Avenlonem in Palatio ſuo, ad pe-
„ titionem Regis Philippi Francorum paſſa-
„ gium generale prædicavit, conſtituendo
„ eum Ducem illius exercitus, & decimas
„ Regni ſui ſibi per ſex annos conceſſit in
„ ſubſidium Terræ Sanctæ & paſſagii prædi-
„ cti: Eccleſia autem Romana per ſex annos
„ decimas univerſalis Eccleſiæ reſervavit
„ ſimiliter pro paſſagio, quod incipiendum
„ diſpoſuit à Kalendis Auguſti per tres annos
„ proximos ſubſequentes. In prædicto Conſi-
„ ſtorio Petrus Archiepiſcopus Rothoma-
„ genſis, & Joannes Epiſcopus Morenſis, &
„ Decanus Pariſienſis, & Henricus miles di-
„ ctus de Algoria, habentes procuratorium
„ ſufficiens, in animam prædicti Regis jura-
„ verunt, quòd iret in propria perſona ultra
„ Mare, vel filius ſuus Rex Joannes, niſi cau-
„ ſa legitima Patrem impediret, quòd paſſa-
„ gium perficere non poſſet; & quòd decimas
„ prædictas ſibi per ſex annos conceſſas, in
„ alios uſus non converteret, quàm in ſubſi-
„ dium Terræ Sanctæ, quam perſonaliter
„ viſitare juravit per procuratores prædictos,
ut ſuprà eſt prælibatum. *Hæc ille*. Extant
porrò hac de re literæ Pontificiæ ad eum Re-
gem datæ ſub eadem die, quæ incipiunt; *Mira
& ineffabilis ſapientia Conditoris*, quas recitat
Raynaldus ad eundem Annum, ſub num. 3.
Hac ergo de cauſa Joannes hortatus eſt Re-
gem ut duplicem Legationem ad Androni-
cum mitteret, ſecretam unam pro unionis ne-
gotio, publicam alteram pro generali paſſa-
gio, cui Rex ſe obſtrinxerat.

634 Cæterùm, licèt aliqua expeditio à
Latinis facta fuerat contra Turcas, & obten-
tâ de ipſis præclarâ victoriâ, cujus meminit
S. Antoninus, 3. par. titul. 21. cap. 6. §. 15.
circa finem: negotium tamen unionis Græ-
corum evanuit. Venientea autem Conſtanti-
nopolim duo præfati Epiſcopi, quos delega-
verat Joannes, procuratum eſt, ut publica ha-
beretur diſputatio, quæ, ut ſemper Græco-
rum moris ſuerat, ſine effectu manſit diſſolu-
ta. Hujus rei meminit Gregoras lib. x. cap.
penultimo, inquiens: „ Altero Anno duo
„ Epiſcopi vetere Româ à Papa miſſi, vene-
„ runt, ut de pace & concordia Eccleſiarum
„ diſputarent. Ac ſtatim videre erat multos è
„ populo ſtudium præſeferre, ſed non ſecun-
„ dùm ſcientiam, ac temerè & inconſultò lo-
„ qui, atque ipſum Patriarcham ad diſpu-
„ tandum urgere. Is verò cùm nec linguam
„ dicendi exercitatione inſtructam haberet,
„ & ſuos Epiſcopos maximam partem indo-
„ ctiſſimos eſſe cerneret, tergiverſebatur ille
„ quidem, ſed quomodo populi tumultum
„ ſedaret, neſciebat. Quare & nos in id cer-
„ tamen mittendos putabat, qui linguam
„ exercitatam haberemus, quamvis iu Sa-
„ crum Collegium inſcripti non eſſemus.
„ Ego verò primùm vehementer urgebam, ac
„ monebam, ut taceret, & magnam gravitatem
„ atque animi altitudinem præſeferret, Lati-
„ norumque poſtulationem contemneret, ne-
„ que enim diſputatione eſſe opus. Sed cùm
„ rursùm cogitarem, ſilentium non ferè ſuſ-
„ picione carere, ſed in exterorum animis
„ varias & multiplices cogitationes excitare,
„ eorum pręſertim, qui linguę imperare neſci-
„ rent: Patriarchã & quibusdã primariis Epi-
„ ſcopis ſeductis, meam ſententiam ad hunc
„ ferè modum expoſui. *Hæc ille*, qui deinde
recitat longum ſermonem à ſe habitum con-
tra Latinos, in cujus fine fatetur omnes ſibi-
bi adhæſiſſe: „ Hæc cùm dixiſſem, *inquit*,
„ aſſenſi mihi ſunt prudentiores Epiſcopi,
„ cùm alii, tùm verò Dyrrachinus, vir gra-
„ vitate vitæ & ingenii acumine ac magni-
„ tudine excellens: qui & eruditionem vir-
„ tute, & virtute eruditionem ornabat. Hos
„ ii ſibi ſequendos putaverunt, qui eloquen-
„ tiâ non valebant, omni ſtudio contentio-
nis neceſſariò repudiato. *Hæc Scriptor ſchi-
ſmaticus*. Ex quo de veritate hoc unum tan-
tùm erui poteſt, quòd fruſtrà abjit Pontifi-
cia Legatio, ipſomet præcipuè Gregora cum
aliis, negotio unionis contradicentibus, totâ
vi adverſantibus. Jam defunctus tunc erat
Iſaias Patriarcha, ſubſtituto illius loco Joan-
ne quodam de Apris, ut in antecedenti capi-
te idem admonet Gregoras; qui, eodem Scrip-
tore teſte, cùm eſſet ineruditus, & indoctus,
facilè potuit à deceptore & loquaci viro vinci,
nè Latinis adhæreſceret, Itaque fruſtrà ſub
hoc Pontifice actum eſt de Gręcorum unione,
reaſſumpto tamen tractatu ſub Benedicto XII.
Joannis ſucceſſore, quamvis non fœliciori
exitu, ut infra dicemus.

CAPUT X.

De Ioannis XXII. morte, Benedicti XII. electione, ac de ejuſdem Ioannis opinione, de ſtatu Animarum ſeparatarum.

635 INter Joannis ſtudia, quibus in ex-
tremo ſuæ vitæ termino incum-
bebat, tria fuerunt, fœdus Chriſtianorum
ſcilicet Principum ad retundendam Turca-
rum potentiam: Creatio novi Imperatoris,
vacante Imperio ab Annis XXI. Et deciſio
controverſiæ de ſtatu Animarum ſeparata-
rum. Cùm verò auctoritate plurimùm apud
Reges valeret, quos ſibi devinctos habebat,
perfecerat fœliciter primum, firmato cum
Francorum Rege, Siciliæ quoque, Cypri, &
Armeniæ, necnon cum Andronico Impera-
tore, Venetis, & Æquitibus Rhodiis, adver-
sùs præfatos Infideles fœdere, licèt ſine opta-
to fine, diſſolutâ expeditione Syriacâ ob ejus
obitu: Secundum, & tertium causâ antedi-
ctæ mortis conſummare minimè eſt paſſus.
Erat namque nonagenarius, quandò diar-
rheæ

rheæ morbo correptua, trium dierum ſpatio
ultimum claųſit diem, Anno nimirum Domi-
ni labente MCCCXXXIV. Andronici junio-
ris Imperio Anno III. vacante Occidentali
Imperio ab Anno XXI. ex quo Ludovicua
Bavarus tyrannidem ſuſceperat, Indictione
ſecunda, vel tertis auſpicata à menſe Septem-
bris, die IV. Decembris, cùm ſediſſet Annos
XVIII. & menſes IV. minùs duobus diebus,
cùm renunciatus ſuiſſet Pontifex die VII. Au-
guſti, Anni MCCCXVI.

636 De cujus porrò obitu ſic breviter
ſcribit Sanctus Antoninua, 3.part. titul. 21.
cap.6. §.15. „ Joannes Pontifex è vita mi-
„ gravit Anno Dñi Milleſimo tricenteſimo
„ trigeſimo quarto; vitæ verò ſuæ XC. &
„ obiit Avenione. Reliquit autem in The-
„ ſauris ingentem vim auri & argenti, cujus
„ computatio fuit millies vigintiquinq; mil-
„ lia aureorum; nec legitur aliia tempori-
„ bus Eccleſiam fuiſſe locupletiorem. *Hæc Antoninus*, excerpta tamen ex Joanne Villa-
no illius ætatis Scriptore, qui lib. 11. csp.20.
ſcribit, reliquiſſe in Ærario auri ſignati de-
cem & octo centena millia, infecti verò in
alia gaza, quòd gemmis & ornamentis con-
ſtsbat, ſepties alia decem centena millia.
Erant hujuſmodi opes, ſi vera Joannes Villa-
nus ſcribit, ex Eccleſiarum vectigalibus col-
lectæ, inſumendæ in ſacro adversùs Sarra-
cenos bello, ſicut Regi Francorum ſpopon-
derat, eodem Joanne Villano teſte, lib. 7.
cap.2.

637 Sed copioſiùs hujus Pontificis obi-
tum recenſet Ptolomæus Lucenſis in m.ſ. Hi-
ſtor. Eccleſ. lib.24. cap.32. inquiens: „ An-
„ no prædicto MCCCXXXIV. cùm Papa
„ Joannes dusbus srduis cauſis valdè dili-
„ genter intenderet, ſcilicet creationi novi
„ Imperatoris, in quo ſacto Rex Philippus
„ Francorum, & Joannes Rex Boemiæ filius
„ Henrici Imperstoris ſibi multùm favebant;
„ & determinstionl quæſtionis Viſionis, an
„ ſcilicet Sancti in patria ante reſurrectio-
„ nem haberent Viſionem Eſſentiæ Divinæ:
„ & dùm prædictis, & aliis cauſis ſolicitus
„ intenderet, & quarto Nonas Decembris
„ Conſiſtorium mandaſſet, ut aliquas pro-
„ viſionea quibuſdam faceret, in nocte præ-
„ cedenti Nonis prædictis poſt cœnam, &
„ primum Galli cantum invaſit eum morbus;
„ & omiſſo ſic Conſiſtorio illâ die IV. Nonas
„ Decembris, nihil fecit; ſed tertio Nonas
„ die ſequenti, poſt Veſperas fecit vocari
„ omnes Cardinales, qui erant in Avenione.
„ Hoc dico propter Joannem Cajetani, qui
„ non erat præſens tunc in Civitate, & pro-
„ pter Dñm Napolionem Romanum Diaco-
„ num Cardinalem, qui erat in Cardinalstu
„ antiquior omnibus Cardinalibus, qui li-
„ cèt in Civitate eſſet, & vocatus per Pa-
„ pam, ipſe tamen noluit venire, nec inte-
„ reſſe Exequiis, nec Teſtamento Papæ: &
„ præſumitur, quòd ex eo fecerit, quia Pa-
„ pa in ſua electione, quæ apud Lugdunum
„ celebrata fuit, juravit, ſe nunquam aſcen-
„ ſurum Equum, vel Mulum, niſi iret Ro-
„ mam: quòd & ſervavit, quia navigio ivit
„ uſque ad Avenionem, & pedes aſcendit Pa-
„ latium, de quo poſteà niſi intrando Eccle-
„ ſiam majorem, quæ contigua Palatio eſt,
„ non exivit; & ſic ſuum ſacramentum præ-
„ ſtitum, ſicut fecit, nunquam equitavit;
„ undè prædictus Cardinalis ſibi non favit.
„ ſed Papa nihilominùs coràm aliis Cardi-
„ nalibus diſpoſuit ritè & legitimè Teſta-
„ mentum ſuum, recommendans Sanctã Ro-
„ manam Eccleſiam, & Nepotes ſuoa Cardi-
„ nalibus: & ſic ſecundo Nonas Decembris
„ poſt auditam Miſſam in aurora diei, &
„ Communione perceptâ, orando migravit
„ ad Dominum de hoc Sæculo, horã tertiâ,
„ Dominica die, quæ erat tunc II. Nonas
„ Decemeb. Sepultus eſt autem Avenione in
„ Eccleſia Cathedrali Nonis Decemb. Sedit
„ autem Annis XVIII. menſibus quatnor mi-
„ nus duobus diebus; & vacavit Sedea XVII.
„ diebua. Sed XIII. Kal. Januarii elegerunt
„ Cardinales Pontificem, ut inſra ſequetur.
Hactenus Ptolom. Lucen. Cum quo concordant
univerſi Scriptorea, ut ex ipſis m.ſ. ex Co-
dicibus Vaticanis exhibitia à Raynaldo ad
hunc Annum certum fit.

638 Ipſo itaque tumulato, Cardinales, ex
more, ingreſſi Conclave ſextadecima ab Joan-
nia obitu die, ſummâ omnium conſenſione
elegerunt in Romanum Pontificem Jacobum
Novellum, appellatum etiam Fornerium,
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Car-
dinalem, Tituli S. Priſcæ, qui ſibi nomen Be-
nedict XII. indidit, licèt reverà dicendus eſ-
ſet XI. Hic fuit patriâ Tholoſanus, ex vul-
garibus Parentibus ortus, qui Ordinem Ci-
ſtercienſium ingreſſus, adeò virtute & lite-
rarum ſcientiâ claruit, ut meruerit ad Car-
dinalatus faſtigium ex præfato Ordine evoca-
ri; inde ex Cardinalatu ad ſupremam digni-
tatem elevari. De hoc Pontifice pauca hæc
ſcribit Antoninus, par.3. tit.21. cap.7. in prin-
cipio: „ Poſtquàm Joannes XXII. Papa ap-
„ poſitus eſt ad Patres, ſucceſſit in Sede Pe-
„ tri Benedictus XII. infimæ conditionis in
„ Sæculo, ſed moribus & ſcientiâ clarus:
„ Anno Domini MCCCXXXV. & ſedit an-
„ nis VII. unus ex Cardinalibus, ſed ad illam
„ dignitatem Cardinum aſſumptus ex Mona-
chali ſecta Ordinis Ciſtercienſia. *Hæc ille*,
qui tamen errat in conſignando Anno, cùm
conſtet eodem menſe Decembri, quo deceſſit
Joannes, ſubſtitutum Benedictum: ac proinde
labente Domini Anno MCCCXXXIV. quo-
niam à Kalendis Januariis ex Eccleſiæ conſue-
tudine novus auſpicatur Annus. Hinc apud
Labæum in vita Benedicti dicitur: „ Bene-
„ dictus XI. (*ſicut reverà eſſet dicendus*) qui
„ nomine priſtino dictus erat Jacobus Tho-
loſa-

„ loſanus, ex Ordinis Ciſtercienſis Cardi-
„ nale, die poſt obitum Joannis decimoſexto
„ ad Pontificatum evectus eſt XIII. Kal. Ja-
„ nuarii, Anno MCCCXXXIV. regnante
„ Ludovico IV. (*veriùs tyrannidem exer-
cente) Imperatore. *Hactenus ille*. Natum Saverduni Appamiarum Diœceſis, nonnullis ferunt, quem ex Abbate Monaſterii Fontisfrigidi creatum primùm Epiſcopum Mirapiſcenſem volunt, & inde ex Epiſcopo à Joanne XXII. ad Cardinalitiam dignitatem promotum.

639 De hujus porrò Pontificis creatione, ejuſque ante coronationem geſtis hæc Ptolemæus Lucenſis lib. 24. cap. 43. ſcribit:
„ Anno Dominicæ Incarnat. MCCCXXXIV.
„ idibus Decembris Cardinales omnes inclu-
„ duntur, Num. XXIV. per Comitem Nova-
„ lium in Palatio Avenionenſi, in quo Papa
„ Joannes deceſſit. In Vigilia autem Thomæ
„ Apoſtoli XIII. Kal. Januarii, Anno Domini
„ MCCCXXXIV. Cardinales prędicti, nume-
„ ro XXIV. elegerunt in Papam unum ex ſe,
„ videlicet Dominum Jacobum Presbyterum
„ Cardinalem tituli S. Priſcæ, natum de Pro-
„ vincia Tholoſana, Monachum Ordinis
„ Ciſtercienſis, Magiſtrum Theologiæ, & vo-
„ catus eſt Benedictus XII. Qui in primo con-
„ ſiſtorio ſuo, quod habuit, ſcilicet XII. Kal.
„ Januarii, mandavit Eccleſias reparari Ro-
„ manas S. Petri, item Eccleſiam Lateranen-
„ ſem, & alias Eccleſias, & Palatia ibidem
„ deſolata, & ad fabricam dotavit L. millia
„ florenorum. Item ad ſubveniendum neceſ-
„ ſitatibus ſuorũ fratrum Collegio Cardina-
„ lium donavit centum millia florenorum.
„ Dixit etiam, quòd vellet pacem reforma-
„ re in tota Eccleſia. In die autem Nativita-
„ tis Domini Noſtri Jeſu Chriſti in publica
„ Miſſa, quàm celebravit Dominus Petrus
„ Epiſcopus Præneſtinus, fecit gratiam om-
„ nibus, qui interfuerunt, ſeptem annos,
„ & ſeptem quadragenas de injunctis pœni-
„ tentiis: diebus autem S. Stephani, & S. Joan-
„ nis tres annos, & tres quadragenas. Anno
„ autem Domini MCCCXXXV. Benedictus
„ XII. deſcendit de Palatio, in quo electus
„ fuit, & ivit aſſociatus cum Cardinalibus,
„ ut moris eſt, ad locum Fratrum Prædicato-
„ rum VII. Idus Januarii, & VI. Idus Janua-
„ rii in craſtinum ibidem coronatus eſt per
„ Dominum Neapolionem Cardinalem Dia-
„ conum. Et V. Idus Januarii reaſcendit ſuum
„ palatium, & petitiones ſibi oblatas primo
„ die poſt coronationem recipere recuſavit;
„ voluit enim ſcire conditionem perſonę ſup-
„ plicantis, & ſummam redditaum, & ſi im-
„ petrans ante fuerit beneficiatus. *Hæc ille*.

640 Die porrò ſequenti à ſua Coronatione ſcripſit literas Encyclicas incipientes, *Altitudo Cæleſtis Conſilii*, in quibus inter alia de ſua electione hæc habet: „ Sanè fœlicis
„ recordationis Joanne Papa XXII. prede-
„ ceſſore noſtro nuper, ſicut Domino placuit,
„ ab hac luce ſubtracto, & ad Cœleſtem pa-
„ triam ab hujus Mundi miſeria, ſicut piè
„ credimus, evocato; ejuſque corpore cum
„ exequiarum ſolemnitate debitâ tumulato,
„ Venerabiles fratres noſtri Epiſcopi Presby-
„ teri, & Diaconi S. R. Eccleſiæ Cardinales,
„ de quorum numero tunc eramus, pro fu-
„ turi ſubſtitutione Paſtoris convenientes in
„ unum, ſub deliberatione Conſilii, quam
„ tanti negotii qualitas exigebat, habito ſu-
„ per electionis futuri Papæ celebratione tra-
„ ctatu, licèt conſentire potuiſſent in alios
„ majorum meritorum claritate conſpicuos,
„ & plurimùm virtutum titulis inſignitos;
„ tandem ad perſonam noſtram dirigentes
„ unanimiter vota ſua, Nos ad Summi Ponti-
„ ficatus apicem, Divinæ dignationis cle-
„ mentia, evocarunt. *Hæc de ſua electione Benedictus in prælibatis literis datis V. Idus Januarii*.

641 Itaque Benedictus inter alia ſtudia ad dirimendam controverſiam de ſtatu animarum ſeparatarum, quæ ſub Joanne XXII. deceſſore ſuo excitata nonnulla ſcandala pepererat, animum applicuit, ſuper qua controverſia jam antea cùm adhùc Cardinalis eſſet, jubente Joanne, tractatum, & quidem ſcripſerat, cujus plura fragmenta ex M. S. Codice Vaticani exhibet Raynaldus tùm ſub Anno Domini MCCCXXXV. à num. 9. cùm ſub anno ſequenti à num. 4. & ſeq. Et quoniam eà tempeſtate non defuerunt viri aſſerentes, antefatum Joannem Pontificem dogmatizaſſe ſuper hac controverſia, & paratum fuiſſe definire Apoſtolico Fidei Decreto, Sanctorum Animas non viſuras Dei faciem, nec Cœlum ingredi niſi poſt finale Judicium, ſicut nec impios in infernum detrudi ad illud uſque tempus: ideò primùm à nobis examinandus eſt controverſię ſtatus, quæ à Joanne XXII. agitabatur: Deinde, an in ſenſu quo agitabatur, prædictus Pontifex quidquam definire attentaverit: Præterea, quænam quorundam antiquorum Patrum opinio in eadem fuerit controverſia: Et poſtremò firmanda erit Catholica, & univerſalis Eccleſiæ de eadem re fides, & ſententia; Itaque,

De hujus controverſiæ ſtatu.

642 Non una, & eadem controverſia eſt, Sanctorum Animas ante finale Judicium in Cœlum ingredi, aut non ingredi, & videre, aut non videre Deum frui ſcilicet, aut non frui Viſione beatificâ. Fuit namque, & adhùc eſt quorumdam ſententia, Sanctorum Animas nullo pacto, quantumvis purgatas, & Sanctas in Cælum recipi ante finale judicium: Sed, & aliorum opinio fuit, præfatas Animas in Cœlo recipi, faciali tamen Viſione, & beatifica non frui, fruituras poſt carnis reſur-

re-

rectione-n, & finale univerſale Judicium. Prima opinio Grçcorum, & aliorum Orientalium fuit, & modò eſt, ut ſtatim dicemus: Secunda verò, & Latinorum quorundam Catholicorum ætate Joannis XXII. fuit, prout exponit Benedictus XII. in ſupra laudato opere, ſive tractatu, in cujus præfatione inter alia ſcribit: ,, De prima enim quæſtione aliqui di-
,, xerunt, quòd dictæ Animæ Sanctorum,
,, licèt poſt Domini aſcenſionem eſſent in
,, Cœlo in magna claritate, & ibi eſſent in
,, requie, quia de cætero non haberent mor-
,, tis, vel corporalia, vel ſpiritualis timo-
,, rem, nec aliquam afflictionum pœnalem de,
,, vel pro peccatis præteritis, vel ex aliqua
,, alia cauſa, nec etiam timerent de cætero
,, in peccatum quodcumque labi, tamen uſ-
,, que poſt generale judicium facialem Divi-
,, næ eſſentiæ viſionem, & fruitionem, in qui-
,, bus beatitudo plena conſiſtit, non habe-
,, bant, nec habituræ erant: *Sed* interim ſta-
,, bant ſub Altare Dei in Cœlo, ideſt ſub
,, Chriſti humanitate glorificata, eam viden-
,, do, & conſolationem magnam de ejus vi-
,, ſione, & præſentia ſuſcipiendo, & etiam
,, in Sanctorum Angelorum conſortio: & in
,, prædictis bonis exiſtendo, beatæ ac in Pa-
,, radiſo, & in regno Cœlorum eſſe diceban-
,, tur: dicentes, quod talis beatitudo ante
,, corporum glorioſam reſurrectionem, dictis
,, Animabus à corporibus ſeparatis congrue-
,, bat; *Sed* in generali reſurrectione reſume-
,, rent ſua corpora glorioſa, cum quibus ad
,, Chriſti Judicium venientes, data ſententia
,, per eum, dicendo eis: *Venite benedicti Pa-*
,, *tris mei, poſſidete Regnum, quod paratum*
,, *eſt vobis à conſtitutione Mundi*, ad Dei vi-
,, ſionem, fruitionem beatificam pervenirent.
Hæc ille.

643 Sumptâ verò quæſtione in primo ſenſu, numquam à Catholicis dubitatum fuit, quin Sanctorum Animæ purgatæ in Cœlum recipiantur. In Cœlum namque non recipi, ſed in aliquo loco uſque ad Judicii univerſalis diem aſſeruari, fuit Orientalium, ut præmiſi, opinio, & ſententia, præcipuè Schiſmaticorum Græcorum: quam & modò etiam retinent, ſecutæ in eodem errore Græcos aliæ quoque Schiſmaticæ Orientis nationes. Et in hoc ſenſu quæſtionem hanc agitare non potuit, nec in mentem cecidiſſe Joannis, qui ſecundùm receptam à S. Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia doctrinam, in fidei ſerie, ſive formula ad diverſos Orientales miſſi, credendum prçſcripſit, Sanctorum Animas à corporibus ſine labe ſolutas, vel jam pœnis Purgatorii purgatas mox in Cœlum recipi, inquiens, agens de fide, quam docet, tenet, & prædicat Sancta Romana Eccleſia, ut videre eſt in literis, prçcipuè datis ad Schiſmaticos Orientis Epiſcopos, maximè per Imperium Tartarorum degentes, quas cap. 7. num. 500. recitavimus: ,, Illorum verò Ani-
,, mas, qui poſt Sacramentum Baptiſmatis
,, nullam omninò peccati maculam incurre-
,, runt, illas etiam, quæ poſt contractam pec-
,, cati maculam, vel in ſuis manentes corpo-
,, ribus, vel eiſdem exutæ, ſunt purgatæ,
,, in Cœlum mox recipi: Illorum autem Ani-
,, mas, qui in mortali peccato, vel cum ſolo
,, Originali diſcedunt, mox in Infernum de-
,, ſcendere, pœnis tamen ac locis diſparibus
,, puniendas. *Hæc Joannes in ſerie fidei ad Orientales*, quam pariter miſit ad Cathajanos, ad Perſas, ad Armenos, Naſcarinos, & alios. Et ita non eſt probabile, voluiſſe revocare in controverſiam id, quod tanquam definitum, & fide certum, aliis præſcripſerat credendum.

644 Deinde idem Joannes in literis datis ad Raymundum Patriarcham Hieroſolymitanum, quas ſupra cap. 9. num. 563. recitavimus inter Græcorum Cypri errores, quos extirpandos jubet, recenſet, hunc, nimirum, quòd nullus Sanctorum ſit in Paradiſo niſi poſt Judicium finale: ,, Et inſuper, *iniquit*,
,, quòd Græci aliqui, qui pro maiori parte
,, in Regno morantur eodem, negant Pur-
,, gatorium, & Infernum, aſſerentes menda-
,, citer, & temerè, nullum Sanctorum eſſe
,, in Paradiſo uſque poſt Judicium Genera-
,, le, ſed interim in certo loco quieſcere
,, ſine pœna; & hoc etiam de malis aſſerere
moliuntur. *Hæc Joannes*. Non eſt ergo credibile, voluiſſe in dubium revocare opinionem, quam in aliis damnaverat; aut controverſiam excitarem de re jam definita, & ab Eccleſia Romana retenta, & prædicata. Status ergo controverſiæ agitatæ ab eodem Joanne, in eo tantùm ſiſtebat: An Sancti in Cœlo ante Judicii diem fruerentur Viſione Beatifica.

An in hac controverſia Joannes aliquid diffinitivè docuerit.

645 Nonnulli, qui adverſabantur Joanni, Schiſmatis Ludovici Bavari Sectatores, inter quos noſter Guillelmus Ochamus, Michael à Ceſena, & alii, dùm hæc agitabatur controverſia, per calumniam dixerunt, præfatum Joannem in quibusdam habitis ſermonibus Anno Domini MCCCXXXI. in feſto omnium Sanctorum, & in Dominica tertia Adventus, & anno ſequenti in vigilia Epiphaniæ, dogmatizaſſe, docendo, *quòd Sancti in Cœlo non vident, nec videbunt uſque ad diem generalis Judicii, & futuram corporum reſurrectionem faciem Dei, ſive divinam eſſentiam; Sed tantummodò vident, & videbunt uſque ad futurum univerſale judicium humanitatem Chriſti*. Hinc antefatus Guillemus Okamus in ſuo Defenſorio contra Joannem XXII. incipit: *Univerſis Chriſtifidelibus*; Reſpondens poſt decimum articulum, ad primum ait:
,, Ad evidentiam autem hujus, eſt ſciendum,
,, quòd dictus Papa Joannes ultra prçfatos er-

„ rores ſuperaddidit hereſes hæreſibus cumu-
„ lando. Fecit enim quędam ſermonem Anno
„ Dñi MCCCXXXI. in Feſto omnium San-
„ ctorum, qui incipit: *Mementote Patrum*
„ *veſtrorum*; Et alium in eodem anno in tertia
„ ſequenti Dominica de Aduentu, qui incipit;
„ *Gaudete in Domino ſemper*; & alium, qui
„ incipit: *Tolle puerum, & matrem eius*, quem
„ fecit anno ſequenti in vigilia Epiphaniæ,
„ in quibus tres errores peſtiferos dogmati-
„ zavit. Primus error eſt: *quòd Animæ San-*
„ *ctorum, quantumcumque Juſtorum à corpore*
„ *ſeparatæ non viderunt, nec vident, nec vi-*
„ *debunt Deum facie ad faciem ante diem fu-*
„ *turi Judicii generalis, & futuram corporum*
„ *reſurrectionem*. Addit poſtea ſecundum, &
tertium, quos ei adſeribit errores, quòd nec Reprobi, nec Dęmones cruciantur, nec cruciabuntur in Inferno ante prædictũ Judicii diem, qui duo errores videntur conſecutivè ex primo ſequi à paritate rationis. Hadrianus quoque in 4. ſent. in quæſt. de Confirmatione circa finem, hujus opinionis Joannem fuiſſe fatetur, quemadmodùm, & Gerſon in Sermone de Paſcha; & Marſilius in 4. ſent. quæſt. 13. art. 3. licèt iſti non dicant quidquam definiiſſe ſolùmvè aſſerunt, hanc opinionem Joannem fuiſſe ſectatum; non tamen ex hoc, ut hæreticus damnandus, ait Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 14. quoniam quandò ſic ſenſerat Joannes, nihil planè definitum ab Eccleſia fuerat.

646 Verùm certiſſimum eſt, quæſtionem hanc agitatam à Joanne, nihil tamen diffiniviſſe, aut diffinitivè docuiſſe, ſed gratiâ inveſtigandæ nondùm ab Eccleſia definitæ veritatis, Sanctorum Patrum id idem docentium teſtimoniis, ac rationibus uſum in ſuis diſputationibus, & ſermonibus. Teſtatur hoc Benedictus XII. ejus ſucceſſor, qui in prælaudata præfatione ad opus prædictum, quod intitulavit: *De Beatitudine Animarum Sanctorum à peccatis, & pœnis purgatarum*; ubi de Joannis Papæ opinione hæc habet; „ Quam-
„ vis autem ſupradictus prædeceſſor meus,
„ pro illa parte ſupradictarum quæſtionum,
„ quam non teneo, nec tenui, ſolùm induxe-
„ rit rationes, & auctoritates in ſermonibus,
„ & in ſcriptis, & non pro parte, quam te-
„ neo; tamen frequenter tam in ſermonibus,
„ quàm in conſiſtorio, dixit publicè coràm
„ magna multitudine populi, quòd illa, quæ
„ dicebat circa iſta, non dicebat niſi confe-
„ rendo; & quia pro parte illa, ad quam in-
„ ducebat rationes; & auctoritates, parùm
„ aut nihil per alios inductum fuerat, ideò, ut
„ veritas clariùs appareret, ex tali collatio-
„ ne pro parte illa, quæ indefenſa eſſe uſque
„ tunc videbatur, dictas probationes induce-
„ bat. *Hæc ille*. Hoc ſanè confirmant ejuſdem
Joannis literæ datæ ad Reginam Franciæ, exhibitas à Rayn. ad Ann. Dñi MCCCXXXIV. ſub num. 27. ſic ſe habentes &c.

Reginæ Franciæ.

647 „ Quid circa quæſtionem Viſionis
„ Animrum ordinaverimus, ad regalem no-
„ titiam credimus, diù eſt, perveniſſe. Injun-
„ ximus quidem fratribus noſtris Sanctæ Ro-
„ manæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Prælatis
„ aliis, & Doctoribus Theologiæ ac juris
„ Canonici præſentibus in Curia, ut ſuper
„ illa cum diligentia ſtudeant, nobiſque quid
„ eis videtur exponant: quod ut promptiùs
„ poſſent facere, multarum auctoritatum tam
„ Canonis, quàm Originalium Sanctorum
„ pro utraque parte collectorum copiam fe-
„ cimus. Et ut hæc diligentiùs ſtuderent fa-
„ cere, ſententiam excomunicationis in ipſos
„ voluimus incurrere, qui præmiſſa non ad-
„ implerent, abſolutione nobis, noſtriſque
„ ſucceſſoribus reſervatâ. Gratia Dñi No-
„ ſtri Jeſu Chriſti ſit tecum, chariſſima filia,
„ quæ in agendis te dirigat, & proregat ab
„ adverſis. Datum xv. Idus Martii, Anno
XVIII. *Hactenus literæ*, quarum ſimiles ſcripſit etiam Archiepiſcopo Rhotomagenſi. Porrò & in literis pariter datis ad Regem Franciæ, ab eodem Raynaldo recitatæ ad Annum Domini MCCCXXXIII. ſub num. 46. apparet, nihil definiendo docuiſſe, ac libertatem utrique parti reliquiſſe uni, vel alteri adhærendi opinioni, donec aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit; ſunt autem literæ tenoris ſequentis,

Philippo Regi Francorum.

648 „ Regalem notitiam volumus non
„ latere, quòd dudùm ad noſtrum auditum
„ relatio fide digna perduxit, quòd nonnul-
„ los Magiſtros in Theologia audiveras aſſe-
„ rentes, quòd, fili chariſſime, tua magni-
„ ficentia illos induxerat, ut quòd Animæ
„ Sanctæ ante ſuorum reſumptionem corpo-
„ rum videbant clarè Divinam eſſentiam,
„ prædicarent: immò plùs eorum aliqui, ſeù
„ aliquis aſſerebant, ſeù aſſerebat, quòd il-
„ lum, ſeù illos, qui hoc facere renuebant,
„ ſeu renuebat, capitulaveras ſatis durè. Ab
„ aliis verò audivimus, quibus fidem pror-
„ sùs adhibemus, quòd præceptum tale, ſeù
„ inductio ab ore regio non proceſſit: Sed ut
„ Princeps zelator veritatis, quam diligis,
„ & in tuo regno prædicari deſideras, & ſer-
„ vari, aliquibus, qui forſan dicebant, ſeù
„ fingebant ſe propter metum aliquem non
„ audere talia prædicare, dixiſti, quòd metu
„ cujuſquam perſonæ non ſinerent veritatem
„ in præmiſſis, vel aliis prædicare. Hoc pro-
„ fectò dicere decebat, & decet Regiam Ma-
„ jeſtatem. Cùm autem hanc quæſtionem
„ Beatus Auguſtinus interdùm in ſcriptis
„ ſuis reputaverit valdè dubiam, & circa
„ eam variaſſe dicatur; & nec dùm ipſe, ſed

& mul-

Digitized by Google

,, & multi Doctores alii circa iſtàm materiam
,, variant; propter hoc, ut veritas poſſit me-
,, liùs aperiri, Nos interdùm in noſtris ſer-
,, monibus mentionem habuimus, non pro-
,, ferendum verbum de noſtro capite, ſed di-
,, cta Scripturæ Sacræ, Sanctorum, præci-
,, puè illorum, quorum Scripturę ab Eccleſia
,, ſunt receptæ; multiq; tam Cardinales, quàm
,, alii coràm Nobis, & alibi in ſuis ſermo-
,, nibus pro, & contra de iſta materia ſunt
,, locuti, & nedùm in ſermonibus, immò
,, publicè, Prælatis ac Magiſtris in Theolo-
,, gia præſentibus, eſt in Curia pluriès quæ-
,, ſtio hujuſmodi, ut ſic pleniùs poſſet inve-
,, niri veritas diſputata.

649 ,, Et quia, fili dilectiſſime, forsàn
,, tibi dicitur, quòd nos non ſumus in Theo-
,, logia Msgiſter, audi quid unus ſapiens
,, dicat: *Non quis*, inquit, *ſed quid dicat*,
,, *intendit*. Utinam fili, ſicut, & aliàs me-
,, minimus nos ſcripſiſſe, vellet audire, quæ
,, in noſtris ſermonibus diximus, Regia Cel-
,, ſitudo, & ut ſuperiùs prędiximus, unum
,, verbum de capite noſtro nos non protu-
,, liſſe reperies, ſed quæ vel Chriſtus, vel
,, Apoſtoli, vel Sancti Patres, & Doctores Ec-
,, cleſiæ protulerunt. Hæc Venerabili fratri
,, noſtro Petro Rhotomagenſi Archiepiſcopo
,, tradidimus, ut ea, ſi tibi liberet intendere,
,, duceret exponenda: cui, & nunc ſcribi-
,, mus, ut hæc impleat, ſi tuæ placuerit Ma-
,, jeſtati.

650 ,, Interdùm quidam hoc ſcripſerunt,
,, & dixerunt, quòd hæc quęſtio erat tua,
,, quòd tua prudentia per totum regnum,
,, partem illam prædicari tanquam veram fa-
,, ceret, & aliam, ut hæreticam reprobari:
,, Multiſque comminati ſunt Religioſis, &
,, Sęcularibus, ſub umbra tui culminis, ſi par-
,, tem illam, quòd Animæ ſeparatæ Divi-
,, nam eſſentiam non videant, & viſionem,
,, quam vocat Apoſtolus, facialem, quod de
,, illa procedit quæſtio, illos capi facerent
,, per Inquiſitores hæreticæ pravitatis: Hęc,
,, fili chariſſime, licèt veritate, ut ſupponi-
,, mus, careant, quamquam benè credamus,
,, quòd ad hæc facienda, & dicenda, tuam
,, Excellentiam duxerint ſtimulandam, ad
,, honorem regium nequaquam pertinere no-
,, ſcuntur.

651 ,, Et quia, amantiſſime fili, ſcimus,
,, quòd in his, vel aliis, ut elucidetur veritas,
,, intendes, rogamus benevolentiam regiam,
,, ut per fidelem, ſeù fideles Nuncios Magi-
,, ſtris in Theologia, & Baccalauriis Pariſiis
,, legentibus, & degentibus, facias nunciari,
,, quòd talibus minis illatis non obſtantibus,
,, quilibet dicere, & diſputare, & prædicare
,, valeat, quod ſibi juxta doctrinam Evan-
,, gelicam, & Apoſtolicam diſputandum vi-
,, debitur, & etiam prædicandum, donec
,, aliud ordinatum per Sedem fuerit Apoſto-
,, licam, vel etiam declaratum: Sic enim ad
,, veritatē quæſtionis prædictæ poterit prom-
,, ptiùs perveniri. Datum XIV. Kal. Decem-
,, bris, Anno XVIII. *Hactenus Joannis li-*
,, *teræ*.

652 Deinde evulgatâ famâ, licèt mendaci, quòd Joannes miſiſſet Pariſios Geraldum Othonem Generalem Miniſtrum Ordinis Minorum (quem ad Regem Philippum delegaverat, ut ab eo exquirerent, an Oratores pro urgenda Eduardi, & Davidis Concordia mittere vellet) ad effectum promulgandi opinionem illam, quòd ſcilicet Sanctorum Animæ non ſunt viſuræ faciem Dei, niſi poſt Judicium univerſale (nam prædictus Generalis in concione habita eâdem occaſione Pariſiis, eam opinionem expoſuerat) Pontifex verò per alias literas datas VI. Idus Martii ejuſdem ſui Pontificatus XVIII. Anni, ſe purgavit, inquiens: ,, Adhùc in ejsdem literis
,, regiis vidimus contineri, quòd à pluribus
,, dicebatur, quòd nos miſeramus dilectū filiū
,, Geraldum Othonis Generalem Miniſtrum
,, Fratrum Minorum Pariſios ad docendum,
,, & prædicandum, quòd Animæ ſeparatæ à
,, corpore, & à pœnis purgatæ, Divinam eſ-
,, ſentiam uſq; poſt reſurrectionem corporum
,, non videbant. Ad quod dicimus, & aſſeri-
,, mus coràm Deo, quòd nunquā hoc cor no-
,, ſtrum intravit, nec exivit ab ore. *Hæc illa*,
ut recenſet ſæpe laudatus Raynaldus, ad Annum Domini MCCCXXXIV. ſub num. 30.

653 Conſtat inſuper, prędictum Joannem, non ſolùm ex ſuis literis, verùm, & aliorum teſtimonio, curam demandaſſe examinandi hanc quæſtionem viris doctis: ac ita teſtatur Cardinalis S. Priſcæ, poſtea Benedictus XII. in ſæpe laudata præfatione ad tomum, *de Beatitudine Animarum Sanctarum*, ubi paulò poſt initium habet: ,, Idcircò cùm in tali
,, ſtatu Deus ſuâ gratiâ, & miſericordiâ,
,, nullis meis meritis præcedentibus, in Ec-
,, cleſia poſuerit, juxta mandatum talium duo-
,, rum Principum Apoſtolorum illud, quod
,, mihi videatur ſanæ doctrinæ adverſari, tam
,, motus propriâ conſcientiâ, quàm præcepto
,, fœlicis recordationis Joannis Papæ XXII.
,, prædeceſſoris, & Patris mei, ac ſingularis
,, benefactoris, quæ à tempore, quo aſſum-
,, ptus fui ad Cardinalatum, in Eccleſia emer-
,, ſerunt, quantum Dominus dignatus fuit
,, mihi concedere, redarguere pro poſſe, &
,, convincere volui. *Hæc ille*, qui circa finem
præfationis ſubnectit, prædictum ſuum libellum, vel tomum lectum fuiſſe coràm multis Cardinalibus, & Prælatis, & Magiſtris in Theologia, aliiſque viris doctis, & per eos longo tempore examinatum. Ex quo apparet ſolius indagandæ veritatis cauſâ à Joanne XXII. quæſtionem hujuſmodi fuiſſe diſcuſſam. Qua de re etiam Durando Epiſcopo Meldenſi ſcribendi ſuper eadem quæſtione cura commiſſa fuit: qui edito libello, eidem poſtea Pontifici examinandum obtulit, licèt

Digitized by Google

probaverit, errorem eſſe aſſerere, Animas Sanctorum non viſuras Dei faciem, niſi poſt mortuorum reſurrectionem & finale Judicium. Joannes ergò in mente habuit definire hanc controverſiam, quam adhùc indefinitam tractabat, non tamen ſecundùm opinionem, quam ſectari videbatur, ſed ſecundùm Sanctorum Patrum teſtimonia, & Sacrę Scripturæ, accuratè & diligenter à Viris doctis examinata, quòd poſtea à morte præventus executioni demandare minimè potuit, prout teſtatur idem Benedictus XII. etiam in Bulla hujus controverſiæ deciſiva, inferiùs ſuo loco recitanda, & in ſæpedicti libelli præfatione:

654 Extat inſuper Facultatis Pariſienſis Decretum juſſu Regis editum, eiq; oblatum, vivente adhùc Joanne; & quidèm propter nonnullos, qui ſępèfatum errorem eidem Joanni tribuebant, quaſi diffinitivè illum docuiſſet: In quo decreto aſſeritur, nihil in ea controverſia Joannem diffinitivè affirmaſſe, ſed materiam per modum dumtaxat familiaris congreſſus pertractaſſe: Quod Decretum exhibet D. Coiffetenu Epiſcopus Maſſilienſis in ſua ad myſterium iniquitatis reſponſione, ita ſe habens,

Sereniſſimo Principi ac Domino, D. Philippo Regi Francorum Illuſtri, ſui devoti Capellani ejuſdem miſeratione Petrus Patriarcha Hieroſolymitanus; Petrus Archiepiſcopus Rothomagenſis; Guillelmus Bernardi Cancellarius Pariſienſis; Ioannes de Blangiaco Archidiaconus Agri Vileaſſini in Eccleſia Rothomagenſi; Nicolaus de Lyra Ordinis Fratrum Minorum &c.

655 „ Placuit Veſtrę Regiæ Majeſtati nos Dominica quarta Adventus Domini in veſtro Manerio in Nemore de Viceania ad ſui præſentiam convocare, noſque requirere, quòd vellemus juramentum præſtare, quòd ſuper petendis à nobis de ſtatu Animarum Sanctorum à corporibus exutarum, veritatem, quam ſentiebamus, fideliter, & abſque palliationis cujuſcumque velamine diceremus; præſato autem juramento per nos præpoſito; duæ nobis fuerunt propoſitæ quæſtiones: I. Utrùm Animæ Sanctorum in Cœlo exiſtentes videant Divinam Eſſentiam facié ad faciem ante reſumptionem corporum, & ante Judicium generale. II. Utrùm Viſio, quam de Eſſentia Divina nunc habent, evacuabitur in die extremi Judicii, alia ſuccedente: Et quia, Princeps Sereniſſime, vos, ut Dominum noſtrum chariſſimum Fundatorem & Gardiatorem Pariſienſis Studii, & noſtræ ibidem Theologicæ Facultatis, Regemque præcellentem revereri tenemur, & veſtris juſſionibus obedire, attendentes ſpecialiter id, quod ab ore veſtro ibidem audivimus, quòd nihil in hac materia quærebatis, quòd tangere poſſet Sanctiſſimum Patrem ac Dominum noſtrum Joannem, dignâ Dei providentiâ Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summum Pontificem, cujus ſumus devoti ſervi ac filii; quinimò ſicut filius ejus devotiſſimus honorem ſuum in his & aliis zelabitis; advertentes, quòd multorum fide dignorum relatione audivimus, quòd quidquid Sua Sanctitas in hac materia dixit, non aſſerendo, ſed opinando protulerit, ſed ſolummodò recitando; conſiderantesque, quòd juxta Principis Apoſtolorum doctrinam de ea, quæ in nobis eſt fide & ſpe, debemus omni poſcenti nos reddere rationem,

656 „ Sigillatim quod ſentiebamus ſuper petitis reſpondimus, & omnes in hanc ſententiam convenimus, quòd à tempore mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem pretium Redemptionis generis humani extitit perſolutum, omnes animæ Sanctorum Patrum, quas idem Salvator noſter ad Inferos deſcendens, eduxit de Lymbo, cæterorumque Fidelium animæ, quæ de corporibus exierunt, nihil habentes purgabile, vel quæ jam in Purgatorio ſunt purgatæ, ad viſionem nudam & beatificam, intuitivam, & immediatam Divinæ Eſſentiæ, & benedictiſſimę Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quam Apoſtolus, primo ad Corinth. 13. nominat viſionem faciei ad faciem, erunt aſſumptæ, ipsâque Deitate beatâ perfectè fruuntur; & jam quod crediderunt videntes, quod ſperaverunt tenentes, non in ſpe, ſed in re ſunt beatæ, quamquàm dicta viſio, quam nunc habent, reſumptis corporibus minimè evacuabitur aliâ ſuccedente, ſed ipſamet in eis, cùm ſit earum vita & natura, perpetuò remanebit. Et quià, Princeps Inclyte, poſtmodùm in die Sancti Joannis Evangeliſtæ nos feciſtis Pariſiis congregari, & ibidem fuimus veſtro nomine requiſiti, ut illud, quod die dicta Dominicâ quarta Adventus in veſtra præſentia dixeramus, redigeremus in ſcriptis noſtris, ibidem ſigillis appenſis, licèt ſupplicaviſſemus, quòd de his, quæ jam dixeramus, dignaretur veſtra Celſitudo Regia contentari, vel quod ſicut quis ſigillatim reſponderat, ità & in ſcriptis redigeret ſigillatim; tamen nolentes veſtris juſſionibus contraire, præſentes literas ſub appenſione ſigillorum noſtrorum in præmiſſorum teſtimonium Regiæ Excellentiæ duximus concedendas. Et nos Guillelmus le Petit, Henricus de Soniona &c. in eadem Facultate Doctores, qui in dicta convocatione facta in Nemore Vincennarum præſentes non fuimus ex cauſis legitimis impediti, poſtmodùm in aliis congregationibus fuimus requiſiti præmiſſis quęſtionibus conſimiliter cum præfatis Patri-

bus

„ bus & Magiſtris per omnia reſpondemus, & idem quod ipſi dixerunt in prædicta materia, credimus & ſentimus, in cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra unà cum ſigillis eorum præſentibus literis duximus apponenda. Datum Pariſiis apud Sanctum Mathurinum in noſtra Congregatione Generali Magiſtrorum in Theologia Regentium & non Regentium, ſecundo die Januarii, Anno Domini 1333.

657. Denique ex ipſiusmet Joannis XXII. proteſtatione facta in publico Cardinalium Conſiſtorio die tertia Januarii, ejusdem ſui Pontificatus Anno XVIII. quam per Tabelliones regiſtratam voluit, ut per univerſum Orbem mitteretur, certò certiùs conſtat, nihil in hac controverſia definiviſſe, nec in mentem veniſſe definire, quòd Sanctorum animæ non ſint viſuræ Dei faciem uſque ad poſt finale Judicium. Exhibet præfatam proteſtationem ſæpefatus Raynaldus ad Annum MCCCXXXIV. n. 28. quæ ſic ſe habet.

658 „ Nè quis ſiniſtrè interpretari poſſit, nos ſenſiſſe aliquid, aut ſentire, quòd Sacræ Scripturæ obviet, aut Fidei orthodoxæ, dicimus & proteſtamur expreſsè: quòd quidquid in quæſtione, ſeù materia viſionis animarum, videlicèt, an animæ à peccatis & pœnis peccatorum purgatæ videant Divinam Eſſentiam illâ viſione, quam Apoſtolus vocat, facialem; ſeu quæcumque alia materia in ſermonibus & collationibus noſtris diximus, allegavimus, ſeù propoſuimus, non intendentes aliquid determinare, vel decidere, ſeù credere, quod eſſet quovis modo Scripturæ Sacræ obvium, vel contrarium Fidei orthodoxæ, ſed illud ſolùm tenère & credere, quod & Scripturæ Sacræ poteſt, & poterat, & catholicæ Fidei convenire; & ſi forſan in prædictis ſermonibus, vel collationibus aliqua, quæ vel Scripturæ Sacræ, vel Fidei orthodoxæ quovis modo eſſent, vel viderentur obvia, ipſa præter intentionem à nobis fuiſſe prolata dicimus & aſſerimus, eaque revocamus expreſsè, non intendentes illis adhærere, nec ea in præſenti defendere, nec etiam in futurum. *Hactenus Joannis proteſtatio*.

659 Ad quam reſpexit Ptolomæus Lucenſis lib. 24. cap. 42. relatus à Raynaldo, ut ſæpè fati ſumus, dùm ait: „ In Conſiſtorio proteſtatus fuit coràm Cardinalibus, Prælatis, & Cappellanis, quòd in prædicta quæſtione nihil definiendo, ſed recitando dixerat; & quòd paratus eſſet revocare, ſi qua enormia dixiſſet; & quæ plures auctores pro & contra collegerant, fecit tunc legi in conſiſtorio quinque diebus. *Hæc ille.* Et Frater Bonagratia, licèt cum Guillelmo Ochamo Pontifici adverſarius, in ſuo Commentario aſſervato in Vaticano, ut prædictus Raynaldus refert, hanc veritatem negare non potuit, inquiens: „ Anno Domini MCCCXXXIV. de menſe Januarii in Conſiſtorio publicè coràm Cardinalibus, & maxima multitudine Prælatorum & Clericorum primò fecit legi allegationes & rationes aliquorum, qui tenent, quòd animæ Sanctorum ex nunc clarè vident faciem Dei, ſive Divinam Eſſentiam. *Inde ſubnectit verba à Joanne poſt lecturam prædictam prolata, nimirum*: Quia nos ſtuduimus in Originalibus, iſta propoſuimus; nunquam tamen fuit noſtræ intentionis dicere aliquid contra Fidem; & ſi aliquid diximus, totum ex nunc revocamus; & ſi quis magnus, vel parvus aliquid habet pro concluſione affirmativa, ſecurè det nobis, & libenter recipiemus, & ſuper hoc mandamus fieri publicum Inſtrumentum. *Hactenus Bonagratia*. Præter hæc ad extremum vitæ ſuæ alia publicavit ſuæ mentis declarationem, communiter à Scriptoribus relatam, tenoris videlicet ſequentis.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

660 „ Nè ſuper his, quæ de animabus ſeparatis à corpore, & purgatis, an circa reſumptionem corporum, Divinam Eſſentiam viſione illâ videlicet, quam vocat Apoſtolus, facialem, videant, tam per nos, quàm per nonnullos alios in præſentia noſtra, recitando & allegando Sacram Scripturam, ac originalia, & dicta Sanctorum, vel aliàs ratiocinando, ſæpiùs dicta fuerunt, aliter quàm per nos dicta & intellecta fuerant, intelligantur, ac dicantur, & auribus fidelium valeant inculcari: Ecce quod noſtram intentionem, quam circa ſtatum animarum ſeparatarum habemus, & habuimus, ſerie præſentium declaramus.

661 „ Fatemur ſiquidèm & credimus, quòd animæ purgatæ, ſeparatæ à corporibus, ſint in Cœlo, Cœlorum Regno, & Paradiſo cum Chriſto in conſortio Angelorum congregatæ, & videant Deum facie ad faciem, & Divinam Eſſentiam clarè, in quantum conditio & ſtatus patitur animæ ſeparatæ. Si verò alia, vel aliter circa materiam hujuſmodi per nos dicta & prædicata, vel ſcripta fuerunt, quoquo modo diximus, prædicavimus, vel ſcripſimus contra præmiſſa, vel alia, quæ Fidem Catholicam concernunt, Sacramque Scripturam, aut bonos mores, illa abnegamus, & determinationem Eccleſiæ, & Sacræ Scripturæ approbamus. Aliàs autem dicta, vel ſcripta illa habemus, & habere volumus, pro non dictis & ſcriptis, eaque revocamus expreſsè. Ac prædicta omnia & quæcumque dicta & prædicata fuerunt, vel ſcripta per nos, de quacumque materia, ubicumque, & in quocumque loco, & in quocumque ſtatu, quem habuimus & habemus, vel habuerimus,

Digitized by Google

„ mus, omnia ſubmittimus determinationi
„ Eccleſiæ, ac ſucceſſorum noſtrorum. Nulli
„ ergò omninò liceat hominum hanc pagi-
„ nam noſtræ declarationis & conſtitutionis
„ infringere, vel ei auſu temerario contraire.
„ Datum Avenione III. nonas Decembris,
„ Pontificatus noſtri Anno XIX. *Hactenus Joannis declaratio*, Quam & ſuperiùs recitatam proteſtationem confirmant Benedicti XII. literæ ſuper hac materia expeditæ Anno primo ſui Pontificatus, tenoris videlicet ſequentis.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,

662 „ Sicut habet humanæ naturæ cor-
„ ruptio, quòd dictum unius facilè ſequitur
„ multitudo, quòdque minores dicta majo-
„ rum in deteriorem partem frequenter in-
„ terpretari nituntur; ſic habet rectæ ratio-
„ nis ordo, cui teſtimonium Sanctorum Pa-
„ trum aſſiſtit, quòd facilitati & interpreta-
„ tioni hujuſmodi ſemper veritas prævalet
„ rei geſtæ. Sanè cùm jamdudùm per non-
„ nullos revocaretur in dubium, an ani-
„ mæ à corporibus ſeparatæ, ac à peccatis
„ & pœnis peccatorum purgatæ ante re-
„ ſumptionem corporum videant Divinam
„ Eſſentiam, illâ videlicet viſione, quam vo-
„ cat Apoſtolus, facialem; & ſuper hoc, tam
„ in ſermonibus, quàm in aliis collationibus,
„ & collocutionibus per fœlicis recordatio-
„ nis Joannem Papam XXII. prædeceſſorem
„ noſtrum, & plures alios in ejus præſentia
„ multa dicta, recitata, ſcripta, & prædica-
„ ta fuiſſent; volens idem prædeceſſor verbis
„ & linguis malignantium obviare, Anno à
„ Nativitate Domini Milleſimo treccenteſimo
„ trigeſimo quarto, Indictione ſecundâ, die
„ tertiâ menſis Januarii, Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum nume-
„ ro tunc eramus, multiſque Prælatis, & in
„ Sacra Theologia Magiſtris, aliiſque per-
„ ſonis & Tabellionibus publicis in Conſi-
„ ſtorio Apoſtolico coràm eo perſonaliter
„ conſtitutis, dixit, & aſſeruit, & proteſta-
„ tus extitit ſub hac forma: Nè quis ſiniſtrè
„ interpretari poſſit, *& cætera, ſicut in ſupra*
„ *recitata proteſtatione, ſub num.655. Qua per*
„ *extenſum relata, ſubjungit.*

663 „ Demùm quoque idem prędeceſſor
„ decumbens in lecto infirmitatis, de qua
„ deceſſit, intentionem, quam ſuper præmiſſis
„ habuerat & habebat, volens clariùs & ſe-
„ rioſiùs aperire, Anno à Nativitate prædi-
„ cto, die videlicet tertiâ menſis Decembris
„ proximò præteriti, nobis tunc nominato
„ Jacobo tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero
„ Cardinali, & Venerabilibus Fratribus Pe-
„ tro Prænestino, Bertrando Oſtienſi, Gau-
„ cellino Albanenſi, Joanne Portuenſi, &
„ Anibaldò Tuſculano Epiſcopis; ac dilectis
„ filiis noſtris, Matthæo tituli Sanctorum
„ Joannis & Pauli, Raymundo tituli S. Eu-
„ ſebii, Petro tituli S. Martini in Montibus,
„ Petro tituli S. Stephani in Cœlio Monte,
„ Petro tituli S. Praxedis, Imberto tituli Ba-
„ ſilicæ XII. Apoſtolorum, Talayrando ti-
„ tuli S. Petri ad Vincula, & Petro tituli S.
„ Clementis Presbyteris; ac Jacobo S. Geor-
„ gii ad Velum aureum, Luca S. Mariæ in
„ Via lata, Raymundo S.Mariæ Novæ, Gal-
„ hardo S.Luciæ in Silice, Bertrando S.Ma-
„ riæ in Aquino, Arnaldo S. Euſtachii, &
„ Joanne S. Angeli, Diaconis Cardinalibus,
„ & nonnullis Prælatis, & Tabellionibus
„ publicis præſentibus, & propterea ſpecia-
„ liter evocatis, quandam literam gloſſatam
„ ſub ejus nomine legi fecit, ac ſe crediſſe,
„ & credere declaravit; & confeſſionem, re-
„ vocationem, & ſubmiſſionem fecit, de qui-
„ bus in ipſa litera agebatur, ſub his verbis;
„ Nè ſuper his, quæ de animabus purgatis,
„ *& cætera, ſupra relata ſub num.657.* Quibus
„ omnibus abſolutis, ſubjungit.

664 „ Verùm, licèt idem prædeceſſor ſu-
„ per hujuſmodi contentis in dicta litera
„ gloſſata voluerit, & mandaverit fieri pu-
„ blica inſtrumenta, ipſamque literam bullæ
„ ſuæ munimine roborari; quia tamen ſuper-
„ veniente obitu ejus, hujuſmodi litera bul-
„ lata non extitit, nos volentes, quòd hujuſ-
„ modi ejuſdem prædeceſſoris declaratio, &
„ omnia alia ſupradicta ad communem fide-
„ lium notitiam deducantur, ſuper contentis
„ in dicta litera, & aliis ſupraſcriptis, de
„ præfatorum Cardinalium fratrum noſtrorū
„ conſilio præſentes literas, bulla noſtra mu-
„ nitas fieri mandavimus, in teſtimonium
„ præmiſſorum. Nulli ergò liceat hominum
„ paginam noſtræ voluntatis, & mandati in-
„ fringere, vel ei auſu temerario contraire.
„ Datum Avenione XVI. Kal. Aprilis, Anno primo. *Hactenus Benedicti litera.*

665 Ex itaque hactenus deductis conſtat, ſtatum controverſiæ agitatæ à Joanne XXII. in eo ſtetiſſe, an Sancti in Cœlo ante Judicii diem & corporum reſurrectionem videant Divinam Eſſentiam faciali illâ viſione; de qua loquitur Paulus in Epiſtola 1. ad Corinth. cap.13. verſ.12. per illa verba: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.* Secundò apparet, Joannem Pontificem nullo pacto definiviſſe, aut diffinitivè docuiſſe præfatas Sanctorum animas in Cœlo non viſuras Eſſentiam Divinam uſque poſt Finale & Univerſale Judicium ac corporum reſurrectionem. Ex quibus diverſæ adverſariorum refelluntur calumniæ. Et primò aſſerentium, Joannem paratum fuiſſe Decreto Apoſtolico decernere, Sanctos in Cœlo non viſuros Dei faciem uſque poſt Judicium Finale, ſed divinitùs ex hac vita ſublatum, rem executioni nequaquàm demandare potuiſſe: conſtat namque

Digitized by Google

que contrarium tùm ex proteſtatione facta
die III. Januarii, ineunte Domini Anno
MCCCXXXIV. cùm ex alia declaratione
ante ejus obitum edita die III, menſis De-
cembris ejuſdem labentis anni. Si enim die
ante ejus obitum, & mentem declaravit, &
profeſſus eſt ſe credere, præfatos Sanctos in
Cœlo videre Deum & Divinam Eſſentiam
clarè facie ad faciem, ſequitur figmentum eſ-
ſe, dicere paratum fuiſſe contrarium definire,
ac nè hoc faceret divinitùs ereptum: qui cum
eſſet nonagenarius, neſcio cui miraculo ad-
ſcribi poſſit ejus mors.

666 Secundò refelluntur Calvini menda-
cia, qui lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 28. ſcribit, Joan-
nem Papam XXII. negaſſe animæ immortali-
tatem; neminem Cardinalium ſe illi oppo-
ſuiſſe; Regem Galliæ Philippum interdixiſſe
ſuis communionem Pontificis, niſi reſipuiſſet:
& denique coactum à Rege Galliæ, palino-
diam recantaſſe. Verba Calvini ſunt: „ At-
„ qui, ſi privilegium quod obtendunt, ratum
„ eſſe volunt, expungant à numero Pontifi-
„ cum, oportet Joannem XXII. qui palàm aſ-
„ ſeruit, animas eſſe mortales, unàque cum
„ corporibus interire uſque ad diem reſurre-
„ ctionis. Atque ut videas totam ſedem cum
„ præcipuis ſuis fulturis tunc prorsùs conci-
„ diſſe, nemo Cardinalium huic ſe tantæ in-
„ ſaniæ oppoſuit. Sed Schola Pariſienſis Re-
„ gem Galliæ impulit, ut ad palinodiam ho-
„ minem cogeret; Rex ejus communionem
„ ſuis interdixit, niſi mox reſipiſceret: idque
„ de more publicavit per præconem. Hac ne-
„ ceſſitate adactus, ille errorem abjuravit.
Hæc Calvinus; & quidèm de ſuo capite, nul-
lum teſtem afferens niſi Joannem Gerſonem in
margine, quem tunc vixiſſe notat: *Teſtis*,
inquit in eo margine, *Joannes Gerſon, qui
tunc vivebat*.

667 Sanè ad refutanda hujus mendacia
ſatis eſſet oſtendere Joannem Gerſonem, cui
teſtimonio nititur Calvinus, tempore Joan-
nis XXII. nondùm natum fuiſſe, cùm, teſte
Trithemio, natum conſtet Anno Domini
MCCCLXIII. jam vitâ functo Joanne ferè
triginta ante Annos, qui, ut ſupra ſati ſumus,
deceſſit Anno Dñi labente MCCCXXXIV.
Cæterùm Gerſon in ſcriptis ſuis, ſolùm tom.
4. agens de Latrone in Cruce converſo, me-
minit Joannis XXII. doctrinæ, quam ex præ-
dicti Latronis facto refellendam dicit; ait
namque: „ Hoc fecit Latroni, qui veriſimi-
„ liter nondùm compleverat pœnitentiam
„ pro omnibus peccatis ſuis, qui fuit illâ
„ propriâ horâ beatificatus, & vidit Deum
„ facie ad faciem, ſicut Sancti in Paradiſo:
„ Propter quòd inſuper apparet falſitas do-
ctrinæ Papæ Joannis XXII. *Hæc tantum Ger-
ſon*, & cùm non explicet aliam doctrinam,
ſeu qualis fuiſſet, dùm tamen probat falſita-
tem illius ex Latronis facto, quem dicit vi-
diſſe Deum facie ad faciem, ſequitur doctri-
nam illam rejicere, qua Joannes tenère vide-
batur circa viſionem Dei. Porrò qui eâ tem-
peſtate vivebant, & maximè Pontifici adver-
ſabantur, & adversùs eum ſcribebant, de hoc
errore, quòd ſcilicet crederet, aut doceret,
animas cum corporibus interire, nec verbum
faciunt, quòd certè non omiſiſſent, ſi cogita-
re potuiſſent, hunc errorem in ejus mentem
veniſſe: ſi enim pro hæretico verbis & ſcriptis
declamatus ab æmulis fuit, eò quòd ſolùm
propendere videbatur in ſententiam de San-
ctorum Beatitudine, nondùm adhùc ab Eccle-
ſia definitam, quantò magis declamaſſent, ſi
contra Eccleſiæ definitionem verbum mini-
mum protuliſſet. De animæ immortalitate
nunquam in Eccleſia dubitatum fuit. Animam
eſſe immortalem ab initio Mundi, Deo reve-
lante, à Sanctis creditum eſt, à cujus immor-
talitate univerſa pendent Fidei Myſteria; qua
ſublata, falſa omnia convincuntur; & fuſtrà
Unigenitus Dei Filius humanam de Cœlo
deſcendens aſſumpſiſſet naturam, fruſtrà paſ-
ſus, fruſtrà crucifixùs, & fruſtranea univerſa
Redemptionis Myſteria, & quæ exinde ſe-
quuta ſunt.

668 Joannes ergò XXII. ſolùm adhæſiſſe
viſus eſt opinioni aſſerenti, Sanctorum Ani-
mas in Cœlo non viſuras clarè Divinam Eſ-
ſentiam ante finale Judiciũ. Et in hoc etiam
mendaciter fatetur Calvinus, neminem ex
Cardinalibus aliter ſenſiſſe, aut præfatæ opi-
nioni reſtitiſſe; quoniam Jacobus Cardinalis
Sanctæ Priſcæ, poſteà Benedictus Papa XII.
libellum ſcripſit de Beatitudine Animarum
Sanctarum, ut ſupra innuimus, in quo ſta-
tuit, Animas Sanctorum purgatas ante diem
Judicii clarè Deum videre viſione faciali.
Immò & Joannes, qui reverà non pertinaci-
ter adhærebat illi opinioni, ſed magis ad ve-
ritatem, nondùm definitam, indagandam al-
legationes, quæ ei favère videbantur, addu-
cebat, juſſit omnibus Cardinalibus, aliiſque
Prælatis & Doctoribus, ut ſincerè dicerent
quid in hac controverſia ſentirent, pro veri-
tate indaganda, ut Benedictus XII. in ſua
Bulla definitiva, inferius ſuo loco recitanda
teſtatur. Et Joannes Villanus illius ævi Scri-
ptor, lib. 10. cap. ultim. ſcribit, majorem
partem Cardinalium repugnaſſe illi opi-
nioni.

669 Deindè mendaciter quoque aſſerit
Calvinus, Regem Philippum interdixiſſe ſuis
communionem Joannis; Nam ex ipſis Joan-
nis literis ſuprà recitatis, datis ad prædictum
Regem, ſolùm evincitur, & quidèm ex fama,
non certò, prædictum Regem uſum operâ In-
quiſitorum hæreticæ pravitatis, nonnullos
illius opinionis Sectatores in carcerem de-
trudi feciſſe: Si enim ulteriùs, uſque ad inter-
dicendam Pontificis communionem progreſ-
ſus fuiſſet, non ſilentio in præfatis literis
præteriiſſet Joannes. De abjurato denique à
Joanne errore, falſum docet Calvinus; quo-
niam

nlam, ut ex ſupra relatis monumentis conſtat, ſententiam ſuam retractavit tantùm, nec dici poteſt, ex hoc abjuraſſe errorem, quia in errorem non inciderat, cùm adhùc nihil per Eccleſiam definitum fuiſſet. Et hæc ſatis pro declaranda opinione Joannis circa hanc controverſiam: Sed quænam fuerant Joannis Papæ fundamenta, quibus nitebatur pro antedicta opinione, videndum modò reſtat.

Fundamenta, ex quibus Joannes Papa XXII. permotus, videbatur inclinare in præfatam ſententiam.

670 Primum fundamentum Joannes potuit è Scriptura eruiſſe, & primò ex illo Pauli dicto ad Hebr. cap. 11. verſ. 39. ubi enumeratis Patribus, qui Deo per fidem placuerunt, concludit: *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.* Ubi Theodoretus exponens, ait: ,, Horum ergò tot & tanta fuerunt certamina, ſed hi tamen nondùm coronas acceperunt. Expectat enim univerſorū Deus aliorum certamina, ut ſoluto ſtadio, ſimùl omnes, qui vicerint victores, renunciet. *Hæc ille*, indicans per hæc verba, omnes ſimùl electos coronaturos ſoluto ſtadio, ideſt in fine Mundi. Cui & adhęrere videtur Theophylatus, non diſſimiliter locum Pauli exponens. Secundò, ex illo Joannis, Epiſtolâ 1. cap. 3. verſ. 2. *Scimus, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum, ſicuti eſt*, ideſt, ut aliqui exponunt, cùm venerit ad judicandum, ſimiles ei erimus, non naturâ, ſed qualitate, fœlicitate, ſplendore, & gloriâ æternâ, quoniam, tunc videbimus eum, ſicuti eſt, facie ſcilicet ad faciem. Tertiò, ex loco Apocalypſis, cap. 6. verſ. 9. *Et cùm aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſub Altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant*; Ex quo loco nonnulli inferebant, Sanctorum Animas corporibus exutas, in aliquo loco retineri uſque ad Judicii diem. Sic & Vigilantius apud Divum Hieronymum, in libro adverſus eundem Vigilantium, ubi ait, eidem loquens hæretico: *His enim, vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel ſubter aram Dei, Animas Apoſtolorum, & Martyrum conſediſſe, nec poſſe ſuis tumulis, & ubi voluerint, adeſſe præſentes.* Alii verò pro Altari ſumebant humanitatem Chriſti, ſub qua fatebantur, in Cœlo Animas recondi, contentas tantùm præſatâ frui humanitate uſq; ad Judicii diem, prout Jacobus Cardinalis S. Priſcæ, poſteà Benedictus XII. ſæpèſatus, in prædicta ſui Libelli præſatione recenſet.

671 Sed hæc Scripturæ teſtimonia non viſa ſunt concludentia; quoniàm Pauli teſtimonium exponi poteſt de promiſſione Meſſiæ; nam Chriſtus fuit Patribus promiſſus, quam promiſſionem, ſive repromiſſionem non acceperunt decedentes ante Verbi Incarnationem; de qua locutus eſt Chriſtus Dominus, quandò dixit: *Multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.* Poteſt inſuper rectè exponi, etiam loqui de Animæ beatitudine, quam non ſunt conſecutę ante Chriſti mortem, licèt longè priùs deceſſiſſent, expectant & nos, ideſt, ut non prævenirent nos, ſed expectarent uſque ad Chriſti adventum, ut cum Sanctis novi Teſtamenti repromiſſionem acciperent. Denique exponi poteſt de repromiſſione perfectæ Beatitudinis, ac integræ, animæ ſcilicet & corporis, quam Electi non ſunt conſecuturi, niſi poſt reſurrectionem corporum, licèt priùs conſecuti ſint ſolius Animæ Beatitudinem.

672 Præſatum enim Pauli teſtimonium expendit Primaſius, ſimùlque annectit & locum Apocalypſis ſupra citatum, ex quo illuſtrat Pauli dicta. In Commentario ergò hujus Epiſtolæ ad Caput XI. versùs finem, loquens de Sanctis, de quibus Paulus, qui teſtimonio fidei probati, tamen repromiſſionem non acceperunt, ait: ,, Dicit ergò aliquis: ,, Quid eis profuit Deo ſerviſſe, ſi hactenùs ,, ſine pręmio permanent? Abſit hoc à Fidelium cordibus, ut credamus eos ſine prę,, mio manere; adhùc quippè mortali carne ,, circumdati, magnum pręmium perceperunt, vivendi ſcilicet, Deum cognoſcendi, ,, multaque mirabilia patrandi; nunc verò ,, quieſcunt in anima in Beatitudine Regni ,, Cœleſtis ineffabili lætitiâ perfruentes.

673 ,, Sed videamus, *ſubjungit*, quid ,, Joannes de illis in Apocalypſi ſua dicat, ,, ſicque nobis manifeſtabitur, quam promiſ,, ſionem non perceperunt: *Vidi*, inquit Joan,, nes, *ſub altare Dei animas interfectorum ,, propter verbum Dei, quod habebant, & cla,, mabant voce magna, dicentes: Uſquequò, ,, Domine, Sanctus & verus non judicas, & ,, vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui ha,, bitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ,, ſtolæ albæ; & dictum eſt illis, ut requieſce,, rent: tempus adhùc modicum, donec implea,, tur numerus conſervorum, & fratrum illo,, rum.* Singulas ſtolas modò habent Animæ ,, Sanctorum, de ſua immortalitate gauden,, tes, & de fœlicitate, qua fruuntur exul,, tantes: Binas verò ſtolas habebunt, cùm ,, in generali reſurrectione receperint im,, mortalitatem & incorruptionem in corpo,, re, quam modò habent ſolummodò in ani,, ma. Hanc ergò repromiſſionem necdùm ,, perceperunt, de qua Iſaias dicit: *In terra ,, ſua duplicia poſſidebunt*, poſt generalem re,, ſurrectionem. Et reverà ità dignum eſt, ,, ut qui in corpore & anima Deo ſervierunt, ,, in corpore pariter & anima remuneratio,, nem percipiant; quodque ſequitur; *Deo ,, pro nobis meliùs aliquid providente, uti ne*

ſine

„ *ſinè nobis conſummarentur*, hoc eſt, perfe-
„ ctionem conſequerentur illi. Modò huma-
„ no agitur, v.g. ſicut quidam filii reverten-
„ tes de agro dicunt Patri: Pater laboravi-
„ mus hodiè, æſtum Solis perpeſſi ſumus;
„ tempus eſt, ut tribuas nobis refectionem.
„ Et ille eis reſpondet: Suſtinete parumpèr,
„ filii, quouſquè veniant fratres veſtri, qui
„ ſimiliter laborant, & tunc cum eis pleniſ-
„ ſimè epulabimini: Sic omnipotens Deus
„ quodammodò egit, cùm non dedit Electis
„ immortalitatem in corpore; ut major glo-
„ ria ſit, majuſque deſiderium, cùm omnes
„ generaliter in die Judicii binas ſtolas acce-
„ perint; & hoc eſt, quod dicit: *Nè ſinè no-
„ bis*, qui adhùc hìc peregrinamur, perfe-
„ ctionem conſequerentur" in reſurrectione
„ corporum. *Hucìenùs Primaſius*.

674 Julianus quoq; Archiepiſcopus To-
letanus, lib. 2. Prognoſticon, cap. 35. ex loco
illo Apocalypſis probat ſanctarum Animarum
Beatitudinem ante extremum Judicium, dùm
ait: „ Animæ Beatorum mox, ut de ejus
„ corporis domicilio exeunt, donec veniant
„ ad reſurrectionis illius ultimum tempus,
„ jucunditate ſpiritus perfruuntur; atteſtan-
„ te Joanne de Animabus occiſorum propter
„ verbum Dei, & dicente: *Datæ ſunt illis
„ ſingulæ ſtolæ albæ*. Hæc ergò prima ſtola
„ eſt quietis & jucunditatis, qua poſt mor-
„ tem carnis anima tantùm perfruitur: Se-
„ cunda illa erit, cùm recepto corpore, de
„ animæ & carnis immortalitate lætabitur.
Hæc ille. Hinc cap. 36. relata Cypriani ſen-
tentia de Animarum ſanctarum ante Judiciū
Beatitudine, ait: *Tanti ergò Doctoris exhor-
tatione inſtructi veraciter tenère debemus, quòd
nequaquam poſt mortem viſione Dei fraudabi-
mur, ſed eo cum lætitia perfruemur, ſi hinc in
beneplacitis ſibi actibus vixerimus*. Subſequi-
tur poſteà cap. 37. probare cum Divo Augu-
ſtino, Sanctos cum Chriſto in Cœlis regnare
ante carnis reſurrectionem, & extremum Ju-
dicium.

675 Nec denique concludens videtur ar-
gumentum depromptum ex Epiſtola Joannis;
quoniam illud, *cùm apparuerit*, non refertur
ad Chriſtum, quaſi ſenſus ſit, *cùm apparue-
rit Chriſtus*, ſed magis ad nos, ut ſit ſenſus,
cùm apparuerit quid erimus; nam ante, ait Pau-
lus, *nondùm apparuit, quid erimus*; & poſteà
ſubnectit, *ſcimus enim, quia cùm apparuerit*,
ſcilicet, *quid erimus, ſimiles ei erimus, quia
videbimus eum ſicuti eſt*, ideſt, ſimiles Chri-
ſto erimus coràm oculis totius Mundi. Vi-
debunt enim nos in nubibus Chriſto aſſiden-
tes, ac ſimiles illi quoad externam corporis
gloriam, ortam ex eo, quòd *videbimus eum
ſicuti eſt*: Videre namque Deum, eſt Animæ
beatitudo, ex qua oritur gloria corporis.
Undè ajunt Sacri Expoſitores, quos ſequitur
Bellarminus, hunc locum alteri eſſe ſimilem;
ubi ad Coloſſ. cap. 3. Paulus ait: *Mortui eſtis,
& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo;
cùm autem apparuerit Chriſtus vita veſtra, tunc
& vos apparebitis cum ipſo in Gloria*. Et ità ex
Joannis teſtimonio ſolùm hoc evincitur, San-
ctorum gloriam, quam nunc poſſident, non
eſſe toti Mundo manifeſtandam, benè verò
in extremo Judicio, quandò cum Chriſto ap-
parebunt in Gloria.

676 Alterum argumentum deſumebatur
ex nonnullis Sanctorum Patrum Græcorum
teſtimoniis, & primo ex Juſtini Martyris re-
ſponſione data ad quæſtionem 60. ubi apertis
verbis ait: „ Quæ de Lazaro & Divite inſti-
„ tuta eſt narratio, neque parabola eſt, ne-
„ que hiſtoria; nàm parabola, oratio eſt rei
„ factæ, ad eam quæ futura eſt, ſimilitudi-
„ nem complectens; Hiſtoria vero, comme-
„ moratio rei factæ expoſitionem continens.
„ Neque enim ante Reſurrectionem vitæ cui-
„ que peractæ retributio contigit. *Et in* re-
„ ſponſione ad quæſtionem 66. Utilitas La-
„ tronis, *ait*, quod Paradiſum ſit ingreſſus,
„ hæc fuit, quòd Fidei commodum re ipſa
„ percepit, per quod dignus reputatus eſt,
„ qui Sanctorum cœtui adjungeretur, in quo
„ uſque ad diem Reſurrectionis, & remune-
„ rationis reſervatur.

677 Hoc tamen teſtimonium non viſum
eſt multum probare, quoniam, nec certum eſt
eſſe Juſtini: dubitatur namque, & meritò ab
eruditis, ſi præfatæ quæſtiones & reſponſio-
nes ſint Juſtini, vel alicujus recentioris Do-
ctoris, quòd probabilius creditur: nec etiam
ſi in recitatis locis mens Auctoris fuiſſet, ut
Sancti, ante corporum reſurrectionem nequa-
quam Deum viderent, ſibimet ipſi videre-
tur contrarius, cum in reſponſione ad quæ-
ſtionem 75. oppoſitum doceat, dum ait:
„ Poſt exitum verò animarum è corpore, il-
„ licò juſti ab injuſtis ſegregantur: abducun-
„ tur enim ab Angelis ad condigna ſibi loca.
„ Ac juſtorum quidem animæ in Paradiſum,
„ ubi conſuetudine, & aſpectu fruuntur An-
„ gelorum & Archangelorum, per viſionem
„ autem, & ipſius Servatoris Chriſti, pro
„ eo atque dictum eſt: *peregrè abſumus à
„ Corpore, & præſentes adſumus apud Domi-
„ num*; Injuſtorum autem animæ, in ipſius
„ Orci loca, pro eo atque dictum eſt de Na-
„ buchodonoſore Rege Babylonis: *Infernus
„ ſubter exacerbatus eſt in occurſum adventus
„ tui, & cætera*. Et aſſervantur quæque in
„ locis ſe dignis, uſque ad reſurrectionis, &
„ compenſationis diem. *Hæc ille*: quando
videlicet futura erit perfecta & integra non
ſolum animæ, ſed etiam corporis retributio;
in quo ſenſu dicendum eſt pariter locutum, in
reſponſionibus ſupra relatis, dum ait in quæ-
ſtione de Lazaro non dum factam retributio-
nem, integram ſcilicet & perfectam, quæ
animam reſpicit & corpus: & in quæſtione de
bono Latrone, dum dicit reſervatum inter
Sanctorum cœtum, uſque ad diem reſurrectio-

 nis,

nis, & remunerationis. Hæc quidem notavit Bellarminus, ſed gennini Juſtini omiſit referre ſententiam.

678 Itaque Juſtinus in Dialogo cun Triphone, ait: *Verum enim verò non mori univerſas animas affirmo, lucroſum namque hoc eſſet reveru mali. Quid igitur? Piæ quidem in loco quopiam meliore manent: injuſtæ verò & pravæ, in deteriore, Judicii tempus expectantes*. Et ne quis potet hoc dictum, quaſi pro meliori loco, ubi manere piorum animas fatetur, Cœlum intelligat, ſe infra declarat, rejciens opinionem aſſerentium, animas à corporporibus exutas, ſi piæ ſunt, in Cœlum recipi, quaſi ſic ſentientes carnis futuram negent reſurrectionem: Ait namque: „ Ta-
„ metſi cum quibuſdam verba communicaſtis,
„ qui Chriſtiani dicuntur, atque hoc ipſum
„ non confitentur, ſed maledicere audeant
„ Deo Abrahæ, & Deo Iſaaci, & Deo Ja-
„ cobi; quique dicunt, non eſſe mortuorum
„ reſurrectionem, verùm ſimul atque mo-
„ riuntur, animas ipſorum in Cœlum recipi;
„ nè tamen exiſtimetis eſſe Chriſtianos; per-
„ inde, ut neque Judæos, ſi quis rectè ſcrnte-
„ tur, dicat eſſe Sabducæos, aut perſimiles
„ hæreſes & ſectas Geniſtarum, & Meriſta-
„ rum, & Calilæorum, & Hellenianorum,
„ ſive Græcienſium, & Phariſæorum, Ba-
„ ptiſtarum, & alios (ne cum moleſtia me
„ omnia, quæ ſentio dicentem audiatis) ſed
„ Judæos quidem appellari, & filios Abra-
„ hæ, & confitentes labiis Deum; cor autem
„ illorum longè abeſſe ab eo. Ego autem, &
„ ſi qui rectè per omnia ſententiæ Chiſtiani
„ ſunt, & carnis reſurrectionem futuram no-
„ vimus, & mille annos in Hieruſalem in-
„ ſtaurata, & exornata, & dilatata, ſicut
„ Prophetæ Ezechiel, & Eſaias, & alii pro-
„ mulgant.„ *Hæc Juſtinus* qui hoc teſtimonio non ſolùm negare videtur animas Sanctorum ante corporum reſurrectionem non eſſe beatas, verum nec in Cœlum recipi aſſerit, eos velut hæreticos carnis negantes reſurrectionem & extremum judicium, pronunciat, qui in Cœlum ante tale tempus reeipi ſtatuunt.

679 Idem ſtatuiſſe Irenæum lib. 5. cap. 31. apparet, cum dicat: „ Cum enim Dominus
„ in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ
„ mortuorum erant, poſt deinde corporali-
„ ter reſurrexit, & poſt reſurrectionem aſ-
„ ſumptus eſt: manifeſtum eſt, quia & Di-
„ ſcipulorum ejus, propter quos & hæc ope-
„ ratus eſt Duminua, animæ abibunt in in-
„ viſibilem locum, definitum eis à Deo, &
„ ibi uſque ad reſurrectionem commorabun-
„ tur, ſuſtinentes reſurrectionem: poſt reci-
„ pientes corpora, & perfectè reſurgentes,
„ hoc eſt, corporaliter, quemadmodum &
„ Dominus reſurrexit, ſic venient ad conſpe-
„ ctum Dei: Nemo enim eſt Diſcipulus ſu-
„ per Magiſtrum: perfectus autem omnis
„ erit, ſicut Magiſter ejus. Quomodo ergo
„ Magiſter noſter non ſtatim evolana abiit,
„ ſed ſuſtinens definitum à Patre reſurrectio-
„ nis ſuæ tempus, (quod & per Jonam ma-
„ nifeſtatum eſt) poſt triduum reſurgena aſ-
„ ſumptus eſt. Sic & nos ſuſtinere debemus
„ definitum à Deo reſurrectionis noſtræ tem-
„ pus, prænunciatum à Prophetis, & ſic re-
„ ſurgentes aſſumi, quotquot Dominus ad
„ hoc dignos habuerit. *Hæc Irenæus*.

680 Cui teſtimonio occurrit Bellarminus lib. 1. de Sanctor. Beat. cap. 4. inquiena verba illa Irenæi, *deduci in inviſibilem locum*, non ſignificare eas interim non eſſe in Cœlo, aut non videre Deum, ſed tantum non eſſe in illa perfecta Beatitudine, in qua eſt Chriſtus, qui anima eſt beatus & corpore. Quòd confirmat diverſis conjecturis, Primò, quia hoc ipſo loco, dicit, Chriſtum deſcendiſſe ad Inferorum loca, ut Sanctorum animas inde extraheret, & ſalvaret. Si eas ergo extraxit, non ſunt ampliùs ibi; & ſi ſalvavit, ecce vident Deum; nec hæc eſt ſalus animarum: Secundò, Cùm dixiſſet Chriſtum deſcendiſſe ad Inferos antequam reſurgeret; & ſubjungeret, debere Diſcipulos imitari Magiſtrum ſuum, non tamen auſus eſt dicere, Diſcipulorum animas deſcendere ad Inferos: Sed ait, eas deduci in inviſibilem locum, quid prohibet intelligere Cælum, ubi eſt lux inacceſſibilis? Tertiò, quia Irenæus contendit, Diſcipulos debere in morte & requie, & reſurrectione Chriſtum imitari. At Chriſtus ſtatim à morte non fuit quidem Beatus corpore, ſed quievit tridno in Sepulchro, interim tamen anima erat beata, & in Paradiſo: ipſe enim dixit: Hodie mecum eris in Paradiſo: ergo etiam Sancti dum quieſcunt in ſepulchris, quantum ad corpora, animo ſunt in Paradiſo beati. *Hæc Bellarminus*. Et hoc pacto piè Irenæum interpetratua eſt Fevaardentius in notis ad hunc textum; ubi ait; „ Irenæm ex-
„ plicandum, quaſi velit Beatorum animas
„ nondum potiri regni illius perfectâ ſummâ-
„ que fœlicitate, ſed quaſi imminuta, & di-
„ midiata, loco à noſtris ſenſibus noſtraque
„ experientiâ remotiſſimo, cùm longe am-
„ pliora impoſterum recipienda, ſuperſint
„ premia in adventu Domini: in quo corpo-
„ ra, quorum maximo deſiderio tenentur,
„ & afficiuntur, immortalia jam jam reddi-
„ ta, ſubtilia, perlucida, & nunquam pa-
„ tibilia ſecum in conſpectu Dei aſportabunt.
Hoſtenus ille.

681 Verùm non eſt mirandum ſi aliqui ex antiquis Patribus potuerint hoc ſentire nondùm comperta rei veritate: plures namque in millenariorum errorem proùt à Papia propoſitum incidiſſe, fusè oſtendimus in noſtris Commentariis ad librum de hæreſibus beati Auguſtini, ubi de Nepotiona egimus hæreſi; quoniam tunc nondum quidquam fuerat ab Eccleſia deciſum: Ex quo errore quaſi

ex

ex conſequenti infertur, animas Deum non viſuras niſi poſt extremum Judicium, quoniam & ante Juſti erant prius reſurrecturi, & in Terris regnaturi mille annis cum Chriſto. Hinc Lactantius ex Latinis, qui in hac fuit ſententia lib. 7. cap. 22. diſertis verbis ait; *Nec quiſquam putet, animas poſt mortem protinus judicari, nam omnes in una communique cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus Judex meritorum faciat examen*; Et S. Auguſtinus lib. 20. de Civit. cap. 7. fatetur ſe aliquando fuiſſe in opinione Millenariorum, non ſecundum errorem Nepotianorum, ſed Papiæ, Juſtini, & aliorum. Unde nec mirandum ſi in hac quoque quæſtione, ut ipſe Joannes XXII. adnotaverat varius extitiſſet, & nos ejus dicta inferiùs alleganda, oſtendemus. Qui porrò hanc opinionem tutati ſunt Scriptores, nec quidem ubi uſque ad illum diem detineantur, concordant.

682 Et quidem Origenes lib. 2. Periarchon in fine, fatetur animas à corpore ſolutas deduci ad locum aliquem terreſtrem, ut ibi expolientur, & multa quæ ignorabant doceantur: deindè edoctas ad loca duci aerea, ad quædam alia ſublimiora diſcendum, denique ſupra Cœlum duci & ad Chriſtum, ubi platonizare in parte videtur: tamen concedit ad Chriſtum perveniri etiam ante Judicium: licet non conſtans ſibi ſit, cum Homilia 7. in Leviticum dicat, Sanctos nondùm recepiſſe lætitiam ſuam, nec quidem Apoſtolos, ſed expectare ut & cæteri participes fiant; niſi dicere velimus loqui de completa lętitia animæ & corporis, habitura ſolùm poſt corporum reſurrectionem. Moſes Barcepha Syrus Epiſcopus in Commentariis de Paradiſo par. 1. cap. 10. aſſerit, Sanctorum animas à corpore ſolutas detineri in Paradiſo terreſtri, unde ejectus fuit Adam: „ Ex illo porrò tempore, „ ait, (*Ex quo ſcilicèt Adam ejectus fuerat*,) „ uſque ad Chriſti adventum verſati ſunt in „ Paradiſo Enoch atque Helias: At verò poſt „ Chriſti Regis adventum, huic præterea rei „ ſervit, ut in ipſo habitent Animæ hominum juſtorum, piorumque atque eorum, „ qui per corporis ſui cruciatus Chriſti Fidem comprobarunt, quique fideles Deum „ amarunt, exutæ corporibus, uſque ad „ Reſurrectionis diem. *Hæc ille*, ſubjiciens Latronis boni animam in ipſum terreſtre Paradiſum fuiſſe ductam, ac de eo Paradiſo, Dominum locutum per illa verba: *Hodie mecum eris in Paradiſo*.

683 Tertullianus verò lib. 4. contra Marcionem cap. 34. qui & hanc opinionem Sectatus eſt, tradit Sanctorum animas ante Judicii diem retineri in regione aliqua, ſi non Cœleſti, Inferis tamen ſublimiore, quàm appellat Abrahe ſinum. *Eam itaque*, inquit, *Regionem ſinum dico Abrahæ, & ſi non Cœleſtem, ſublimiorem tamen Inferis, interim refrigerium præbituram animabus juſtorum*, *donec conſummatio rerum reſurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat*. Agit Tertullianus de hac re, tùm in lib. de Teſtimonio Animæ, cap. 4. tùm in lib. de Anima, cap. 65. & ſeq. Sic deniq; & Vigilantius apud D. Hieronymum in lib. contra eundem, ut ſupra adnotavimus, in ſinu Abrahæ detineri, vel in loco refrigerii, vel ſubter aram Dei fatebatur, nec ultro ſe explicavit: Idem verò Tertullianus in lib. de Anima, cap. 65. cit. refert nonnullorum opiniones diverſa loca conſignantium animabus ſeparatis, inquiens: *Nulli patet Cœlum, terra adhùc ſalva, nè dixerim clauſa. Cum tranſactione enim Mundi reſerabuntur Regna Cœlorum. Sed in Æthere dormitio noſtra cum pueraris Platonis, aut in aere, cum Ario, aut circa Lunam, cum Endimionibus Stoicorum*. Itaque etſi plures in eam convenerint ſententiam, ut aſſererent, ſeparatas animas uſque ad Judicii diem & corporum reſurrectionem, nec premia recepturas, nec pœnas luituras, aut nec in Cœlum duci, nec in Infernum mitti: in deſignando tamen eis loco, ubi interim detineantur, minimè inter ſe conſentiunt. Omiſſis modò cæterorum Auctorum, ſive Scriptorum, tàm Catholicorum, quàm etiam hæreticorum opinionibus, de animarum ſtatu ante judicii diem, potiſſimorum Patrum Sanctorum teſtimonia examinanda remanent, definitæ jam veritati conformia; & primò.

De Sancti Auguſtini mente, & quid in hac controverſia definitivè ſcripſit.

684 Hæſitatum eſt ab aliquibus Joannis XXII. tempore de Divi Auguſtini mente in hac controverſia, cujus varia reperta fuere teſtimonia; nam in expoſitione Pſal. 36. Conc. 1. ait: „ Qualis enim exieris de hac „ vita, talis redderis illi vitæ. Poſt vitam „ iſtam parvam nondùm eris ubi erunt Sancti, quibus dicetur: *Venite benedicti Patris* „ *mei, percipite Regnum, quod vobis paratum* „ *eſt ab initio Mundi*. Sed jam poteris ibi eſſe, „ ubi illum quondam, ulceroſum pauperem, „ dives ille ſuperbus & ſterilis in mediis ſuis „ tormentis vidit à longe requieſcentem. In „ illa requie poſitus, certè ſecurus expectas „ Judicii diem, quandò recipias & corpus, quando immuteris, ut Angelo æqueris. *Hæc ille*, qui & in Epiſtola cxi. data ad Fortunationem, expedens quæſtionem illam, an Deus, qui ſpiritus eſt, poſſit etiam per corpus videri, relata Hieronymi ſententia, quam accuratè explicare conatur, ait: „ In his verbis hominis Dei, multa conſideranda ſunt. „ Primùm, quia ſecundam apertiſſimam Domini ſententiam etiam ipſe ſentit, tunc nos „ viſuros faciem Dei, cùm in Angelos profecerimus, ideſt, æquales Angelis facti fuerimus, quod erit utique in reſurrectione mortuorum. *Hæc Auguſtinus*, ex quo teſti-

monio ſic argui licebit; tunc homines viſuri erunt faciem Dei, quandò effecti erunt ſimiles Angelis Dei, ut ex D. Hieronymo firmat Auguſtinus, ſed nonniſi poſt reſurrectionem, ſive in ipſa corporum reſurrectione effecti erunt ſimiles Angelis Dei: ergò nonniſi poſt corporum reſurrectionem poterunt homines faciem Dei videre: minor propoſitio Divi eſt Auguſtini, conſequentia igitur evidens eſt.

685 Sed & in lib. Enchirid. ad Laurentium, in fine cap. 110. ait: *Tempus autem, quod inter hominis mortem, & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut unaquæque digna eſt, vel requie, vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne cùm viveret*. Si ergò in receptaculis retinentur animæ ab obitus die ad judicium uſque finale, pro eo tempore, nec in Cœlo erunt animæ ſanctæ, nec de mente Auguſtini Deum videbunt; unde lib. 12. de Geneſi ad literam, cap. 35. ait: „ Sed ſi quem movet, quid opus „ ſit ſpiritibus defunctorum corpora ſua in „ reſurrectione recipere, ſi poſt eis etiam, „ ſine corporibus ſumma illa beatitudo præ„ beri; difficilior quidem quæſtio eſt, quàm, „ ut perfectè poſſit hoc ſermone finiri. Sed „ tamen minimè dubitandum eſt, & raptam „ hominis à carnis ſenſibus mentem, & poſt „ mortem ipsâ carne depoſitâ, & tranſcenſis „ etiam ſimilitudinibus corporalium, non ſic „ videre poſſe incommutabilem ſubſtantiam, ut Sancti Angeli vident. *Hæc ille*.

686 Verùm, Auguſtinum aliquandò de loco, ubi animæ Sanctorum ante corporum reſurrectionem conſiſtant, dubitaſſe, clarum eſt, negaſſe verò eis beatificam viſionem non ſic ex ejus ſcriptis deduci certò poteſt. Ex hoc namque ultimo allegato teſtimonio in lib. 12. de Geneſi, cap. 35. apparet, non prorſus animabus ſeparatis negare beatitudinem & Dei viſionem, verùm tantùm illam denegare viſionem, quam habent Angeli Sancti: *Non ſic videre poſſe incommutabilem ſubſtantiam, ut Sancti Angeli vident*: concedit videre, negat adeò perfectè ſicut Angeli Sancti: undè ſtatim ſubnectit: *Sive alia latentiore cauſa, ſive ideo, quia ineſt ei naturalis quidam appetitus corpus adminiſtrandi: quo appetitu retardatur quodammodò, ne tota intentione pergat in illud ſummum Cœlum, quamdiù non ſubeſt corpus, cujus adminiſtratione appetitus ille conquieſcat.* Et lib. 1. Retractationum, cap. 14. quærit, an Sancti jam defuncti, ſint in poſſeſſione ſummi boni, ut Deum videant facie ad faciem, non tamen negat, ſolùmve fatetur non eſſe ibi diſputandi locum, aut diſputando inquirere: *Sed utrùm*, ait. *ad contemplandam cordis oculis veritatem, ſicut dictum eſt. facie ad faciem, nihil ex hoc minùs habeant, non hic locus eſt diſputando inquirere*. Cæterùm ex lib. 2. Evangelicarum quæſtionum, queſt. 38. clariùs mens Sancti Doctoris aperitur.

687 Agit namque in ea quæſtione de Lazaro, & Epulone, illum poſt obitum in ſinum Abrahæ aſportatum, hunc verò ſepultum in Inferno; explicans inde quid ſit Abrahæ ſinus, ait: *Sinus Abrahæ, requies eſt Beatorum pauperum, quorum eſt regnum Cœlorum, in quo poſt hanc vitam recipiuntur*. Deinde exponens Inferni ſepulturam, ſubjungit: *Sepultura Inferni, pœnarum profunditas, quæ ſuperbos, & immiſericordes poſt hanc vitam vorat.* Deinde in fine quæſtionis, iterùm expendens quid per Abrahæ ſinum intelligatur, ait: „ Sinus Abrahæ intelligitur ſecretum Pa„ tris, quò poſt paſſionem reſurgens aſſum„ ptus eſt Dominus: quò eum portatum ab „ Angelis, ideò dictum puto, quia ipſam „ receptionem, qua in ſecretum Patris ab„ ſceſſit, Angeli annunciaverunt Diſcipulis „ intuentibus: Dicendo enim: *Quid ſtatis* „ *aſpicientes in Cœlum?* Quid aliud dixe„ runt, niſi nullo modo poſſe oculos homi„ num uſque in illud penetrare ſecretum, „ quò ibat Dominus, cùm in conſpectu Di„ ſcipulorum ferretur in Cœlum? *Hactenus* „ *Auguſtinus*. Ex quo loco apparet, quid velit Auguſtinus in Pſal. 36. dùm ait, Sanctorum Animas recipi, ubi Lazarus receptus fuerat viſus ab Epulone, hoc eſt, in Abrahæ ſinu, expectantes Judicii diem. Et quoniam lib. XI. de Civitate, cap. 9. tradit, ſanctas Animas ſecretis receptaculis, & ſedibus requieſcere; optimè explicari poteſt, per ſecreta receptacula, velle intelligere ſinum Abrahæ, & Patris ſecretum. Sicut, & exponi poteſt alter ejuſdem Auguſtini locus in Enchirid. cap. 100. quandò dicit: *Tempus, quod inter hominis Mortem, & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, Animas abditis receptaculis continet*, ſecretum ſcilicet Patris.

688 Clariſſimè inde loquitur, lib. 12. de Geneſi ad literam, cap. 32. ubi quærit: *Si cùm Anima de corpore exierit, utrùm ad aliqua loca corporalia feratur, an ad incorporalia*. Reſpondit: *Ad Spiritualia verò pro meritis fertur; aut ad loca pœnalia ſimilia corporibus*. Deinde inferiùs, cap. 34. ait, Animas Beatorum eſſe in tertio Cœlo, ubi raptus eſt Paulus, vel in Paradiſo, ubi ingreſſus eſt Latro, vel in ſinu Abrahæ, quæ tria diverſis nominibus idem ſignificare vult: „ Quapropter, *ait*, Animæ „ illius Latronis, cui dixit: *Hodie mecum* „ *eris in Paradiſo*, non utique inferos præ„ ſtitit, ubi pœnæ ſunt peccatorum, ſed „ aut illam requiem ſinus Abrahæ; Non enim „ alicubi non eſt Chriſtus, cùm ipſe ſit *ſa-* „ *pientia Dei attingens ubique propter ſuam* „ *munditiam*: aut illum Paradiſum, ſive in „ tertio Cœlo, ſive ubicumque alibi, quò „ poſt tertium Cœlum eſt raptus Apoſtolus: „ Si tamen non aliquid unum eſt diverſis no„ minibus appellatum, ubi ſunt Animæ Bea„ torum. *Et paulò infra*. Tertium verò (*Scilicet Cœlum*) quod mente conſpicitur, *ait*,

ita

„ ita ſecretâ, & remotâ, & omninò abreptâ „ à ſenſibus carnis, atque mundatâ, ut ea, „ quæ in illo Cælo ſunt, & ipſam Dei ſub„ ſtantiam, Verbumque Deum, per quod *fa„ cta ſunt omnia*, in Charitate Spiritus San„ cti ineffabiliter valeat videre, & audire: „ Non incongruenter arbitramur, & illùc „ eſſe Apoſtolum raptum, & ibi fortaſsè eſſe „ Paradiſum omnibus meliorē, etſi dici opor„ tet, Paradiſum Paradiſorum. Si enim Ani„ mæ bonæ lætitia in rebus bonis eſt in omni „ creatura, quid ea lætitia præſtantiùs, quæ „ in Verbo Dei eſt, per quod facta ſunt om„ nia? *Hæc Auguſtinus*.

689 Deinde lib. 20. de Civitate Dei cap. 7. ſuper verba illa Apocalypſis cap. 20. ubi Joannes ait, electos regnaſſe cum Chriſto mille Annos: *& regnaverunt cum Jeſu mille annis*; exponit regnare cum Chriſto annis mille, aliud non êſſe niſi regnare cum eo toto hujus ſæculi tempore, quod præcedit ſecundùm ejus aduentum, & carnis reſurrectionem, & Judicium extremum: poſtea cap. 13. Quærit, an cum Chriſto regnaverint omnes Martyres, qui pro Chriſto paſſi ſunt ante ultimam futuram ſub Antichriſto perſecutionem, & dicit, abſurdiſſimum eſſe hoc negare: & ſtatim ſubnectit: „ Sed certè Animæ victrices Glorio„ ſiſſimorum Martyrum, omnibus doloribus „ ac laboribus ſuperatis atq; finitis, poſtea„ quàm mortalia membra poſuerunt, cum „ Chriſto utique regnaverunt, & regnant, „ donec finiantur mille anni, ut poſtea re„ ceptis etiam corporibus jam immortalibus „ regnent. *Hæc ille*.

690 Item in expoſitione Pſalmi 119. ſuper illa verba: *Heù mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt*: ait: „ Multum à te receſſi, „ peregrinatio mea facta eſt longinqua. Non„ dùm veni in patriam illam, ubi cum nullo „ malo victurus ſum. Ubi ſcandala non ti„ mebo. *Et infra*: Inimicos habuit, ut de „ Patria pelleretur, & cum peregrinaretur, „ invenit, quod non habebat in patria. Non „ ſic eſt patria illa Hieruſalem, ubi omnes „ boni. Quicumque inde peregrinatur, in„ ter malos eſt, nec recedere à malis poteſt, „ niſi cùm redierit ad ſocietatem Angelo„ rum, ut ibi ſit undè peregrinatur. Ibi om„ nes juſti, & Sancti, qui fruuntur Verbo „ Dei ſine lectione, ſine literis; quod enim „ nobis per paginas ſcriptum eſt, per faciem „ Dei illi cernuntur. *Hæc Auguſtinus*.

691 Sed & in Meditationum libro abſque ulla ambiguitate verborum, tam clarè, tam apertè tradit, Sanctorum Animas poſt hujus vitæ peregrinationem, frui in Cælo viſione beaticâ, & Deum videre facie ad faciem, ut nemo in hac controverſia de ejus mente dubitare poſſit. Siquidem cap. 22. exponit vitæ illius fœlicitatem, quam Deus præparavit diligentibus ſe; aitque: „ O tu „ vita, quam præparavit Deus his, qui dili„ gunt Deum, vita vitalis, vita beata, vita „ ſecura, vita tranquilla, vita pulchra, vita „ munda, vita caſta, vita ſancta, vita igna„ ra mortis, neſcia triſtitiæ, vita ſine labe, „ ſine dolore, ſine anxietate, ſine corruptio„ ne, ſine perturbatione, ſine varietate, & „ mutatione, vita totius elegantiæ, & di„ gnitatis pleniſſima, ubi non eſt adverſa„ rius impugnans, ubi nulla peccati illece„ bra, ubi eſt amor perfectus, & timor nul„ lus, ubi dies æternus, & unus omnium „ ſpiritus, ubi Deus *facie ad faciem cernitur*, „ & hoc vitæ cibo mens ſine defectu ſatiatur! „ *Et poſt alia*. Vtinam nunc conceſsâ mihi „ peccatorum veniâ, moxque hac carnis ſar„ cinâ depoſitâ, in tua gaudia veram requiem „ habiturus intrarem: & tuæ Civitatis præ„ clara atque ſpacioſa mœnia, coronam vitę „ de manu Domini accepturus ingrederer: „ ut illis ſanctiſſimis Choris intereſſem, ut „ cum Beatiſſimis Spiritibus Gloriæ Condi„ toris aſſiſterem, ut præſentem Chriſti vul„ tum cernerem, ut illud ſummum, & ineſ„ ſabile, & incircumſcriptum lumen ſemper „ aſpicerem.

692 Optat ergò Auguſtinus depoſitâ carnis ſarcinâ in requiem Domini intrare, illiſque frui bonis, quæ ſunt in Cœleſti illa beatitudine, vitâque beatâ: fruſtrà autem optaret poſt exitum illis perfrui bonis, ſi credidiſſet, Animas ſanctas illa non conſecuturas bona, niſi poſt finale judicium. Et quoniam nullatenùs in dubium tunc revocabat, ſtatim ſanctas Animas ab omni culpa, & reatu pœnæ purgatas, Cælum ingredi, & frui beatâ viſione; ſubjungit immediatè cap. 23. inquiens: „ Fœlix Anima, quæ terreno reſoluto „ corpore, optat libera Cœlum petit, ſecura eſt, & „ tranquilla, non timet hoſtem, neque mor„ tem: habet enim præſentem, cernitque in„ deſinenter pulcherrimum Dominum, cui „ ſervivit, quem dilexit, & ad quem tandem „ læta, & glorioſa pervenit. Hanc verò tan„ tæ beatitudinis gloriam nulla dies minuet, „ nullus improbus poterit auferre. *Viderunt „ eam filiæ ſion &c.* Quàm læta exit, feſtinat, „ currit, cùm dilectum ſuum ſibi dicentem „ attonitis auribus audit? *Surge, propera ami„ ca mea, & veni &c.* Veni, ut læteris in con„ ſpectu meo cum Angelis meis, quorum „ ſocietas tibi à me repromiſſa eſt. Veni poſt „ multa pericula, & labores; intra in gau„ dium Domini tui, quod nemo tollet à te. „ *Et ſtatim cap. 24. ſubnectit*: Fœlices San„ cti Dei omnes, qui jam pertranſiſtis hujus „ mortalitatis pelagus, & pervenire merui„ ſtis ad portum perpetuæ quietis, ſecurita„ tis, & pacis: Securi, & tranquilli ſem„ perque feſtivi, atque gaudentes. Obſecro „ vos per veſtram charitatem, qui ſecuri „ eſtis de nobis, ſoliciti eſtote de nobis: Se„ curi eſtis de veſtra immarceſcibili gloria, „ ſoliciti eſtote de noſtra multiplici miſe-

ria.

Digitized by Google

„ ria . Per ipſum vos rogo , qui vos elegit ,
„ qui vos tales fecit , de cujus pulchritudine
„ jam ſatiamini , de cujus immortalitate jam
„ immortales facti eſtis , de cujus beatiſſima
„ viſione ſemper gaudetis , eſtote jugiter me-
„ mores noſtri . *Hactenus S. Doctor* . Et re-
manet firmata qualis fuerit ultimata ejus in
hac controverſia Sententia ,

Aliorum Latinorum Patrum Sententia de non retardata Sanctorum Animabus viſione Beata ,

693 Nè ſolus Auguſtinus finaliter ex La-
tinis Patribus in hac videatur ſtetiſſe ſenten-
tia, opere pretium eſt, & aliorum quoque
Latinorum Patrum dicta referre , inter quos
primùm locum dabimus Cypriano, Auguſtino
antiquiori , qui in lib. de Exhortatione Mar-
tyrii ad Fortunatum, cap. 12. & ultimo,
agens de mercede Sanctis poſt conflictationes
reſervata , poſt plura , ait ; „ Plùs nos acci-
„ pere in paſſionis mercede , quàm quod hìc
„ ſuſtinemus in ipſa paſſione , probat Beatus
„ Apoſtolus Paulus , qui dignatione Divinà
„ uſq; in tertium Cœlum,atque in Paradiſum
„ raptus , audiſſe ſe inenarrabilia verba te-
„ ſtatur ; qui oculatâ fide Jeſum Dominum
„ vidiſſe ſe gloriatur , qui id quod & didi-
„ cit , & vidit , majori conſcientiæ veritate
„ profitetur : *Non ſunt* , inquit , *condignæ*
„ *paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram*
„ *claritatem , quæ revelabitur in nobis* . Quia
„ ergò non omnibus viribus elaboret ad tan-
„ tam claritatem pervenire , ut amicus Dei
„ fiat , ut cum Chriſto ſtatim gaudeat ? ut
„ poſt tormenta , & ſupplicia terrena , præ-
„ mia Divina percipiat ? *Hæc ille* , in cujus
verbis notandum eſt , quòd dicit , certandum
eſſe , ad hoc , ut abſoluto certamine ſtatim
cum Chriſto gaudeamus , & Divina promiſ-
ſa percipiamus abſque ulla retardatione præ-
mia . Id quod clariùs paulò poſtea explicat,
cùm ait : „ Quanta eſt dignitas , & quanta
„ ſecuritas , exire hinc lætum , exire inter
„ preſſuras , & anguſtias glorioſum, claude-
„ re in momento oculos, quibus homines vi-
„ debantur , & mundus , & aperire eoſdem
„ ſtatim , ut Deus videatur, & Chriſtus ?
„ Tam fœliciter migrandi, quanta velocitas ?
„ Terris repentè ſubtraheris, ut in regnis
„ Cœleſtibus reponaris. *Hactenus Cyprianus*
ibi , nec diſſimilia tradit in fine libri de Mor-
talitate, ubi tradit, Martyres jam coronatos,
cæteroſque Sanctos jam remuneratos in Cœ-
lis cum Chriſto regnare : „ Illic, inquit Apo-
„ ſtolorum glorioſus Chorus ; illic Propheta-
„ rum exultantium numerus ; illic Marty-
„ rum innumerabilis populus , ob certami-
„ nis,& paſſionis victoriam coronatus; trium-
„ phantes illic Virgines , quæ concupiſcen-
„ tiam carnis , & corporis , continentiæ ro-
„ bore ſubegerunt ; remunerati miſericordes,
„ qui alimentis , & largitionibus pauperum
„ juſtitiæ opera fecerunt ; qui Dominica præ-
„ cepta ſervantes ad Cœleſtes Theſauros ter-
„ rena patrimonia tranſtulerunt . Ad hos ,
„ fratres dilectiſſimi , avidâ cupiditate pro-
„ peremus , ut cum his citò eſſe , ut citò ad
„ Chriſtum venire contingat , optemus *Hæc*
„ *ille* .

694 Hilarius porrò diverſis in locis ean-
dem firmat ſententiam , nam in Pſal. 124. ſu-
per illa verba : *Montes in circuitu ejus* , hos
Apoſtolos, & Sanctos Deo fruentes ſignifica-
re dicit : „ Cùm enim , & Montem , *ait* , ſi-
„ gnificari Eccleſiam, ideſt Dominum in cor-
„ pore legimus , & invenimus Montes Dei
„ exultare atque lætari (ſcriptum eſt enim:
„ *Montes exultaverunt ut arietes*) quomodò
„ poſſumus montes non eos ſignificatos eſſe
„ intelligere , qui ſuper terrenam naturam
„ glorioſi jam in Dei rebus exultant ? *Hæc*
ille , nec contrarius ſibi eſt in Pſal.138. ſuper
illa verba ; *ſi deſcendero in Infernum,ades* , ubi
ait ; *Humanæ iſta lex neceſſitatis eſt , ut ſepul-*
tis corporibus , ad inferos Animæ deſcendant .
Quam deſcenſionem Dominus ad conſummatio-
nem veri hominis non recuſavit . Hæc namque
ſententia refertur ad tempus,quo nondùm re-
ſeratæ erant Cœli portæ , ante ſcilicet Chri-
ſti mortem,ejuſq;ad Cœlum glorioſam Aſcen-
ſionem ; nemini tunc Januæ Cœleſtes pate-
bant , ſed cunctorum Patrum , & Propheta-
rum Animæ ad inferos deſcendere cogeban-
tur , undè poſtea per Chriſti deſcenſum libe-
ratæ fuerunt . Undè in Pſal.64. ait : *Beati qui-*
dem ſunt qui jam à Deo ad habitandum in ta-
bernaculo ejus electi ſunt : Sed feſtinare nos
in conſortium hujus Beatitudinis congruum
eſt : operationibus id , atque orationibus conſe-
quentes .

695 At & Ambroſius conſtantiſſimus in
hac fuit opinione & ſententia,qui lib.3. Epiſt.
22. data ad Clerum Theſſalonicenſem, agens
de S. Acholio illius Civitatis quondàm Epi-
ſcopo , tunc vitâ functo , in Cœleſtibus habi-
taſſe ſcribit, Beatumque in Cœlo conſtitutum
inter Angelorũ Myniſteria Chriſto jam adhæ-
ſiſſe, Deumque facie ad faciem vidiſſe: „ Dùm
„ ſemper , *inquit* , affixum tenere animo de-
„ ſidero virum Sanctum , atque omnes actus
„ ejus, quaſi in ſpecula poſitus exploro, hauſi
„ nimiâ indagine ſolicitudinis amaritudinem
„ Nuntii celerioris , & quod adhùc mallem
„ neſcire , cognovi in Celeſtibus jam requie-
„ ſcere virum Sanctum Acholium , quem in
„ terris requirebamus , *Et paulò poſt* . Non
„ defuit qui nunciaret, ut mihi videatur ipſe
„ Sanctus annuntiaſſe ſe nobis , eò quòd jam
„ perpetuo laboris ſui potiretur ſtipendio, &
„ ſolutis vinculis corporis inter Angelorum
„ Miniſteria Chriſto adhæreret. *Et inde*: abjit
„ ergò , non obiit , & emigravit à vobis vete-
„ ranus Chriſti Jeſu , Cœlo , terræque iſtius
„ ſolùm mutans & plaudens aliis atque remi-
giis

Digitized by Google

,, giis ſpiritualibus, dicit: *Ecce elongavi fugiens*. Cupiebat enim Apoſtolico ſpiritu ,, jamdudùm terras relinquere, ſed tenebatur ,, votibus univerſum. *Et paucis interjectis*. ,, Et igitur jam ſupernorum incola, poſſeſſor ,, Civitatis æternæ illius Hieruſalem, quæ in ,, Cœlo eſt. Videt illic Urbis ejus menſuram ,, immenſam, purum aurum, lapidem pretioſum, lumen ſine Sole perpetuum, & hæc ,, omnia jamdudùm quidem ſibi comperta, ,, ſed nunc facie ad faciem manifeſta videns. *Hæc, & alia Ambroſius*, de jam poſſeſſa Acholii Beatitudine.

696 ,, Deinde in cap. 6. Apocalypſis, ait: ,, Quinti igitur ſigilli aperitio ad Martyres ,, pertinet. Quintum verò ſigillum tunc ,, Chriſtus aperuit, quandò ea, quæ per parabolas, & quaſdam figuras de perſecutione Martyrum, & glorificatione eorum dixit, ,, Doctoribus Eccleſiæ manifeſtavit. Aperuit ,, etiam quintum ſigillum, quandò eis Cœleſtem gloriam, quam promiſerat, contulit, ,, eoſque in Mundo apud homines clarificavit: *Vidi ſub Altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu, quod habebant*. Altare Dei Chriſtus eſt. ,, Animæ igitur Sanctorum ſub Altare quieſcunt, quia ſicut capiti ſuppoſita ſunt membra, eique cohærent, ita & animæ Sanctorum, in Cœleſti gloria conſtitutæ, Chriſto ,, Salvatori ſubjectæ ſunt. *Et infrà*. Et datæ ,, ſunt, ait, illis ſingulæ ſtolæ albæ. Singulas ,, ſtolas albas Sancti Dei nunc poſſident, quia ,, corporibus in terra quieſcentibus, ſtolis ,, animæ beatitudinis æternæ perfruuntur. ,, Binas ſtolas tunc percipient, cùm poſt reſurrectionem animæ cum corporibus gloriam Cœleſtis patriæ ſine fine poſſidebunt. *Hæc ibi Ambroſius*; ſi liber eſt Ambroſii genuinus.

697 Alibi tamen alterius opinionis fuiſſe videtur: nam lib. 2. de Abel & Cain, cap. 2. in fine, ait: *Solvitur corpore anima, & poſt finem vitæ hujus, adhùc tamen futuri judicii ambiguo ſuſpenditur*. Sed hoc dictum explicant de incertitudine, quam quiſque habet, dùm moritur quomodò erit judicatus: vel ad cognitionem temporis, quo quis judicandus eſt, verba illa referunt. Verùm pro contraria opinione clariùs videtur eſſe locutus in libro de bono mortis, ubi cap. 10. ſervari dicit ab Angelis in habitaculis quibuſdam animas, quæ habitacula, Scriptura promptuaria nuncupat: ,, Denique, *inquit*, & Scriptura habitacula ,, illa animarum promptuaria nuncupavit, ,, quæ occurrentes quærelæ humanæ, eò ,, quòd juſti, qui præceſſerunt, videantur ,, uſque ad Judicii diem, per plurimùm ſcilicet temporis, debita ſibi remuneratione ,, fraudari, mirabiliter ait coronæ eſſe ſimilem ,, illum Judicii diem, per plurimùm ſcilicet ,, temporis, debitâ ſibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait coronæ eſſe ſimilem ,, illum judicii diem, in quo ſicut nec noviſſimorum tarditas, ſic nec priorum velocitas: Coronæ enim dies expectatur ab omnibus, ut intra eum diem & victi erubeſcant, ,, & victores palmam adipiſcantur victoriæ. *Hæc ille*, qui paulò poſt velut concludens, ſubnectit: *Ergò dum expectatur plenitudo temporis, expectant animæ remunerationem debitam*.

698 Adnotavit hunc Ambroſii locum Bellarminus, & ait, loqui tantùm de retributione mercedis tùm animæ, tùm corpori publicè conferendæ: qua de cauſa coronam appellat; & corona illa eſt, quæ datur publicè victoribus, & cum magna ſolemnitate: ex quo non ſequi concludit, animas ante corporum reaſſumptionem, non judicari particulari judicio, aut non præmiari, ſi quæ præmio dignæ ſunt. Sed quoniam multa tùm in præcitato capite, necnon & in ſequenti tractat Ambroſius, quæ adverſæ videntur favere ſententiæ, ideò notandum, Sanctum Doctorem expendere ibi Philoſophorum opinionem de animabus in ſecreto loco repoſitis, qui locus non videtur: & *quem latinè infernum dicimus*, quam opinionem non reprobat, quoniam & Philoſophorum ætate verum erat cunctas animas corporibus exutas ad inferos duci: reprobatâ namque de animarum in alia corpora tranſmigratione, Philoſophorum opinione ſubnectit Ambroſius: *Satis fuerat dixiſſe illis, quòd liberatæ animæ de corporibus, peterent locum, qui non videtur, quem locum latinè infernum dicimus. Denique Scriptura habitacula animarum promptuaria nuncupavit*: nec Scripturam citat, quam Eſdræ lib. 4. cap. 7. & comparat Eſdræ revelata cum Philoſophorum dictis, & Eſdræ magis adhærendum, quàm Platoni concludit. Et ita potiùs videtur loqui in opinione Eſdræ, ut etiam per eam refutentur Philoſophorum opiniones, quàm in propria ſententia: quoniam poſtea cap. 11. agens de futura animarum poſt hanc vitam lætitia, iterùm Eſdræ dicta eodem loco recenſet: qui per ſeptem gradus ordinem futuræ lætitiæ Sanctorum explicat. Deinde de ſuo loquens Ambroſius, ait: *Ergò quia juſti hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, & lumen illud, quod illuminat omnem hominem, ab hinc induamus hujuſmodi ſtudium, ut appropinquet anima noſtra Deo. Et* paulò poſt: *Ex parte enim hic cognoſcimus, quia hic imperfecta illic perfecta omnia: hic parvuli, illic robuſti*. Videmus, *inquit*, nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: *Tunc revelata facie gloriam Domini ſpeculari licebit, quam nunc animæ corporis hujus concretis viſceribus involutæ, & quibuſdam carnis hujus maculis & colluvionibus obumbratæ ſincerè videre non poſſunt*: Ergò de Ambroſii mente Sanctorum animæ, ablato carnis hujus velamine, à corporibus ſolutæ, ſtatim Deum videbunt facie ad faciem.

699

699 Hinc In Commentario ad cap. 1. Epiſtolæ ad Philip. expendens illa Pauli verba: *Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto, multò magis meliùs: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos*, ait Ambroſius: „ Duabus enim ex cauſis urgetur: Habet enim deſiderium excedere, & cum Chriſto eſſe, multò meliùs æſtimans, ut jam præſens ſit apud Deum, ut exoptatis, & promiſſis fruatur: in carne verò ut ſit adhùc, neceſſarium dicit propter inſtructionem credentium. *Et paulò poſt*. Quantum affectum habet, *ſubnectit*, circa credentes, ut hoc, quod multò meliùs ſibi eſſe dicit, non eligat; ſed hoc velit quod expediat multis, certus etiam Domino hoc placere, quòd pro multorum ſalute proficiat. Quis non tertii Cœli cupidus ſperneret omnem curam præſentem? Quis non Paradiſi ſuperioris deſiderio omnia hæc poſponeret? Quis non verborum arcanorum memor, humana eloquia devitaret? Quis non poſt tanta exitia eligeret requiem? Sed quia charitatem omnibus antepoſuit, hoc ſecutus eſt, quod proficeret fratribus. *Hactenus Ambroſius*. Sed ex hoc ejus loquendi modo, certò crediddiſſe conſtat, Paulum poſt hujus corporis ſolutionem, Chriſtum ſuiſſe viſurum, eoque ſruiturum, illius namque animam in Paradiſum ducturam, arcanorum Dei audituram, ſtatimque Beatorum requiem conſecuturam: quæ omnia & tanta bona poſtpoſuiſſe ait proximorum & fratrum ſaluti. Quid ergò de Paulo ratiocinatus eſt Ambroſius, hoc & de aliorum Sanctorum animabus opinatum eſſe, meritò aſſerendum eſt.

700 Nec potuit Ambroſius aliter ſentire, qui lib. 4. Epiſt. 34. data ad Sacras Virgines, agens de Beata Agnete, teſtatur, poſt illius martyrium ad Cœlum animam evolaſſe lucidaſque accepiſſe Sedes, & Chriſto, quem dilexerat, junctam fuiſſe; „ Igitur, *inquit*, dùm parentes Beatæ Agnetis aſſiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum ejus, vident in medio noctis ſilentio exercitum Virginum, quæ omnes auro textis clamydibus indutæ cum ingenti lumine præibant: Inter quas videns Beatiſſimam Agnetem ſimili veſte ſulgentem, & ad dexteram ejus agnum nive candidiorem. Hæc itaque dùm viderent parentes ejus, & qui ſimùl erant, ſtuporem mentis incurrunt. Sed Beata Agnes rogat Sanctas Virgines parùmper gradum figere, & ſtans, parentibus ſuis dixit: *Videte, ne me quaſi mortuam lugeatis, ſed congaudete mihi & congratulamini, quia cū iis omnibus lucidas ſedes accepi, & illi ſum juncta in Cœlis, quem in terris poſita tota animi intenſione dilexi*. Et his dictis pertranſiit, *Hactenus Beatus Ambroſius*.

701 Nec D. Hieronymus aliter eſt opinatus, qui Epiſtola 24. data ad Marcellam, de Leæ exitu; inter alia ſcribit: „ Inculta veſtis, vilis cibus, neglectum caput, ita tamen, ut cùm omnia faceret, oſtentationem fugeret ſingulorum, ne reciperet in præſenti ſæculo mercedem ſuam. Nunc igitur pro brevi labore æternâ beatitudine fruitur, excipitur Angelorum Choris, Abrahæ ſinibus confovetur. *Hæc ille ibi*, qui Epiſtola 27. data ad Euſtochiam Virginem Paulæ filiam, ſive in Epitaphio Paulæ, hoc idem ſatetur, dum ait: „ Cæterùm illa (*ideſt Paula*) implevit curſum ſuum, fidemque ſervavit, & nunc ſruitur coronâ juſtitiæ, ſequiturque agnum, quocùmque vadit. Saturatur quia eſurivit, & læta decantat: *Sicut audivimus, ſic vidimus in Civitate Domini virtutum, in Civitate Dei noſtri*. Hoc & in Epitaphio, ſeu titulo appoſito ab eodem Hieronymo in fronte Speluncæ, ubi conditum fuerat in Bethlehem corpus Paulæ, confirmat, dicens.

Aſpicis anguſtum præciſa rupe Sepulchrum?
Hoſpitium Paulæ eſt, Cæleſtia Regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens,
Divitias, ſobolem, Bethlehemiti conditur antro.
Hic Præſepe tuum, Chriſte, atque hic myſtica Magi,
Munera portantes, hominique, Deoque dedere.

Dicit ergò, Paulam tunc jam Cœleſtia tenuiſſe Regna: In Epiſtola inſuper 25. data ad Paulam ſuper obitu Bleſillæ filia, ait: „ Lugeatur mortuus, ſed ille, quem gehenna ſuſcipit, quem Tartarus devorat, in cujus pœnam æternus ignis æſtuat. Nos, quorum exitum Angelorum turba comitatur, quibus obviam Chriſtus occurrit, gravamur magis, ſi diutiùs in tabernaculo iſto mortis habitemus. *Et paulò poſt*. Faveamus Bleſillæ noſtræ, quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter Fidei Incipientis ardorem conſummati operis percepit coronam. *Hæc Hieronymus*: qui non diſſimilia tradit Epiſtola 3. ad Eliodorum, ſive in Epitaphio Nepotiani, ubi inter alia ſcribit: *Ante Chriſtum Abraham apud inferos: poſt Chriſtum Latro in Paradiſo. Et idcircò in reſurrectione multa dormientium corpora ſurrexerunt, viſaque ſunt in Cæleſti Hieruſalem*. Et paulò poſt. *Flammea illa romphea*, inquit, *Cuſtos Paradiſi, & præſidentia foribus Cherubim, Chriſti reſtincta & reſerata ſunt ſanguine*.

702 Multi ſunt Latini Patres hoc idem aſſerentes, quorum recenſere teſtimonia longum eſſet. Videantur autem Leo I. in Sermone de Sancto Laurentio. Proſper lib. 1. de vita Contemplativa, cap. 1. Prudentius in Carmi-

mine de Beata Agnete. Paulinus in Natali 3.
de S. Felicitate. Maximus Turinenſis hom. in
Euſebium Vercellenſem, & homil. de S. Agne-
te. Fulgentius Sermone de S. Stephano.
Beda in cap. 6. Apocalyp. Et ibidem Haymo,
& alii, quos recenſet Bellarminus. Hos ergó
alioſque plures omitto, ſequentes tantùm
adjicio, inter quos primum locum tenet Ma-
gnus Gregorius, hic namque ex profeſſo ma-
teriam tractat lib. 4. Dialog. ubi cap. 25.
quærit.

Si ante reſtitutionem corporis recipiantur in Cœlo Animæ Juſtorum.

703 Cui quæſito Gregorius Sanctiſſimus
Pontifex ſic reſpondit: „ Hoc neque de om-
„ bus juſtis fateri poſſumus, neque de omni-
„ bus negare; Nam ſunt quorundam juſtorum
„ animæ, quæ à Cœleſti Regno quibuſdam
„ adhùc manſionibus differuntur. In quo di-
„ latiouis damno quid aliud innuitur, niſi
„ quòd de perfecta juſtitia aliquid minùs ha-
„ buerunt? Et tamen luce clariùs conſtat:
„ quia perfectorum animæ mox, ut hujus
„ carnis clauſtra exierint, in Cœleſtis Regni
„ ſedibus recipiuntur; quod & ipſa per ſe ve-
„ ritas atteſtatur, dicens: *Ubicumque fuerit*
„ *corpus, illic congregabuntur Aquilæ*. Quia
„ ubi ipſe Redemptor noſter eſt corpore,
„ illùc proculdubiò colliguntur juſtorum
„ animæ. Qui ergò Chriſtum in Cœlo eſſe
„ non dubitat, nec Pauli animam eſſe in Cœ-
„ lo negat? Qui etiam de diſſolutione ſui
„ corporis, atque de inhabitatione Cœleſtis
„ Patriæ dicit: *Scimus quoniam ſi terreſtris*
„ *domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur,*
„ *quod ædificationem habemus ex Deo, domum*
non manufactam, ſed æternam in Cœlis? Hæc
Gregorius. Sed nè quis cogitet eſſe locutum
de locali tantùm Sanctarum animarum in
Cœlo poſitione, non tamen de Dei viſione,
adeoùt poſſit concedi cum Beato Gregorio,
Sanctorum animas eſſe in Cœlo, non perinde
ſequi, Deum videre facie ad faciem, ſe expli-
cat S. Pontifex in reſponſione ad ſubſequen-
tem petitionem, ubi Petrus Dialogi interlo-
cutor, auditâ Gregorii recitatâ reſponſione,
replicat inſtando, dicens.

Si igitur nunc ſunt in Cœlo animæ Juſtorum: Quid eſt, quòd in die Judicii pro juſtitiæ ſuæ retributione recipient?

704 „ Hoc eis nimiùm creſcit in judi-
„ cio, *reſpondit Gregorius*, quòd nunc ani-
„ marum ſolâ, poſtmodùm verò etiam corpo-
„ rum, beatitudine perfruantur, ut in ipsâ
„ quoque carne gaudeant, in qua dolores
„ pro Domino cruciatuſque pertulerunt.
„ Pro hac quippe geminata eorum gloria
„ ſcriptum eſt: *In terra ſua duplicia poſſide-*
„ *bunt*. Hinc etiam ante reſurrectionis diem
„ de Sanctorum animabus ſcriptum eſt: *Da-*
„ *tæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ*, & dictum
„ eſt illis ut requieſcerent tempus adhùc
„ modicum, donec impleretur numerus con-
„ ſervorum & fratrum eorum. Qui itaque
„ nunc ſingulas acceperunt, binas in judicio
„ ſtolas habituri ſunt, quia modò animarum
tantummodò, tunc autem animarum ſimul &
corporum gloriâ lætabuntur.

705 Idem repetit Beatiſſimus Pontifex in
expoſitione quarti Pſalmi Pœnitentialis, ad
verſiculum 9. *Auditui meo dabis gaudium &*
lætitiam, inquiens: „ In eo autem quod ait:
„ *Gaudium & lætitiam*, duplicem Sanctorum
„ venerationem intelligi, qui viſione chari-
„ tatis in illa die, quantùm cogitare non
„ poſſumus illuſtrati, ſicut animarum per-
„ fruentur beatitudine, ita etiam corporis
„ veſtientur incorruptione. De ipſis enim
„ ſcriptum eſt: *In Terra ſua duplicia poſſide-*
„ *bunt*. Sancti etenim viri mundi gloriam
„ mentis deſpectu calcantes, omnes in ſe car-
„ nales voluptates mortificant, ut in Deo
„ poſtmodùm perenniter vivant. Qui quo-
„ niam Mundi miſerias pro Deo pati minimè
„ refugiunt, Beatitudinis æternæ retribu-
„ tionem acquirunt: Quæ nimirum Beatitu-
„ do & animabus eorum ante reſurrectionem
„ tribuitur, & corporibus nihilominùs poſt
„ judicium confertur: ſicut in Apocalypſi
„ Joannes Apoſtolus ſcribit, dicens: *Vidi ſub*
Altari Dei &c. Proſequitur inde, toto textu
recitato, exponere de duplici beatitudine bi-
nas ſtolas, animæ ſcilicet, cui tribuitur ante
reſurrectionem carnis, corporis verò poſt
mortuorum reſurrectionem.

706 Quarè Beatus Paterius Eccleſiæ Ro-
manæ Notarius, & Secundicerius, qui ex
Magni Gregorii ſcriptis opus ſuum Teſtimo-
niorum veteris & novi Teſtamenti compila-
vit, lib. 2. ſuper Apocalypſis, cap. 25. ſuper
illa verba: *Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ al-*
bæ, Apocalyp. 6. Joannes, *inquit*, qui in re-
„ velatione ſua ante reſurrectionem corpo-
„ rum, clamantes Sanctorum animas vidit,
„ eas accepiſſe ſtolas ſingulas aſpexit: ante
„ reſurrectionem quippè Sancti ſtolas ſingu-
„ las accepiſſe dicuntur, qui ſolâ adhùc ani-
„ marum & mentis beatitudine perfruuntur.
„ In fine verò Mundi binas accepturi ſunt,
„ quia cum mentis beatitudine, etiam car-
„ nis gloriam poſſidebunt; & cum animarum
„ perfecto gaudio, etiam corporum incor-
„ ruptione veſtientur. Undè benè per Pro-
„ phetam dicitur: *In terra ſua duplicia poſſi-*
„ *debunt*. Sancti quippè in terra viventium
„ duplicia poſſident, quia nimìrum beatitu-
„ dine mentis ſimul, & corporis gaudent, &
„ non ſolùm animarum gaudium, ſed etiam
„ beatitudinem habebunt corporum. *Hæc*
„ *Paterius*. Sed & longè poſt Lucas Epi-
„ ſcopus Tudenſis, lib. 1. contra Albigenſes,
„ cap. 2. agens contrà illos, qui dicunt, ani-

„ mas Sanctorum ante diem Judicii ad Cœ-
„ lum non evehi, allegatâ Magni Gregorii
„ doctrinâ, & ſolâ in propriis utitur ter-
„ minis.

De Divi Bernardi opinione in hac controverſia.

707 Inter Latinos Patres contrariam opinionem viſus eſt aliquibus tenuiſſe Bernardus Claravallenſis Abbas, quoniàm, Serm.3. de omnibus Sanctis ſcribit, tres eſſe ſanctarum ſtatus Animarum: *Primum videlicet*, ait, *in corpore corruptibili: Secundum, ſine corpore: Tertium, in beatitudine conſummata. Primum in Tabernaculis: Secundum in Atriis: Tertium in Domo Dei.* Et poſt aliqua tradit, Animas in domum Dei nequaquam ſine corporibus ingreſſuras: *In illam beatiſſimam Dei Domum*, inquit, *animæ nec ſine nobis intrabunt, nec ſine corporibus ſuis, ideſt, nec Sancti ſine plebe, nec ſpiritus ſine carne.* Sed & in Sermone 4. ſuper illa verba Apocalyp.6. *Vidi ſub altare Animas interfectorum.* Sic explicat:
„ Interim ſub Chriſti humanitate fœliciter
„ Sancti quieſcunt, in quam nimirum deſi-
„ derant etiam Sancti Angeli proſpicere, do-
„ nec veniat tempus, quandò jam non ſub
„ altare collocentur, ſed exaltentur ſuper
„ altare. Sed quid dixi? Numquid huma-
„ nitatis Chriſti gloriam, non dicam homi-
„ num, ſed vel Angelorum aſſequi quis po-
„ terit, nedùm ſuperari? Quonam igitur
„ modò ſuper altare dixerim exaltandos eos,
„ qui nunc ſub altari quieſcunt? Viſione
„ utique & contemplatione, non prælatio-
„ ne. Oſtendet enim tunc nobis Filius, ut
„ pollicitus eſt ſemetipſum, non in forma
„ Servi, ſed in forma Dei: Oſtendet etiam
„ nobis Patrem, & Spiritum Sanctum, ſine
„ qua, nimirum viſione; nihil ſufficeret no-
bis. *Hactenus S.Bernardus.*

708 Attento hoc Bernardi teſtimonio, Durandus Epiſcopus Meldenſis in libello à ſe edito tempore Joannis XXII. ſuper hac eadem controverſia, ubi probavit, errorem eſſe aſſerere, quòd Sanctorum animæ à corporibus ſolutæ & purgatæ non viderent Divinam Eſſentiam ante reſurrectionem & finale Judicium, ut tradit Cardinalis Jacobus tituli Sanctæ Priſcæ, poſteà Benedictus XII. apud Raynaldum ad Ann.Domini MCCCXXXIII. num. 48. dixit, auctoritatem Bernardi non eſſe magnifaciendam, poſſe quemlibet & dicta illius non recipere, quin liberè negare & refutare; „ Eſt notandum, *inquit*, quòd li-
„ cèt Bernardus fuerit Vir magnæ devotio-
„ nis in Oratione, & Sermonibus, non fuit
„ tamen magnæ auctoritatis in expoſitioni-
„ bus; & ideò in talibus, qui vult, poteſt
„ eum tenère, vel negare ſine reprehenſione.
Hæc ille, qui poſteà aggreſſus eſt refellere Bernardi verba; undè inter alia ait: „ Quod
„ autem dicitur, quòd veniet tempus, ſcili-
„ cet in reſurrectione, quandò animæ exal-
„ tentur ſuper altare, ideſt ſuper humani-
„ tatem Chriſti, non prælatione, ſed viſione
„ & contemplatione, quia non ſolùm vide-
„ bunt humanitatem Chriſti, ſed Divinita-
„ tem: ſi intelligatur, quòd videbunt Divi-
„ nitatem intenſiùs & clariùs, tolerari po-
„ teſt, cùm de hoc ſint opiniones inter Do-
„ ctores: Si autem intelligatur, quòd tunc
„ videbunt, & non priùs, negandum eſt om-
„ ninò, nec auctoritas Joannis in Apoca-
„ lypſi, cujus ſenſum putat ſe habere, &
„ non habet, ſicut ipſe eam exponit. *Ita Durandus.*

709 At non adeò durè carpendus eſt pius & Sanctus Doctor, cujus verba ſuſcipienda ſunt, & ſi quæ difficultatem pati videntur, cum reverentia exponenda. Mens verò alicujus Scriptoris non ex nudis aliquibus dictis qualis ſit, percipi ſemper poteſt; ſæpè enim ex aliis dictis, & alibi, quæ uni in loco obſcurè ſcribit, clarè manifeſtantur. Scio itaque Mellifluum hunc Doctorem, Bernardum ſcilicet, alibi clarè contrarium ſentire ei, quod videtur ſentire in præcitatis locis. In Sermone namque de Tranſitu Sancti Malachiæ, de eo loquens, ait: „ Mors ipſa
„ dilectis Domini ſomnus refrigerii eſt, Pro-
„ phetâ teſtante, qui ait: *Cùm dederit dile-*
„ *ctis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.*
„ Peſſima quidèm mors peccatorum, quo-
„ rum & nativitas mala, & vita pejor; ſed
„ pretioſa eſt mors Sanctorum, tanquàm
„ finis laborum, tanquàm victoriæ conſum-
„ matio, tanquàm vitæ janua, & perpetuæ
„ ſecuritatis ingreſſus. Congratulemur ita-
„ que, fratres, ut dignum eſt, Patri noſtro,
„ quia & pium eſt defunctum plangere Ma-
„ lachiam, & pium eſt magis Malachiæ con-
„ gaudere viventi. Numquid non vivit &
„ beate? Nimirum viſus eſt oculis inſipien-
„ tium mori, ille autem eſt in pace. Deni-
„ que jam Concivis Sanctorum & domeſti-
„ cus Dei pſallit pariter, & gratias agit,
„ dicens: *Tranſivimus per ignem & aquam,*
„ *& eduxiſti nos in refrigerium.* Tranſit pla-
„ nè viriliter, & fœliciter pertranſivit. *Hactenus ibi Bernardus.*

710 In Epiſtola porrò data ad Hibernenſes de ejuſdem Sancti Malachiæ tranſitu:
„ Exultandum nobis ſuggerit & lætandum,
„ *inquit*, quòd tam potens nos Patronus ad
„ Cœleſtem Curiam tàm fidelis præceſſit Ad-
„ vocatus, cujus & ferventiſſima charitas
„ obliviſci nequeat filiorum, & probata ſan-
„ ctitas obtineat gratiam apud Deum. Quis
„ enim nunc Malachiam Sanctum, aut minùs
„ poſſe prodeſſe, aut minùs ſuos diligere,
„ audeat ſuſpicari? Profectò cùm diligere-
„ tur priùs, certiora nunc ſuæ dilectionis
„ adeò capit experimenta, & cùm dilexiſ-
„ ſet ſuos, in finem dilexit eos. Abſit autem,

ut

„ ut tua nunc, ò Anima ſancta, minùs effi-
„ cax æſtimetur oratio, quandò præſenti
„ mundiùs ſupplicare eſt Majeſtati; nec jam
„ in fide ambulas, ſed in ſpecie regnas. Ab-
„ ſit, ut immutata necdùm exinanita tua il-
„ la tàm operoſa charitas reputetur, cùm ad
„ fontem ipſum charitatis æternæ percurras
„ pleno hauriens ore, cujus & ipſa priùs
„ Stillicidia ſitiebas. *Hæc ille*.

711 Apparet ergò de mente Bernardi, quòd mors Sanctorum eſt laborum finis, victoriæ conſummatio, vitæ janua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus; & quòd Malachiæ anima in Cœlo beatè vivit, eſt Sanctorum conſcia, & Dei domeſtica; quòd Majeſtati Dei ſupplicat præſenti, nec jam in fide ambulat, ſed regnat in ſpecie, & quòd deniquè ad fontem charitatis æternæ percurrit, pleno eam hauriens ore: Ex quibus clarè concluditur, Malachiæ animam, in Bernardi ſententia, Eſſentiam Dei videre, ipsâque jam frui: Si namque Malachias beatè vivit in Cœlo, certè Deum videt, & fruitur: Non enim ſtat beatè vivere in Cœlo ſine viſione, & Dei fruitione; & ſi non ambulat in fide conſtituens in Cœlo, ergò evacuata eſt fides, & ſic Deum videt, per cujus viſionem tantùm fides evacuatur, juxtà Pauli doctrinam in priori, ad Corinth. cap. 13. *Ex parte credimus, & ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus: Cùm autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt*. Et cùm in fine vitæ Sancti Malachiæ concludat idem Bernardus, quòd Beatus Malachias, *pari cum Angelis gloria & fælicitate lætatur*, ſequitur, Deum certò videre; non enim pari gloriâ, parique fœlicitate lætaretur cum Angelis, ſi faciem Dei non videret, nam Sancti Angeli ſemper vident Dei faciem, juxtà Salvatoris ſententiam, Matthæi cap. 18. verſ. 10. *Angeli eorum in Cælis ſemper, vident faciem Patris mei, qui in Cælis eſt*.

712 Deindè idem Mellifluus Doctor in Epiſtola 266. data ad Sugerium Abbatem ægrotantem, inter alia ſcribit: „ Homo
„ Dei, nè trepides exuere hominem illum,
„ qui de terra eſt, illum, qui te deprimit uſ-
„ que ad terram, & conatur deprimere uſque
„ ad inferos. Iſte eſt, qui vexat, qui onerat,
„ qui oppugnat. Quid tibi & terrenis exu-
„ viis, qui ad Cœlum iturus ſtolâ gloriæ
„ mox indui habes? Præſtò eſt, ſed veſtito
„ non dabitur. *Et paulò infra*. Te expectat
„ pax illa, quæ exuperat omnem ſenſum; te
„ expectant Juſti, donec retribuantur tibi;
„ te expectat gaudium Domini tui. *Hæc ibi*.
In Sermone porrò 4. in feſto Omnium Sanctorum, agens de Sanctorum Beatitudine, inter plura ait: „ Verùm quàm magna eſt Bea-
„ titudo illa tàm abſcondita ab oculis no-
„ ſtris? Nec enim oculus vidit, nec auris
„ audivit, nec in cor hominis aſcendit, quan-
„ ta claritas, quanta ſuavitas, quanta ju-
„ cùnditas maneat nos in illa cognitione.
„ Pax Dei eſt illa, quæ exuperat omnem in-
„ tellectum, quantò magis omnem ſermo-
„ nem noſtrum? *Hactenus ille*. Ex duobus allegatis Bernardi teſtimoniis colligitur, Sanctorum animas perfrui in Cœlo pace illa, quæ exuperat omnem ſenſum, de qua ad Sugerium Abbatem ait: *Te expectat pax illa, quæ exuperat omnem ſenſum*: Colligitur porrò, Beatitudinem eſſe hanc eandem pacem, ut loquitur in præfato Sermone quarto. Ergò ſequitur de mente Bernardi, Sanctorum animas in Cœlo perfrui Beatitudine. Hinc Sermone 5. in eadem Omnium Sanctorum feſtivitate, poſtquàm dixerit in Dei laudibus repoſitam Sanctorum Beatitudinem, ſtatim ſubjungit: *Verumtamen non acquieſco, expertes gloriæ credere Sanctos, maximè propter illud, quod Apoſtolus ait: Quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſuprà modum in ſublimitatem æternū gloriæ pondus operabitur in nobis*.

713 Itaque his ſuppoſitis, ad alia Bernardi loca poſſumus dicere, non negare, Sanctum Doctorem Sanctorum animas, ante Judicii diem, frui beatificâ Viſione, ſolùmve velle non frui illâ perfectâ Viſione, qua unà cum corpore poſt carnis reſurrectionem erit fruitura; Et ideò in Sermone 3. de omnibus Sanctis tertium Animarum ſtatum ponit in Beatitudine conſumata: Non enim poteſt dici conſummata Beatitudo, quæ eſt ſolius animæ, cum & corpus adhùc beandum reſtet: erit ergò conſummata, ut ait Bernardus, poſt carnis reſurrectionem, quando non ſola anima, ſed ſimul & corpus, Dei fruentur viſione, nihilque beatificandum remanebit: & tunc nec Sancti ſine plebe, nec ſpiritus ſine carne. Hinc ipſemet Mellifluus Doctor in eodem Sermone 3. paulò infra videtur ſe explicare, cùm ait: „ Neque enim præſtari decet inte-
„ gram Beatitudinem, donec ſit homo inte-
„ ger, cui detur. *Et inde*: Acceperunt jam
„ ſingulas ſtolas, ſed non veſtientur duplici-
„ bus, donec veſtiamur & nos; quomodo de
„ Patriarchis & Prophetis ait Apoſtolus:
„ Deo meliùs aliquid providente pro nobis,
„ ut non ſine nobis conſummarentur. Stola
„ enim prima ipſa eſt, quam diximus, fœli-
„ citas & requies animarum, ſecunda verò
„ immortalitas, & gloria corporum. Unde
„ & dicunt: Vindica Domine ſanguinem
„ Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt, non
„ tanquam vindictæ cupidi, nec de propriæ
„ ultionis zelo, ſed ex deſiderio reſurrectio-
„ nis & glorificationis corporum ſuorum,
„ quam nimirum uſque in diem Judicii diſ-
„ ferendam eſſe non dubitant: ſed unde hoc
„ tibi, miſera caro, ò fœda, ò fœtida, unde
„ tibi hoc? Animæ Sanctæ, quas propriâ
„ Deus inſignivit imagine, te deſiderant:
„ quas redemit proprio ſanguine, te expe-
„ ctant, & ipſarum ſine te compleri lætitia,
„ perfici gloria, coſummari beatitudo non

„ poteſt. Adeò ſiquidem viget in eis deſide- „ rium hoc naturale, ut necdùm tota eorum „ affectio liberè pergat in Deum, ſed con- „ trahatur quodammodò, & rugam faciat, dum inclinantur deſiderio tui. *Hactenus D. Bernardus*, clariſſimè mentem ſuam declarans.

714 Dùm porrò dicit, animas Sanctorum, quas ſub Altare eſſe Joannes ſcribit, ſub Chriſti eſſe humanitate, pro Altari humanitatem Chriſti intelligens, non infertur ex hoc Deum non videre: ſtat bene ut dicantur eſſe ſub Chriſti humanitate, & adhùc Deum videre: Eſſe namque ſub Chriſti humanitate nihil eſt aliud, quàm ſubijci humanitati Chriſti, quo pacto omnis Creatura, & ipſi Angeli ſubjecti ſunt, ut Paulus ait, ſcribens ad Epheſios, cap. 1. dum de Chriſto loquens, ſcribit: *conſtituens ad dexteram ſuam in Cæleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus*. Et tamen, licèt hoc pacto ipſimet Angeli ſint ſub Chriſti humanitate, adhùc Deum vident, juxta illud Matthæi cap. 18. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cælis eſt*: Ergò ſic & animæ, licèt ſub Chriſti humanitate poſitæ, Dei faciem videre poterunt. Poſt Judicium verò, licèt Bernardus dicat, exaltandas animas ſuper Altare, hoc eſt ſuper humanitatem Chriſti, non hoc dicit, quatenùs deſinant eſſe ſub Altare, & ſubjectæ Chriſti humanitati, nam in æternum erunt illi ſubjectæ, ſicut & Angeli, & ſic ſub ea ſemper manebunt: & ideo explicat, cùm dicit: *Non prælatione, ſed viſione & contemplatione*, non quaſi antea nihil viderint, ſed quia poſtea integrè, & completè videbunt, unitæ corporibus ſuis, modo jam explicato.

Græcorum Patrum dicta de non retordata Sanctorum Beatitudine.

715 Cùm Græci potiſſimùm in hoc verſarentur errore, ut credant nec Sanctorum animas ante corporum reſurrectionem beari, immò nec Cœlum ingredi, nec impiorum cruciari, ac in Infernum detrudi, opere pretium eſt, ut quidquid ſenſerint hac in controverſia Græci Patres, videamus. Et in hoc errore etiam Viri graves ex Grecia verſati inveniuntur; Nam ex antiquis reperi Æneam Gazeum, ex Philoſopho Platonico Chriſtianum, qui ſub Zenone Imperatore, vel Anaſtaſio claruit, qui in Dialogo de Animarum immortalitate, & corporum reſurrectione, dicente Theophraſto: *Quem igitur anima in modum cruciatus ullos ſentiet atque feret, ſi corpus ægrium è medio tollamur? Neque enim cruciatos ullos ſentiet corpore deſtituta?* Reſpondit Interlocutor Axitheus: „ Rectè quidèm hæc dicis, illam ſine corpore ſentire „ dolores ullos poſſe; ſed corpus ſuum ipſius „ repetet, quo jam antea publicè, atque in „ conſpectu hominum eſt uſa; idque tunc „ fiet, cùm definitum judicii tempus poſtu- „ larit. *Hæc ille*. Sed poſterioribus temporibus eundem errorem firmavit, ac inter Græcos ſtabilivit Andreas quidam Archiepiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, docens Sanctorum Animas, vel impiorum propria præſtolari corpora, ut cum eis, cùm quibus bona, vel mala commiſerint, retributiones ſimiliter factorum recipiant. Pachimerus quoque ex ſchiſmaticis auctor Græcus, in Paraphraſi ad part. 1. cap. 7. Divi Dionyſii, de Eccleſiaſtica Hierarchia, eundem errorem videtur ſequutus, dùm ait: *Sancti ad ſpes futuras attendentes, ad mortis terminum veniunt, tanquam ad finem certaminum, virtutis coronam recepturi in totali ſua reſurrectione, ſcilicet unà cum corpore*.

716 Sed mentem Dionyſii non eſt aſſequutus Pachymerus, nam Beatiſſimus Martyr, & Epiſcopus in prædicto loco contrarium palàm docet, ubi juxta Corderii verſionem, ait: „ Verùm illi Sancti, qui ſe totos „ Chriſtiformem ſortem percepturos cognoverunt, ubi ad hujus vitæ finem acceſſe- „ rint, viam ſuam ad incorruptionem, qua- „ ſi jam propinquiorem factam, intuentes, „ ſummi Dei munera collaudant, Divina- „ que voluptate adimplentur, non jam am- „ pliùs perverti metuentes, ſed probè co- „ gnoſcentes, ſe bona parta firmiter, perpe- „ tuòque poſſeſſuros. *Hæc ille*, qui cum dicat, Sanctorum Animas poſt hujus vitæ exitum Divinà voluptate adimpleri, beatitudine frui, in qua Divina voluptas conſiſtit, ſatis innuit: & dùm addit, bona parta firmiter, & perpetuò poſſeſſuras, ipſam ſanè deſignat beatitudinem, quæ ſemel poſſeſſa, nunquam amittitur. Hinc & par. 3. in Contemplatione §. 1. clariùs ſe explicat, inquiens: „ Si quis hic vitam ſortitus ſit ſan- „ ctiſſimam, eamque duxerit Deiformem, „ in quantùm nempe Deum imitari quis po- „ teſt, in futuro ſæculo Divino, beatoque „ otio fruetur; ſin remiſſiorem quidem illa „ Deiformi, ſimul tamen ſanctam vitam quis „ egerit, paria, & ipſe meritis ſuis præmia „ refertur.

717 Sed & clariſſimè §. 4. ejuſdem part. 3. cap. 7. docet, Antiſtitem pro defuncto orare, atque Divinam rogare bonitatem, ut defuncto peccata omnia dimittat, quæ per humanam infirmitatem contracta ſunt, eumque in lucem ſanctam, ac vivorum regionem transferat, & collocet in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Jacob, in loco, à quo dolor, & triſtitia gemituſque aufugiunt: inde ſtatim ſubnectit: „ Hæc utique perſpicua, ut arbitror, bea- „ tiſſima Sanctorum præmia ſunt. Et quid „ enim perfectæ immortalitati omni triſti-

tiâ

„ tiś carenti, luceque pleniſſimæ conferri „ valeat? Præterquam quòd promiſſiones iſtę „ mente qualibet ſublimiores, vel maximè „ ad captum noſtrum accommodatis rationi- „ bus expreſſæ earumdem tamen appellatio- „ nes à reali ipſarum veritate plurimùm de- „ ficiant. Siquidem ſcriptura hæc omninò „ vera eſt; *Quoniam oculus non vidit, nec* „ *auris audivit, nec in cor hominis aſcendit,* „ *quæ præparavit Deus diligentibus ſe.* Sinus „ autem, meâ quidem ſententiâ, ſunt Bea- „ torum Patriarcharum, cæterorumque San- „ ctorum Diviniſſimæ, Beatiſſimæque quietiş „ ſedes, quæ viros omnes Deiformes exci- „ piunt in ſua inſeneſçibili beatiſſiamaque „ conſummatione.

718 Nec aliter ſentire dicendum eſt §.2. ejuſdem Capitis, & Partis 1. dum ait: „ Pu- „ ra verò illa corpora, quæ Sanctis Anima- „ bus copulata, cum jisdem ſimul & ambu- „ larunt, & deſcripta ſunt, atque unà cer- „ tarunt, pro Divinis ſudoribus in Anima- „ rum ſecundùm Divinam vitam firmitate, „ ſibi quoque propriam reſurrectiouem con- „ ſequentur: Sanctis enim Animabus copu- „ lata, quibus in hac vita conjuncta fuerant, „ ut quæ jam Chriſti membra factæ ſint Dei- „ formem, & incorruptam, atque immorta- „ lem beatamque requiē conſequentur. *Hæc ille.* Quibus Verbis non vult Dionyſius, Animas ſine corporibus non coronari, ut paraphraſare videtur Pachimerus, ſed ſolùm innuit, corpora Sanctorum poſt Reſurrectionem coronari quoque cum Animabus jam coronatis, gloriam, & ipſa receptura.

719 Hanc quæſtionem: *Ubinàm ſcilicet, dicere volumus, quòd futuræ ſint priùs receptæ hominum Animæ,* proponit Antiochus apud S. Athanaſium, quæſt. 19. cui ſic Athanaſius reſpondit: „ Aliena eſt, & horribilis queſtio „ & hominibus abſcondita. Non enim per- „ miſit Deus redire quemquam inde, qui an- „ nuntiaret ubi, aut quomodo ſint illæ à no- „ bis profectæ Animæ. Tamen ex ſcripturis „ diſcimus, quòd peccatorum animæ infe- „ riùs omni Terra, & Mari exiſtant, ut in- „ quit Pſalmus: *In tenebris, & in umbra mor-* „ *tis, & in loco infimo.* Atque in Job ſeri- „ ptum eſt: *In terram tenebroſam, & oper-* „ *tam mortis caligine, in terram tenebrarum* „ *æternarum, ubi non eſt videre, neque lumen,* „ *neque vitam hominibus.* Juſtorum autem „ Animæ poſt Chriſti adventum, & mortem, „ id quod de Latrone in Cruce didicimus, „ in Paradiſo ſunt. Non enim propter ſolam „ Latronis Animam Chriſtus Deus noſter „ Paradiſum aperuit, ſed etiam ob reliquas „ omnes Sanctorum Animas. *Hęc ille;* & quidem contra Græcos apertè, qui denegant Animas in Cœlum recipi ante extremum Judicii univerſalis diem.

720 Verùm, an ſint beatæ, & fruantur Dei viſione ante corporum reſurrectionem, ut controvertebatur ſub Joanne XXII. videtur aliquibus hoc ab Athanaſio negari: quoniam propoſita ab eodem Antiocho ſubſequenti quæſtione, nimirum: *Num Juſti receperint bona ſua, & peccatores pœnam?* Reſpondit Athanaſius: „ Nequaquam. Atta- „ men gaudium nactæ ſunt Sanctorum Ani- „ mæ, & iſta eſt fruitio earum particularis; „ ſicut & triſtitia, quam peccatores ha- „ bent, eſt particulare ſupplicium. Quo- „ modò enim acceſit Rex amicos ſuos, ut „ ſecum prandeant; Sic & damnatos, ut pu- „ niantur. Illi autem, qui ad prandium ſunt „ vocati, gaudent, & lætantur coram Rege „ in Palatio uſque ad horam prandii. Dam- „ nati autem in Carcere clauſi, manent in „ mœrore, & triſtitia, uſquedùm veniat „ Judex. Ita tandem intelligere oportet „ etiam de Animabus, quæ iſtuc à nobis mi- „ graverunt. *Hæc ille,* qui iterùm interrogatus ab Antiocho: *Quid igitur, quando nemo, ſecundùm ea, quæ locutus es, neque in regnum, neque in Gehennam introivit, quomodò de divite contra Lazarum audivimus, quòd in igne & tormentis exiſtens, ad Abraham loquitur.* Ait Sanctus Athanaſius ſatisfaciens huic quæſtioni; „ Dominus omnia de Laza- „ ro, & Divite parabolicè locutus eſt, ſicut, „ & de decem Virginibus, & aliis parabo- „ lis: Non enim res geſta Lazari exemplum. „ Ideoque non vident peccatores, in gehen- „ na exiſtentea, juſtos, qui cum Abraham in „ regno ſunt, nec viciſſim cognoſcit aliquis „ proximum ſuum illic in tenebris ambulans. *Hactenus Athanaſius.*

721 Attamen ex allegatis Athanaſii reſponſionibus non video, poſſe neceſſariò inferri, aliter ſenſiiſſe de Animabus ſeparatis, quàm expoſuimus; quoniam in ipſamet reſponſione jam fatetur, Sanctorum Animas gaudium nactas, & hoc gaudium fruitionem eſſe particularem: & licet *nequaquam* in reſponſionis principio Dei viſione frui fateatur, intelligendus eſt de viſione completa, & adæquata, qua nonniſi poſt corporum reſurrectionem frui poſſunt, ut ſupra explicavimus; Dùm porrò ait, ſimiles eſſe invitatis à Rege, qui ante horam prandii gaudent, & lætantur coram Rege in Palatio uſque ad horam prandii, nihil quòd noſtræ ſententiæ adverſetur profert: Si enim ſic ſe habent Animæ Sanctæ uſque ad Judicii diem, ergo gaudent in Cœlo, & coram Deo lætantur, ipſum ſcilicet Regem Deum intuentes, donec poſtea unà cum Corporibus in Regis menſa ſedeant, ac perfectè, & completè epulentur. In alia porrò reſponſione, licèt Antiochus ſupponat, Animas Sanctorum non eſſe in Regno, non tamen reſpōdens acquieſcit Athanaſius, immò apertè dicit eſſe in regno, & peccatores in gehenna, cùm dicat concludens ſuam reſponſionem: *Ideoque non vident peccatores in gehenna exiſtentes juſtos, qui cum Abraham in regno ſunt.*

722

722 Et clariùs mentem ejus aſſequi poſſumus ex aliis datis ad eundem Antiochum reſponſionibus; nam ad quæſtionem 25. interroganti Antiocho, an Animæ, quæ decedunt, hanc vitam videant, iterùm reſpondit negando de animabus damnatorum, juxta illud Pſalmi: *Homo ſicut gramen dies ejus, vel ut flos agri ſic efflorebit; Quoniam ſpiritus pertranſivit per eum, & non erit ampliùs, & locum ejus non ampliùs agnoſcent.* Sed Animabus juſtis ſubnectit, inquiens: *De Animabus verò Sanctorum non eſt dubitandum: nam & poſt mortem, & in judicii die cognoſcent omnia.* Si ergo poſt mortem cognoſcent omnia, certè non alibi, niſi in Dei viſione, juxta Theologorum mentem. Denique in reſponſione ad quæſtionem 32. An Animæ ſeparatæ memoriam noſtri habeant: affirmat de Animabus Sanctis, negat de damnatis, rationem aſſerens, inquiens: *Continuam enim percipientes pœnam, rectè circa eam ſolùm manent ſoliciti, nullius rei alterius curã habentes.* Ubi concedit jam damnatorum animas adhùc ante judicium torqueri. Hinc quærenti iterùm Antiocho, queſt. 33. quænam ſit ſeparatarum operatio Animarum, de Sanctorum Animabus reſpondit: *Sanctorum igitur Animæ à Sancto Spiritu incitatæ cum Angelis in regione vivorum Deum laudant, & tripudiant.* Patet ergo, quænam ſit Athanaſii opinio in præfatis quæſtionibus, ſi ſunt Athanaſii genuinæ circa ſtatum Animarum ſeparatarum.

723 Ab hac porrò opinione alienus non eſt ex Græcis Patribus S. Joannes Chryſoſtomus, immò apertè eam confirmat: nam Homilia 3. in cap. 1. Epiſtolæ ad Philippenſes, ubi agens de lugendis mortuis, vel non lugendis, ait: ,, Igitur non generatim eos, ,, qui moriuntur, lugeamus, neque de viventibus generatim gaudeamus, ſed quid? ,, Lugeamus peccatores, non ſolùm morientes, ſed etiam viventes. De juſtis gaudeamus, non ſolùm dum vivunt, verùm etiam ,, poſtquam mortui fuerint; Nam illi quidem etiam dum vivunt, mortui ſunt. Hi ,, verò etiam cùm mortui fuerint, vivunt. Illi etiam dum hìc ſunt, omnium elicere ,, miſericordiam debent; quoniam Deum offendunt, Hi verò illuc etiam translati, beati ſunt, quoniam ad Chriſtum ſunt profecti. Peccatores, ubi, ubi ſunt; procùl à ,, Rege ſunt: propterea lacrymis digni. Juſti ,, autem ſive hìc, ſive ibi, cum Rege ſunt; ,, atque ibi quidem multò magis, ac propriùs, non quaſi quodam interjecto veſtibulo, non per fidem, ſed faciem, inquit ad faciem. *Hactenus ibi Chryſoſtomus*, qui & homilia 4. ſuper idem caput, ad illa Apoſtoli verba: *Coarctor autem è duobus deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multò magis meliùs permanere autem in carne.* Et quoniam ex duobus dixerat Paulus: *quid eligam, ignoro*, Chryſoſtomus, ait: ,, Quid ais? ,, Cùm hinc abiens ad Cœlum ſis migraturus, & cum Chriſto futurus, ignoras quid ,, eligas? *& paucis interiectis*. Quid eſt, quod ,, dicis? noſti, ac pro comperto habes futurum te eſſe cum Chriſto, & hæſitas, & dicis, quid eligam neſcio? neque hoc tantùm, ſed etiam hìc manere eligis? *Et infra*. Et quis Athleta, cùm liceat coronâ ,, potiri, adhùc certare poſtulet? Et quis ,, pugil, cùm coronam poſſit inducre, malit ,, rurſum in certamen deſcendere, & ſuum ,, ipſius caput concidendum præbere? Ecquis dux, qui à bello cum gloria, & trophæis liberari queat, & cũ Rege in Regia ,, quietus degere, ſeque oblectare, adhùc ,, & ſudare præoptet, & in aciem prodire? *Hæc Sanctus Doctor*. Ex qua locutione conſtat ſupponere Chryſoſtomum, Animam Pauli à corpore ſolutam, ſtatim in Cœlum migraturam, cum Chriſto futuram, & pro anteactis pro Chriſto laboribus, coronâ potituram, ac cum Rege in Regia quieta, & beata permanſuram. Hinc homilia 22. in caput 16. Epiſtolæ ad Romanos, Beatam nunc Pauli Animam in Cœlo inter Angelorum Choros exiſtere aſſerere non dubitat, inquiens: ,, Hic ,, ſolùm vocem Pauli audiamus, ſed, & illic ,, poſtquam diſceſſerimus, Athletam hunc ,, Chriſti videre mereamur. Immò, ſi hìc audiverimus, & illic ipſum omnino videbimus, licèt non è propinquo ſtantes; videbimus tamen prorsùs apud regalem thronum ſplendentem, ubi Cherubim Deum ,, glorificant, ubi Seraphim volant, illùc ,, Paulum videbimus cum Petro in Sanctorum Choro Coryphæum exiſtentem, & ,, præſidentem, geniunâque illic dilectione ,, fruemur. Si enim cùm hìc eſſet, uſque adhùc dilexit homines, ut cum diſſolui ex ,, animi propoſito, & cum Chriſto eſſe cuperet, elegerit hìc eſſe, multò magis illic ,, ferventiorem amorem oſtendet. *Hæc Chryſoſtomus*.

724 At videndum quid velit homilia 39. ad cap. 15. Epiſtolæ primæ ad Corinthios, ſuper illa Pauli verba: *Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus*. Ubi Chryſoſtomus ait: ,, Quid dicis, ô Paule? Quomodo in ,, hac vita ſperantes ſumus, ſi corpora non ,, reſurgunt, cùm maneat Anima, & ſit immortalis? *Statimque reſpondens, dans rationem, cùr Paulus ſic locutus ſit, inquit*; ,, Quoniam ſi maneat Anima, & millies ſit ,, immortalis, ſicut eſt reverà, abſque carne ,, non accipiat bona illa ineffabilia, ſicut neque punietur. Omnia enim manifeſtabuntur ante tribunal Chriſti, ut accipiat unuſquiſque, quæ per corpus geſſit, ſive bona, ,, ſive mala. Propterea dicit: Si in hac vita ,, tantùm in Chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Si

enim

Digitized by Google

„ enim non reſurgit Corpus, incoronata „ manet Anima extra illam Beatitudinem, „ quæ eſt in Cœlis. Si autem hoc ita habet, „ tunc nihil omninò conſequemur. Si au- „ tem tunc nihil conſequemur, in præſenti „ ſunt remunerationes. *Hæc Chryſoſtomus*; Unde clarè indicare videtur, Animam ſine corpore nec promiſſa conſequi, nec coronari: Cùmque cum corpore non ſit futura, niſi poſt carnis reſurrectionem, velle videtur ſolùm tunc recepturam promiſſa, & coronari, ſicque beari, ac Dei perfrui viſione.

725 Ad quod mihi dicendum videtur, Chryſoſtomum per ea verba, non velle Animam ante reſurrectionem non frui bonis æternis; ſed tantùm, quòd non eſſet fruitura hujuſmodi bonis, ſi caro non reſurgeret; quoniã cum Anima, & corpus ſimul laboraverunt, juſtum eſt, ut tàm anima, quàm corpus mercedem accipiat, quòd ſi uni denegaretur, alteri quoque denegaretur: & ita, ſi corpora non ſunt reſurrectura, eis eſſet denegata merces, quam ſolùm reſurgendo poſſunt accipere, & in eo caſu, nec anima coronaretur, nec mercedem acciperet: & conceſsâ carnis reſurrectione, cùm ſit in ea corpus coronandum, ſequitur, quòd & anima coronetur, ſed non tantùm tunc, ut ſcilicet cogatur expectare carnis reſurrectionem: ſed & nunc, & ante tale tempus; quia cùm ſit antea capax coronæ, non eſt undè expectare debeat corporis reſurrectionem. Hinc Theophylatus in eundem Pauli locum, & ipſe Græcus, ait: „ Si „ ad hanc uſque vitam noſtram ſeſe tantùm „ extendunt, atque in hanc ſolùm incumbimus nos, qui in Chriſtum ſperamus, hoc „ eſt, qui ſpem in Chriſtum habemus, nec eſt „ illic alia vita, miſeriores ſumus cunctis „ mortalibus, quippè qui, neque præſentibus fruimur, ut dictum eſt, nec futura „ bona ſumus conſecuturi; propterea quòd „ neque reſurgemus, ut quidam dicunt, ſed „ fortaſſe dixerit quiſpiam, quòd anima ſola „ fruetur bonis. At quid hoc fiet? Non „ enim iſta ſola laboraverit, ſed corpus „ etiam. Vbinàm igitur juſtum manet, ſi „ corpus, quod plurimùm laboris ſuſtinuit, „ in nihilum redigatur, ac nullo bono per- „ fruatur, & ſola anima coronetur? *Hæc ille*.

726 Itaque ex juſtitiæ lege laborantibus debetur merces; debetur ergò nedùm animæ verùm, & corpori cum anima laboranti; non enim juſtum eſt, ait Theophylatus, ut corpus, qui plures labores ſuſtinuit, ſine mercede maneat, & corona, ſolâ coronatâ animâ: Et ideò Chryſoſtomus concludit, quòd ſi corpori denegaretur merces, & corona, nec anima coronaretur; nam eadem eſt Juſtitiæ lex, ut tàm anima, quàm corpus mercedem ſuam recipiant: quæ ſi uni denegetur, conſequens eſt, ut etiam & alteri. Sed quoniam corpori merces eſt repromiſſa, quam non valet conſequi, niſi poſt ſuam reſurrectionem, ideo & animæ à corpore ſolutæ, & ante corpora reſurrectionem, non denegatur.

727 Et in hoc ſenſu loqui videtur Gregorius Nanzianzenus, Orat. x. in laudem S. Cæſarii, ubi ait: „ Sapientum verbis adductor, ut credam, pulchram omnem Ani- „ mam, & Deo charam, poſteaquàm cor- „ poris vinculis ſoluta hinc exceſſerit, pro- „ tinùs bonum, quod eam manet, per ſen- „ tientem, & contemplantem (utpotè eò, „ quòd tenebras offundebat, vel purgato, „ vel depoſito, vel, quo verbo ea res appellanda ſit, neſcio) mirabili quadam volu- „ ptate affici, & exultare, atque hac vita, „ tanquam gravi quodam ergaſtulo, liberatam, compedibuſque illis, quibus mentis „ alæ deprimebantur, ſolutam, ſummâ cum „ hilaritate ad Dominum ſuum tendere, ac „ reconditam beatitudinem jam velut per „ imaginem, & ſimulachrum percipere; poſt „ etiam aliquantò, cùm cognatam carnem „ à terra, quæ & dederat, & in fidem acce- „ perat, receperit (quod quomodò fiet, is „ novit, qui ea inter ſe conjunxit atque diſ- „ ſoluit) tùm demùm eam quoque ad gloriæ „ Cœleſtis hæreditatem ſecum admiſſuram, „ & quemadmodùm ob naturæ conjunctionem ærumnarum ipſius particeps fuerat, „ ſic etiam jucunditates ſuas cum ipſa com- „ municaturam. *Hæc Gregorius*.

728 Eſt ergò Gregorii ſententia, ut ſolutæ Juſtorum animæ à corporibus, protinùs in Cœlum deducantur, ac ſtatim Divinâ perfruantur bonitate, ſive beatificâ viſione, cujus redundantem gloriam, gaudiaque, reaſſumptâ carne in generali reſurrectione, propriis corporibus erunt communicaturæ, ut gaudeant & ipſa cum animæ gaudio, quæ cum anima ærumnas ſuſtinuerunt. Vndè in Oratione 20. in laudem Baſilii, propè finem, in Cœlum tranſlatum Baſilium fatetur, inquiens: *Ac nunc ille quidem in Cælis eſt*; Et in fine ejuſdem Orationis Baſilium alloquens, ait: „ Tu verò, ſacrum & divinum Caput, è Cœlo nos quæſo inſpice, „ carniſque ſtimulum à Deo nobis ad diſci- „ plinam datum, aut precibus tuis ſiſte, aut „ certè, ut cum forti animo perferamus, „ perſuade; atque omnem noſtram vitam ad „ id, quod maximè conducibile eſt, dirige; „ noſque, poſteaquàm ex hac vita migrave- „ rimus, illic quoque tabernaculis tuis exci- „ pe; ut ſimul viventes, & Sanctam ac Beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam ſpe- „ ciem, & imaginem accepimus, puriùs ple- „ niùſque cernentes, deſideriis noſtris finem „ ſtatuamus, ac bellorum eorum, quæ intu- „ limus, vel pertulimus, hoc præmium re- „ feramus. *Hactenus Gregorius*.

729 Hoc porrò, quod Gregorius in Baſilium pronunciarat, docuerat & Baſilius; qui homil. 19. in Sanctum Gordium Marty-

rem,

rem, in fine ait: „ Hæc ubi dixit Chriſti miles, Crucis ſe ſigno munivit, & anima magnâ conſtantiâ, vultu intrepido, colore nuſquàm mutato, ad ſupplicium hilaris contendit; ubi tantam cordis præſeferebat alacritatem, ut non Lictorum, ſed Angelorum manibus ſe committere videretur, qui ſubitò poſt interitum ſublimem eum in Cœlum deferrent, velut olim Lazarum. *Et in fine Orat.* 20. *in quadraginta Martyres, alloquens eos, ait*: Vos non terra contexit, ſed Cœlum excepit. Apertæ ſunt vobis Paradiſi portæ, dignum profectò Exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & juſtis omnibus ſpectaculum.

730 Neque prætereunda ſunt Gregorii Nyſſeni celeberrimi inter Græcos Scriptoris, & Doctoris, teſtimonia, ab univerſa Catholica Eccleſia recepta, & venerata. Sanè non dubitavit Beatiſſimus Gregorius, quin animæ ſanctæ purgatæ, & à corporibus ſolutæ, in Cœlum ſtatim conſcedant, conſcenſæ, beatitudine mox fruantur; Nam in Encomio & Vita S.Ephrem Syri, paulò ante finem, inter alia ſcribit: „ Quo quidem demoſtrato miraculo, cùm jam vitæ finis immineret, eos, qui tunc aderant, multis piis commonitionibus, ad virtutis ſtadium, atque amorem cohortatos, ut poſtrema ejus declarant verba, ad tranquillum æterni Regni portum fœliciter emigravit, ſanctàque, ac Deo gratâ acceſſione, numerum Beatorum, qui ab initio fuerant ſæculi, cumulavit. Nam in Cœleſtibus anima ipſius conſedit tabernaculis, ubi Angelorum ſunt ordines, ubi Patriarcharum populi, ubi Prophetarum Chori, ubi Apoſtolorum ſedes, ubi Martyrum gaudium, ubi piorum lætitiæ, ubi Doctorum ſplendor, ubi celebres primogenitorum cœtus, ubi puræ exultantium voces, ubi illa bona patent, quæ Angeli proſpicere optant. In ſanctum illum locum fœliciſſima Beati clarique Patris Ephræm anima pervenit. *Hæc Nyſſenus*. Similia tradit in Oratione funebri de Placilla Imperatrice, ubi ante finem ait: „ Quid igitur moleſtum & acerbum eſt, ſi à vitæ malis beata iſta ſegregata eſt, & veluti lerna quædam, corporis ſordibus abjectis, pura anima ad immortalem & incorruptam vitam tranſit? In qua fraus non excercetur, calumniæ non creditur, adulatio locum non habet. *Et paulò poſt*: Aufugit illinc, ut inquit Propheta, dolor & moleſtia & gemitus, pro his verò quid? impatibilitas, & malorum, incommodorumque vacuitas, beatitudo, ab omni malo alienatio, Angelorum conſuetudo, inviſibilium contemplatio, ſocietas cùm Deo, lætitia finem non habens. Numquid igitur mœrore convenit de Regina edoctos, quæ quibus commutaverit? Reliquit Regnum terreſtre, ac Cœleſte aſſequuta eſt: Depoſuit coronam lapidibus ornatam, ac gloriæ Coronâ ſe circumdedit; exuit veſtem purpuream, ac Chriſtum induit. *Hactenus Gregorius Nyſſenus*.

731 Sed & in lib. de Anima & reſurrectione, ferè circa medium, docet, animas Sanctas expedito hujus vitæ curſu, atque à corpore ſolutę, in ſinum Abrahæ ferri, quod ſinum aliud non eſſe explicat, quàm bonorum omnium locum: „ Ut igitur, *inquit*, certam aliquam Pelagi partem circumſcriptam, per abuſum quemdam, Sinum nominamus, ita mihi ſermo nomine ſinus immenſorum illorum noſtrorum bonorum demonſtrationem ſignificare videtur: in quo ſinu bonos omnes, qui per virtutem præſentis vitæ curſum conficiunt, cùm hinc ſoluerint, tanquam in portu non obnoxio fluctuum procellis, animas appulſas quaſi ſubductas ſtatuunt. *Hactenus ibi Gregorius*, qui denique in Oratione de Sancto Theodoro Martyre, prope finem, illum alloquens, ait: „ Tu verò hùc jam ades ad nos: ubicumque tandem fueris, ut diei feſto, præſis: vocantem enim te contrà vocamus: ac ſive in ſublimi æthere habitas, ſive per Cœleſtem aliquem circulum verſaris, aut in Choros Angelorum coaptatus Domino adſiſtis, aut eum virtutibus, & poteſtatibus, ut ſervus fidelis adorationis officio fungeris: parumper ab iis officiis vacationem deprecans, veni ad hos, qui te honorant.

732 His denique Patribus unum addo Epiphanium in Panario, ad finem hæreſis 78. ubi de Sanctis, qui jam exceſſerunt, loquens, ait: „ Sancti ſunt in honore: quies ipſorum in gloria: profectio ipſorum hinc, in profectione: ſors ipſorum in Beatitudine, in manſionibus ſanctis, tripudium cum Angelis, diæta in Cœlo, converſatio in Divinis ſcripturis, gloria in honore incomparabili ac perpetuo, bravia in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Hæc Epiphanius*. Itaque omiſſis cæteris Græcis Patribus, ſat ex hactenùs adductis conſtat, quænam vera Sanctorum Eccleſiæ Græcæ Patrum fuerit de hac re opinio & ſententia. Undè aberrant Græci à ſemita ſuorum orthodoxorum Patrum, dum de ſtatu animarum ſeparatarum aliter credunt, tenent, & docent.

Teſtimonia ſcripturarum pro vera ſententia.

733 Non deſunt & Scripturæ loca, ex quibus catholica de animarum ſeparatarum ſtatu ante Judicii diem, vel ante carnis reſurrectionem erui poteſt ſententia. Chriſtus namque in Cruee affixus, Latroni in patibulo tunc pendenti, ac dicenti, ut refert Lu-

Lucas cap. 23. *Memento mei, cùm veneris in Regnum tuum*, protinùs dixit: *Amen dico tibi: Hodiè mecum eris in Paradiſo*, hoc eſt, hodie mecum frueris viſione beatâ, quoniam, ut veritas in verbis Chriſti Domini eruatur, non poteſt dici, promiſiſſe Latroni eâ die Paradiſum materiale, putà Empireum Cœlum, ubi Sanctorum omnium ſitus creditur Paradiſus: nam ſi cum Chriſto futurus erat eo die in Paradiſo, non potuit promiſſio illa intelligi de Cœlo Empireo, quoniam Chriſtus eo die nec ſecundùm animam, nec ſecundùm corpus futurus erat in Empireo: corpus namque, ut tradunt Sacra Evangelia, jacuit in ſepulchro; anima verò ſecundùm Eccleſiæ fidem, ad inferos deſcendit. Sic Sanctus Auguſtinus Epiſtola 57. ad Dardanum, de Præſentia Dei, ubi ait: „ Generale Paradiſi nomen eſt, ubi fœliciter vi- „ vitur: neque enim, quia Paradiſus eſt ap- „ pellatus, ubi Adam fuit ante peccatum, „ propterea ſcriptura prohibita eſt etiam „ Eccleſiam vocare Paradiſum cum fructu „ pomorum. Eſt autem ſenſus multò expe- „ ditior, & ab his omnibus ambiguitatibus „ liber, ſi non ſecundùm id, quod homo erat, „ ſed ſecundùm id, quod Deus erat Chriſtus, „ dixiſſe accipiatur: *Hodie meum eris in Pa-* „ *radiſo*. Homo quippe Chriſtus illo die ſe- „ cundùm carnem in ſepulchro, ſecundùm „ animam in Inferno futurus erat: Deus „ verò idem ipſe Chriſtus ubique ſemper eſt: „ Eſt enim lux, quæ lucet etiam in tene- „ bris, quamvis eam tenebræ non compre- „ hendant. Eſt virtus & ſapientia Dei, de „ qua ſcriptum eſt, quòd attingat à fine „ uſque ad finem fortiter, & diſponat om- „ nia ſuaviter, & attingat ubique propter „ ſuam munditiam, & nihil inquinatum in „ eam incurrat. Ubicumque ergò ſit Para- „ diſus, quiſquis Beatorum ibi eſt, cum illo ibi eſt, qui ubique eſt. *Hæc Sanctus Auguſtinus*.

734 Ex hoc ergò remanet refutata Euthymii expoſitio, qui ſecutus Græcorum errorem, exiſtimat, Chriſtum per illa verba promiſiſſe Latroni Terreſtre Paradiſum: quoniam Chriſtus, cum quo futurus erat Latro in Paradiſo eodem die, nec ſecundùm animam, nec ſecundùm corpus futurus erat in Paradiſo terreſtri. Unde D. Bonaventura lib. 3. Sent. diſt. 22. quæſt. 6. ubi tradit, liberatas à Chriſto de inferis animas, non ſtatim in Cœlum aſcendiſſe, ad objectum ex promiſſione facta Latroni per illa verba, *hodie mecum eris in Paradiſo*, ſecutus Auguſtini doctrinam, reſpondit in ſolutione ad primum: „ Ad illud, quod objicitur aucto- „ ritate Domini in Lucam, dicendum, quod „ ſicut dicit Auguſtinus hoc verbum expo- „ nens, Paradiſus ibi dicitur non locus Em- „ pyrei, nec locus Paradiſi terreſtris, ſed „ ipſa Dei viſio. Ubicumque enim homo ſit, „ dum tamen Deum apertè videat, poteſt dici eſſe in Paradiſo. *Hactenus D. Bonaventura*. Ita & Angelic. Doctor B. Thomas 3. par. quæſt. 52. Ad ſecundum, ubi occurrit pariter objecto ex præfatis Chriſti verbis, ait: „ Dicendum, quòd illud verbum Domini eſt „ intelligendum non de Paradiſo terreſtri „ corporeo, ſed & de Paradiſo ſpirituali, in „ quo eſſe dicuntur, quicumque Divinâ „ Gloriâ perfruuntur: unde Latro, loco „ quidem cum Chriſto ad Infernum deſcen- „ dit, ut cum Chriſto eſſet, quia dictum „ eſt ei: *mecum eris in Paradiſo*, ſed præmio „ in Paradiſo fuit, quia ibi Divinitate Chriſti fruebatur, ſicut & alii Sancti. *Hæc ille*. Sicut & Angeli Sancti ad cuſtodiam hominum deſtinati, etſi ſemper non ſint in Cœlo Empireo & Paradiſo illo materiali, ſemper tamen beati ſunt, licèt in hac terra degentes, quia ſemper Deum vident, juxta illud Evangelii: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis eſt*, Matth. cap. 18. verſ. 10. Ita & Latro, licèt nondùm in Paradiſo materiali, ſive in Cœlo conſtitutus, potuit & eſſe Beatus, fruens, ubicumque cum Chriſto fuerit, Divinitate, & videns Divinam Eſſentiam facie ad faciem: & ſic verè dici eſſe tunc cum Chriſto in Paradiſo ſpirituali, videndo Divinam Eſſentiam, eâq; fruendo, ſicut & anima Chriſti, ubicumque eſſet conſtituta.

735 Nec Theophylatus ex Grecis multùm diſcrepat, qui in Commentario ad cap. 23. Lucæ, præfata Chriſti verba expendit, & & nonnullorum refutat expoſitiones, quæ à vero & genuino ſenſu aberrare ſibi videbantur. Aliqui namque propter Pauli verba in Epiſtola ad Hebræos cap. 11. *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis meliùs aliquid providente, ut non ſine nobis providerentur*, de quo teſtimonio ſupra locuti ſumus, nè verba Chriſti Latroni prolata huic Pauli adverſarentur teſtimonio, exiſtimantes, ſecundùm doctrinam Pauli, neminem coronari aut beari niſi poſt finale Judicium, nec quidem in Paradiſum ingredi, dicebant, Chriſti promiſſionem Latroni factam, licèt per verba de præſenti, futurum tamen exprimere, & quidem juxta phraſim ſcripturæ, quæ ſæpe utitur verbis de præſenti ad futuras res ſignificandas, ut ſunt illa Joan. cap. 3. *Qui non credit, jam judicatus eſt*. Nonnulli verò alio pacto explicantes dicebant, Chriſti locutionem talem fuiſſe: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*, adeout ly, *hodie*, referatur ad tempus factæ promiſſionis, non dandi Paradiſum, & ſenſus ſit, *hodie dico tibi*, mecum ſuo tempore eris in Paradiſo. Quas expoſitiones non recipit Theophylatus. Alii denique diſtinguentes inter Paradiſum, & Regnum, fatebantur, Chriſtum Latroni promiſiſſe Paradiſum, non Regnum:

at promiſſa nobis bona, non ſunt ingreſſus in Paradiſum, ſed in Regno conteſtabantur, in quo ſunt bona illa, quæ nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit; pro quo & in oratione Dominica oramus per illa verba: *Adveniat Regnum tuum*. Sed iſti nomine Paradiſi videntur intellixiſſe Paradiſum terreſtre, quoniam dicebant: Bona promiſſa Sanctis illa eſſe, de quibus Paulus dixit: nec oculus vidit, nec auris audivit; Paradiſum verò oculis vidiſſe Adam, auris audiviſſe.

736 Cæterùm inanis eſt iſta quoque diſtinctio de Paradiſo, & Regno, Latroni verò Regnum fuiſſe promiſſum per illa verba tradit Magnus Gregorius lib. 29. in cap. 38. Job, cap. 9. inquiens; *Scimus etiam, quòd Latro de patibulo tranſivit ad Regnum*. Promiſſa quoque recepiſſe, docet idem Sanctus Pontifex homilia 20. in Evangelia, in cujus fine ait: „ Latro iſte cruentis manibus, abſtra-
„ ctus à facie itineris, ſuſpenſus eſt in pati-
„ bulo Crucis, ibi confeſſus, ibi ſanatus eſt,
„ ibi audire meruit, *bodie mecum eris in Pa-*
„ *radiſo*. Quid eſt hoc? Quis tantam boni-
„ tatem Dei dicere quis exiſtimare ſufficiat?
„ De ipſa pœna criminis pervenit ad præmia
„ virtutis. *Hæc ille*. Itaque nec ipſe Theophilatus hujuſmodi admittit reſponſionem, & eundem eſſe Paradiſum ac Regnum conteſtatur, & Latroni promiſiſſe Regnum Cœlorum, promittendo Paradiſum concludit:
„ Dicendum autem eſt, *inquit*, idem eſſe
„ Regnum Cœlorum & Paradiſum. Nihil
„ prohibet ergò & Dominum vera dicere &
„ Paulum; nam Latro quidèm eſt in Paradi-
„ ſo, hoc eſt Regno, & non ſolus ipſe, ſed
„ etiam omnes, quos numerat Paulus. At-
„ qui non fruitur perfectâ bonorum partici-
„ patione. *Hæc ille*. Non negat, Latronem eſſe in Cœlo, hoc palàm concedit, ſicut & de aliis Sanctis pariter affirmat; quod tamen Græci temerè negant: ſolùmve exiſtimat, non perfectè frui promiſſis bonis, quemadmodùm nec Sancti, expectantes carnis reſurrectionem. Quod etiam intelligi poteſt, ut ſupra etiam explicavimus, non quòd velit Latronis, & Sanctorum animas abſolutè non frui viſione beatificâ, ſed quòd non adæquatè, nec adeò perfectè, quemadmodùm fruetur anima poſt reſurrectionem corpori juncta. Et ideò uti videtur adverbio illo, *perfectè*, undè & paulò poſt ait: „ Ita & Sancti tametſi
„ nondùm perfectè bonis fruantur, jam tamen
„ verſantur in locis lucidis & fragrantibus,
„ & regiis denique tabernaculis, etiamſi non-
„ dùm diſtributionem regionum bonorum
„ perfectè aſſequantur, ita & Latro in Pa-
„ radiſo fuit, etiamſi nondùm quod perfe-
„ ctum eſt, ut nè abſque nobis perfectus ſit. *Et paulò poſt*. Promiſſionem illam, de qua Paulus dicit nondùm accepiſſe Sanctos explanans, ait; *Promiſſionem enim dicendo, integram fœlicitatem declaravit. At illam nondùm integram acceperunt, & ſunt in Regno ac Paradiſo*. Integram ergò accipient Sancti, dùm poſt reſurrectionem corpora quoque beatificabuntur, cùm modò tantùm ex parte, ex ſolius animæ beatitudine promiſſiones accipiant.

737 Deinde Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 13. Illuminatorum, in Cœlum Latronem ingreſſum dicit, Cœlum ipſum pro promiſſo Paradiſo intelligens, relatis namque Chriſti verbis, *bodie mecum eris in Paradiſo*, ſtatim ſubnectit: „ Cùm enim hodiè
„ vocem audiſti, & non obturaſti cor tuum,
„ celeriter contra Adam tuli ſententiam, ce-
„ leriter tibi gratificor; Ille propter lignum
„ excidit; & tu de ligno introduceris in Pa-
„ radiſum. Nè timeas Serpentem; cecidit
„ enim de Cœlo, non ejiciet te. Et non di-
„ co tibi, hodie recedes, ſed hodiè mecum
„ eris, non rejiceris: Confide, neque timeas
„ flammeum gladium; reveretur enim Do-
„ minum. O' ingentem & inenarrabilem gra-
„ tiam! Nondùm Abraham fidelis ingreſſus
„ eſt, & Latro ingreditur: Nondùm Moyſes
„ & Prophetæ, & Latro iniquus ingreditur. *Hactenus Cyrillus*.

738 Præſtat quoque audire Chryſoſtomum: non enim diſſimilia loqui videtur in Homilia de Cæco à nativitate, & Latrone in Cruce, ubi repètens eadem Chriſti verba, *bodie mecum eris in Paradiſo*, ſtatim exclamat, dicens: „ Vidiſti Dei ſalutem? Vidiſti Do-
„ mini beneficium? Vidiſti magnum verita-
„ tis Judicem? *bodie mecum eris in Paradiſo*.
„ Nemo hactenus Judæorum, aut Patriar-
„ charum, de Paradiſo fieri mentionem au-
„ divit, ex quo tranſgreſſus eſt Adamus, ex
„ illo egreſſus eſt; ac tametſi Deus homini-
„ bus innumera fidelibus promiſit, nulli ta-
„ men Paradiſum niſi Latroni promiſit; nuſ-
„ quàm homini apparet Dei ore promiſſum
„ eſſe Paradiſum, poſtquàm ejectus Ada-
„ mus, niſi huic primùm Latroni. Cùr nulli
„ Patriarcharum primùm de Paradiſo loquu-
„ tus eſt, nulli Prophetarum, nulli Apoſto-
„ lorum? Antiquis verò promiſit; *Dabo tibi*
„ *terram lacte & melle manantem*. Apoſtolis
„ dicit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſo-*
„ *rum eſt Regnum Cœlorum*; nuſquàm Pa-
„ radiſus: reſervat in medio Paradiſum, ut
„ Latroni primùm promittatur. Licèt enim
„ dixerit Paulus: *Raptus ſum in Paradiſum*,
„ poſt Latronem tamen hoc accidit. *Et poſt*
„ *aliqua*. Quæ porrò fuit Latronis purga-
„ tio? Quod cum fide Crucem attigerit, in
„ Paradiſum intravit. *Hæc ille*. Commendat ergò Paradiſi nomen, non aliâ certè de causâ, niſi quia ſumit Paradiſum pro beatitudinis loco, in quem poſteà Paulus ibidèm ſe raptum fuiſſe ſcribit; Et in hunc primùm Latronem ingreſſum, notat Chryſoſtomus. Et loquutum Chriſtum de illo Paradiſo, in quo eſt Beatorum Sedes, oſtendit S. Doctor

ex

ex ſequentibus; quoniam de eo locutum tradit, in quem nemo ingredi poteſt, niſi renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto; nam hoc objicit in Latrone; quem poſtea dicit, ex ſanguine & aqua de latere Chriſti manantis, baptizatum fuiſſe Latronem: „ Nam, quia crediderat is Salvatori, *inquit*, qui in peccatis inveteraverat, eumque neceſſe erat baptizari, ſic diſponit Deus, ut poſt paſſionem lanceâ Miles Domini latus vulneret, & exilit ſanguis & aqua: *Ex ejus enim latere*, inquit Evangeliſta, *exivit ſanguis & aqua*, ut de veritate Paſſionis conſtaret, & figura Sacramentorum extaret; neque verò ſic exierunt ſanguis & aqua, ut ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu, ut Latronis corpus aſpergerent. Quod enim cum impetuoſo fluxu emittitur, aſpergit; quod autem fluit, leniter fluit, prout venit; at cum impetu exivit ex latere ſanguis & aqua, ut Latronem aſperſum baptizarent. *Ita Chryſoſtomus*. Undè ſecundam hanc traditam doctrinam argui licebit: Latro ingreſſus eſt in Paradiſum ſibi à Chriſto in Cruce promiſſum, ut ait Chryſoſtomus. At hic Paradiſus ille eſt, in quo Beati Deum vident, ac eo fruuntur; quoniam ille idem eſt, ad quem ſolis baptizatis patet ingreſſus, ut verba innuunt Chryſoſtomi; & ille eſt, ubi Beati gaudent, & Deum vident, qui ſub nomine Regni Cœlorum ſolis baptizatis eſt promiſſus: ergò Latro in Beatorum ingreſſus eſt Paradiſum. Ut quid ergò Greci fontem aquæ vivæ, Sanctorum ſuorum Patrum, videlicet doctrinam, derelinquentes, aquam turbidam ex ſchiſmaticorum diſſipatis adulterinæ doctrinæ ciſternis hauriunt, negantes Sanctorum animas in Cœlum recepturas poſt ſuam à corporibus ſolutionem, quantumvis purgatas, & volentes, ut univerſæ expectent Judicii diem?

739 Certè Paulus in hac non fuit ſententia, qui ad Philippenſes, cap. 1. ſcribens, ait: ſe optare diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Ubi Syriacus vertit: *Me premunt hæc duo: ut liberari cupiam; ut ſim cum Chriſto*. Æthyopica autem Verſio legit: *Deſidero migrare, & eſſe apud Chriſtum*. Ubi Lyranus: *Deſiderium habens diſſolvi per mortem corporalem, & eſſe cum Chriſto in gloria*. Teſtatur ſanè idem Paulus, Chriſtum eſſe in gloria Dei Patris, ut habet cap. 2. ejuſdem Epiſtolæ: *Quia Dominus Jeſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris*. Ergò Paulus cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, credebat, animam, ſoluto corpore, in Cœlum ad Chriſtum migrare, & cum Chriſto gloriâ frui. Fruſtrà namque optaſſet diſſolvi, ut eſſet cum Chriſto, ſi poſt diſſolutionem non fuiſſet futurus cum Chriſto, niſi poſt generalem corporum reſurrectionem. Et hoc indicat in poſteriori ad Corinth. Epiſt. cap. 5. per illa verba: *Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in Cœlis*. Et vult dicere: Si corpus terrenum noſtrum diſſolvatur, habemus ex Deo aliam ædificationem, ideſt ædificium, ſeù domum animæ noſtræ, præparatam non manu humanâ, ſed divinâ, non caducam, ſed æternam; non in terris, ſed in Cœlis, Gloriam ſcilicet Cœleſtem, quam velut ſplendidiſſimum palatium, ſtatim à morte, ſi nil purgandum ſuperſit, ingrediemur, juxtà illud: *Intra in gaudium Domini tui*, prout exponunt Photius, Oecumenius, Anſelmus, D. Thomas, & Lyranus apud Tirinum.

740 Magis inſuper hæc Pauli mens aperitur ex ſubſequentibus, ubi ait: *Audentes igitur ſemper, ſcientes, quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum*. Quibus verbis dicere vult: quoniam igitur ſcimus & perſuaſum habemus; ut vertit Syriacus, quòd per præſentiam noſtram in corpore abſumus à Domino, ut legit Verſio Æthyopica, propterea confidimus, & præoptamus magis peregrinari à corpore, & eſſe apud Dominum noſtrum, ut idem Syriacus vertit, vel cum Oecumenio: Et cupimus magis foris agere extra corpus; ſive exoptamus potiùs abeſſe à corpore, & adeſſe apud Dominum. Ait ergò Paulus, quòd dùm ſumus in hoc corpore, peregrini ſumus à Domino; quia in hac vita per fidem ambulamus, non per ſpeciem, ideſt, non per viſum, ut vertit Syriacus, ſive non per intuitionem ipſius Dei, ut Tyrinus ait: quià nedùm ipſam Divinam naturam, & pulchritudinem Dei in ſe contemplamur facie ad faciem, ut exponit Menochius: Ut ergò præſentes ſimus ad Dominum, utque non ampliùs per fidem ambulemus, ſed per ſpeciem Deum videamus, placitum, & optabile nobis eſt à corpore peregrinari. Hinc Lyranus vertit: Delectationem habemus in mente, magis peregrinari à corpore, ideſt, diſſolutionem hujus corporis per mortem ſubire, ut per hoc habeamus claram Dei viſionem & perfectam fruitionem.

741 Et ex his rectè deducitur, ſecundùm Apoſtoli mentem, Sanctorum Animas purgatas, à corporibus ſolutas, in Cœlum ad Dominum migrare, viſuras Deum facie ad faciem ante carnis reſurrectionem. Si namque Animæ Sanctæ non eſſent Deum viſuræ, niſi poſt corporum reſurrectionem, non eſſet optabile peregrinari à corpore, immò nullius momenti eſſet ratiocinatio Pauli, potiùs dixiſſe oportuiſſet, optandum reaſſumi corpus, quàm eo exui, ut præſentes conſtituamur apud Deum. Certè ſi non in peregrinatione à corpore, ſed in corporis dumtaxat reaſſumptione conſequeremur eximium illud bonum, ni-

nimirum beatam viſionem, nihil præſtaret nobis, quòd à corpore peregrinaremur, undè ergò tantum deſiderium ſic peregrinari à corpore, ſeù exui corpore, adeout appetitus gratiæ, ut notat Lyranus, vincat in Sanctis appetitum naturæ? Natura enim animæ appetit eſſe cum corpore; & cùm Paulus dicit optare nos expoliari corpore, ſeù peregrinari à corpore, appetitum gratiæ indicat, quæ ad majus bonum tendit, ad viſionem ſcilicet claram Dei, qua frui non poſſumus, dùm in hoc mortali corpore ſumus: *videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem*. Hoc ergò eſt, quod ipſemet Paulus ad Philippenſes dixerat, cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto; ſequens gratiæ appetitum cupiebat diſſolvi à corpore mortis hujus, ut eſſet cum Chriſto in Gloria.

742 Deindè ſcribit idem Paulus ad Epheſios cap. 4. de Chriſto loquens ait: *Propter quòd dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Ubi Apoſtulus ſe reportat ad illud Pſalmi 67. verſ. 19. ubi dicitur, *Aſcendiſti in altum, cæpiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus*. Unde ut de Chriſto loqui videtur ſubjungit Paulus: *Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes Terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes Cælos, ut impleret omnia*. Ubi Paulus loquitur de deſcenſu Chriſti ad Inferos, juxtà illud Eccleſiaſtici cap. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes Terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*, ut Sanctorum Animas, quæ ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad Cœlos victor abduceret, ut exponit Hieronymus. Et de hoc deſcenſu ad Inferos, ac de Chriſti Victoria Paulum eſt interpretatus, etiam Chryſoſtomus: ubi ait: „ Ex eo quòd aſcendit „ innuit deſcenſum: Sicut etiam dicebat Ja- „ cob: *Deducetis Senium meum cum dolore ad* „ *Inferos*. Et rursùs in Pſalmo: *Similis erat* „ *deſcendentibus in lacum*: Hoc eſt, mortuis. „ Cùr hunc locum hic tractat? Quãnam di- „ cit captivitatem? Captivitatem Diaboli, „ Tyramnum accepit captivum, nempè Dia- „ bolum & mortem. & execrationem & pec- „ catum. *Hæc Chryſoſtomus*: Et ſimilia tradit Theophilatus. Ambroſius porrò in hunc Pauli locum, palàm docet Chriſtum in ſuo ad Inferos deſcenſu, victa morte, & ſuperato Diabolo: omnes Sanctos eduxiſse ab Inferis, ac ſecum in Cœlum adduxiſſe. „ Vincens „ enim mortem, *inquit*, exaltatus eſt in Cru- „ ce, ſicut ipſe dixerat; ait enim: *cum exal-* „ *tatus fuero à Terra omnia traham ad me* „ *ipſum*. Expoliavit Inferos, cum captivos, „ quos ex prævaricatione Adæ, aut propriis „ captos peccatis in conditione tenebant, „ abſtulit conſentientes ſibi, & aſcendens in- „ de in Cœlos induxit. *Hæc ille*. De hac liberatione, & edutione vaticinatus eſt Zacharias cap. 9. ubi ait: *Tu quoque in Sanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu*: licèt ſecundum Patres hoc vaticinium dictum etiam ſit de univerſis, qui peccatorum vinculis erant alligati, ſoluti per Chriſti mortem.

743 Sed omiſſis aliis Scripturæ locis, hoc unum addam de Deipera Virgine Maria: quã in Anima & Corpore in Cœlum aſſumptam tenet communis S. Eccleſiæ traditio: Et quis negare auſus fuerit frui ſic ad Cœlum evectam Sanctiſſimi Filii ſui Divinitate, ac Divina eſſentia? Quis audebit fateri Chriſti Matrem non viſuram Divinam Eſſentiam, non fruituram viſione beata, niſi poſt communem omnium reſurrectionem? Inquit quidam in Sermone de Aſſumptione B. Virginis, inter opera D. Auguſtini. Tom. 9. tract. 8. „ Quan- „ tum igitur contueor, quantum intelligo, „ quantum credo, Mariæ Anima claritate „ fruitur Chriſti, & glorioſis conſpectibus „ eum ſemper videre ſitiens, & ſemper con- „ ſpiciens, dùm inæſtimabiliter paſcitur, „ excellentiori quadam ſpecialique prærroga- „ tiva à Filio honoratur. *Et infra*. Conſi- „ deratis igitur his univerſis, *inquit*, & vera „ ratione confitendum cenſeo, Mariam in „ Chriſto: & apud Chriſtum eſſe. In Chri- „ ſto, quia in ipſo vivimus, movemur & ſu- „ mus: apud Chriſtum glorioſè ad æterni- „ tatis gaudia aſſumptam, benignitate Chri- „ ſti honoratiùs ſuſceptam, ceteris, quam „ hic gratia honoravit præceteris, ne uſque „ ad communem humilitatem eſſet adductam „ poſt mortem. *Hæc ille* Et Beatus Idelphonſus Archiepiſcopus Toletanus, Serm. 1. de Aſſumptione B. Virginis: „ *Hæc eſt, inquit*, „ quæ hodierna die, completis omnibus, Cœlo aſſumitur: exuitur carne, Cæleſti gloria „ veſtitur: *Et infra*. Ejus ſunt dona, ait, „ cujus hodie Mater Cœlos glorioſa coſcen- „ dit, & penetravit locum Tabernaculi ad- „ mirabilis uſque ad Domum Dei, in vocis „ exultationis, & lætitiæ, ubi jugiter ſonus „ Epulantis. Ergo unde priùs cecinerat, *gu-* „ *ſtate & videte; quoniam ſuavis eſt Dominus*: „ inde nunc epulatur cum Sanctis omnibus, „ & lætatur. „ *Hæc & alia* Idelphonſus tùm in prælaudato ſermone, tùm in aliis quinque ſubſequentibus.

744 At Græci non negant de Beata Virgine, fatentur namque ex ſpeciali Maternitatis privilegio in Cœlum ante communem Carnis reſurrectionem aſſumptam. Id quòd & de bono Latrone propter Chriſti Verba. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, nonnulli ex eis fatentur, ac unum, cum eſſe Bethlem audivi dicentem duos dumtaxat ex hominibus præter Chriſtum in Cœlo eſſe, Beatam ſcilicet Virginem, & bonum Latronem, ceteros electos expectari finale Judicium, ac univerſalem carnis reſurrectionem.

745 Hoc tamen ſine fundamento aſſeritur: quoniam excepta B. Maria Virgine, non

Digitized by Google

non eſt unde Joſeph ejuſdem B. Virginis Spōſus, aliique complures veteris Teſtamenti Patres in largitione, ſeu veriùs in receptione æterni præmii poſtponi debeant uni Latroni, in extremo ſuæ vitæ termino ad Chriſtum converſo. Porrò, Damaſcenus Scriptor Græcus, à cujus auctoritate maximè pendet hiſtoriæ traditio de B. Virginis Aſſumptione, licèt & aliis plurimis non careat fundamentis, ſupponit jàm in Cœlo univerſos Patriarchas, qui ante in Domino obdormierant: nam in ſermone de ejuſdem Beatæ Virginis Aſſumptione introducit noſtros primos parentes primùm obviam factos, inde cunctos Patriarchas & Prophetas: „ Applaudebat autem, „ *inquit*, univerſus etiam Sanctorum Cho„ rus, his verbis utens: Tu prædictiones „ noſtras explevisti: Tu expectatam noſtram „ lætitiam produxiſti. Per Te enim mortis „ vinculis ſoluti ſumus. Veni ad Nos cu„ pientes, quæ cupiditatem noſtram exple„ viſti: „ *Hæc Damaſcenus*, Et ſatis ad probationem hujus veritatis, cætera videnda apud controverſitas.

Solutio Argumenti deprompti ex Judicio finali.

746 Potiſſimum partis adverſæ fundamentum ſub Joanne XXII. Deſumebatur ex finali & univerſali Judicio, quod ſecundum Evangelica & Apoſtolica præconia in fine Sæculorum futurum eſt, in quo judicandi ſunt univerſi, recepturi præmium, aut pœnam ſecundum uniuscujuſq; merita. Unde in Apocalypſi cap. 20. *Et vidi mortuos, magnos & puſillos ſtantes in conſpectu Throni, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ: & judicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera eorum. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant: & judicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum.* Et Paulus ad Romanos cap. 14. verſ. 10. *Omnes enim ſtabimus ante Tribunal Chriſti*. Et in poſteriori ad Corinth. cap. 5. verſ. 10. *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unusquiſque propria Corporis, prout geſſit, ſive bonum ſive malum*. Tunc ergo finalis ſententia pronunciabitur a Summo & æterno Judice in Throno Majeſtatis ſedente Angelicis ſtipato Spiritibus, dicente his qui à dextris erunt: *Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione Mundi*. Reprobis verò, & qui à ſiniſtris erunt, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus*, ut loquitur Salvator Matthæi cap. 25. Atqui, inquiebant adverſæ partis defenſores: Fruſtratorium eſſet hoc finale judicium, ſi jam ante homines eſſent judicati, & electi præmium, beatitudinem ſcilicèt, reprobi verò pœnam, conſequuti eſſent: Fruſtra Judex diceret, *Venite, poſſidete Regnum; Ite in ignem æternum*, Semel quòd primi fuiſſent jam priùs in Regni poſſeſſione: ſecundi verò ab exitu à Corpore in Infernum detruſi, pœnas ignis jam luiſſent. Ergo, inferebant, ut veritas extremi Judicii ſalvetur, aſſerendum, nonniſi poſt tale Judicium electis Beatitudinis præmia, Reprobis condignas in Inferno pœnas tribuendas.

747 Verùm licèt Sancti ante Judicium generale Beatitudinis præmia recipiant in Anima, juſtas improbi pœnas luant in Inferno, non proinde fruſtratorium erit univerſale Judicium: habet namque ſuas peculiares cauſas, quas congruentias appellat Doctor ſubtilis in 4. Sent. diſt. 47. quæſt. 1. Quarum prima eſt: quoniam congruum eſt finaliter ſeparari omnes malos ab omnibus bonis. Non enim malus communicat cum bono, niſi vel ad hoc ut malus corrigatur, vel ut bonus per eum exerceatur, ut ait S. Auguſtinus in Pſal. 54. Nunc autem veniet finalis determinatio. ubi nec ultra boni exercentur, nec mali corrigantur: Et ita congruum eſt ferri finaliter generalem ſententiam: ac per conſequens fiet generale Judicium, ut illa generalis ſeparatio appareat juſta. Hoc ſanè ipſemet Salvator voluit indicare apud Matthæum cap. 24. Ubi de hoc generali Judicio: verba faciens, exemplo Paſtoris, dicit tunc ſagregandos Electos à Reprobis, *Cum autem*, inquit, *venerit filius hominis in Majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo, tunc ſedebit ſuper Sedem Majeſtatis, & congregabuntur ante eum omnes Gentes: & ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ſuas.* Unde à ſeparatione incipiet Judicium: Qui enim inter bonos mali vixerunt mixti in hac vita, tunc ſeparabuntur à bonis: fiet namque generalis ſeparatio, quæ non contingit in particulari Judicio. Unde & hoc idem judicium Matthæi cap. 13. Aſſimilavit Meſſori: qui uſque ad meſſis tempus ſuſtinuit Zizania in eodem Agro cum tritico, ſegreganda ſolùm tempore meſſis: *Meſſis verò*, ait, *conſumatio ſæculi eſt: Meſſores autem Angeli ſunt*. Item & Sagenæ miſſæ in mari, ex omni genere piſcium congreganti, quorum inde ſeparatio fit ad litus Maris, retentis bonis piſcibus, ejectiſque malis: dicens: *Sic erit in conſumatione Sæculi, exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum.* Ergo ut fati ſumus à ſeparatione incipiet finale Judicium: ac proinde ut hæc generalis ſeparatio fiat, congruum eſt, ut judicium habeatur univerſale, licèt aliunde qui jam obierant judicio particulari fuerint judicati. Tunc ſolùm in omnium Conſpectu Dei Civitas, quæ ab Abel exordium duxit, apparebit à Diaboli ſeparata Civitate, quæ ſub Caino initia ſuſcepit.

748 Secunda verò congruentia in eo ſiſtit quod in ſecretis judiciis, quæ fiunt circà ſin-

ſingulas perſonas, licèt ſit juſtitia, non tamen omnibus manifeſta. Quare rationabile eſt, quod Deus habeat aliquod generale Judicium cunctis manifeſtum, in quo nota ſit univerſis ſententia, & juſtitia, quàm optimus Judex in particularibus exercuit Judiciis. Ideo Paulus, hac de cauſa in poſteriori ad Corinthios Epiſtola, cap. 5. verſ. 10. ait: *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut referat unusquiſque propria corporis prout geſſit, ſive bonum, ſive malum*. Ubi Anſelmus ait. *Ibi videbitur quis ſit unusquiſque: modò enim parum dignoſcitur*. Et Magnus Gregorius lib. 15. Moral. in cap. 20. Job. cap. 19. Super illa verba: *Revelabunt Cœli iniquitatem ejus*; ,, Hypocrytæ itaque, ,, ait, hujus Cœli iniquitatem revelant; atq; ,, adverſus eum terra conſurgit, dum & hi, ,, qui cum Deo Judices veniunt, & hi, qui ,, per judicium liberantur, pravitatis illius ,, teſtes exiſtunt. Nihil ergò de his, quæ ,, egit, in tempore damnationis abſconditur; ,, & ſiquidèm acta illius modò hominibus per ,, duplicitatem multa celantur; Sed in damnationis die quidquid in eo intrinſecus latebat, oſtenditur. *Hæc ille*. Itaque, ut manifeſtentur merita, & demerita cujuſcumque, quæ in hoc Mundo latebant, nec univerſis fuerant nota, & ex eis palàm fiat Dei juſtum Judicium, quo illos in particulari Judicio ad præmia vocavit, hos verò ad pœnas damnavit, Judicium univerſale convenientiſſimum eſt.

749 Tertia congruentia eſt, quòd ſicut res ſunt à primo efficiente, ideo reducuntur in primum, ſicut in finem: ſed præter ſpeciales exitus rerum à Deo per illam operationem, de qua dicit Salvator, Joan. 5. *Pater meus uſquemodò operatur, & ego operor*: Fuit unus exitus univerſalis in prima rerum creatione: ergo à ſimili præter ſingulares reductiones congruit eſſe unam finalem reductionem in finem ſuum, & per conſequens ad hoc, unam finalem ſententiam diſcretivam, quia mali non reducuntur.

750 Ultima porrò & quarta congruentia eſt, quòd præter hoc, quòd unuſquiſque adſcribatur Regno, vel carceri, tota multitudo prævisa ad Regnum debet aliquandò determinari ad poſſidendum illud, & tota alia multitudo relinqui carceri, ut ſit ſequeſtratio duarum familiarum, ſeù duarum Civitatum, ſicut tractat Auguſtinus per totum, de Civitate Dei. Licèt ergò ſingulariter nunc iſte, nunc ille, adſcribatur Regno, nunc iſte, nunc ille carceri; tamen congruum eſt aliquod Judicium Generale, per quod tota multitudo prævisa ad Regnum, mittatur in poſſeſſionem Regni, & tota alia relinquatur carceri. Hæc ex meo ſubtili Doctore.

751 Alii porrò addunt alias cauſas, nimirum, quia in Judicio finali etiam corpori tribuetur gloria, vel pœna, cum quo anima meruit, vel demeruit, id quod in particulari Judicio non habetur. Item, quia ex inſpectione miſeriæ reproborum, Sancti, qui illam evaſerunt miſeriam, plurimùm exultabunt, gratiaſque Deo agent. Item, quia tunc in Cœlum Empyreum, quod eſt proprius Beatorum corporum locus, præſata corpora erunt introductura, & ita juſti prefectè & completè erunt Beati, & maximè de hac beatitudine exultabunt, & lætabuntur: Tunc quoque erit completa reproborum punitio: quia cùm priùs tantùm in anima, tunc, ut præfati ſumus, etiam cruciabuntur in corpore. Vide etiam Beatum Thomam in 3. par. quæſt. 59. art. 5. ubi obiicientibus illud Nahum Prophetæ cap. 1. *Non puniet Dominus bis in idipſum*. Reſpondit, eſſe verum ſecundùm idem, ſed ſecundùm diverſa non eſſe inconveniens, Deum eundem bis judicare. Doctor verò Subtilis loco cit. exponit dicens, hominem in morte judicari, ut eſt perſona privata, in finali poſtea judicio, ut eſt pars familiæ deputatæ pro aula, vel pro carcere: Et hoc vult dicere Sanctus Thomas, dum dicit ſecundùm diverſa à Deo eundem hominem judicari, & in particulari, & in generali judicio,

Deſinitio hujus controverſiæ per Benedictum Pàpam XII. Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

752 ,, Benedictus Deus in donis ſuis, &
,, ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui Sa-
,, croſanctam Romanam Catholicam, &
,, Apoſtolicam Eccleſiam, quam ut vineam
,, plantavit dextera ſua, quamq; ut præcipuã
,, in Eccleſiarum omnium caput erexit, & vi-
,, ctricem, dicente Domino: *Tu es Petrus, &*
,, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*,
,, ſua miſeratione, non deſerit, ſed per Bea-
,, tos Apoſtolos, præcipuè Petrum & Pau-
,, lum, ſingulares ejuſdem Eccleſiæ deſen-
,, ſores, pia benignitate & continua pieta-
,, te cuſtodit, quatenus ejsdem rectoribus
,, gubernata, in ſe ſtabilis maneat, funda-
,, ta ſuper firmam petram, omneſque Chri-
,, ſtianæ Fidei Cultores illi obediant, illi
,, pareant, illi intendant, ſub illius magi-
,, ſterio degant, ſub ejus diſciplina & cor-
,, rectione conſiſtant: Non in illa dogmati-
,, zetur improvidum, inſeratur incautum,
,, in fide temerarium ingeratur: ſicque de-
,, clinent homines à malo, & faciant bo-
,, num, ambulent per vias rectas, & ad me-
,, liora per ſancta deſideria proficiſcantur,
,, ut ſperent juſtorum propinquas æternæ
,, vitæ retributiones: timeant malorum In-
,, ferni calamitates non remotas; nam ſcrip-
,, tum eſt: *Ecce venio cito, & merces mea*
,, *mecum eſt, reddere unicuique juxta opera*
,, *ſua*. Quod ſi ſecus à quoquam attentatum

„ tum id protinùs ſua auctoritate, pœnis
„ etiam adjectis, prout expedire viderit,
„ prorsùs evellat. Pro qua, ut in ſeipſa ſub-
„ ſiſtens, alios informaret, paſſionis ſuæ tem-
„ pore Salvator noſter Jeſus Chriſtus Pa-
„ trem exoraſſe prohibetur, dicens: *Simon,*
„ *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret*
„ *ſicut triticum: Ego autem pro te rogavi, ut*
„ *non deficiat fides tua: & tu aliquando con-*
„ *verſus, confirma fratres tuos.*

753 „ Sanè dudùm tempore fœlicis Re-
„ cordationis Joannis XXII. prædeceſſoris
„ noſtri, inter nonnullos etiam Theologicæ
„ facultatis Magiſtros, ſuper viſione anima-
„ rum juſtorum hominum poſt mortem
„ ſuam, in quibus nihil erat purgabile, cùm
„ de hoc ſæculo deceſſerunt, vel ſi fuerat,
„ jam purgatum fuerat ex toto, an Divi-
„ nam Eſſentiam videant ante corporum
„ ſuorum reſumptionem, & judicium gene-
„ rale. Et ſuper nonnullis aliis ortâ materiâ
„ quæſtionis, ipſorum aliqui negativam,
„ aliqui affirmativam, alii verò ſecùdùm ſuas
„ imaginationes, de viſione Divinæ Eſſen-
„ tiæ ab animabus hujuſmodi, diverſa &
„ diverſimodè oſtendere nitebantur, prout
„ ex dictis, & ſcriptis ipſorum noſcitur ap-
„ parere, ſuper rejectis verò ſuis concerta-
„ tionibus, quas hic causâ brevitatis omit-
„ timus, quia ita ex noſtris determinatio-
„ nibus inter ſe etiam decidebant. Cùmque
„ idem prædeceſſor noſter, ad quem prædi-
„ ctorum determinatio pertinebat, ad deci-
„ ſionem cõcertationum hujuſmodi, ſe para-
„ ret in ſuo conſiſtorio publico, tam fra-
„ tribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
„ dinalibus, de quorum numero tunc era-
„ mus, quàm Prælatis & Magiſtris in Theo-
„ logia, qui multi aderant præſentes, in-
„ jungendo diſtrictiùs, & mandando, ut ſu-
„ per materia de viſione prædicta, quando
„ requirerentur ab eo, deliberatè unuſquiſ-
„ que diceret quod ſentiret. Tamen morte
„ præventus, ſicut Domino placuit, perfi-
„ cere illud nequivit.

754 „ Defuncto itaque prædeceſſore
„ præfato, nos Divina dignatione ad apicem
„ ſummi Apoſtolatus aſſumpti, diligentiùs
„ attendentes quanta, ex præmiſſis eorum
„ concertationibus non ſolutis, animarum
„ imminent pericula, quanta exinde poſſunt
„ ſcandala ſuboriri, ut ipſorum varietas pa-
„ reat, & veritatis ſoliditas innoteſcat, ha-
„ bitâ prius ſuper prædictis ſolicitâ exami-
„ natione, & diligenti deliberatione cum
„ fratribus noſtris dictæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinalibus, de ipſorum Fratrum conſi-
„ lio, hac in perpetuum valitura conſtitu-
„ tione auctoritate Apoſtolica definimus.

755 „ Quod ſecundùm communem Dei
„ ordinationem, Animæ Sanctorum om-
„ nium, qui de hoc Mundo ante Domini no-
„ ſtri Jeſu Chriſti paſſionem deceſſerunt,
„ necnon Sanctorum Apoſtolorum, Marty-
„ rum, Confeſſorum, Virginum, & aliorum
„ Fidelium Defunctorum, poſt ſacrum ab
„ eis baptiſma ſuſceptum, in quibus nihil
„ purgabile fuit, quando deceſſerunt, nec
„ erit quando decedent etiam in futurum,
„ vel ſi tunc fuerit, aut erit aliquid purga-
„ bile in eiſdem, cùm poſt mortem ſuam,
„ fuerint purgatæ; ac quòd animæ puerorum
„ eodem Chriſti baptiſmate renatorum, &
„ baptizandorum, cùm fuerint baptizati,
„ ante uſum liberi arbitrii decedentium, mox
„ poſt mortem ſuam, & purgationem præ-
„ fatam in illis, qui purgatione hujuſmodi
„ indigebant, etiam ante aſſumptionem ſuo-
„ rum corporum, & judicium generale, poſt
„ Aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ in Cœlum, fuerunt, ſunt, & erunt in Cœ-
„ lo Cœlorum Regno, & Paradiſo Cœleſti
„ cum Chriſto, Sanctorum Angelorum con-
„ ſortio aggregatæ, ac poſt Domini Jeſu
„ Chriſti paſſionem & mortem viderunt &
„ vident Divinam Eſſentiam viſione intuiti-
„ va, & etiam faciali, nullâ mediante crea-
„ turâ, in ratione objecti viſi ſe habente,
„ ſed Divinâ Eſſentiâ immediatè ſe nudè,
„ clarè, & apertè eis oſtendente. Quodque
„ ſic videntes eâdem Divinâ Eſſentiâ per-
„ fruuntur. Necnon quòd ex tali viſione &
„ fruitione, eorum animæ, qui jam deceſſe-
„ runt, ſunt verè beatæ, & habent vitam &
„ requiem æternam, & erunt illorum, qui
„ poſtea decedent, cùm eamdem Divinam
„ videbunt eſſentiam, ipſaque perfruentur
„ ante judicium generale. Ac quòd viſio hu-
„ juſmodi Divinæ Eſſentiæ, ejuſque fruitio,
„ actus fidei, & ſpei in eis evacuant, prout
„ fides & ſpes propriè Theologicæ ſunt vir-
„ tutes: Quòdque poſtquam inchoata fue-
„ rit, vel erit talis intuitiva, ac facialis viſio
„ & fruitio in eiſdem, eadem viſio & frui-
„ tio ſine aliqua interciſione, ſeu evacua-
„ tione prædictæ viſionis & fruitionis con-
„ tinuata extitit, & continuabitur uſque ad
„ finale judicium, & ex tunc uſque in ſempi-
„ ternum.

756 „ Definimus inſuper, quòd ſecun-
„ dùm Dei ordinationem communem, Ani-
„ mæ decedentium in actuali peccato mor-
„ tali, mox poſt mortem ſuam ad inferna de-
„ ſcendunt, ubi pœnis infernalibus crucian-
„ tur, & quòd nihilominùs in die Judicii
„ omnes homines ante Tribunal Chriſti,
„ cum ſuis corporibus apparebunt, redditur
„ de factis propriis rationem, ut referat
„ unuſquiſque propria corporis, prout geſ-
„ ſit, ſive bonum, ſive malum.

757 „ Decernentes prædictas noſtras de-
„ finitiones ſeù determinationes, & ipſarum
„ ſingulas, ab omnibus fidelibus eſſe tenen-
„ das: Quicumque autem deinceps prædi-
„ ctarum noſtrarum definitionum, ſeù de-
„ terminationum, ac ſingularum ipſarum
con-

„ contrarium ſcienter & pertinaciter tenere,
„ aſſerere, prædicare, docere, aut defende-
„ re, verbo, vel ſcripto præſumpſerit; contra
„ eum ſicut contra hæreticum modo debito
„ procedatur. Nulli ergò hominum liceat
„ hanc paginam noſtræ Conſtitutionis &c.
„ Datum Avenione iv. Kal. Februarii,
„ Pontificatus noſtri Anno ſecundo,. *Hacte-
nus Benedicti XII. Definitio*.

Definitio Concilii Florentini poſt ſeſſionem xxv. in Decreto, Lætentur Cœli, *publicato die* vi. *Iulii* 1439.

758 „ Item (*ſcilcet definimus*) ſi verè
„ pœnitentes in Dei charitate deceſſerint,
„ antequam dignis pœnitentiæ fructibus de
„ commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum
„ Animss pœnis Purgatoriis poſt mortem
„ purgari, & ut à pœnis hujuſmodi releven-
„ tur prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia,
„ Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, &
„ eleæmoſynas, & alia pietatis officia, quæ
„ à fidelibus fieri conſueverunt, ſecundùm
„ Eccleſiæ inſtituta: Illorumque animas,
„ qui poſt Baptiſma ſuſceptum, nullam omni-
„ nò peccati maculam incurrerũt; illas etiam,
„ quæ poſt contractam peccati maculam,
„ vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ
„ corporibus, prout ſuperiùs dictùm eſt,
„ ſunt purgatæ, in Cœlum mox recipi, &
„ intueri clarè ipſum Deum trinum & unum,
„ ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſita-
„ te aliun alio perfectiùs: Illorum autem
„ animas, qui In actuali peccato mortali,
„ vel ſolo originali decedunt, mox in Infer-
„ num deſcendere, pœnis tamen diſparibus
„ puniendas. *Hæc ibi*.

759 In Concilio porrò Tridentino, *Seſſ.25*. in Decreto de Invocatione, & veneratione Sanctorum ſupponit citra omnem controverſiam, juxtà jam definita, Sanctorum Animas cum Chriſto regnare ante Judicii tempus. Dicitur namque in eo Decreto: *Dorentes eos Sanctos unà cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro hominibus offèrre*. Et infra. *Sanctorum quoque Martyrum, & aliorum cum Chriſto viventium ſancta corpora*, & cætera, *veneranda eſſe*. Hinc & longè ante ità crediidiſſe Innocentium III. colligitur ex cap. *Apoſtolicam Sedem, extra, de Presbytero non baptizato*, ubi reſpondens Pontifex Epiſcopo Cremonienſi, requiſitus, quid ſentiendum foret de quodam Presbytero, qui credebat eſſe baptizatus, cùm reverà non eſſet, & ſic deceſſerat, ait: „ Inquiſitioni tuæ taliter reſpon-
„ demus, Presbyterum, quem ſine unda Ba-
„ ptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſigni-
„ ficaſti; quia in Sanctæ Matris Eccleſiæ fide,
„ & Chriſti nominis confeſſione perſevera-
„ vit, ab Originali peccato ſolutum, &
„ Cœleſtis Patriæ gaudium eſſe adeptum,
„ aſſerimus incunctanter. *Hæc ille*. At Cœ-
leſtis Patriæ gaudium in ipſa Dei fruitione conſiſtit, & beatifica viſione; juxta illud: *Intra in gaudium Domini tui*. Sed ſatis de hac controverſia,

CAPUT XI.

De Turcarum in Aſia progreſſu; Benedicti Papæ ſtudio pro unione Græcorum; de Tartarorum Legatione, & ejuſdem Pontificis eiſdem Tartaris datis literis.

760 AUctis in Europa Chriſtianorum Principum diſſidiis, ſub Joanne XXII. procurata, & decreta in Aſiam adversùs Fidei Chriſtianæ hoſtes expeditio, nondùm executioni demandata fuit; ac proinde in dies Sarracenorum augebatur potentia, ac novis adversùs cultores Chriſtiani nominis partis victoriis, univerſam Aſiam ſuæ Tyrannidi ſubiicere minitabantur. Hoc ergò, regnante Pontifice, nimirum Benedicto XII. Soldanus Babyloniæ ad depopulandam Armeniam, miſſis copiis, eſt aggreſſus, & magnam Armenis intulit cladem, de qua cùm in Europa rumores delati fuiſſent, doluit pius Pontifex, percipienſque quantâ triſtitiâ ex ea affecta fuiſſet Armeniæ Regina, ſtatim conſolatorias tenoris ſequentia ad eam deſtinavit literas,

Chariſſimæ in Chriſto filiæ Conſtantiæ Reginæ Armeniæ Illuſtri.

761 „ Rumores infeſti, qui de inva-
„ ſione hoſtili Regni Armeniæ, ac Chriſtico-
„ larum in eo degentium iis præteritis tem-
„ poribus, per inimicos Chriſtianæ Fidei
„ attentata, variiſque injuriis & damnis ibi-
„ dèm illatis, ad Sedem pervenerunt Apoſto-
„ licam, cor noſtrum repleverũt amaritudine,
„ mentemque noſtram ingentis compaſſionis
„ aculeo, cùm chariſſimũ in Chriſto filium no-
„ ſtrũ Leonem Regem Armeniæ Illuſtrem vi-
„ rum tuum, & te, filia chariſſima, dictumq;
„ Regnum, & Chriſticolas illarum partium
„ paternæ dilectionis proſequamur affecti-
„ bus, tetigerunt. Sanè, quia ſperamus in
„ Domino, qui ſperantes in ſe non deſerit,
„ ſed potiùs oppreſſis piè ſubvenit, conſo-
„ lationem tribuit, & mœrentes erigit ſoſpi-
„ tate, quòd hoſtium depreſſâ potentiâ &
„ humiliatâ ſuperbiâ. præfato Regi, ſuiſ-
„ que Regno & fidelibus Regnicolis, ſi ſpe
„ firmâ conceptâ fortes & ſtabiles in devo-
„ tione Dei, orthodoxæque firmitate fidei,
„ ut confidimus, permanſerint, providere
„ de ſalubri & votivo remedio non tardabit;
„ Serenitatem tuam rogamus in Domino at-
„ tentiùs & hortamur, quatenùs conſide-
„ ranter attendens, quòd virtus in infirmi-
„ tate perficitur, & perſeverantia, cui ſoli
co-

„ corona inter alias virtutes currentes ad
„ bravium promittitur , in adverſitatibus
„ clariùs comprobatur , ſuper eis , cùm oc-
„ currunt , in Domino conſoleris ; certam
„ de nobis fiduciam habitura , quòd tibi ,
„ ſicut cum Deo poterimus , ſuper tuis op-
„ portunitatibus aſſiſtemus ; nec laborare ,
„ quantùm decuerit , & commodè fieri pote-
„ rit , ut Regi , Regno , & fidelibus præfatis
„ ſubſidium , & auxilium adversùs inimicos
„ prædictos proveniat , omittemùs . Dat.
„ Avenione XVI. Kal. Maii , Anno ſecundo . *Hactenus literæ* , quas Raynaldus recenſet ad Annum Domini MCCCXXXVI. ſub num. 40.

762 Sed non multò poſt miſſos ad Apoſtolicam Sedem ab eodem Armeniæ Rege Nuntios , ſuſcepit Benedictus, à quibus accepit , iterùm Babyloniæ Soldanum novas vires congerere , ad Regnum Armeniæ in integrum devaſtandum , ſuoque ſubiiciendum Imperio . Id quod intima Pontificis penetravit præcordia , optimè norens ex præfati Regni ſubverſione, devaſtatione, & ſubjectione, Chriſtianorum recuperandi Syriam , & Terræ Sanctæ loca ſpem omnem evacuatam iri ; proindè ſolicitè ad univerſos Chriſtifideles per Inſulas Siciliæ , Cypri , Rhodi , Nigropontis , aliaſque Terras & Inſulas extra Pharum conſtitutas , hortatorias fecit literas , quatenùs pro poſſe , non interpoſitâ morâ , in auxilium occurrerent Regno præfato , & Regi Armeniæ , propoſitis conſuetis Indulgentiarum præmiis : quæ literæ , ut ab eodem Raynaldo recitatæ ſub num. 42. ſic ſe habent .

Benedictus Epiſcopus &c. Univerſis Chriſtifidelibus in Inſulis Siciliæ , Cypri, Rhodi , Nigropontis , & omnibus aliis Terris, ſeu Inſulis ultra Pharum conſtitutis .

763 „ Gravis ira , nec exorabile pectus
„ Babylonici hoſtis Ægypti , beſtiæ ſevientis
„ adhuc infremuit , nec quieſcit , ſuper præ-
„ teritorũ vulnerum dolorem, adiiciens ſpem
„ ad illa loca Catholica in partibus tranſ-
„ marinia occupanda & depopulanda proce-
„ dit . Ecce ſiquidem Nuntii Chariſſimi in
„ Chriſto Filii noſtri Leonis Regis Arme-
„ norum Illuſtris , ex parte dicti Regis ad
„ Sedem Apoſtolicam deſtinati , auribus no-
„ ſtris lacrymabiliter intimarunt , quòd per-
„ fidus ille Soldanus Babyloniæ vires con-
„ gerit , conflatque potentiam , ut Regnum
„ Armeniæ & cæteras terras reſiduas , quas
„ fideles inhabitant in partibus tranſma-
„ rinis , per continuatos hoſtilitatis incurſus
„ invadat , capiat , ſubvertat , ut per occu-
„ pationem & ſubverſionem ipſius , quod
„ Deus avertat, irremediabilem quodammo-
„ do jacturam fidelibus inferat , & quodam-
„ modo fiduciam auferat vicinum præſtandi
„ remedium Terræ Sanctæ, cùm per Regnum
„ illud proximus fiat tranſitus ad Terram
„ præfatam , ac ibidem à Catholicis , in eo-
„ dem Regno degentibus recipiantur Chri-
„ ſtiana navigia , claſſes fidelium in victua-
„ libus , & aliis neceſſariis conſortentur , &
„ de loco illo propter breve maris ſpatium
„ ad dictam terram pateat quodammodo abſ-
„ que hoſtili impedimento progreſſus .

764 „ Ideoque vos univerſos , & ſingu-
„ los rogamus , & obſecramus per aſperſio-
„ nem Sacratiſſimi Sanguinis fuſi pro ſalute
„ noſtra de pretioſo corpore Redemptoris ,
„ quatenus ad ejuſdem Regni , cujus incolas
„ nobis unitas fidei in Chriſti charitate con-
„ jungit , calamitatibus (ad quarum illatio-
„ nem hoſtes fidei præparantur) viriliter &
„ celeriter obviandum promptis animis con-
„ ſurgentes , pro defenſione ejuſdem Regni
„ fidelium , morantium in eodem , vos in
„ peccatorum veſtrorum remedium perſo-
„ naliter exponatis . *Hæc ille* , addens indul-
„ gentiarum præmia, ut ipſe Raynaldus ſub-
„ nectit . *Dat. Avenione , Kal. Maii Anno*
„ *ſecundo* . Juſſitque inſuper Archiepiſcopis, & Epiſcopis earundem Inſularum ad hunc eundem effectum Crucem prædicari , ut per alias ejus literas ab eodem Auctore indicatas , palàm fit .

765 Poſt hæc verò , quoniam ex præfata Regni depopulatione , hoſtiumque incurſione , & vaſtatione , populi Annonæ laborabant inopiâ , præfatæ neceſſitati ſumma cum Charitate volens Benedictus providere , habito cum Philippo Galliorum Rege conſilio, unanimi conſenſu decretum eſt , ut collecto frumento, ad eas partes tranſmitteretur : Recitat Raynaldus fragmentum Epiſtolæ datæ ad Campaniæ Præfectum, ſic ſe habens : Cùm
„ nos & Chariſſimus in Chriſto filius noſter
„ Philippus Rex Franciæ Illuſtris , pridem
„ nõ ſine magna compaſſione percepto, quòd
„ Sarracenorum rabies ad confuſionem &
„ exterminium Chriſtianorum aſpirans , cer-
„ tas partes Regni Armeniæ , ac Chriſticolas
„ ibidem degentes, adeò his temporibus præ-
„ teritis vaſtavit crudeliter & afflixit , quòd
„ præter alia damna per eoſdem Sarracenos
„ Chriſticolis eiſdem illata , innumera ſege-
„ tibus & fructibus tam ignis incendio, quàm
„ aliàs omninò conſumptis , famis inopiæ
„ propter defectum panis & aliorum victua-
„ lium oppreſſi , miſerabiliter remanſerunt ;
„ certum eiſdem Chiſticolis ſubſidium pecu-
„ niarum pro emendis bladis , & deferendis
„ ad partes prædicti Regni provideremus .
Hæc & alia Benedictus . Datæ ſunt literæ III. Nonas Aprilis , Anno ſecundo .

766 Interea Aſiaticâ Chriſtianorũ Principum expeditione , causâ novorum diſſidiorum , in longum ſemper protactâ , Sarracenis libera patebat via ſubjugãdi univerſos Chri-

ſtianos in Armenia degentes: ac proinde novâ clade taliter conſternavit, ut Armeniæ Rex coactus fuerit ſibi à Barbaris præſcriptas leges recipere, ſeque illas ſervaturum ſacramento promittere, inter quas hæc una fuit, ut juraret ſe impoſterùm nec Oratores, nec literas ad Romanum Pontificem directurum. Timebant Barbari Chriſtianorum Europæ vires, ſciebantque ad eas colligendas primas habuiſſe partes Romanum Pontificem, unde talem communicationem prohibere Armeniæ Regi cum Romano voluit Pontifice, ut itâ remoto Chriſtianorum Europæ auxilio, certus in ſuo dominatu conſiſteret. Et ſanè in hoc tantùm auxilio ſperabat Armeniæ Rex, ut admonet Ptolomeus Lucenſis lib. 24. hiſt. cap. ult. ubi ait: *Eodem anno fuerunt ſuperati, & planitiem amittentes, petunt montana, ſperantes ſubſidium Eccleſiæ, & Regis Philippi.* Pontifex ergo cùm accepiſſet, tali juramento præfatum Regem, Barbaricâ vi, ſe obſtrinxiſſe, ab eo, utpotè illicito, abſoluit, datis, à Raynal. relatis ad Ann. Dñi MCCCXXXVII. ſub num. 24. tenoris ſequentis literis, videlicet.

Benedictus Epiſcopus &c. Chariſſimo in Chriſto Filio Leoni Regi Armeniæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

767 „ Retulit hactenus Sedi Apoſtolicæ „ cum doloris anguſtia famæ renunciatio vo„ lucris, & fide dignorum aſſertio moleſtiùs „ affirmavit, quòd adeo in tui detrimentum „ ſtatus, tuique Regni diſpendium Soldani „ Babylonici rabies truculenta deſævit, & „ multitudo Sarracenorum ſui dominii, ei„ dem Regno, præcipuè vicinorum Crucis ſa„ lutiferæ hoſtium, prout ipſe in Chriſtico„ las tyrannidis executor exiſtit, in te di„ ctumque Regnum duriùs inſurrexit, quòd „ per eorum potentiam (utinam divinitùs „ reprimendam) hujuſmodi Sarracenorum „ multitudo quotidie Regnum tuum intrant „ hoſtiliter, Civitates & Caſtra ipſius expu„ gnant, capiunt, & Soldano ſubiiciunt „ antedicto: Chriſtianum populum inibi de„ gentem furenter cruciant, capiunt, & ſe„ cum adducunt, ac inhumaniter ponunt in „ ore gladii furibundi: Sicque te, tuiſque „ Regnicolis à Soldano, & Sarracenis eiſdem „ oppreſſis, inæſtimabiliter afflictis, tu ſen„ ſim conſpiciens, quòd tantæ ipſorum po„ tentiæ ad reprimendam, vel propellendam „ eam reſiſtere non valebas; violentiâ ſu„ peratus, & urgenti neceſſitate coactus, „ ut iidem Soldanus & Sarraceni terram „ tuam, ſeu prædictum Regnum non diſſipa„ rent, vel occuparent ulteriùs; ſed te, di„ ctique Regni ſubditos permitterent reſpi„ rare, juramenta ad Sancta Dei Evangelia „ inter cætera præſtitiſti Nuntio ipſius Sol„ dani pro eo recipienti, quòd ad Summum „ Pontificem, qui eſſet pro tempore, ſive ad „ Romanam Curiam aliquem Ambaſſiato„ rem, vel Nuntium, aut literas ex tunc in „ antea nullatenus deſtinares.

768 „ Cùm igitur Juramentum hujuſ„ modi beneplacito Excellentiæ Divinæ ob„ viet, & juſtitiæ contradicat, ac in dero„ gationem tuæ Regiæ dignitatis, honoris & „ ſtatus redundare noſcatur: Nos hæc dili„ gentiùs attendentes, & etiam conſideran„ tes attentiùs juramentum ipſum à te non „ ſponte, ſed coactè, utpotè per impreſſio„ nem hoſtilem, & violentiam inculcatam „ extortum per feram tyrannidem extitiſſe, „ quòdque juramentum, ut foret iniquitatis „ vinculum, non extitit inſtitutum; ac vo„ lentes ſuper hoc, prout noſtra intereſt, de „ opportuno remedio providere, te ab eodem „ juramento, illicito quidèm, auctoritate „ Apoſtolica prorsùs abſolvimus, & denun„ tiamus etiam abſolutum; auctoritate de„ cernentes eadem, Te ad ipſius juramenti „ obſervantiam aliquatenùs non teneri &c. „ Datum Avenione, Kal. Maii, Anno IV. *Hactenus literæ.*

769 Eodem tempore, cùm Pontifici expoſitum fuiſſet, Græcos inceptum ſub Joanne XXII. unionis tractatum perfici ſummopere optaſſe, alacriter negotium aſſumpſit: & ex ſibi à Daurino Dandalo relatis, occaſionem ſcribendi Andronico Juniori ſumpſit, cui has literas fecit.

Magnifico Viro Palæologo Moderatori Græcorum gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

770 „ Nuper ad noſtram veniens præſen„ tiam dilectus filius nobilis vir Stephanus „ Dourinus Dandalo miles, aſſeruit coràm „ nobis, quòd ipſo dudùm tibi, tuiſque Ba„ runibus tecum tunc præſentibus exponen„ te, nos intellexiſſe lætanter, quòd Græci „ reuniri, & reconciliari Sanctæ Romanæ „ Eccleſiæ affectabant; Tu ad hoc reſpondi„ ſti de voluntate Baronum ipſorum, quòd „ omnes Græci unanimiter deſiderabant fieri „ reunionem & reconciliationem prædictas, „ parati ſuper hoc ſubire tractatum, ac „ Nuncius & Apocriſiarios ad Civitatē Nea„ politanam deſtinare propterea, ubi nos no„ ſtros etiam mitteremus; cùm de Chariſſi„ mo in Chriſto filio noſtro Roberto Rege „ Siciliæ Illuſtri fiduciam obtineres; adi„ iciendo nihilominùs, quòd ubi tu, & „ Græci prædicti errore ſe cognoſcerent in „ aliquo, parati eſſent errorem hujuſmodi „ revocare.

771 „ Præmiſſis igitur per eundem mili„ tem Apoſtulatui noſtro expoſitis, nos, „ (qui Summi & æterni Paſtoris, qui pro „ ſuis ovibus animam poſuit, vices, licèt im„ meriti, gerimus, oves ipſas extra ovile Do-

mi-

minicum aberrantes, in illud reduci, nè faucibus Diaboli, qui tanquàm Leo rugiens, circuit quærens quem devoret, pateant devorandæ, profundis deſideriis affectantes, de hujuſmodi tuo, & Græcorum laudabili & ſalutiſero propoſito, ſi eum in opus perfectionis curctis producere) multipliciter in Domino exultamus; ei, qui te, ac tuos ſic benignè inſpirando prævenit, labiorum vitulum in humilitate ſpiritus exolventes.

772 „ Ideòque tuam Excellentiam attentiùs in Domino exhortamur, quatenùs bona innumera ſpiritualia & temporalia, quæ ex reunione, ac reconciliatione tua & Græcorum prædictorum ad Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, quæ Mater cunctorum, & Caput omnium Eccleſiarum exiſtere noſcitur, poterunt provenire, quotquot animabus ſalutis aperietur exinde janua, necnon quæ & qualia merita tibi, ſi tuo tempore ad effectum præmiſſa venient, poteris apud Deum acquirere, diligenti meditatione intrà tui pectoris clauſtra revolvens, conceptum veritatis & ſalutis in hac parte ſpiritum non extinguas, ſed inflammes potiùs & accendas, te ad Græcos prædictos ad reunionem & reconciliationem hujuſmodi efficaciter diſponendo, ſuper tractatibus habendis ſuper eis, idoneos Nuncios & Apocriſiarios cum literis & mandatis ſufficientibus ad nos, & Sedem Apoſtolicam quantociùs commodè fieri poterit, nihilominùs tranſmiſſurus.

773 „ Volumus autem te pro certo tenere, quòd nos, & Sedem præfatam ſuper iis propitios, quantùm honeſtè cum Deo fieri poterit, reperies & benignos; & cùm reunio & reconciliatio prædictæ, cooperante Divinâ gratiâ, factæ fuerint & firmatæ, te tanquàm chariſſimum & dilectiſſimum filium, paternæ dilectionis & charitatis brachiis aſtringendo, proſequemur opportunis gratiis, honoribus, & favoribus te, ac tuos &c. Dat. Avenione XVI. Kal. Februarii, Anno III.

774 Non admiſit Pontifex propoſitam de Apocriſiariis deſtinandis Neapolim apud Robertum Regem conditionem, utpotè Apoſtolicæ Sedis dignitati derogativam. Non enim Fidei res in Aula ſæcularium Principum tractandæ ſunt, quoniam poteſtas definiendi in hujuſmodi cauſis penès Apoſtolicam reſidet Sedem, Principibus Sæculi penitùs excluſis. Scripſit tamen ad Robertum Siciliæ Regem, rogans, ut ſummo ſtudio ad Græcos ad id adducendos incumberet; cauſam afferens, faciliùs & ſolicitiùs rem ad finem deduci poſſe eo in loco, ubi cauſa definienda & terminanda erat, quàm in quovis alio loco. Exhibet Raynaldus, licèt non integras, præfatas literas ad Annum Domini MCCCXXXVII. poſt ſuperiores, ſub num. 32. quæ ad hunc modum ſe habent.

Benedictus Epiſcopus &c. Roberto Regi Siciliæ Illuſtri.

775 „ Fili dilectiſſime, quia tuæ ſolicitudinis ſolertiam fructus uberes afferre poſſe huic negotio credimus; præſertim cùm prælibatus moderator ſpecialem, ut præmittitur, fiduciam de te gerat, tuque (cui dator bonorum, diſtributor omnium gratiarum clarum ingenium, cultum eloquium, ſacrarumque Scripturarum intelligentiam miniſtravit) magnum exinde acquirere tibi poteris meritũ apud Deum, Excellentiam rogamus Regiam, & in Domino attentiùs exhortamur, quatenus quot bona ex reunione hujuſmodi, ſi daret eam Dominus, provenirent; quotquot animabus Græcorum prædictorum damnationi expoſitis janua panderetur ſalutis, deducens in regiæ conſiderationis examen, memoratum moderatorem ad reunionem & reconciliationem cum eadem Romana Eccleſia, quæ Mater & Caput eſt Eccleſiarum omnium & Magiſtra, faciendas, mittendoſque propterea Nuncios & Apocriſiarios cum ſufficientibus literis & mandatis, inducere viis & modis, quibus expedire cognoveris, juxtà datam à Deo tibi prudentiam. Et licèt gratum noſtris accederet affectibus, quòd tractatus ſuper reunione, ac reconciliatione prædictis ibi fiant, ubi dicta reunio & reconciliatio ad honorem & gloriam Divini Nominis, & animarum ſalutem, citiùs & utiliùs ex tractatibus ipſis ſperari poterit, Divinâ cooperante gratiâ, provenire; quia tamen tractatus eoſdem meliùs, celeriùs, & utiliùs & ſolidiùs poſſe fieri apud Sedem Apoſtolicam, quàm alibi, probabiliter exiſtimamus, velit Regalis circumſpectio, quòd ad Sedem eandem deſtinentur dicti Nuncii, & Apocriſiarii, efficaciter procurare &c. Datum Avenionẽ XVI. Kal. Februar. Anno III. *Hactenus literæ.*

776 Inſuper excitavit etiam Pontifex animum Joannæ Imperatricis Conſtantinopolitanæ, ex Comitum ortæ Sabaudia, atque in Religione Catholica enutritæ, quam ex tunc profitebatur, quatenùs ageret cum Viro ſuo, atque ſolicitaret eum ad præſatam unionem procurandam & firmandam. Recitat Raynaldus ſub num. 33. fragmentum Epiſtolæ Benedicti Papæ ad antedictam Imperatricem datæ, quod ſic ſe habet: „ Sanè, filia chariſſima, quia principaliter ad te, de domo & progenie, in quibus hactenùs perſonæ fuerunt Catholicæ, traxiſſe originem noſceris, multùm ſpectat præfatum Virum tuum, tam propter teipſam, quàm eum, quia unà tecum caro eſt, & etiam nè uteri tui liberi, & progrediendi ex eis à Fide catholica, & ejuſdem Matris Eccleſiæ unita-

', te remoti ſint, vel quomodolibet alieni,
', ad reunionem & reconciliationem Eccleſiæ
„ memoratæ, quæ Mater cunctorum Fide-
„ lium, & eaput Eccleſiarum omnium eſſe
„ dignoſcitur, operoſis & effieacibus ſtudiis
„ inducere, illaſque ſedulè procurare; ma-
„ xime cùm ad id ſacræ Seripturæ pagina te
„ invitat, dicente Apoſtolo: Vir infidelis
„ ſalvabitur per mulierem fidelem. *Hæc ille.*
Ad Aymonem quoq; Sabaudiæ Ducem ſcripſiſſe refert idem Raynaldus, quatenùs & ipſe pro ſuæ Familiæ gloria, ne quis de ſua ſtirpe oriundus à Fidei puritate deficeret, operam daret, ut præſata reunio, vel reconciliatio fieret.

777 Sed quoniam Græeorum ſcopus & præcipuus finis hujus procurandæ unionis erat expetere hac via Latinorum auxilia adversùs Turcas Imperium invadentes, ortis, præter funeſta bella inter Philippum Franeię, & Eduardum Angliæ Reges, novis inter Venetos, & Januenſes diſſidiis, ac per hoc, ſpe fruſtrata de reeipiendo à præfatis Latinis auxilio, intermiſſa eſt hujuſmodi unionis tractatio. Quin Andronicus Latinis malè affectus contra Martinum Zachariam Chii Præfectum, Latinum genere, & patriâ Januenſem, qui jure fiduciario ab Andronico ſeniore, ob præclara adversùs Turcas geſta, præfatam obtinuerat Præfecturam, arma movit, factus de illius potentia ſuſpicioſus, & improvisâ irruptione, eùm nihil Martinus cogitaſſet, invaſus & captus, in vinculis injectus eſt. Hinc Gregoras lib.9. cap. *de Inſulæ Chii occupatione*, hæc ſcripto mandavit;
„ Sub Autumnum, omnibus Triremibus Ro-
„ manorum, quæ Byzantii, Leſbi, atque in
„ cæteris Inſulis, & maritimis Urbibus erant,
„ neenon Uniremibus, & quatuor auxilia-
„ ribus Triremibus à Cycladum Inſularum
„ Principe accerſitis, & portu ſoluit, verbo
„ contra barbarieas Naves, re ipſa verò con-
„ tra Martinum Chii Prefectum, qui cùm La-
„ tinus eſſet, ac divitiis & auctorittate pol-
„ lens, paternâ hæreditate procurationem In-
„ ſulæ, & annuos redditus accepiſſet, Roma-
„ norum Imperatoribus pro ſervo parere, &
„ quidquid juſſiſſent, ſummo ſtudio facere
„ deberet. Romanorum enim eſſe Inſulam,
„ cujus procuratio & fructus ob veteris cu-
„ juſdam beneficii memoriam, ab Avo Im-
„ peratore aſſignata illis eſſet. His ita à Pa-
„ tre acceptis, fratrem verbis eluſerat; ipſe
„ verò vir ſtrenuus & prudens, Triremihus
„ ædificatis, Afanos barbaros oræ maritime
„ accolas infeſtavit, Piratis etiam cireùm
„ Inſulas vagantibus infeſtus; quos brevi
„ tempore adeò perterrefeeit, ut metu belli
„ cladium annua illi tributa penderent. Ad
„ magnas igitur opes & gloriam brevi eve-
„ ctus, Romanis ſuſpectus fuit, nè paulò
„ poſt jugum Imperatoris excuteret: eâque
„ de cauſa non palàm eum Imperator aggreſ-
„ ſus, nullo negocio Inſulam cœpit, & vin-
„ ctum, illum Byzantium miſit, *Hæc Gregoras*.

778 Et licèt idem Gregoras innuere videatur hæc accidiſſe antequàm Didymotichi Andronicus in læthalem morbum illum incidiſſet, de quo in ſuperioribus locuti ſumus, cùm ſtatim poſt præfatam narrationem ſubjungat: *Verùm paucis diebus elapſis, Imperator Didymotichi agens, in morbum graviſſimum incidit*, attamen ex indicatis à Raynaldo, Benedicti Papæ XII. literis datis ad Andronicum IX. Kalendas Maji, ſui Pontificatus Anno IV. pro ejuſdem Martini Zachariæ à vinculis liberatione, evinci poteſt, aut ſub hoc Pontifice captum ab Andronico Martinum, aut ſaltèm detentum uſque ad anteſatum annum in vinculis fuiſſe. Hoc unum certum comperio, Andronicum malè affectum Latinis fuiſſe, unionem non pro ſpirituali bono, ſed pro temporali commodo expetiviſſe, ut nimirùm, prout fati ſumus, auxilio Latinorum, Turcarum vires retunderentur, deperdita recuperare poſſet, & recuperata conſervare; Cujus rei causâ cùm vidiſſet Latinorum arma hinc inde inter ſeſe diſtracta, nec optatum recipere auxilium, tractatum de reunione & reconcillatione prorùs omiſit.

779 At ita Græcis conſueta inconſtantia, cauſam Fidei tractantibus Apoſtolicæ Sedis, ac Romani Pontificis auctoritatem & primatum parviſacientibus, conſortium cum Sacroſancta Romana Eccleſia omnium Matre & Magiſtra reſpuentibus, ad ipſorum verecundiam, eodem tempore Nationes barbarę Tartarorum reverentiam Apoſtolicæ Sedi exhibent, amicitiam, & ſocietatem continuas per alternas mutuò Legationes cum Romano Pontifice exquirunt, miſsâ ad hunc effectum ad Benedictum ſolemni Legatione ex parte Alanorum, & Tartarorum Principum, præcipuèque Magni ipſorum Chami, ſivè Imperatoris, datiſque per Legatos ad eundem Pontificem ſequentihus, quas Wadingus ad Annum Domini MCCCXXXIII. & poſt eum Raynaldus ad eundem Annùm recitant, literis,

In fortitudine Omnipotentis Dei, Imperatoris Imperatorum præceptum,

780 „ Nos mittimus Nuncium noſtrum
„ Andream Francum cum quindecim ſociis
„ ad Papam, Dominum Chriſtianorum in
„ Franciam ultra ſeptem maria, ubi Sol oc-
„ cidit ad aperiendum viam Nunciis ſæpè
„ mittendis per nos ad Papam, & per Papam
„ ad nos, & ad rogandum ipſum Papam, ut
„ mittat nohis ſuam benedictionem, & in
„ orationibus ſuis ſanctis ſemper memoriam
„ faciat de nobis. Et quòd Alanos ſervito-
„ res noſtros, filios ſuos Chriſtianos, habeat
„ recommendatos. Item, quòd abducant no-

bis

„ bis ab occaſu Solis equos, & alia mirabi-
„ lia. Scripta in Cambalec, in Anno Rati,
„ menſe ſexto, tertiâ die Lunationis. *Hactenus literæ*.

781 Ad verecundiam Græcorum dixi; nam Barbari à Romano Pontifice benedici expetunt, quandò Græci ſacro baptiſmatis fonte regenerati & Chriſtiani ipſo maledicunt Pontifici; id quod cum horrore audivi, dùm eſſem Betlehem à quodam Sacerdote Græco propter Catholicam Fidem à ſua Græcorum Eccleſia ejecto, cui ab Archimandrita Hieroſolymitano dictum fuit, hac tantùm conditione ſe iterùm recepturum, ut ter publicè in Eccleſia malediceret Romano Pontifici; ſed & pius ille Sacerdos conſtanti animo impiam reſutavit conditionem: tanto namque odio proſequuntur Græci Romanum Pontificem, ut illi eidem Sacerdoti recitanti pro Concione Sanctum Sylveſtrum Papam, interdictum fuerit ab eodem Archimandrita uti in Concionibus auctoritate alicujus Romani Pontificis, quantumvis ex antiquis & ſanctis, immò licèt pro talibus ab ipſamet Eccleſia Græca receptis. Sed videamus quid ſcripſerunt cæteri Alani, ac Tartari Principes:

In fortitudine, Omnipotentis Dei, & in honore Imperatoris Domini noſtri.

782 „ Nos Futim Ivens, Chaticen, Gem-
„ boga, Evenzi; Joannes Juckoy, Sanctum
„ Patrem Dominum Papam noſtrum, capi-
„ tibus ad terram poſitis, pedes oſculantes,
„ ſalutamus, petentes benedictionem ſuam,
„ & gratiam, & quòd in orationibus ſuis
„ ſanctis ſaciat de nobis memoriam, & nun-
„ quam obliviſcatur noſtri. Hoc autem San-
„ ctitati Veſtræ ſit notum, quòd longo tem-
„ pore fuimus informati in Fide Catholica &
„ ſalubriter gubernati, & conſolati plurimùm
„ per Legatum veſtrum Fratrem Joannem
„ Valentem, ſanctum & ſufficientem Virum,
„ qui tamen mortuus eſt ante octo annos, in
„ quibus fuimus ſine gubernarore, & ſine ſpi-
„ rituali conſolatione, licèt audierimus,
„ quòd providiſtis de alio Legato, ille ta-
„ men nondùm venit. Quare ſupplicamus
„ Sanctitati Veſtræ, quòd mittatis nobis bo-
„ num, ſufficientem, ac ſapientem Legatum,
„ qui curam habeat de animabus noſtris, &
„ quòd citò veniat, quia malè ſtamus ſine
„ Capite, ſine informatione, & ſine conſo-
„ latione: Supplicamus etiam Sapientiæ ve-
„ ſtræ, quòd Domino noſtro Imperatori re-
„ ſpondeatis gratioſè, ita quòd aperiatur
„ via, ſicut & ipſe petit, expedita & apta
„ Nunciis ſæpè mittendis à vobis ad ipſum,
„ & ab ipſo ad vos, & ad conferendam inter
„ vos & ipſum amicitiam, quia ſi hoc fece-
„ ritis, magnum bonum ſubſequetur pro ſa-
„ lute animarum, & pro exaltatione Fidei
„ Chriſtianæ, quia favor ejus in Imperio ſuo
„ facere poteſt innumera bona, & indignatio
„ ejus innumera mala; & ideò recommende-
„ tis nos ſibi filios veſtros, & fratres, & fide-
„ les alios, qui ſunt in Imperio ejus, quia ſi
„ ita feceritis, bona maxima facietis, cùm
„ ità factum fuerit, quòd ex parte veſtra di-
„ verſis temporibus tres, vel quatuor Nun-
„ cii venerunt ad præſatum Imperatorem
„ Dominum noſtrum, à quo gratioſè rece-
„ pti fuerint & honorati & remunerati, &
„ ex tunc dictus Imperator nullum à vobis,
„ vel à Sede Apoſtolica reſponſum accepit,
„ licèt ſinguli promiſerunt ſe à vobis reſpon-
„ ſa ad præſatum Dominum reportare. Qua-
„ re provideat Sanctitas veſtra, quòd hac
„ vice, & deinceps habeat certum à vobis re-
„ ſponſum & Nuncium, ſicut decet Sancti-
„ tatem veſtram, quia magna verecundia eſt
„ Chriſtianis in partibus iſtis, quando men-
„ dacia inveniuntur in ipſis. Scripta in Cam-
„ balec, in Anno Rati, menſe ſexto, tertiâ
„ die Lunationis. *Hactenus literæ*.

783 Lætanter hanc ſuſcepit Benedictus Legationem, Legatos verò omni cum honore recepit, plurimiſque favoribus & gratiis cumulavit, indeque muneribus quoque auctos cum literis ad eundem Tartarorum Imperatorem, alioſque Principes eidem adſiſtentes, præcipuè Alanos, quorum literas receperat, necnon & diverſos nobiles Viros illius regionis remiſit, quos Regibus Siciliæ, & Hungariæ, Duci quoque, & Senatui Venetiarum, per quarum terras erant tranſituri, peculiaribus commendavit literis, quatenùs humaniter ſuſciperent & tractarent, ſive ſuſcipere & tractare per ſua dominia facerent; Et eodem modo ſcripſit univerſis Eccleſiarum Prælatis, ac Locorum Rectoribus. Literæ ergò, quas fecit ad Magnum Tartarorum Imperatorem, ſic ſe habent.

Magnifico Principi Imperatori Imperatorum omnium Tartarorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

784 „ Celſitudinis tuæ Nuncios ad no-
„ ſtram nuper præſentiam venientes, vultu
„ ſereno & læta mente recepimus, eoſque
„ favorabiliter audivimus & benignè. Sanè
„ quia tam ex iis, quæ propoſuerunt ipſi
„ Nuncii coràm nobis per fidelem Interpre-
„ tem ad hoc adhibitum intellecta, quàm ex
„ tenore literarum tuæ Magnificentiæ nobis
„ exhibitarum per ipſos percepimus & col-
„ legimus manifeſtè, quòd tu ad Sanctam
„ Romanam, Catholicam, & Apoſtolicam
„ Eccleſiam, noſtro commiſſam Regimini, &
„ ad nos, qui, licèt immeriti, locum Dei te-
„ nemus in terris, devotionem magnam ge-
„ rens; Teque noſtris humiliter orationibus
re-

„ recommendans, ob noſtram, & ejuſdem Eccleſiæ reverentiam dilectos filios nobiles Viros Fodim Jovens, Chyanſam Tongi, Chembogam Venſii, Joannem Tochoy, & Rubeum Pinzanum Principes Alanorum, & alios Alanos Chriſticolas, in tuo degentes Imperio, benevolis favoribus, & opportunis gratiis pertractaſti hacteuus, & pertractas.

785 „ Nos tam ex his, quàm ex miſſione Nunciorum ipſorum admodùm nobis grata, tibi referentes gratiarum uberes actiones, Magnitudinem tuam rogamus attentiùs & hortamur, quatenùs benevolentiam & favores hujuſmodi erga præfatos Alanorum Principes, & alios Chriſticolas in eodem Imperio commorantes, continuare pro noſtra, & Eccleſiæ prædictæ reverentia velit tua Sublimitas & augere; & ut Antiſtites, & Religioſi Catholici, & Chriſtiani alii Eccleſias, Baſilicas, & Oratoria, in quibus, juxta ritum & morem ſupradictæ Romanæ Eccleſiæ Divinæ Laudis peragantur Officia, & offeratur pro delictis, & peccatis populi hoſtia ſalutaris, per dictum Imperium habere liberè, fundare, conſtruere valeant & tenère, poſſitque ubique ibidem ab eiſdem Antiſtitibus, Religioſis, & aliis Chriſticolis, auctoritatem habentibus, ſuper iis verbum Dei, & veritas Fidei Catholicæ, ſinè qua nemo poteſt ſalvus fieri, prædicari, placeat tuæ Magnitudini licentiam elargiri.

786 „ Nos autem pro te, tuaque ſalute, ut ille, qui omnem hominem venientem in hunc Mundum illuminat, ſic illuſtrare dignetur ſuæ charitatis & gratiæ lumine mentem tuam; quod eum cognoſcas veraciter, & lumen recipias fidei, per quam in præſenti abundanter replearis gratia, & in futura vita æternæ Beatitudinis aſſequaris præmium, oramus, & orabimus humiliter & devotè. Porrò cùm tua ſublimitas affectu ſincero, ſicut credimus, nobis amicitias afferens, & illas à nobis poſtulans petieris, quòd tui ad nos, & noſtri ad te Nuncii ſuper iis deſtinentur; ſcire Magnitudinem tuam volumus, quòd hæc nobis placibilia ſunt, & accepta, & Nuncios tuos, quandocumque ad nos tranſmiſſi venerint, recipiemus favorabiliter & lætanter: Noſtros verò Nuncios, ſeu Legatos ad tuam præſentiam & partes illas mittere diſponimus, qui te de noſtra benevolentia, & aliis, quæ tuæ ſalutis animæ reſpiciunt, pleniùs informabunt.

787 „ Quæſumus igitur, ut eoſdem Nuncios noſtros cùm ad te venerint, placidè ſuſcipias, ſic patienter audias & benignè, quod ſpargenda in agro cordis tui vitæ ſemina fructus producant uberes, quorum dulcedinem tandem, connumeratus inter redemptos pretioſo Chriſti Sanguine in Cœleſti deguſtes patria, & eis æternaliter ſatieris. Datum Avenione, Idibus Junii, Anno IV. *Hactenus literæ*. Ad Principes verò Alanos ſcripſit inde infraſcriptas.

Dilectis filiis Nobilibus Viris Fodim Jovens, Chyanſam Tongi, Chemboga Venſii, & Joanni Tohay, & Rubeo Puiſano Alanorum Principibus, aliis Univerſis & ſingulis Chriſticolis in partibus Orientalibus conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

788 „ Serenâ facie, lætoque animo veſtros, filii Principes Nuncios ad noſtram nuper præſentiam venientes, recepimus, & eis ſuper omnibus, quæ voluerunt coràm nobis proponere, audientiâ benignâ conceſsâ, per Interpretem fidelem adhibitũ ea, quæ ipſi propoſuerunt, intelleximus: Et ipſi etiam reſponſionem noſtram, & alia, quæ ipſis explicavimus, plenariè perceperunt.

789 „ Sanè, quia tam per literas nobis per eoſdem Nuncios præſentatas, quarum ſeriem exponi fecimus, quàm per ea, quæ propoſuerunt, ut præmittitur, veſtram & aliorum Alanorum Chriſticularum illarum partium magnam devotionem, quam ad nos, & Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, matrem omnium fidelium & Magiſtram, Fidemque Catholicam, ſine qua ſalus non eſt alicui, geritis; quòdque in eadem fide, prout eam dicta Romana Eccleſia tenet & prædicat, deſideratis inſtrui, & confirmari percepimus evidenter; nos, qui velut Paſtor univerſalis Gregis Dominici ſalutem omnium Chriſti Sanguine Redemptorum quærimus, grandi perfuſi gaudio, ei, qui vobis dictum dedit ſpiritum, & illuſtrare dignatus eſt ſuæ charitatis & gratiæ lumine mentes veſtros, in laudis jubilum aſſurgimus, ac de iis, dictorumque miſſione Nunciorum, ſanctum & ſalubre devotionis veſtræ propoſitum cum gratiarum Actionibus multipliciter in Domino commendamus, nobilitatem & univerſitatem veſtram in Domino exhortantes attentiùs, & rogantes, quatenus in eodem propoſito, per quod ad bravium Cœleſtis, & æterni præmii poteritis attingere, cum augumento devotionis & fidei perſiſtatis: Nos equidèm pro vobis oramus, & orabimus inceſſanter.

790 „ Et ut eadem Fides Catholica, quam Nos & Eccleſia Romana cum toto cœtu Chriſtianorum fidelium profitemur, prædicamus firmiter, & tenemus, vobis & cæteris partium prædictarum Chriſticolis clariùs innoteſcat, voſque illam ſequi, profiteri, & tenere firmiùs valeatis, eam clariùs & apertiùs, tenore præſentium explicamus. Et quidem credimus Sanctam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum

San-

Digitized by Google

„ Sanctum, unum Deum Patrem omnipotentem, & *cætera*, ſicut in fidei profeſſione Innocentii IV. & aliorum Romanorum Pontificum ad Græcos tranſmiſſa, & alias Aſiaticas nationes: explicato dumtaxat Articulo de viſione Beata, juxta definitionem ab eodem Pontifice nuper editam, ubi dicit: *Illorum inſuper animas, qui poſt Sacrum Baptiſma ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt; Illas etiam, quæ poſt peccati contractam maculam, vel in ſuis manentes corporibus, vel eiſdem exutæ, prout ſuperiùs dictum eſt, ſunt purgatæ, confitemur, in Cœlum mox recipi, & Eſſentiæ Divinæ beatifica perfrui viſione.* Quæ ultima verba in præcedentibus fidei formulis deſiderantur, quia nondùm exorta fuerit talis controverſia: Recitata itaque tota fidei ſerie, uſque ad illa verba: *Semper ſalva*, ſubnectit Pontifex.

791 „ Porrò cùm præſcriptam puriſſi-
„ mam & fideliſſimam orthodoxæ Fidei ve-
„ ritatem, Evangelicæ doctrinæ conſonam,
„ à Sanctis Patribus traditam, & Romano-
„ rum Pontificum in ſuis Synodis diffinitio-
„ ne firmatam, in vobis confirmari & auge-
„ ri, Fidemque ipſam ubique ampliari, ut
„ ad laudem Divini nominis populus Deo
„ ſerviens, & in numero, & merito noſtris
„ augeatur temporibus, & animæ diabolicâ
„ fraude deceptæ, agnitâ & ſuſceptâ hujuſ-
„ modi fidei veritate, de faucibus eripian-
„ tur Dæmonum, ſummis deſideriis affecta-
„ mus: certos Nuncios, ſeu Legatos noſtros,
„ qui vos & alios Chriſticolas partium illa-
„ rum conſolentur, & in fide ipſa inſtruant,
„ conſolident, & confirment, & ad eam er-
„ rantes attrahant, ad partes eaſdem propo-
„ nimus, Divinâ ſuffragante gratiâ, deſti-
„ nare. Datum Avenione, Idibus Junii,
Anno IV. *Hactenus literæ in Communi.* Porrò peculiares ſcripſit ad ſingulos ſupra memoratos, ejuſdem tenoris, quarum unam ſubjiciemus, data Fodim Jovens, quę ſic ſe habet.

Dilecto filio nobili viro Fodim Jovens Principi Alanorum.

792 „ Venientes nuper ad præſentiam
„ noſtram tui, & dilectorum filiorum nobi-
„ lium virorum Chyanſam Tongi Chembo-
„ ga Uenſii, & Joannis Yochoy Comprin-
„ cipum tuorum Nuncii, per nos favora-
„ biliter & benignè recepti, nobis ſinceri-
„ tatem magnæ devotionis, & fidei, quas
„ ad nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam
„ gerere dignoſceris, explicare ſerioſiùs cu-
„ raverunt. Nos igitur his & aliis, per eoſ-
„ dem Nuncios prudenter & eleganter pro-
„ poſitis, exultanter auditis, & plenariè
„ intellectis, te, fili, ſuper eis Deo, ac nobis,
„ Apoſtolicæ Sedi gratis admodùm, & ac-
„ ceptis multipliciter in Domino cōmendan-
„ tes, Nobilitatem tuam rogamus, & horta-
„ mur attentè, quatenus in fide, ac devotione
„ prædictis, ut tibi augeatur à Deo meri-
„ tum, ac noſtram & dictæ ſedis gratiam, &
„ benedictionem acquiras uberiùs, ſolida
„ continuatione perſiſtens, Alanos & alios
„ Chriſticolas partiùm illarum opportuni-
„ bus favoribus proſequaris, & ut erga eos
„ benevolentia Magnifici Principis Impera-
„ toris Imperatorum omnium Tartarorum
„ creſcat jugiter, & cultus Divinus amplie-
„ tur in eis partibus, Fideſque Catholica
„ dilatetur erga eundem Imperatorem, cui
„ nos etiam ſuper hoc ſcribimus, unà cum
„ præfatis Comprincipibus tuis, ſtudeas,
„ ſicut erit commodiùs interponere partes
„ tuas, inſiſtendo, & laborando quantùm
„ poteris, quòd præfati Chriſticolæ, ubique
„ per Imperium illud Eccleſias, Baſilicas, &
„ Oratoria, in quibus, juxta ritum & morem
„ ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, Divina pera-
„ gantur Officia, & immoletur hoſtia ſalu-
„ taris pro peccatis populi, habere, liberè
„ fundare, ac conſtruere valeant & tenere,
„ poſſintque per dictum Imperatorem ab
„ Antiſtitibus, & Religioſis, ac aliis Chri-
„ ſtianis auctoritatem & poteſtatem ſuper
„ hoc habentibus, prædicari verbum Dei &
„ veritas fidei Chriſtianæ. Porrò de nobis,
„ & Eccleſia Romana prædicta certam potes
„ habere fiduciam, & tenere, quòd nos ſuper
„ tuis opportunitatibus propitiùs reperies
„ quantùm cum Deo poterimus & benignos.
„ Datum Avenione Idibus Junii, Anno IV.
„ *Hactenus literæ*

793 Adjecit porrò Pontifex alias literas ad nonnullos alios Principes in aula Tartarorum Imperatoris potentes, quibus & gratias refert de benignè receptis ab Joanne XXII. miſſis ex Ordine Fratrum Minorum Nunciis. Item alias ſcripſit ad Chanſi Imperatorem Tartarorum ejuſdem argumenti, necnon & ad Usbech pariter Imperatorem alium Tartarorum, cui & promittit quàm primùm mittere Apoſtolicos Nuncios. Quæ quidem literæ ſic ſe habent.

Dilectis filiis, Nobilibus Viris Caraſmon, & Tobanan Magni Principis Chanſi Imperatoris Tartarorum de medio Imperio, familiaribus.

794 „ Lætanter de vobis audivimus, filii,
„ quòd vos, qui juxta Magnificum Princi-
„ pem Chanſi Imperatorem Tartarorum de
„ medio Imperio familiaritatis, & poteſta-
„ tis auctoritate fulgentem, ut intelleximus,
„ aliis Chriſtianis in Imperio illo degenti-
„ bus, favores, auxilia, & conſilia oppor-
„ tuna libenter impenditis, & apud Impe-
„ ratorem eundem pro gratiis & privilegiis
„ eis neceſſariis & opportunis interpoſitis
„ ſolicitudinis veſtræ partes, quòdque pleni

ze-

Digitized by Google

„ zelo Dei, & favore Fidei Chriſtianæ ſer-
„ ventes, volenteſque temporalia pro ſpi-
„ rltualibua, & terrena pro Cœleſtihus ſæ-
„ lici commercio commutare, unum ſundnm
„ veſtrum optimum cuidam Epiſcopo de
„ Ordine Fratrum Minorum in Civitate
„ Amalech deputato pro conſolatione veſtra,
„ & Chriſtianorum ibidem degentium, do-
„ natione libera conceſſiſtis, in quo ad lau-
„ dem Divini Nominis talis pulchra Eccleſia
„ eſt conſtructa. Nos autem vos ſuper tot &
„ tantis operibus meritoriis multiplicIter in
„ Domino commendantes, & ei, qui ſic ſuæ
„ gratiæ lumine illuſtrare dignatus eſt men-
„ tes veſtras, in humilitate ſpiritus gratias
„ referentes, nobilitatem veſtram rogamus
„ attentiùs, & hortamur, quatenus hæc
„ veſtra ſyncera devotio, & opera laudabilia,
„ & meritoria non minuantur in vobis, ſed
„ creſcant, ut per ea, quæ in præſenti vita
„ feceritis, æternæ valeatis fœlicitatis bea-
„ titudinem adiſpiſci. Cæterùm pro conſo-
„ latione veſtra, & aliorum fidelium partium
„ illarum, & ad oſtendenda clariùs Chriſtia-
„ næ Fidei veritatem ad partes eaſdem inten-
„ dimus noſtros Legatos ſeu Nuncios, Di-
„ vinâ ſuffragante gratiâ, deſtinare. Datum
Avenione, Idibua Junii, Anno IV. *Hactenus ad Principes*

Magnifico Principi Chanſi Imperatori Tartarorum, de medio Imperio, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

795 „ Lætl rumores Deo & nobis, qul
„ locum ejus, licet immeriti, tenemus in
„ terris, multùm placabiles, & accepti ad
„ noſtram notitiam perduxerunt, quòd tu,
„ qui magnus Princeps exiſtere dignoſceris,
„ ex ſolita benignitate, quam tibi dedit
„ Altiſſimus, à quo cuncta bona procedunt,
„ erga Chriſtianos in tuo degentes Imperio,
„ & ad illud etiam venientes, favorabiliter
„ & benignè pertractaſti hactenus, & per-
„ tractaa, eis ſavores, gratias, & privilegia,
„ prout occurrit opportunitas, largiendo, &
„ nihilominùs, ſicut animo percepimus exul-
„ tanti, Venerabilem Fratrem noſtrum Ni-
„ colaum Archiepiſcopum, & dilectos filios
„ Fratres Ordinis Minorum dudùm ad par-
„ tes illas per fœlicis recordationis Joannem
„ Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum
„ tranſmiſſos, recepiſti ſavorabiliter & be-
„ nignè, ad ipſos manum liberalem & mu-
„ nificam extendendo, & etiam pro Dei
„ reverentia, concedendo licentiam repa-
„ randi deſtructas Eccleſiaa, & novas etiam
„ conſtruendi, & prædicandi liberè audire
„ volentibus verbum Dei, ſuper quibus tuæ
„ Celſitudini gratiarum referimus actiones,
„ Imperialem Magnificentiam attentiùs de-
„ precantes, quatenus hujuſmodi favores &
„ gratias continuare velit. Nos autem, qui
„ tanquam Paſtor univerſalis Gregia Do-
„ minici, tuam, & omnium ſalutem quæ-
„ rimus, & zelamus, & cupimus eoa, qui
„ extra ovile Dominicum ſunt, in illud in-
„ troduci, nè ſaucibus Diaboli, quærentis
„ ſemper quos devoret, devorandi quomo-
„ dolibet exponantur, libenter & amicabi-
„ liter recepimus tuos Nuncios, ſi ad noſtram
„ præſentiam mittentur, ut in eia perſonam
„ tuam dulciter poſſimus alloqui, & eis effi-
„ caciter oſtendere, quæ tuæ ſaluti animæ
„ neceſſaria exiſtere dignoſcuntur, & nihi-
„ lominùs noſtros Legatos, vel Nuncios ad
„ tuam præſentiam parteſque illas ad pro-
„ palandam viam ſalutia celeriùs proponi-
„ mus, Divinâ ſuffragante gratiâ deſtinare,
„ ipſos tuæ Celſitudinis benevolentiæ pro-
„ penſiùs commendantes. Datum Ave-
nione Idibus Junii, Anno IV. *Hactenus ad Chanſi*.

Magnifico Principi Usbech, Imperatori Tartarorum, & Magno filio Chyiſcani, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

796 „ Exultanti percepimus animo,
„ quòd tua Magnificentia operibus pietatis
„ intenta, Chriſtianos Fideles in tuo de-
„ gentes Imperio, ſavoribus, gratiis præ
„ Divina reverentia proſequeris opportu-
„ nis, quòdque Fratribus Minoribus in Im-
„ perio prædicto morantibus, certum locum
„ aptum & idoneum in quadam Civitate,
„ quæ de novo ædificatur, ſavorabiliter con-
„ ceſſeris; ſuper quibus gratiarum actiones
„ tuæ Celſitudini referentes, eandem Cel-
„ ſitudinem deprecamur, quatenus favores &
„ gratias hujuſmodi erga Chriſtianos eoſdem
„ continuare velit Imperialis Magnificentia,
„ & etiam ampliare; nihllominùs Eccleſias
„ reparandi, conſtruendi liberè, in quibus,
„ juxta ritum & morem Eccleſiæ Romanæ,
„ Divina peragantur Officia, & immoletur
„ pro peccatis populi hoſtia ſalutaria, præ-
„ dicarique etiam valeat verbum Dei, licen-
„ tiam concedendo. Nos autem, qui tanquam
„ Paſtor Univerſalis Gregis Dominici, tuam
„ & omnium ſalutem quærimus & zelamus,
& cætera, ſicut in literis datis ad Chanſi ſupra recitatis. Datæque ſunt eodem tempore, quo aliæ, quas omnes exhibet Wadingus ad Annum MCCCXXXVIII. cum ſequentibus inferiùs recitandis.

797 Hiſce ergò cum literis, muneribus quoque ditati, ad ſuos Principes remiſſi ſunt Legati, Pontifice interim ſuam ad eoſdem præparante Legationem, ſelectis ad hoc munus ex Minorum Ordine quatuor Religioſis viris, pietate, doctrina, & prudentia præditis, Nicolao, ſcilicet, Boneti, Nicolao de Molano, Joanne de Florentia, & Grego-

rio

rie de Ungaria, prout tradunt Pontificis
literæ ad Tartarorum Principes & alios, datæ
per eoſdem eis contradendæ: Ad quos tamen
Religioſos, datæ leguntur ſequentes li-
teræ.

*Dilectis filiis Nicolao Boneti Sacræ Theo-
logiæ profeſſori, Nicolao de Molano,
Joanni de Florentia, & Gregorio
de Ungaria, Ordinis Fra-
trum Minorum.*

798 „ Votis zelantes ferventibus in Ter-
„ ris Tartarorum & aliis circumpoſitis re-
„ gionibus Orientis, in quibus multorum
„ hominum corda ſic benedictus Dominus,
„ à quo manant omnium chariſmata gratia-
„ rum, illuſtrare dignatus eſt, fugatis erro-
„ rum tenebris in eorum mentibus veræ fidei
„ Catholicæ lumen licet corroborari, & di-
„ latari fidem ipſam, ſine qua non eſt alicui
„ gratia, neque ſalus; & attendentes, quòd
„ Divina Clementia vobis theſaurum ſcien-
„ tiæ contulit, voſque multis virtutibus
„ edocavit, ita quòd poteſtis proficere vobis
„ per vitæ meritum, & aliis per doctrinam;
„ vos ad terras, & partes eaſdem, propterea
„ providimus deſtinandos, firma ſpe repro-
„ miſſa, de vobis fiduciaque concepta, quòd
„ cùm zelum habere vos aſſeratis ad præmiſ-
„ ſa, fervidum per veſtrum & aliorum Ca-
„ tholicorum, tàm Religioſorum, quàm cæ-
„ terorum Eccleſiaſticorum virorum, miniſte-
„ rium terris & partibus ſupradictis vomere
„ ſanctæ prædicationis excultis, & imbre
„ Divinæ gratiæ irrigatis, jactoque in eis
„ per manum Cœleſtis Agricolæ ſalutifero
„ ſemine verbi Dei, fructiferam producent
„ ſegetem, ex qua tandem multiplicata meſ-
„ ſis, in horrea Dominica inferretur.

799 „ Quocircà diſcretionem veſtram
„ monemus, & hortamur in Domino, vo-
„ biſque in remiſſionem peccaminum diſtri-
„ ctiùs injungimus, & mandamus, quate-
„ nus vos, cum Divino auxilio, ad terras
„ & partes conferentes prædictas, tanquam
„ fideles miniſtri, tam per prædicationem
„ verbi Dei, quàm alia virtuoſa, & exempla-
„ ria opera, ſicut vobis Dominus miniſtrabit,
„ corroborare in fide orthodoxa credentes,
„ & non credentes ad eam attrahere, ac in-
„ ducere, in luce ſermonis & rectitudine
„ operis taliter ſtudeatis, quòd demùm com-
„ miſſa vobis talenta cum multiplicato fru-
„ ctu poſſitis reddere Domino, & tanquam
„ ſervi fideles in retributione juſtorum me-
„ reamini ſuper multa conſtitui, & intrare
„ in gaudium cum gloria talibus repromiſ-
„ ſum.

800 „ Ut autem miniſterium hujuſmodi
„ eò pleniùs, utiliùs & fructuoſiùs valeatis
„ implere, quò majori fueritis auctoritate
„ ſuffulti, proponendi ubi, quando, quo-
„ ties, ac quibus, in eisdem partibus, pro
„ ejusdem corroboratione, & dilatatione
„ fidei, expedienz videritis, verbum Dei, &
„ conſtitutis ibidem, non obſtante ſi aliqui
„ majori excommunicatione ligati fuerint,
„ in verbo, officio, & cibo, aliiſque hone-
„ ſtis & licitis communicandi ſecurè ipſis
„ partibus, necnon illos, qui Sedis Apo-
„ ſtolicæ magiſterio non intendunt, quos
„ converti ad unitatem ejuſdem fidei cupi-
„ mus, ad eam recipendi, baptizandi, & ovi-
„ li fidelium aggregandi, ut per regenera-
„ tionis gratiam de longinquo ad ſuum re-
„ vertentes auctorem, liberi efficiantur ex
„ ſervis, de extraneis provehantur in filios,
„ & ex corruptibili carne nati, Dei ſpiritu
„ renaſcantur, & obtineant per gratiam,
„ quod non obtinent per naturam.

801 „ Rursùs & in locis partium prædi-
„ ctarum, in quibus vos hoſpitari, vel reſi-
„ dentiam facere continget, Miſſas, & Di-
„ vina Officia, ſervatâ tamen honeſtate de-
„ bitâ, celebrandi; ac ibidem fidelium con-
„ feſſiones audiendi, & injungendi eiſdem
„ pœnitentias ſalutares. In Eccleſiarum quo-
„ que partium prædictarum dedicationibus,
„ & Sanctorum, quorum altaria in Eccleſiis
„ ipſis fuerint, feſtivitatibus, ſeu cùm vos
„ continget proponere in ſupradictis parti-
„ bus verbum Dei, abſentibus tamen Pa-
„ triarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,
„ omnibus fidelibus, tunc ibidem præſenti-
„ bus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qua-
„ draginta dies de injunctis eis pœnitentiis
„ miſericorditer relaxandi, vobis & aliis
„ Ordinis veſtri Fratribus in Sacerdotio con-
„ ſtitutis, qui vobiſcum proficiſcentur ad
„ partes prædictas, ac veſtrum & ipſorum
„ ſingulis plenam concedimus tenore præſen-
„ tium facultatem.

802 „ Præterea volùmus, & concedi-
„ mus, quòd Fratres ejuſdem Ordinis profici-
„ ſcentes unà vobiſcum ad partes eaſdem,
„ vel morantes ibidem, qui fuerint ad om-
„ nes, vel ad aliquos ordines promovendi,
„ à quibuſuis Patriarchis, Archiepiſcopis,
„ & Epiſcopis Catholicis, gratiam & com-
„ munionem Apoſtolicæ Sedis obtinentibus,
„ poſſint ritè tamen, ad hujuſmodi ordines
„ ſtatutis à jure temporibus promoveri, &
„ alia Eccleſiaſtica recipere Sacramenta. Et
„ ut fructum uberem de veſtris laboribus
„ reportetis, & ſentiatis ex eis æternæ ſalu-
„ tis vobis commoda uberiùs proventura,
„ de omnipotentis Dei miſericordia, &
„ Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum au-
„ ctoritate cõfiſi, vobis & dictis Fratibus vo-
„ biſcum ad dictas partes proficiſcentibus,
„ ut præfertur, & veſtrum ſingulis, verè pœ-
„ nitentibus & confeſſis, illam indulgentiam
„ præſentium auctoritate concedimus, quam
„ proficiſcentibus in Terræ Sanctæ ſubſi-
„ dium, Sedes prædicta concedere conſue-

Tom. III. Cc vit.

Digitized by Google

„ vit. Ac nihilominùs ut Chriſtifideles quaſi
„ per præmia ſalubriter invitemus ad merita,
„ omnibus verè pœnitentibus & confeſſis,
„ qui Eccleſias & loca Eccleſiaſtica fidelium
„ partium earundem inibi conſtructa, vel
„ impoſterùm conſtruenda, causâ devotionis
„ viſitaverint, vel fabricas Eccleſiarum, &
„ locorum ipſorum, ut miniſtris & ſervitori-
„ bus fidelibus eorum charitativa duxerint
„ ſubſidia eroganda, ſingulis diebus, quibus
„ id verè pœnitentes, & confeſſi fecerint, cen-
„ tum dies de injunctis eis pœnitentiis mi-
„ ſericorditer relaxamus.

803 „ Et quia vos, & fratres alii ad par-
„ tes prædictas pro ampliatione fidei ortho-
„ doxæ proficiſcentes, vobiſcum in eundo,
„ morando, & redeundo fidelium charita-
„ tivo noſcimini ſubſidio, & ſecuro con-
„ ductu egere, omnibus verè pœnitentibus,
„ & confeſſis, qui vobis proſecutione tam
„ pii operis inſtantibus, ſubſidium & ſecurum
„ conductum gratis præſtiterint, & circa hoc
„ auxilium, & conſilium impenderint op-
„ portunum, juxta quantitatem ſubſidii &
„ devotionis affectum illius Indulgentiæ, quę
„ vobis, & eiſdem fratribus ad dictas partes
„ accedentibus eſt conceſſa, participationem
„ concedimus, ut eis proficiat ad ſalutem.

804 „ Vobis inſuper, & cuilibet veſtrum
„ auctoritate Apoſtolica concedimus, ut in
„ Civitatibus, Caſtris, vel Villis, ſeu locis
„ quibuſcumque ad habitandum, domos, ſeu
„ loca quęcumque pro Fratribus Ordinis ve-
„ ſtri de novo recipere, ſeu hactenus recepta
„ mutare, vel ea permutationis, donationis,
„ aut cujuſuis alterius alienationis titulo in
„ alios transferre, dummodò de his, quæ ex
„ cauſa permutationis, aut cujuſuis alterius
„ alienationis prædictæ titulos, vos contin-
„ geret, fortè recipere in acquiſitione, con-
„ ſtructione, vel ampliatione locorum alio-
„ rum, Deo dicatorum, utiliùs in eiſdem
„ partibus expendantur, & loca ſemel Deo
„ dicata, profanis uſibus nullatenus applicen-
„ tur, in permutatione & donatione hujuſ-
„ modi locorum aliorum Diœceſanorū, peti-
„ tâ nihilominùs licentiâ, & obtentâ, de
„ noſtra & dictæ Sedis ſpeciali licentia Con-
„ ſtitutionibus fœlicis recordationis Bonifa-
„ cii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, &
„ aliorum Pontificum Romanorum prædeceſ-
„ ſorum noſtrorū in contrarium editis, etiam
„ ſi de illis plenam & expreſſam, ac de verbo
„ ad verbum in præſentibus oporteat fieri
„ mentionem, nequaquam obſtantibus, va-
„ leatis; dummodò loca, ſeu domus hujuſ-
„ modi, quas recipietis de novo in Civitati-
„ bus, Caſtris, vel Villis partium earun-
„ dem, in quibus domus, ſeu loca aliorum
„ Ordinum Mendicantium extiterint à præ-
„ dictis domibus, ſeu locis, per ſpatium
„ extiterint triginta cannarum menſuranda-
„ rum per aerem, ubi aliàs menſurari loci
„ diſpoſitio non permitteret, diſtare noſcan-
„ tur. Præſentibus uſque ad decennium tan-
„ tummodò valituris. Datum Avenione ſe-
„ cundo Kalendas Novembris, Anno IV.
„ *Hactenus litteræ.*

805 Itaque per hoc tempus præfatam ad Tartaros legationem Benedictus deſtinavit; nam & eodem tempore leguntur datæ litteræ ad Magnum Tartarorum Imperatorem, ad Chanſi quoque, Vsbech, Tynybech, Alanos Principes, & alios, per eosdem Legatos eis contradendæ, quas ex ſæpè citato Wadingo, ad mox citatum annum excerptas ſubiiciemus. Et quidem primæ ad Magnum Tartarorum Imperatorem datæ, ſic ſe habent.

Magnifico Principi Imperatori Imperatorum omnium Tartarorum, Gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

806 „ Quamvis commiſſa nobis deſuper
„ univerſi cura gregis Dominici, Nos circa
„ multa diverſa diſtrahat inceſſanter, hoc
„ tamen præcipuè vobis ferventibus exquiri-
„ mus, & aſſiduis Orationibus à Domino po-
„ ſtulamus, ut ipſe, qui eſt lux vera, om-
„ nem hominem venientem in hunc mundum
„ illuminans, eos, qui extra Sanctam Catho-
„ licam & Apoſtolicam Eccleſiam regimini
„ noſtro commiſſam, ambulant in tenebris,
„ ſic lumine ſuæ claritatis irradiet, & largiſ-
„ ſimè præveniat gratia pietatis, quòd de
„ cordibus ipſorum profugatâ errorum ca-
„ ligine, ac in eis veræ fidei rutilante fulgo-
„ re, Deum cognoſcant veraciter, & ado-
„ rent, tandemque per gratiam Divinam
„ in ovili Dominico, extra quod non eſt
„ alicui gratia, neque ſalus, incluſi, æter-
„ næ beatitudinis gloriam, quam huma-
„ nus intellectus capere non ſufficit, con-
„ ſequantur.

807 „ Ideoque dudùm jucundâ mente,
„ facieque ſerena miſſos ad præſentiam no-
„ ſtram tuæ Celſitudinis Nuncios, & literas
„ ab eis noſtro Apoſtolatui præſentatas, rece-
„ pimus exultanter: Et quia per eosdem
„ Nuncios & literas percepimus evidenter,
„ te ad nos & eandem Eccleſiam magnam ha-
„ bere devotionem, velleque nobiſcum ami-
„ citiarum inire fœdera, & propter hęc tuos
„ ſolemniores ad nos deſtinare Nuncios, &
„ noſtros ad te mittendos favorabiliter, &
„ benignè recipere intendebas, necnon quòd
„ ob noſtram & Eccleſiæ memoratæ reveren-
„ tiam, Chriſticolas in tuo degentes Impe-
„ rio, favoribus opportunis pertactaveras,
„ & etiam pertractabis.

808 „ Nos inſpiratum tibi ab illo, à quo
„ univerſorum chariſmatum dona manant,
„ propoſitum, multipliciter in Domino cum
„ gratiarum actionibus commendantes, Ma-
„ gnitudini tuæ inter cætera recolimus re-
ſcri-

„ ſcripſiſſe, quòd præmiſſa nobis placabilia
„ fuit admodùm & accepta, mittendoſque
„ ad nos tuos Nuncios reciperemus, & au-
„ diremus favorabiliter & benignè: quod-
„ que noſtros Nuncios, vel Legatos ad tuam
„ præſentiam & partes illas proponebamus,
„ auxiliante gratiâ Divinâ, mittere, qui
„ te de noſtra benevolentia, & aliis animæ
„ tuæ ſalutem concernentibus pleniùs infor-
„ marent.

809 „ Nunc igitur opportunitate capta-
„ ta, adimplere, quod ſuper miſſione Nun-
„ ciorum, ſeu Legatorum noſtrorum ſpopon-
„ dimus, cupientes, dilectos filios Nico-
„ laum Boneti Sacræ Theologiæ profeſſo-
„ rem, Nicolaum de Molano, Joannem de
„ Florentia, & Gregorium de Ungaria Or-
„ dinis Fratrum Minorum, viros utique ma-
„ gnæ conſcientiæ, quique ſcient & volent,
„ ut ſperamus in Domino, verbo proficere
„ pariter & exemplo, ad tuæ magnificentiæ
„ præſentiam, tuique partes Imperii providi-
„ mus deſtinandos; Rogantes Imperialem
„ Celſitudinem, & attentiùs in Domino ex-
„ hortantes, quatenus tam ipſos, quàm fra-
„ tres alios, necnon ſocios, familiares eo-
„ rum pro Divinæ & Apoſtolicæ Sedis reve-
„ rentia benignè recipias, & charitativè
„ pertractes, eiſdem fratribus nihilominus,
„ quòd per ſe, ac alios Religioſos & ſæcu-
„ lares Chriſtianos Catholicos, fideles præ-
„ dicare valeant ubique in partibus ejuſdem
„ Imperii verbum Dei, miniſtrareque Chri-
„ ſtianis, & aliis volentibus recipere pabu-
„ lum ſalutiferum animarum, & Sacramen-
„ ta Eccleſiaſtica liberè permittendo, ut in
„ retributione juſtorum ab æterno Retribu-
„ tore, qui nullum bonum irremuneratum
„ relinquit, mercedem condignam percipe-
„ re, tandemque Divinâ illuminatus gratiâ,
„ inter Redemptos Chriſti pretioſo Sangui-
„ ne connumerari, & perfrui luce perenni,
„ quæ nullo fine clauditur, in Cœleſti Pa-
„ tria fœliciter merearis. Datum Avenione
„ ſecundo Kalendas Novembris, Anno IV.
Hactenus ad Magnum Tartarorum Imperatorem. Quæ verò datæ ſunt ad Chanſi, ita ſe habent.

Magnifico Principi Chanſi Imperatori Tartarorum de medio Imperio, Gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

810 „ Dudùm ad notitiam noſtram pla-
„ cidâ relatione perducto, quòd tu inſpira-
„ tus à Domino, qui nunquam ceſſat à bene-
„ dictionibus gratiarum, Chriſtianos in tuo
„ degentes Imperio, & ad illud etiam acce-
„ dentes, favore benignitatis & manſuetu-
„ dinis pertractabas, multos, eis impendendo
„ favores nihilominùs, & opportuna privi-
„ legia concedendo. Nos hæc & alia bona
„ per te eiſdem Chriſtianis gratioſè impenſa,
„ regratiando tuæ Celſitudini, & ad ea
„ continuanda exhortando attentiùs, per
„ literas noſtras Magnificentiæ tuæ ſcripſiſ-
„ ſe meminimus, & in eiſdem literis adjeciſ-
„ ſe, quòd cùm tuæ zelemus ſalutem animæ,
„ teque promereri, ut tibi aperiretur vitæ
„ æternæ janua, optaremus, gratum habe-
„ remus, admodùm & acceptum, te ad no-
„ ſtram præſentiam tuos Nuncios, quos re-
„ ciperemus, & audiremus, favorabiliter
„ ſuper his deſtinares. Verùm cùm in literis
„ noſtris prædictis inſeruiſſemus expreſsè,
„ quòd ad tuam præſentiam & partes, noſtros
„ Legatos, vel Nuncios proponebamus mit-
„ tere, Divinâ gratiâ præeunte, nuncque
„ dilectos filios Nicolaum Boneti Sacræ
„ Theologiæ profeſſorem, Nicolaum de Mo-
„ lano, Joannem de Florentia, & Grego-
„ rium de Ungaria, Ordinis Fratrum Mino-
„ rum, exhibitores præſentium, ad partes de-
„ ſtinemus, eaſdem ipſos tuæ ſublimitatis be-
„ nevolentiæ propenſiùs commendantes: Ro-
„ gamus in Domino, & hortamur eandem,
„ quatenus ipſos benignè recipias, & favora-
„ biliter & charitativè pertractes. Et, ut ipſi
„ per ſe, ac fratres alios, quos ad id duxe-
„ rint deputandos, poſſint prædicare verbum
„ Dei & Divinum officium exequi ubicum-
„ que per tuum Imperium in Eccleſiis & lo-
„ cis Eccleſiaſticis ad hoc ordinatis, vel or-
„ dinandis, liberè pro reverentia Dei, ac
„ noſtræ, & Apoſtolicæ Sedis, permittas,
„ ut in retributione juſtorum ab æterno Re-
„ tributore, qui nullum bonum irremunera-
„ tum relinquit, mercedem condignam reci-
„ pere, tandemque Divinâ illuſtratus gratiâ,
„ inter redemptos pretioſo Chriſti Sanguine
„ connumerari, & perfrui luce perenni, quæ
„ nullo fine clauditur in Cœleſti Patria, feli-
„ citer merearis. Datum Avenione ſecundo
„ Kal. Novembris, Anno IV. *Hactenus ad*
„ *Chanſi.* Sed & ejuſdem tenoris ſunt, iiſ-
„ dem prorsùs conſtant terminis, quæ datæ
„ leguntur ad Usbech. Quæ verò Tynybech,
„ ad hunc modum ſe habent, videlicet.

Spectabili Viro Tynybech primogenito Magnifici Principis Usbech Imperatoris Tartarorum, & Magni filii Chyſicam, gratiam in præſenti, quæ perducat, ad Gloriam in futuro.

811 „ Lætamur in Domino, & eidem
„ laudes exolvimus puro corde, quia ſi-
„ cut intelleximus inter multas virtutes,
„ quibus te ipſe Largitor bonorum omnium
„ adornavit, tibi benignitatis & clementiæ
„ ſpiritum contulit, ut omnibus tam Chri-
„ ſtianis, quàm aliis in Imperio Genitoris
„ tui degentibus, adeò te propitium exhi-
„ beas & benignum, quòd non ſolùm te ra-
„ tione Principatus terreni, quem ſuper eos

„ habere dignoſceris, venerantur; quinimmò magis charitatis, & amoris fervore beneficiorum tuorum ſentientes dulcedinem, „ ſtudent jugiter attollere nomen tuum. Nos „ igitur, qui favores, quos impendiſti, & „ impendere non ceſſas, ut præmittitur, continuè Chriſtianis eiſdem, gratos habemus „ admodùm & acceptos, tuamque exinde „ benevolentiam multipliciter in Domino „ cum gratiarum actionibus commendamus; „ Excellentiam tuam rogantes attentiùs, & „ hortantes, quatenus conſideranter attendens, & ſpe firma, certaque fiducia gerens „ in mente, quòd nullum bonum irremuneratum remanet apud Deum, favores hujuſmodi erga Chriſtianos prædictos continuare exuberare non ceſſes jugiter, ut majus meritum tibi exinde acquirere valeas „ apud Deum, de Nobis & Apoſtolica Sede „ fiduciam habiturus, quòd ſuper his, quæ „ pro te, tuaque ſalute ſecundùm Deum, & „ decentiam noſtram poterimus facere, propitios reperies & benignos. Datum Avenione ſecundo Kal. Octobris, Anno IV. *Hactenus ad Tynybech.* Ad Alanos verò Principes ſcripſit ſic &c.

Dilecto Filio Nobili Viro Fodim Jovens, Principi Alanorum fidelium, in Imperio Tartarorum conſiſtentium.

812 „ Inter cæteras ſolicitudines, quæ „ nobis ex debito commiſſi deſuper officii „ Paſtoralis incumbunt, hoc Divinæ Majeſtatis oculis gratum fore credimus & acceptum, ſi redemptis pretioſo Chriſti Sanguine Fidem Catholicam profitentibus, „ præſertim inter exteras nationes, conſolationis impendamus auxilium, & alienos à „ fide ipſa, ſine qua non eſt alicui gratia, „ neque ſalus, ut eam ſuſcipiant & teneant, „ inviatari & induci rectitudine ſermonis, „ & operis faciamus. Idèoque tam tuorum, „ quàm aliorum Principum Alanorum fidelium in Imperio Tartarorum conſiſtentium, „ dudùm tranſmiſſorum ad noſtram præſentiam Nunciorum relatibus intellectis, „ quòd licèt ſint in illis partibus Antiſtites „ & Religioſi multi, olim illùc per Sedem „ Apoſtolicam deſtinati, circà præmiſſa fidelibus, & diligentibus ſtudiis intendentes, „ quia tamen reſpectu meſſis, quæ multa eſſe „ ibidem noſcitur, ſunt operarii pauci, fore „ ut alii mitterentur, multipliciter opportunum tibi & eiſdem Principibus per diverſas noſtras literas meminimus reſcripſiſſe, „ quòd opportunitate captata intendebamus „ viros alios doctos in Lege Domini, per „ quos unà cum aliis, aliàs illùc miſſis, ut „ præmittitur, exerceri valeret ſalubriter „ opus Miniſterii hujuſmodi, ad partes illas, „ præviâ Divinâ gratiâ, deſtinare.

813 „ Cùm autem nos in effectum producere intentionem noſtram hujuſmodi „ cupientes, dilectos filios Nicolaum Boneti Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Nicolaum de Molano, Joannem de Florencia, „ & Gregorium de Ungaria Ordinis Fratrum Minorum ad partes prædictas pro „ exercendo hujuſmodi miniſterio providerimus deſtinandos, Nobilitatem tuam rogamus, & in Domino attentiùs exhortamur, quatenus tam ipſos, quàm Fratres „ alios, ac ſocios & familiares eorum, quos „ ſecum duxerint, ſeu habuerint, habere velit „ tua nobilitas pro noſtra & ejuſdem Sedis „ reverentia propenſiùs commendatos. Et, „ ut ipſi, & alii Religioſi deputandi per eos, „ vel alios, ad id à nobis vel ſuperioribus „ ſuis poteſtatem habentes, prædicare liberè „ verbum Dei, & alia, quæ ad Divinum cultum pertinent, agere in partibus ipſis valeant, partes tuæ ſolicitudinis interponas, „ & exinde apud retributorem bonorum „ omnium æternæ mercedis præmium uberiùs aſſequaris. *Datum, ut ſupra.* Totidem porrò verbis ſcripſit ad alios Principes Alanos, quos ſupra recenſuimus. Fecit denique ſequentes literas ad Fratrem Heliam Ungarum ex eodem Minorum Ordine, videlicèt,

Dilecto filio Heliæ Ungaro Ordinis Fratrum Minorum.

814 „ Fide dignorum placito relatu percepimus, quòd tu familiaribus ſpectabilis „ Viri Tynybech, primogeniti Magnif. Principis Uſbech, Imperatoris Tartarorum, „ & Magni filii Chyſcam inſiſtens obſequiis, „ eidem primogenito, quantùm potes commodè, viam ſalutis oſtendis, & ipſum ad „ favores Chriſtianis in partibus illis commorantibus impendendos, & alia pia opera exercenda, diligentibus ſtudiis, & ſolicitis curis inducis, ſuper quibus Deo, & „ nobis gratis, tibique meritoriis, tuam prudentiam multipliciter in Domino commendantes, te attentiùs exhortamur, „ & ſolicitamus attentè, quatenus habens „ dilectos filios Nicolaum Boneti Sacræ „ Theologiæ Profeſſorem, Nicolaum de „ Molano, Joannem de Florentia, & Gregorium de Ungaria tui Ordinis, Nuncios „ noſtros, quos ad illas partes mittimus, „ favorabiliter commendatos, & eos dicto „ Primogenito cordialiter recommendans, „ non tepeſcat ſuper prædictis tua diligentia, ſed ſic potiùs ferveat, & augeatur, ut „ præter cumulum meritorum, quæ inde „ poteris acquirere apud Deum, noſtram & „ Apoſtolicæ Sedis gratiam uberiùs conſequaris: Volumus autem, quòd præfato „ primogenito, cui nos etiam ſcribimus, „ explicare pro parte noſtra procures, quòd nos,

„ nos, & Sedem prædictam, circa illa, quæ
„ pro ſalute & honore ipſius, ſecũdùm Deum,
„ & decentiam noſtram, facere poterimus,
„ propitios reperiet & benignos, tuque no-
„ bis ſuper his, & aliis, quæ de partibus
„ iſtis occurrerint, ſcribere poteris confiden-
„ ter, *Datum, ut ſupra*.

815 Hia ergò muniti Apoſtolicis lite-
ris, profecti ſunt prælibati Religioſi Apoſto-
licæ Sedis Nuncii in Tartariam, labente
Domini Anno MCCCXXXVIII. & nondùm
ferè elapſo biennio, Usbech Tartarorum Im-
perator, aliam Legationem deſtinavit ad
Benedictum, obeundam per Nobilea Viroa
Petranum de Lorto, olim Dominum de Ca-
pha, atque Albertum, Catholicæ Fidei pro-
feſſores, unà cum anteſato Fratre Helia Un-
garo, ad quem datæ ſunt proximè ſuperiùs
recitatæ literæ. Cùmque Pontifex benignè
eoa recepiſſet, iterùm menſe Auguſti, ſui
Pontificatus Anno VI. Dñi verò MCCCXL.
eos iterùm in Tartariam ad ſuum remiſit Im-
peratorem, datis ad eundem ſubjectis li-
teria.

*Magnifico Principi Usbech Imperatori Tar-
tarorum Illuſtri, gratiam in præ-
ſenti, quæ perducat ad glo-
riam in futuro.*

816 „ Lætanter & benignè recepimua
„ dilectoa filioa Nobiles Viros Petranum de
„ Lorto, olim Dominum de Capha, & Al-
„ bertum ejus ſocium, Fidei Catholicæ pro-
„ feſſores, Magnificentiæ tuæ Nuncios, unà
„ cum dilecto filio Helia de Ungaria Ordi-
„ nis Fratrum Minorum, Nuncio Viri egre-
„ gii Ducis Tynybech, primogeniti tui, ad
„ noſtram præſentiam deſtinatos, & ea, quæ
„ ipſi coràm nobia pro parte tuæ Celſitudi-
„ nis curaverunt proponere, clementer &
„ patienter audivimus, & intelleximus dili-
„ genter. Cùm autem præfati Nuncii tuam
„ Magnificentiam, & potentiam, necnon
„ devotionem & reverentiam, quas ad nos
„ & Sanctam Sedem Apoſtolicam geris, &
„ geſſiſti, hactenus multæ laudis & commen-
„ dationis præconiis attollentes, narratione
„ ſubjuncta placabili explicarint, quòd tu
„ hujuſmodi devotionem & reverentiam in
„ laudabilium effectum operum producendo,
„ Nuncios noſtros, quos dudùm ad partes
„ Cathayen Imperii mittebamua, ad tuam
„ præſentiam accedentea, ob Divinam &
„ noſtram, ac dictæ Sedis reverentiam, &
„ honorem, favore benignè ſuſceperis, eis
„ charitativè feciſti de neceſſariis & expen-
„ ſis, ac uſque ad partes prædictas de con-
„ ductu non modico, quin potiùs ſumptuo-
„ ſo & magnifico providere. Et ulteriùa ex-
„ hortationibus, precibus noſtris, quibus
„ Chriſtianoa Catholicos, & Romanæ obe-
„ dientea Eccleſiæ, in tuo degentes Imperio,
„ benevolentiæ tuæ commendavimus, favo-
„ rabiliter annueris, erga Chriſtianos eoſdem
„ tuæ Magnitudinis liberalitatem, & gratias
„ ampliaſti, eis reparandi nihilominùs, &
„ ædificandi Eccleſias & loca Eccleſiaſtica,
„ necnon Antiſtitibus, & Religioſis, Catho-
„ licis, prædicandi verbum Dei, & Sacra-
„ menta Eccleſiaſtica, juxta ritum & morem
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris omnium
„ fidelium & Magiſtræ, miniſtrandi licentià
„ liberali conceſsâ. Præterea quòd cùm ali-
„ qui nequiſſimi homines, ſceleria nefandiſ-
„ ſimi patratorea, proditoriia & temerariia
„ auſibua intentatâ tibi morte, te in tuo Pa-
„ latio, igne ſuppoſito, nocturno tempore
„ obſediſſent, & Chriſtianis prædictis falsò
„ imponere patrationem hujuſmodi ſceleris
„ niterentur, tu, Divino auxilio, fœliciter
„ ab hujuſmodi periculo liberatus, & recor-
„ datus precum & exhortationum noſtrarum
„ prædictarum, ac impoſitionem prædictam
„ eſſe falſam, & calumnioſam, Dei ſapientià
„ inſpiratua, attendens præſatoa Chriſtia-
„ noa, tanquam de hujuſmodi ſcelere in-
„ nocentes, tribus tantùm exceptis, qui
„ maligno ſeducti ſpiritu, ſe cum nequiſſi-
„ mis patratoribus ſceleris ejuſdem immi-
„ ſcuiſſe dicebantur; tandem factâ de aliia
„ ejuſdem facinoria patratoribus juſtitiâ,
„ ſub tuæ Serenitatis gratia in pacis, & li-
„ bertatis dimiſiſti quietè.

817 „ Hæc autem Deo grata quamplu-
„ rimùm, ac nobis, & Sedi prædictæ, qui
„ juſtitiam & miſericordiam diligimus &
„ fovemus, placabilia & accepta famam tui
„ nominis ampliant, & ad obtinendam Di-
„ vinæ propitiationia gratiam præparant &
„ adaptant. Profectò quidem ſperamua &
„ credimus, quòd Providentia Divina, quæ
„ in ſui diſpoſitione non fallitur, præmiſſa
„ & alia pia opera, circà quæ, ut gaudenter
„ percepimus, ac libenter exerces, inſpi-
„ ravit, & inſpirare non deſinit menti tuæ,
„ ut tandem agnita veritate, quæ Chriſtua
„ eſt, illuminatuſque Fidei Catholicæ cla-
„ ritate, & per ſuſceptionem ejuſdem fidei,
„ ſine qua non eſt ſalus alicui, ovile Domi-
„ nicum, cujus eſt unus Paſtor, ingreſſus,
„ æternæ ſatietatis paſcuis poſt vitæ præ-
„ ſentis exitum non frauderis.

818 „ Nos igitur, qui, licèt inſufficien-
„ tibus meritis, locum Dei tenemus in terris,
„ hæc pro tuæ ſaluti animæ ferventibus deſi-
„ deriis properantes, rogamus Magnitudi-
„ nem tuam, & in Domino attentiùs exhor-
„ tamur, quatenua intra tui pectoris clauſtra
„ conſideranter revolvens, quàm brevis eſt
„ vita hominia, & quàm incertus Mundi
„ hujua exitus, quàm frequenter etiam ſit
„ repentinus, quodcumque poteſt manua
„ tua, ut Choris poſſis adjungi Cæleſtibus,
„ inſtanter ſtudeas operari, ſuper quibus &
„ aliis ſalutem tuam hujuſmodi concernen-
ti-

tibus devotis inſiſtimus, & inſiſtemus precibus apud Deum.

819 „ Porrò ſuper ſavoribus & gratiis à tua Clementia Chriſtianis prædictis Catholicis, ut præfertur, exhibitis, necnon de Encœniis pro parte tua, & ejuſdem inclyti primogeniti, ac Illuſtris Imperatricis conſortis tuæ, nobis per memoratos Nuncios præſentatis, & à nobis gratanter mittentium conſideratione receptis, Excellentiæ tuæ gratiarum referimus uberes actiones, noſtris prædictis precibus & exhortationibus ſubjungentes, ut gratiæ favor Imperialis erga Chriſtianos prædictos Catholicos, & præſatæ Romanæ Eccleſiæ obedientes, ut præmittitur, ſemper exuberet & accreſcat.

820 „ Et inſuper, cùm ſicut intelleximus, inter tuos, & Chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ungariæ, & Poloniæ Regum Illuſtrium officiales & ſubditos in confiniis Imperii tui, & Regnorum Regum prædictorum, quandoque ſuſcitari contingat diſſenſiones & guerras, ex quibus ſtrages hominum, lapſus rerum, & animarum amariùs deploranda pericula ſubſequuntur, velit tua ſublimitas ab invaſione Regnorum prædictorum deſiſtere, quia ſi Reges prædicti inferrent tibi, vel tuis injurias indebitas, vel offenſas, & id nobis duxeris intimandum, hæc per Reges ipſos precabimur facere, quantùm cum Deo poterimus tibi & tuis rationabiliter emendari. Datum Avenione XVI. Kal. Septembris, Anno VI. *Hactenus literæ ad Usbech*. Sequentes porrò per eoſdem Nuncios miſit Tynybech illius primogenito.

Egregio Viro Duci Tynybech Primogenito Magnifici Principis Usbech Imperatoris Tartarorum Illuſtris, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

821 „ Venientem nuper ad præſentiam noſtram dilectum filium Heliam de Ungaria Ordinis Fratrum Minorum tuæ Nobilitatis Nuncium, benignè tàm tuæ conſiderationis obtentu, quàm ipſius probitatis intuitu recepimus, & ea, quæ pro parte tua coràm nobis exponere voluit, favorabiliter audivimus, & intelleximus diligenter. Sanè, licèt devotionem tuam inſpiratam tibi à Domino, quam habes & habuiſti hactenùs ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam, Matrem omnium Chriſtianorum fidelium, & Magiſtram, necnon benevolentiam, & favores, quos erga Chriſtianos Catholicos, & Romanæ obedientes Eccleſiæ, degentes in Imperio Patris tui, ob pietatem divinam, ac noſtram, & dictæ Sedis reverentiam, & honorem geris, & gerere continuè non deſiſtis, jamdudùm relatibus placidis audiviſſemus, dictus tamen Nuncius te ſuper his, & aliis piis & devotis operibus, multæ commendationis, & laudis præconiis apud nos magnificans & attollens, de te nobis ſuper multis donis virtutum, quibus te largitor bonorum omnium dotavit, extitit placabiliter collocutus.

822 „ Cùm autem de his tuis virtuoſis actibus in Domino exultantes, tuam ſalutem, teque illa operari & perficere, quibus in hac vita præſenti gratiam, & in futura Beatitudinis æternæ merearis gloriam, cupiamus; Nobilitatem tuam rogamus attentiùs, & in Domino exhortamur, quatenùs circa hæc, & alia tuæ ſaluti animæ utilia vigilanter intendens, præfati Heliæ Nuncii tui, qui te ſincerè, ut intelleximus, diligit, ſalutaribus monitis, & perſuaſionibus ſalubribus acquieſcas, devotionis hujuſmodi ſpiritum, quem dedit tibi virtutum Dominus, non extinguens; Chriſtianos verò prædictos opportunis favoribus & benevolentiis habeas commendatos, ut ipſe Deus, à quo bona cuncta procedunt, quique nullum bonum irremuneratum relinquit, te oculo pietatis irradiando, veræ Fidei lumine mentem tuam reſpiciat, & ad ea, quæ ſibi ſunt placita, tuæque ſaluti utilia, dirigat actus tuos. Rursùs de miſſo à te nobis Encœnio, & per dictum Nuncium præſentato, necnon favoribus memoratis Chriſtianis per te, ut præfertur, exhibitis, gratiarū tibi referimus uberes actiones. Datum Avenione XVI. Kalendas Septembris, Anno VI *Hactenus literæ ad Tynybech*. Ad Imperatricem pariter Tartarorum alias fecit tenoris ſequentis literas.

Egregiæ Principiſſæ Imperatrici Tartariæ partium Aquilonarium, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

823 „ Pridem ad noſtram venientes præſentiam dilecti filii Helias de Ungaria Ordinis Fratrum Minorum, & Nobiles Viri Petranus de Lorto, olim Dominus de Capha, & Albertus ejus ſocius, Nuncii Magnifici Principis Usbech Imperatoris Tartarorum Viri tui, exponere nobis inter cætera curaverunt, qualiter tu ſpiritu devotionis & benignitatis imbuta, ſinceram devotionem ad nos, & Sanctam Sedem Apoſtolicam corde gerens, Chriſtianos catholicos Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientes in illis degentes partibus, piis tractas affectibus, ac favoribus & gratiis proſequeris opportunis, te libenter in his & aliis miſericordioſis operibus exercendo.

824 „ Nos igitur Nunciorum prædictorum famam & nomen tuum ſuper his, & aliis multis commendabilibus actibus at-

tol-

„ tollentium, placabili relatione auditâ, gau-
„ demus admodùm, & referimus gratias Al-
„ tiſſimo, qui hujuſmodi ſpiritum tibi dedit;
„ ſperantes in Domino, à quo cuncta bona
„ procedunt, quòd hæc, & alia bona, quæ
„ agis, ut præmittitur, tibi ad hoc inſpirare
„ dignatur, ut tandem veritate, quæ Chri-
„ ſtus eſt, agnitâ & ſuſceptâ, æternæ vitæ
„ gaudiis poſt hujus vitę miſerabilis & inſta-
„ bilis tranſitum non frauderis.

825 „ Ideòque tuam rogamus Magnifi-
„ centiam, & in Domino attentiùs exhorta-
„ mur, quatenùs in hujuſmodi, & aliis bo-
„ nis operibus continuatione laudabili per-
„ ſeverans, & ad obtinendam benedictionem
„ Divinæ gratiæ, per ſuſceptionem veræ Fi-
„ dei catholicæ, ſine qua nemo poteſt ſal-
„ vus fieri, te coaptans, Chriſtianos prædi-
„ ctos Catholicos Eccleſiæ Romanæ obe-
„ dientes prædictæ habeas favorabiliter com-
„ mendatos. Nos autem pro tua, tuorum-
„ que Viri, & Liberorum ſpirituali & corpo-
„ rali ſalute devotis inſiſtimus & inſiſtemus
„ precibus apud Deum. Porrò de favoribus
„ per te dictis Chriſtianis, ut præfertur ex-
„ hibitis, ac miſſo nobis pro parte tua En-
„ cænio, quod gratanter tui recepimus con-
„ ſideratione, gratiarum tibi referimus ube-
„ res actiones. Datum Avenione XVI. Kal.
„ Septembris, Anno VI. *Hactenus ad Tarta-
rorum Imperatricem*. Adjecit deniq; pro uni-
verſis Chriſtianis per Tartariam conſtitutis
alias literas, quibus ſubjecit ſeriem Fidei ca-
tholicæ, ſive formulam profitendam, quam
olim jam prædeceſſores Romani Pontifices ad
Græcos, alioſque Orientales miſerant Natio-
nes. Quæ quidem literæ, cum præcedenti-
bus à Wadingo, ad Annum MCCCXL. ex-
hibitæ, ad hunc modum ſe habent.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis electis Abbatibus, cæteriſque Perſonis Eccleſiaſticis, Regularibus, Religioſis, & Sæcularibus, ac univerſis Chriſtifidelibus in Tartarorum Imperiis, & partibus Orientalibus & Aquilonaribus conſtitutis.

826 „ Supra Gregem Dominicū, tanquam
„ Paſtor univerſalis, diſponēte Domino, con-
„ ſtituti, de ſubditorum ſalute profundis me-
„ ditationibus cogitamus, inter quas illa ſo-
„ licitudo quotidiana nos angit, præcipuè,
„ ut per veſtræ cooperationis miniſterium
„ puritas Catholicæ Fidei, ſine qua nemo po-
„ teſt ſalvus fieri, colatur, & obſervetur ubi-
„ que ad Divini Nominis laudem & gloriam,
„ fideliumque animarum ſalutem, ſemper fœ-
„ licia ſuſcipiens incrementa. Et ſi ſplendo-
„ rem hujuſmodi Fidei orthodoxæ in illis
„ Mundi Regionibus, in quibus plenariè ip-
„ ſius cultus viget, reſplendere cupimus, cu-
„ juſvis offuſcationis erroneæ caligine præ-
„ fugatâ, ſummis tamen deſideriis peropta-
„ mus, ut in vobis, inter Nationes exteras
„ conſtitutis, non extinguatur ejuſdem lu-
„ cerna Fidei, ſed vehementiùs accendatur,
„ ut quantò majoribus, præſſuris & tribula-
„ tionibus vos contingit ſubjici, propter eam,
„ tantò ſi conſtantes & perſeverantes in ea
„ fideliter fueritis, ampliora & uberiora vo-
„ bis exinde proveniant apud Deum.

827 „ Ideòque Univerſitatem veſtram
„ rogamus, monemus & hortamur attentè in
„ Domino Jeſu Chriſto, quatenùs ſpem ve-
„ ſtram figentes in Domino, *qui non permit-
„ tet vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed fa-
„ ciet etiam de tentatione proventum*, pro fide
„ ipſa, quæ vos cum operibus bonis ad æter-
„ næ quietis perducet beatitudinem, ſtetis
„ viriliter, & eam firmiter & tenaciter ob-
„ ſervetis. Voſque fratres Archipiſcopi, &
„ Epiſcopi, ac filii electi Abbates & alii Re-
„ ligioſi ac Clerici ſæculares, quibus ex offi-
„ cio, vel alias prædicare congruit verbum
„ Dei circà dilatationem ejuſdem fidei ver-
„ bis & exemplis ſalutaribus, fideliter & ſe-
„ dulè, tanquam operarii veri & idonei labo-
„ retis, metentes meſſis manipulos in agro
„ Domini, quos in ejus horrea reportetis
„ cum gaudio vocem illam dulciſſimam: *Eu-
„ ge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti
„ fidelis, intra in gaudium Domini tui*, poſt
„ hujus vitæ miſerabilis tranſitum audituri.
„ Ut autem Fides eadem Catholica, quam
„ nos, & Eccleſia Romana cum univerſo cœ-
„ tu Chriſtiãnorum fidelium profitemur, præ-
„ dicamus & tenemus firmiter, vobis clariùs
„ & apertiùs innoteſcat, voſque illam ſequi,
„ profiteri, tenère prædicare, ac evangelizare
„ firmiùs valeatis, eam tenore præſentium
„ providimus, ut ſequitur explicandam. Cre-
„ dimus Sanctam Trinitatem, Patrem, &
„ Filium, & Spiritum Sanctum, *& cætera,
„ ſicut in ſuperioribus*. Datum Avenione, XVI.
„ Kal. Septembris, Anno VI. *Hactenus literæ.*
Hæc itaque ſunt Benedicti ſtudia pro Fidei
propagatione inter exteras gentes, dùm Græ-
ci in perfido torpent ſchiſmate.

CAPUT XII.

De reaſſumpto ſub Benedicto XII. Unionis Tractatu, & conditionibus ex parte Græcorum propoſitis; Pontificis reſponſis; ac exorta Thaborici luminis controverſia.

828 INter Benedicti XII. recenſita pro Fide dilatanda ſtudia, junior Andronicus Orientis Imperator, Turcarum debilitatus potentiâ, immò & territus, Græcorum noſcens viribus ſe neutiquàm barbarico poſ-

Digitized by Google

poſſe reſiſtere furori, illorum aucto Imperio, ſuoque valdè diminuto, ad Latinorum ſibi concilianda auxilia, iterùm de ſua reunienda Eccleſia cum Romana tractatum habere voluit, cùm non alia via ſibi ſuppetere pro obtinendo Latinorum auxilio comperiſſet: Ac proinde Anno Domini MCCCXXXIX. Legatos ad Romanum deſtinaſſet Pontificem, ſelectis ad hoc munus obeundum Barlaham Monacho & Abbate, non infimæ illius ætatis eruditionis viro, atque Stephano Dandalo, qui primùm ad Regem Franciæ, inde ad Pontificem profecti, Imperatoris mandata ſunt exequuti illius mentem adaperientes, atque ſibi ab eo commiſſa exponentes. Habitum eſt cum Pontifice colloquium Avenione, à quo Legati primùm interrogati ſunt, ſi Græcorum Patriarchæ mandatum hujuſmodi rei tractandæ haberent, quoniam videbatur Romanæ Curiæ inutilis tractatus, non conſentiente Patriarcha, exemplo edocta Michaelis Paleologi, qui per ſolemnes Oratores hanc eandem efflagitaverat unionem, quæ poſtea propter Patriarchæ contradictionem nullum ſortita eſt effectum, univerſis fruſtratis laboribus; qui licèt nullum Patriarchæ mandatum ſe habere faſſi ſint, placuit tamen Pontifici illos audire: Quæ verò expoſuit Barlaham, ex Vaticano Codice exhibet Raynaldus ad hunc Annum, ſub num. 20. & ſeq. ſic ſe habentes, videlicet.

829. „ Quoniam divinum & adorabile mandatum factum eſt mihi, *inquit*, à Sanctitate veſtra, ut dicam modum, per quem reputo ego, poſſibile eſſe Orientalem Eccleſiam uniri Occidentali, ecce veſtro obediendo mandato, hoc, Deo præcedente, faciam: Primùm autem omnium deprecor Deum, ut ſicut ego cum omni veritate & puritate cordis loquar de iſtis, ſic & ipſe emittat ad ſanctam animam veſtram, quod ſit ad gloriam quidem & laudem veſtræ Magnificentiæ, deſtructionem autem Impiorum; perfectionem verò & unitatem omnium Chriſtianorum. Sanctiſſime Pater.

830 „ Duo ſunt modi, per quos poteſt aliquis reputare, poſſibile eſſe fieri prædictam unionem; unus quidem, qui ſit violenter, hoc eſt, ſi vim paſſi habitantes Orientem nolentes, recipiant veſtram communitatem; Alius verò, qui ſit voluntariè, hoc eſt, ſi per doctrinalia verba eruditi & humiliati, volentes vobiſcum uniantur. Horum ergò duorum modorum prior quidem omninò dimittatur, quoniam & vobis non placet. Secundus autem, qui eſt voluntarius, duplex eſt; alius eſt enim modus, per quem poſſibile eſt Sapientes noſtros concordari vobiſcum; & alius, per quem populum communem. Sapientium quidem modus ſimplex eſt & facilis, nam ſi venerint ad veſtram Sanctiſſimam Majeſtatem ex noſtris Sapientibus triginta & quadraginta, aut quotcumque ſint, benè ſcio, quia concordabuntur vobiſcum ſtatim facillimè. Quarè? Quia neque vos quæritis, ut irrationalis appetitus vincat, neque illi; ſed & vos & illi quæritis, ut vincat veritas. Ergò, quoniam ambo deſideratis veritatem, credendum eſt, quia & citò ipſam invenietis, & citò concordabimini: Sed iſti, poſtquàm fuiſſent concordati vobiſcum, reverſi Orientem, non poterunt reducere populum noſtrum ad credendum, quæ fuerunt concordata vobiſcum, cùm ſalva eſſent dogmata Sanctorum Patrum: Sed ſurgent alii quidèm, aut propter invidiam, aut vanam gloriam, aut fortè reputando benè facere, & docebunt totum contrarium plebi, & dicent: *Iſti enim, cùm ſint corrupti propter munera & vanam gloriam, dicunt, quæ dicunt. Nihil ergò removeatis ex his, quæ tenetis*. Iſti ergò, Sanctiſſime Pater, dicendo talia verba, humiliabunt plebem credere magis eis: Sapientes autem, qui vobiſcum fuerint concordati, nihil facere poterunt, ſed magis erunt in periculo à turba perenndi; undè prædictus modus propter Sapientes quidem ſufficiens eſt, propter verò populum nequaquam,

831 „ Quis ergò eſt modus, qui & plebem, & Sapientes ſimùl adducet ad unionem veſtram? Ego dicam: Audiendo communis populus, quia ſexies factum eſt generale Concilium, & quoties factum eſt, ad perfectionem Eccleſiæ factum eſt, & ad correctionem errorum: qui erant in illis temporibus opinionem receperunt omnes ad animas ſuas, quia quod ſit determinatum à generali Concilio, rectum & ſanum eſt. Ergò ſi fiet & nunc de differentiis, quas habetis cum Græcia, generale Concilium, & nos oſtendemus quæcumque a generali Concilio determinata fuerint, omnes Orientales libenter hæc recipient, & nemo erit, qui his contradicat; & ſic unanimitas ſtatim & unio facta erit. Si autem aliquis dicet, quia jam factum eſt de iſtis generale Concilium in Lugduno, in quo fuerunt & Græci; ſciat, quòd nemo potuit humiliare populum Græcorum, ut recipiant illud Concilium ſine alio Concilio. Quare? Quia illi Græci, qui interfuerunt iſti Concilio, non fuerunt miſſi neque à quatuor Patriarchis, qui gubernant Orientalem Eccleſiam, neque à populo, ſed à ſolo Imperatore, qui conatus eſt facere unionem vobiſcum ex vi, & non voluntariè.

832 „ Si ergò veſtra Sanctitas concedat, ut fiat de iſto generale Concilium, ſit taliter ejus initium: Mittantur à vobis ad Orientalem Eccleſiam Legati Viri Religioſi, & timentes Deum, & pleni ſpiritu humilitatis & patientiæ, & portent à vobis literas habentes iſtum modum: *Viri fratres, ſcitis, quia communis inimicus noſter*

ſter

„ *ſter Diabolus poſuit ſcandala inter nos, & vos, & ſeparavit nos ad invicem: Debemus ergò, & nos, & vos triſtari ſuper hoc, & commune damnum reputare iſtam ſeparationem, Rogamus ergò vos, fratres in Chriſto, Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Patriarcham Alexandrinum, Antiochenumque & Hieroſolymitanum, & alios Pontifices, ac electos Viros, ut conveniamus ſimul in aliquo loco, & quæramus communiter cum ſpirituali affectu de propoſitis, & quod nobis revelabit Spiritus Sanctus, hoc determinabitur; & ſperamus in miſericordia Dei, quia ſcandala foris eiicientur, & unanimitas & amor dominabuntur noſtri.* Si ſic, Sanctiſſime Pater, manſueta verba audierint Orientales, Imperatorque, & Patriarcha, & populus, maximè gaudebunt, & ſtatim incipient operari ad propoſitum, & cum veſtris Nunciis ordinabunt modum, tempus & locum, in quo univerſale fiet Concilium, in quo ſine omnium dubio eſt credendum, quia unio firmiter facta erit. Poſtea quot interfuerimus iſti Concilio, exibebimus ad communem populum, & dicemus: *Viri fratres, ſanctum & generale Concilium determinavit hæc & hæc: debetis ergò recipere ea.* Et omnes ea ſine dubio recipient. Iſte, Sanctiſſime Pater, ſolus modus eſt, ſicut videtur mihi, per quem unio Eccleſiæ fieri poteſt. Conſulo autem id, hoc magis verò deprecor.

833 „ In Turchia quatuor ſunt Civitates magnæ, & divites, quæ hactenùs fuerunt Græcorum, & propter peccata noſtra multo tempore jam traditæ fuerunt in manus impiorum; nunc verò ea, qui tenent & cuſtodiunt illas, erant quidem Chriſtiani, ex vi autem facti ſunt Turchi. Iſti ergò, volendo iterùm reverti ad Chriſtianam Fidem, notum fecerunt Domino meo Imperatori, ut vadat cum Exercitu ad eos, & ipſi illi tradent prædictas Civitates. Imperator verò, non confidendo in ſola ſua gente, miſit nos ad Chriſtianiſſimum Francorum Regem, quærens propter hoc auxilium; nam ſi apprehenſæ fuerint illæ Civitates, & reverſæ ad nos, primùm quidem totam virtutem, quam habent Turchi per Mare, ſtatim perdent, & deficient mala, quæ patiuntur Chriſtiani per Mare ab eis. Etiam Regiones, & Civitates, quæ ſunt inter prædictas Civitates, & nos omnes tradentur nobis, & erit magna janua aperta ſancto paſſagio. Et audiens hæc Rex Franciæ, miſit nos ad vos, ut diſcat quid vobis de iſto placeat. Undè ſupplicamus vobis, Sanctiſſime Pater, ut concedatur & mittatur auxilium ad partes illas, aut priuſquàm vadant illùc prędicti Legati veſtri, aut ſimùl; hoc autem dico propter duas rationes.

834 „ Prima quidem, quòd naturaliter omnes homines magis volunt ſubjugari benefacientibus eis, quàm vim facientibus; nam & Judæi, cùm ſint ingratiſſimi omnium hominum, tamen quandò Chriſtus nutrivit eos ex quinque panibus in deſerto, eum voluerunt eorum Regem facere: Ergo & Græci videntes ſibi jam factum veſtrum auxilium, magis erunt parati recipere verba veſtrorum Legatorum, & ipſa adimplere. Etiam nos, qui deſideramus Eccleſiæ unionem, poterimus fiducialiter unionem populi docere, & Imperator noſter accipiens occaſionem, poterit & Patriarchæ, & aliis Pontificibus, & Principibus dicere: *Videte, quomodò Latini ſunt boni homines, & quærunt nos fructuoſis operibus & gratioſis verbis. Debemus ergò & nos diligere eos; & quærere modum, per quem cum ipſis concordemur.*

835 „ Secunda autem ratio eſt iſta: Non poterit Imperator dare ſe ad ordinandum generale Concilium, niſi priùs Guerra, quam habet cum Turchis, finiatur; neque enim dùm guerra ſit, poterit quatuor Patriarchas & alios Pontifices in unum congregare, nec Concilio poterit intereſſe: & propterea oportet, ut ipſi æmuli priùs ab Imperio aliquantùm longiùs expellantur, & tunc Imperator acceptà tranquillitate, quantùm ex ſua parte eſt, poterit perfectè adimplere. Quod verò dicunt quidam ex vobis, quia oportet priùs uniri nobiſcum Græcos, & tunc ibimus contra Turcos; non mihi videtur benè dictum eſſe propter ſex Argumenta.

836 „ Primum: quia Turchi non ſolùm nocent Græcis, ſed etiam Armenis, Cyprianis, & Heracliis, qui omnes ſunt ſubditi veſtri, & omnibus habitantibus Inſulas: undè quandò propter Græcos non vultis mittere auxilium contra Turchos, ad minùs propter miſeros Armenos, qui ſunt jam deſolati, & propter alios Chriſtianos ſubditos veſtros debetis mittere ad partes illas veſtrum auxilium.

837 „ Secundum: quia Turchi expugnant Græcos, non tanquam Græcos, nec quoniam differunt à vobis, ſed quia Crucem ſunt adorantes: undè per ſe quidem expugnant Crucem, per accidens autem Græcos. Si ergò abieritis contra Turchos, non ibitis ad auxilium Græcorum, ſed Crucis, quæ eſt communis ſalus omnium Chriſtianorum. Ergò juſtum eſt, ſicut Græci ſunt defenſores Crucis, & vos ſimiliter.

838 „ Tertium: quia nunc quidem, dùm ſit ſalvum Imperium Græcorum, & ſit in viribus ſuis, facillimum eſt Latinis cum Imperatore Græcorum Turchos proſternere. Quare? Quia primùm quidem Græca militia ſcit benè per experientiam modum guerræ Turcorum, & inſuper per to-

totam Turchiam, & Sarraciniam ſunt commixti plurimi, & adhùc Chriſtiani, & alii jam renegati, qui valdè diligunt dominium Græcorum; Iſti ergò cùm audierint, quia cum exercitu Imperator vadit ad eos, ſtatim unanimiter ſobjicientur ſibi. Si autem, quod Deus non permittat, Turcæ everterent Imperium Græcorum, tantùm erunt fortiores ex natura loci & rerum, quod aut omninò impoſſibile, aut difficillimum erit vobis proſternere eos. Unde donec facilè eſt proſternere eos, nè vos pigeat, nec dimittatis venire in illud tempus, in quo erit vobis meditatio non quomodò ibitis ſuper eos, ſed quomodò cavebimini ab eis, & erit magnum quid vobis ulciſci ab eis.

839 „ Quartum: ſi ſoli Turchi veniſſent ad vos, dicentes: *O' Latini, volumus quidem eſſe ſaltem Turchi, tamen rogamus vos, ut ſimul vobiſcum expugnemus Tartaros & Sarracenos, & diſperdamus eos*, recepiſſetis utique eorum ſupplicationem, Quare? Quia magis eſſet utile vobis cum Turchis expugnare Tartaros & Sarracenos, quàm ſi ſoli expugnaſſetis omnes tres. Ex ſimili ergò utiliùs eſt vobis cum Græcis, tàm ſi concordentur vobiſcum, quàm ſi non, impios expugnare, quàm ſi ſoli expugnetis Græcos & impios.

840 „ Quintum; ſcitote etiam hoc verè, quia non tantùm differentia dogmatum ſeparat corda Græcorum à vobis, quantùm odium, quod intravit in animas eorum contra Latinos, ex multis magnis malis, quæ per diverſa tempora paſſi ſunt Græci à Latinis, & adhùc patiuntur per ſingulos dies; quod odium niſi priùs abjiciatur ab eis, non poterit unio fieri. Verumtamen niſi priùs eis fiat à vobis magnum beneficium, neque prædictum odium abjicietur, neque poterit aliquis audere loqui ad eos ea, quæ ſunt unionis.

841 „ Sextum; ſcitote & hoc, quia nunc non communis populus Græcorum miſit me, ut quæram à vobis auxilium & unionem, ſed imperator ſolus ſecretè, qui niſi prius mittatur auxilium ad partes illas, non poterit ſe manifeſtari plebi ſuæ, quòd vult veſtram unionem.

842 „ Ecce dixi & narravi vobis omnia; Deus faciat quod melius eſt. Prædictum quidem modum unionis habeo manifeſtum; & ſi poſſibile eſt vobis facere eum, ſit gratia Deo: ſi verò non, dicam vobis alium modum, qui in dubio quidem eſt, tamen poteſt Deus facere etiam per ipſum unionem. Quod ergò jam dixi, magnum odium intravit in animas Græcorum contra Latinos ex multis malis, quæ paſſi ſunt ab eis, quod odium niſi priùs ejiciatur, nemo poterit docere Græcos veſtram unionem, Ut ergò prædictum odium priùs abjiciatur, ſupplicamus, ut adimpleatis nobis iſtas tres ſupplicationes, Primùm, ut concedatis Regi Francorum mittere ad partes illas auxilium. Secundùm, ut detis Indulgentiam peccatorum omnibus volentibus ire ad auxilium Græcorum contra impios, & omnibus volentibus adjuvare cum rebus eorum, & omnibus morientibus in bello Turchorum. Tertium, ut omnes Græci, qui fuerunt venditi à Latinis ubicumque ſunt liberentur, & de cætero, ut non vendantur Græci; & ſi quidam vendiderint, vel emerint eos, vel vendant contra eos, ſint excommunicati. Et poſtquam facta eſſent iſta, mittantur à vobis ad partes illas Doctores, & doceant populum Imperatore dante eis ſecuritatem; & forſitan illi, videntes priùs veſtra beneficia, verecundabuntur & humiliabuntur recipere etiam ſine Concilio generali veſtram unionem. Tamen ſupplico Sanctitati veſtræ, ut ſi invenietis alium modum, per quem poſſibile erit populum recipere veſtram unionem, oſtendatis nobis ipſum; & nos, quod poſſibile eſt, parati ſumus ducere ad effectum: *Hactenus Barlaam in ſuæ Legationis executione ad Pontificem.*

843 Duo ergò poſtulaverat Barlaam à Romano Pontifice in præfato unionis tractatu, ſic fortè ab Orientis Imperatore inſtructus, Latinorum videlicet ſubſidium ad expugnandos Turcas: inde generale Concilium ad firmandam ſtatuendamque controverſorum dogmatum veritatem, nec ſecundum poſſe executioni demandare exiſtimabat, niſi primum à Latinis præſtitum eſſet, ut eo beneficentiæ medio, ſublato odio, Græcorum corda Latinis ipſis conciliarentur. Undè apparet, Andronicum per ſe ac principaliter ſubſidia expetiviſſe Latinorum, unionem verò de ſecundario, ſive ſub prætextu facilitandæ unionis, quæ adhùc ſub incerto conſiſteret, certum auxilium à Latinis poſtulaſſe. Ad quæ, habito priùs cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper eis conſilio, poſt maturam deliberationem, ut antedicti tractatus produnt Acta, reſponſum eſt,

844 „ Quòd cùm olim à *Sanctis* Patribus & viris Catholicis in *Epheſino* partium Græciæ, quod eſt unum de quatuor principalibus Conciliis, necnon Toletano & Lugdunenſi, & aliis diverſis Conciliis per Romanos Pontifices, & Eccleſiam Romanam, vel auctoritate ipſorum in diverſis Mundi partibus, tam Orientalibus, quàm Occidentalibus celebrati ſolemniter, determinatum catholicè fuerit, ac etiam definitum, quòd *Spiritus Sanctus* æternaliter à Patre & Filio, tanquam ab uno principio & una ſpiratione procedit: & quævis opinio contraria reprobata extiterit

&

,, & damnata, non eſſet decens, nec expe-
,, diens præfato Domino noſtro & Eccleſiæ
,, Sanctæ Dei, Cœtuique fidelium, ſic clarum
,, determinatum, & definitum Articulum
,, fidei hujuſmodi, quem Græci antiquiſſimo
,, tempore piæ memoriæ Hormiſda Papa Ro-
,, manæ, & Joanne Patriarcha Conſtantino-
,, politanæ Eccleſiis tunc præſidentibus, &
,, Juſtino Imperatore regnante, profeſſi fue-
,, runt expreſsè; necnon ſubſequenter poſt
,, lapſum longi temporis ſuper profeſſione
,, ipſius Articuli Joannes tunc Patriarcha
,, Conſtantinopolitanus, & Michael Palæo-
,, logus tunc temporis moderator Græco-
,, rum, priùs ab eodem Patriarcha Synoda-
,, tico celebrato Concilio, ſolemnem Epiſto-
,, lam recolendæ memoriæ Joanni Papæ XXI.
,, miſerunt; nunc per novas diſputationes
,, vel altercationes, aut alias quomodolibet
,, in dubium revocare: nec providentia Sedis
,, Apoſtolicæ circumſpecta, quæ in ſuis acti-
,, bus & proceſſibus, maximè ſuper his, quæ
,, Fidem orthodoxam concernunt, maturi-
,, tatem obſervat, & obſervare ſolet debi-
,, tam, à rectitudinis, & veritatis tramite
,, non diſcedens, ea, quę per eam providè,
,, ſolemniter, & catholicè determinata &
,, definita ſunt, in contentiones vel diſputa-
,, tiones ſuperfluas deducere, maximè ad
,, ſchiſmaticorum & hęreticorum inſtigatio-
,, nem vel inſtantiam, conſuevit. Et ſi hoc
,, fieri ſuper Articulo memorato determina-
,, to juxta veritatem Catholicam, ut pręfer-
,, tur, permitteret, circa illum videretur
,, dubitare, quod abſit.

845 Hac audita reſponſione Barlaam di-
xit: ,, Quòd ſaltem ſi ad profitendum di-
,, ctum articulum Greci forſan induci non
,, poſſent, reunione factâ, permitterentur ipſi
,, Gręci, quod ſuper eodem Articulo tenent
,, credere, Latinique crederent Catholicè
,, Spiritum Sanctum à Patre & Filio pro-
,, cedere, ſecundùm veritatem Catholicam,
,, ſicut credunt.

846 Sed reſponſum fuit ei: ,, Hoc eſſe
,, nullatenùs tolerandum, quia in Eccleſia
,, Catholica, in qua una fides eſſe noſcitur,
,, quo ad hoc duplicem fidem minùs vera-
,, citer eſſet dare; dictuſque Dominus noſter
,, Summus Pontifex cum ipſa Eccleſia, hu-
,, juſmodi manifeſto non reſiſtendo errori,
,, videretur eidem, quod avertat Dominus,
,, conſentire.

847 His dictis, expoſita fuit eidem Bar-
laam alia via in conſilio Dominorum Cardi-
nalium perpenſa, pro concilianda Eccleſia
Gręca, ac unione intenta conſummanda, ni-
mirum: ,, Quod per illum, qui ſe in parti-
,, bus illis Patriarcham Conſtantinopolita-
,, num appellat, & per moderatorem Grę-
,, corum, qui nunc eſt, convocatis illis, qui
,, ſe Alexandrinę, Antiochenę, & Hieroſo-
,, lymitanę Eccleſiarum Antiſtites in eis
,, partibus nominant, ac Clero partium ea-
,, rundem, principalibuſque Nobilibus & Ma-
,, joribus populi in Synodatico Concilio con-
,, vocatis, certi aſſumerentur Sapientes, &
,, ad has partes Occidentales mitterrentur
,, idoneis mandatis ſuffulti, qui cum aliis
,, viris ſapientibus, doctis in Lege Domini,
,, & peritis, per Sedem Apoſtolicam ſuper
,, hoc deputandis, non per modum diſpu-
,, tationis, vel concertationis, ſed inſtructio-
,, nis quo ad Græcos ipſos ſalutiferè habe-
,, rent maturos & diligentes tractatus, ut
,, tandem ſuper prædicto Articulo, & dubiis,
,, ſi quæ Græci prædicti habeant, alia circa
,, fidem ab ipſis Græcis luce Catholicæ ve-
,, ritatis percepta, & de cordibus eorum
,, fugatis errorum tenebris, ad ovile rever-
,, terentur Dominicum, cujus eſt unus Paſtor,
,, extra quod non eſt alicui gratia, neque
,, ſalus; nam Concilii generalis convocatio,
,, quæ longi temporis tractum exigeret ac
,, expenſas & labores varios & intolerabiles,
,, quoad Occidentales & Orientales Præla-
,, tos & perſonas Eccleſiaſticas, necnon Re-
,, ges, Principes, & alios convocandos ad
,, illud ſecum traheret, non videtur (præ-
,, ſertim hoc præſenti turbato, & impacato
,, tempore, peccatis, proh dolor! exigenti-
,, bus) expedire.

848 Poſt hæc verò idem Barlaam,
cùm tales ab Apoſtolica Sede datas audiſ-
ſet reſponſiones, curavit ſcripto alias ra-
tiones afferre pro ſua ſententia, ac præ-
fatis datis reſponſionibus occurrere, ad-
jiciens & alium ab eo modum excogi-
tatum pro ſæpedicta ineunda unione, in-
quiens.

849 ,, Licentia mihi data à veſtra San-
,, ctitate reſpondendi, fiducialiter reſponde-
,, bo. Dicunt quidam inconveniens eſſe, ſi
,, poſuerimus iterùm in examinationem,
,, quod habemus jam ſicut manifeſtum. Mihi
,, autem videtur totum contrarium: ſi mani-
,, feſtum eſt, multò magis convenit ipſum
,, poni in examinationem, ſi aliqui dubitant
,, de eo, propter quatuor rationes, quarum
,, prima eſt iſta: Vos confitemini nunc, quia
,, Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ſicut
,, ex Patre; ſed hoc à Græcis dubitatur:
,, ſi autem verum eſt, & ponetur in commu-
,, nem examinationem, ſicut eſt nunc vobis
,, ſolis manifeſtum, ſic & tunc fiet Græcis
,, manifeſtum, quod vos deberetis maximè
,, deſiderare: quemadmodùm enim natura
,, aromatum quantò quis iſta movet mani-
,, bus, majorem emittit odorem; ſic & natu-
,, ra veri, quantò magis examinatur diſpu-
,, tatione, tantò magis pura & clara apparet:
,, omnis enim examinatio non conſuevit fa-
,, cere dubia, quæ primò erant manifeſta,
,, ſed contrarium: ea enim, quæ priùs erant
,, dubia, ipſa examinatio habet à natura ad
,, clarum ducere. Ea ergò, quæ priùs erant

manifeſta, ipſa examinatio manifeſtiora faciet.

850 „ Secunda ratio eſt: Juſtum eſt, ut vos exemplum aſſumatis à Sanctis Patribus: Illi enim habebant quidem manifeſtum, quia Filius Dei ejuſdem ſubſtantiæ eſt Patri; tamen, quia Ariani dubitaverunt de hoc, poſuerunt hoc in examinationem, ut & illos ſalvarent: ſimiliter & in aliis Conciliis Orthodoxi Patres habebant quidem manifeſta ea, de quibus hæretici dubitabant: tamen, quoniam deſiderabant & illos juvare, ponebant eam in communem examinationem: non enim erat in ela prohibens eos facere, & credebant vere, quia, quæ habebant ipſi manifeſta, poſitâ in examinationem, adhùc manifeſtiora fierent, & multos juvabant. Ergò & vos, ſi ſimiliter volueritia facere, ad gloriam vobis continget.

851 „ Tertia ratio eſt iſta: Ego quidem ſciens benè Latinos, nunquam audebo dicere de eis aliquid blaſphemum, prudentes enim Viros, & ſapientiſſimos ſcio eſſe; ſed alii Græci, qui non noſcunt eos, ſicut ego, dicunt, quia pro timiditate noluerunt venire ad examinationem, timendo; nè fortè videantur Græci dicere veriora quàm ipſi: Qui enim confidit ſibi, & reputat firmiter habere veritatem, non effugit examinationem; qui autem hanc effugit, præſtat ſuſpicionem timiditatis: ſicut enim ſi quis cambians aurum, negat experiri in lapide, eùm recipiena ipſum peteret hoc fieri, ſuſpicionem dat, quia non credit purum eſſe aurum ſuum; ſic & vocatus in Judicium & examinationem pro aliqua re, & nolens accedere, ſuſpicionem dat, quia non confidit in ſeipſo, neque reputat firmiter firmari in veritate. Attendite ergò, ſi bonum eſt, talem opinionem dare aliquibua de vobis ipſis, quia ab omnibus hominibus differtis, ſecundùm meam opinionem, ſapientiâ & magnificentiâ.

852 „ Quarta ratio eſt iſta: Non debet aliquis timere, nè fortè contingat Eccleſiæ Dei ex iſto Concilio aliqua deſolatio, conſiderando, quia quoties factum eſt generale Concilium, ſemper ad exaltationem & honorem Eccleſiæ, & majorem firmitatem veritatis factum eſt. Ergò & nunc credendum eſt, quia ſi fiet de propoſitis generale Concilium, exaltatio magna Eccleſiæ ſequetur.

853 „ Si autem aliquis vult dicere, quia iſtud opus indiget multis temporibus, & magnis expenſis, ſciat; quia pro iſto opere non tantùm pecuniam & tempora pro nihilo debemus reputare, ſed & ſanguinem noſtrum libenter propter hoc effundere, ſi neceſſe fuiſſet, debemus. Quod majus opus, quàm uniri Græcos cum Latinis ſub Cœlo poterit homo invenire.

854 „ Quem ergò habeo reſiduum modum unionis, jàm dicam, tantùm proteſtando, quia certiſſimè quidèm non poſſum dicere, ſi fiet per iſtum modum unio: tamen credo, quia Deo poſſibile eſt. Poteſtis, ſi vultia, mittere ad quatuor Patriarchas Orientalis Eccleſiæ, & ad Imperatorem Legatos veſtros, dicentes: *Viri fratres, quoniam nos, & vos confitemur in Divinis unam ſubſtantiam, & tres Perſonas, etiam unum principium, & neque vos, neque nos adducimus in dubium, aut identitatem Perſonarum, aut diviſionem ſubſtantiæ, ſufficiant iſta vobis, ut haberemus unionem. De proceſſione autem Spiritus Sancti non dividamur ab invicem, ſèd Sapientes quidem veſtri cum noſtris diſputent de iſta quæſtione, ſi volunt; communiter verò non haberemus propter hoc diviſionem, ſed tenete vos quod vultis de iſto, & nos ſimiliter; & non damnemus propter hoc alterutrum, ſed factum ſit tantùm. Vos quidem date Eccleſiæ Romanæ illum honorem, quem dabant & antiqui Patriarchæ in tempore unionis, quem determinaverunt etiam Leges Imperatorum, & Canones Sanctorum Patrum, & plùs non petimus à vobis. Nos autem parati ſumus dare & firmare Eccleſiæ Orientali, & ſpecialiter Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Imperio Conſtantinopolitano omnia jura, quæ ſunt, vel ab antiqua conſuetudine, vel determinata, aut à Legibus Imperatorum, aut à Canonibus Sanctorum Patrum.* Iſta verba, Sanctiſſime Pater, audientes Græci, ſi omnes recipient, non poſſum dicere; tamen credo, quia plurimi recipient, & forſitan per iſtum modum Deus dabit vobis unionem. Tamen ſupplicamus Veſtræ Sanctitati, non emittatis nos ſine portare aliquam gratiam à vobis Domino meo Imperatori, ut optatum ſuum, quod habet, unionis Eccleſiæ non obſcuretur, ſed potiùs illuminetur. *Hæc Barlaam.*

855 Verùm, licèt bonam mentem habuerit Barlaam, & plurimùm ei placeret, ut optata iniretur unio, utpotè qui catholicè ſentiebat, & à Græcanis erroribus alienus, tamen ex nimio præſatæ unionis deſiderio non advertit, Articulum jam de Fide definitum, ſecundùm ſuam inſtructionem, velut indifferentem, conſtitui, dùm petit utrique Eccleſiæ ſinendum credere, Spiritum Sanctum procedere, vel non procedere à Filio, prout libet, dummodò in hoc dogmate nemo, utcùmque credat alterum condemnet: Pontifex verò, ut præfata ſubjiciunt acta, non attentis à Barlaam allegatis rationibus, circa præcipuè poſtulatum ante unionem Latinorum auxilium, reſpondendum juſſit.

856 „ Quòd juſta prædicta petitio non videtur; quia ſi fortificati, ditati, exaltati, & confortati per Sedem Apoſtolicam, Reges, & Principes, & Populos Catholicos an-

„ ante reunionem prædictam , poſtea terga ,
„ & non faciem verterent Romanæ Eccleſiæ
„ memoratæ , ſicut aliàs , dùm credebantur
„ reuniri , prout expreſſum eſt ſuperiùs , fe-
„ ciſſe noſcuntur : proculdubiò idem Domi-
„ nus noſter Pontifex , Eccleſia , & Fideles
„ alii remanerent deluſi, & dici poſſet oppro-
„ brioſè , non modicum , quod ſuos & fidei
„ juvaverant & fortificaverant hoſtes & ini-
„ micos , & participaſſent ſcandaloſè cum
„ eis : Sed ſi per illum , qui omnem homi-
„ nem venientem in hunc Mundum illumi-
„ nat , eorundem Græcorum cordibus infu-
„ ſione gratiæ ſpiritualis illuſtratis per viam
„ tactam per eundem Dominum noſtrum ,
„ vel aliam accomodam & honeſtam ad obe-
„ dientiam, unitatem & devotionem ejuſdem
„ Romanæ Eccleſiæ redire curaverint cum
„ effectu , ipſos tunc effuſis gaudiis , ac gra-
„ tiis & favoribus largifluè diſpenſatis , tan-
„ quàm de regione diſſimilitudinis reverten-
„ tes , ipſe Dominus noſter , & Apoſtolica
„ Sedes recipient , eos charitativis brachiis
„ amplexando, non ſolùm ſuper his, quæ pe-
„ tunt , ſed ſuper aliis eorum opportunitati-
„ bus exhibituri tunc , quantùm cum Deo,
„ & honeſtate fieri poterit, auxilia, conſilia ,
„ & favores .

857. Ad hæc verò Barlaam per quam-
dam ſchedulam Pontifici exhibitam , dixit :
„ Sanctiſſime Pater : Quamvis receperim à
„ vobis perfectum reſponſum , adhùc ſuppli-
„ co veſtræ Sanctitati , ut dignetur audire &
„ iſta pauca verba : Neceſſaria enim ſunt &
„ mihi dicere & vobis ſcire , quòd jam veſtra
„ Sanctitas mihi dixerat ſuper facto unionis
„ Eccleſiæ orthodoxæ , ut veniant ex parti-
„ bus illis Legati , habentes literas Imperia-
„ les & Synodicas ; exoro Deum , ut faciat
„ iſtud poſſibile , quia ex ſe eſt valdè diffici-
„ le multis de cauſis , videlicet , quia Impe-
„ rator non audet manifeſtare ſe , quòd velit
„ uniri vobiſcum , quoniam ſi manifeſtaſſet
„ ſe , multi ex Principibus , etiam ex Popu-
„ lo , timentes , nè fortè ipſe vellet facere ,
„ ſicut fecit ipſis Michael Palæologus , quæ-
„ rerent opportunitatem interficiendi illum .
„ Preterea Eccleſia Conſtantinopolitana non
„ mitteret ad hoc negotium Legatos ſuos
„ ſine conſilio, & aſſenſu Patriarcharum Ale-
„ xandrini, Antiocheni, & Hieroſolymitani:
„ Quare oportet eos inſimùl congregare ,
„ quod eſt difficile propter guerras ; & præ-
„ ter hoc incertum eſt , ſi vocati ad hoc vo-
„ luiſſent venire ; & dato , quòd jam veniſ-
„ ſent , & omnes unanimiter concordaſſent
„ ad mittendum Legatos ſuper prædictis, ipſi
„ non darent unquam plenum poſſe ſuper his
„ talibus Legatis , nec promitterent illud ,
„ quod factum fuiſſet per ipſos Legatos ra-
„ tum habere , niſi ſub certis Articulorum
„ pactis , quæ pacta vos nullatenùs admitte-
„ retis . Quapropter videtur mihi , quòd ta-
„ les Legati aliqualiter non venirent , eò
„ quòd ſcirent pactorum Articulos per vos
„ nullatenùs admittendos ; undè ſi tales Le-
„ gatos contingat ad veſtram Sanctitatem
„ venire , habeatis quod ex Deo eſt , cui diſ-
„ ficile nihil eſt : ſi autem non veniant , non
„ imputetur Imperatori , neque ſuſpicetur ,
„ quòd ejus negligentia ſit in cauſa, cùm ipſe
„ diù eſt ad prædictam unionem animatus .
Hæc per ſchedulam .

858 Addunt Acta : „ Adjecit quoque
„ verbotenùs poſtmodùm Barlaam ſupradi-
„ dictus , quòd non obſtante quòd , ut præ-
„ miſit , præmiſſa ei difficilia , vel impoſſibi-
„ lia videantur , ipſe tamen circa ea fideliter
„ laborabit . Et ſic ab eodem Domino no-
„ ſtro Summo Pontifice explicante expreſ-
„ ſiùs , quod aliter eidem , dictoque Colle-
„ gio poſſe non videbatur , niſi , prout ſupe-
„ riùs dixerat & tetigerat , negotium perfici
„ ſupradictum , rediens , ut dixit præfatus
„ Barlaam , ad partes Græciæ prædictas di-
ſceſſit . *Hactenus Acta* , quorum veritatem ,
genuitatemque comprobant ejuſdem Benedi-
cti Papæ literæ , datæ ad Philippum Franciæ
Regem , tenoris ſequentis , videlicet .

*Benedictus Epiſcopus &c. Philippo Regi
Franciæ Illuſtri* .

859. „ Nuper ad noſtram venientes præ-
„ ſentiam Barlaam dictus Abbas Monaſterii
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris Con-
„ ſtantinopolitani , & dilectus filius nobilis
„ Vir Stephanus de Dandalo miles, nobis li-
„ teras præſentarunt Regias inter cætera con-
„ tinentes , qualiter ipſi cum literis creden-
„ tiæ Magnifici Principis moderatoris Græ-
„ corum , ſe pridem conſpectui Regio præ-
„ ſentantes , duo propoſuerunt ſub creden-
„ tia eis per dictum Moderatorem commiſſa;
„ primo , quòd ordinaretur tractatus ſuper
„ reunione Græcorum Sanctæ Romanæ Ec-
„ cleſiæ, ipſorumque revocatione unitati ejuſ-
„ dem . Secundò verò , ut ſuper recuperatio-
„ ne trium , vel quatuor Civitatum magna-
„ rum , quæ detineri dicuntur per Turchos
„ infideles , occupatæ in præjudicium Impe-
„ rii Græcorum , eis à nobis, & Eccleſia , te-
„ que , fili chariſſime , aliiſque fidelibus au-
„ xilium præſtaretur : ſuper quibus Excel-
„ lentia Regia nos rogabat , ut partes noſtras
„ circa hæc interponere , tuæque Celſitudi-
„ ni ad hoc auxilium offerenti reſcribere ,
„ quæ ordinare ſuper iis nos contingeret, cu-
„ raremus .

860. „ Sanè regalem volumus pruden-
„ tiam non latère , quòd præfatis Barlaam &
„ Milite benignè receptis à nobis , & quæ
„ ſuper prædictis voluerunt proponere ſavo-
„ rabiliter & plenariè intellectis, nos & Fra-
„ tres noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
„ dinales ad memoriam reducentes , quod
olim

„ olim ſuper reunione Latinorum, & Græcorum inter Eccleſiam Romanam & ipſos Græcos, ſolemnibus & diutinis tractatibus habitis, & finaliter concordatis, ac per Patriarcham tunc Conſtantinopolitanum & moderatorem Græcorum Synodatico per eos tunc celebrato Concilio, & ſolemni præcedente tractatu, & ſuis Apocriſiariis, mandatis ſuffultis idoneis, Fide Catholica, prout eam tenet, prædicat & docet eadem Romana Eccleſia, ſpecialiter & expreſsè in Concilio generali Lugdunenſi profeſſa, totoque reunionis negotio, ſicut credebatur, fœliciter conſummato; dicti Græci retrò reſpicientes, damnabiliter à profeſſione receſſerunt hujuſmodi, & ad vomitum in eorum damnationem, & deluſionem ejuſdem Romanæ Eccleſiæ redierunt; & propterea cupientes, nè nobis illuderetur præſentialiter, quantùm potuimus præcavere, præfatos Barlaam & Militem interrogavimus, ſi ab illo, qui ſe dicit Patriarcham Conſtantinopolitanum, & moderatore prædicto, aut aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel mundanis Magnatibus partium illarum, nè quod ageretur cum eis, redderetur deluſorium, habeant ſuper iis, quæ propoſuerant, vel intendebant proponere, literas vel mandatum: Quibus licèt ſe, protinùs reſpondentibus, literas vel mandatum hujuſmodi non habere; quia tamen nos & fratres prædicti reunionem eandem, ex qua, ſi daretur à Domino, ſalus animarum multarum, & alia innumera commoda univerſis Chriſtifidelibus provenirent, ferventibus deſideriis affectantes; & nihilominùs experiri volentes, ſi ex propoſitis, vel dictis prædictorum Barlaam & Militis elici fructus poſſet aliquis utilis, viam aperiens negotio reunionis prædictæ, illa quæ propoſuerant, & proponere intendebant ab eis, in ſcriptis fecimus nobis dari. Quæ quidem, aliquibus coloratis rationibus, hæc erant breviter in effectu; ut ſcilicet in generali Concilio, à nobis ſuper tractatu reunionis hujuſmodi convocando, Articulus de proceſſione Spiritus Sancti, per diſputationem & concertationem concordaretur inter Latinos & Græcos: ſed quod ante omnia ſuper recuperatione dictarum Civitatum per nos & Eccleſiam, teque, fili dilectiſſime, præpararetur eisdem Græcis auxilium, & aliæ gratiæ non modici ponderis in favorem & revelationem ipſorum Græcorum exhiberentur à nobis; ad quæ nos & dicti fratres deliberatione matura prævia providimus, ut ſequitur reſpondendum,

861 Primò namque, quòd cùm à Sanctis Patribus & viris Catholicis olim in Epheſino partium Græciæ, quod eſt unum de quatuor principalibus Conciliis, necnon Toletano, Lugdunenſi, & aliis diverſis Conciliis per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Eccleſiam Romanam, vel auctoritate ipſorum in diverſis Mundi tam Orientalibus, quàm Occidentalibus partibus ſolemniter celebratis determinatum catholicè fuerit, ac etiam definitum, quòd Spiritus Sanctus æternaliter à Patre & Filio, tanquam ab uno principio, & unâ ſpiratione procedit, & quævis opinio contraria reprobata extiterit & damnata; non eſſet decens, nec expediens nobis & Eccleſiæ Sanctæ Dei, Cætuique fidelium, ſic clarum, determinatum & definitum fidei Articulum hujuſmodi, quemque Græci antiquiſſimo tempore, tunc piæ memoriæ Horſmida Papa, Romanæ, & Joanne Patriarcha Conſtantinopolitanæ Eccleſiis præſidentibus, ac Juſtino Imperatore regnante, profeſſi fuerunt expreſsè: necnon ſubſequenter poſt lapſum longi temporis, ſuper profeſſione ipſius Articuli, Joannes olim Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Michael Palęologus, tunc moderator Gręcorum, priùs ab eodem Patriarcha Synodatico celebrato Concilio, ſolemnem Epiſtolam recolendę memorię Joanni Papę XXI. prędeceſſori noſtro miſerunt; nunc per novas diſputationes, vel alias in dubium quomodolibet revocare. Nec providentia Sedis Apoſtolicę circumſpecta, quæ in ſuis Actibus & proceſſibus (maximè ſuper iis, quę fidem orthodoxam concernunt) maturitatem obſervat & obſervare ſolet debitam, à rectitudinis & veritatis tramite non diſcedens, ea, quę per eam providè, ſolemniter & catholicè determinata & definita ſunt, revocare per concertationes, vel diſputationes vanas & ſuperfluas in dubium (maximè ad ſchimaticorum & hæreticorum inſtigationem, vel inſtantiam) conſuevit; Et ſi hoc fieri ſuper Articulo memorato, determinato juxta veritatem Catholicam, ut præfertur, permitteremus, circa illum videremus dubitare, quod abſit.

862 „ Rursùs, cùm prædicti Barlaam & Miles, hujuſmodi reſponſione auditâ, dicerent, quòd ſaltem, ſi ad profitendum dictum Articulum Græci forſan non poſſent induci, demùm, reunione factâ, permitterentur iidem Græci, quod ſuper eodem Articulo tenent credere, Latinique crederent catholicè, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere ſecundùm veritatem Catholicam, ſicut credunt: Diximus diverſitatem hujuſmodi fore nullatenùs in Eccleſia tolerandam, quia in ipſa Eccleſia, in qua una fides eſſe noſcitur, ſic quo ad hoc duplicem fidem minùs veraciter eſſet dare; Noſque cum ipſa Eccleſia, hujuſmodi manifeſto non reſiſtendo errori, videremur eidem, quod avertat Dominus, conſentire. . . .

864

863 „ Verumtamen ad hujuſmodi & alios expellendos de cordibus Græcorum errores, ipſosque reducendos ad unitatis Catholicæ veritatem, aliam viam magis facilem & accomodam, quæ nobis & fratribus ipſis occurrit, prælibatis Barlaam & Militi, duximus oſtendendam, videlicet: quòd per illum, qui ſe Patriarcham Conſtantinopolitanum in illis partibua Græciæ nominat, & moderatorem Græcorum, qui nunc eſt, convocatis illis, qui ſe Alexandrinę, Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ Eccleſiarum Antiſtites nominant in eiſdem partibua, ac Clero partium aarundem, principalibuſque Nobilibus, & majoribus populi in Synodatico Concilio congregatis, certi aſſumerentur ſapientes, & ad has partes Occidentales mitterentur idoneis mandatis ſuffulti, qui cum aliis viris ſapientibus, doctis in Lege Domini & peritis, à nobis ſuper hoc diſputandis non per modum diſputationis, vel concertationis, ſed inſtructionis, quo ad Græcos ipſos, ſalutiferè, haberent matnros & diligentes tractatua, ut tandem ſuper prædicto articulo & dubiis, ſi quæ Græci prædicti habeant alia circa fidem ab ipſis Græcis, luce Catholicæ veritatis perceptâ, & de cordibus eorum fugatis errorum tenebris, ad ovile reverterentur Dominicum, cujus eſt unus Paſtor, & extra quod non eſt alicui gratia, neque ſalus. Nam Concilii generalis convocatio, quæ longi temporis tractum exigeret, ac expenſas, & labores varios & intolerabiles, quo ad Occidentales & Orientales Prælatos & perſonas Eccleſiaſticaa, necnon Reges, Principes, & cæteros convocandos ad illud ſecum traheret; non videtur (præſertim hoc turbato & impacato tempore, peccatis, proh dolor! exigentibus) expedire.

864 „ Cæterùm ad hoc, quod de præſtando eiſdem Græcis ante reunionem prædictam ſubſidio, & aliis exhibendis gratiis, & ſavoribus petebatur; diximus reſpondendo, quòd ex eo juſta hujuſmodi petitio non videtur; quia ſi fortificati, ditati, exaltati & confortati per nos, & alios fidelea Græci prædicti ante reunionem eandem, poſtea terga & non faciem verterent nobis & Eccleſiæ memoratæ, ſicut aliàs, dùm credebantur reuniti, ut expreſſum eſt ſuperiùs, feciſſe noſcuntur; proculdubiò nos & fideles alii remaneremus deluſi: & dici poſſet opprobrioſè non modicum, quod noſtros & fidei juvaveramus, & fortificaveramus inimicos & hoſtes, ac ſcandoloſè participaveramus cum eis. Sed ſi per illum, qui omnem hominem venientem in hunc Mundum illuminat, cordibus eorundem Græcorum, infuſione ſpiritualis gratiæ illuſtratis, per viam prædictam, quam tetigimus, vel aliam accomodam & honeſtam, ad obedientiam, unitatem, & devotionem ejusdem Romanæ Eccleſiæ redire curaverint cum effectu, eos tunc, effuſis gaudiis ac gratiis & ſavoribus largifluè diſpenſatis, tanquam de regione diſſimilitudinis revertentes, recipiemus lætanter, ipſos paternæ charitatis brachiis amplexando; non ſolùm pro his, quæ petunt, ſed aliis eorum opportunitatibus exhibituri, tunc quantùm cum Deo, & honeſtate fieri poterit, auxilia, conſilia, & favores.

865 „ Demùm verò præfatus Barlaam, qui ad partes Gręcię prędictas erat, ut aſſeruit, rediturus, quamvis reſponſionem noſtram hujuſmodi juſtam & rationabilem reputaret, viam tamen, quam de mittendis pro parte Gręcorum prędictorum ſapientibus tetigimus, difficilem prorsùs exiſtimans (niſi Deus, cui nihil eſt impoſſibile, illam ſuà ſolâ virtute perficere dignaretur) cauſas difficultatis hujuſmodi, ſic expreſſit. Prępfati namque, qui ſe aſſerunt Alaxandrinæ, Antiochenę, & Hieroſolymitanę Eccleſiarum Patriarchas, & Clerus earundem partium, adeò à Conſtantinopoli ſunt diſtantes, quod vix, prę ſertim guerrarum fremitibua in diverſis locis partium illarum ingruentibus, valerent commodè congregari: & ſi forſan adeſſet eis ſuper Congregatione hujuſmodi ſacienda facultas, deeſſet, ut opinamur, voluntas. Pręterea moderator Gręcorum, quamquam optet reunionem prędictam, ſuum non audet propoſitum propalare, timens à ſuis Principibus & populis exinde ſibi mortis periculum intentari: Et adjecit ulteriùs Barlaam memoratus, quòd ſi omnes prędicti convenerint in unum, & de dictis mittendis ſapientibus concordarent, & plenam & ſine conditionibus, per nos & Eccleſiam minimè admittendis, eis, ut arbitratur, non concederent poteſtatem. Sed quamvis hęc ſibi difficilia vel impoſſibilia, niſi à Deo ſolo fierent, videantur, ipſe tamen circa hæc fideliter laborare promiſit: Et ſic à nobis, expreſsè ſibi explicantibus, quòd aliter nobis & fratribus prędictis poſſe non videbatur negotium prędictum commodè perfici, redeundo, ut aſſeruit, ad dictas partes Gręciæ, cum licentia noſtra, diſceſſit. Datum Avenione ſecundo Nonas Septembria, Anno V. *Hactenus litera Benedicti ad Regem Franciæ*. Quarum ſimiles ſcripſit Roberto Sicilię Regi, cui & Barlaamum Conſtantinopolim redeuntem commendavit, ut Raynaldus ad hunc Annum, poſt ſuperiùs recitatam Epiſtolam, adnotat.

866 Cęterùm hunc Barlaam catholicè ſenſiſſe, ejus ſcripta demonſtrant, quorum fragmanta ex Vaticano codice exhibet prędaudatus Raynaldus ad prędictum Annum

Do-

Digitized by Google

Dñi MCCCXXXIX. ſub n. 38. In eis namque probat Barlaam diverſis rationibus in Scriptura ipſa fundatis primatum Romanæ Eccleſiæ, concludens ad extremum ſic: „ Quoniam ergo, movens meas cogitationes undique, invenio per omnia meliùs eſſe, ut ſit aliqua Eccleſia, ſub qua aliæ ordinatæ ſint; & has perquirens, ſolam video Romanorum, & habentem & facientem quæcumque oporteret, Divino beneplacito omnium dominaturam, & habere & facere; non poſſum, providentiam eſſe credens, Romanæ Eccleſiæ majeſtatem, & ſublimitatem fortunæ & caſui dare, & non in maximis providentiæ operibus & ſolemniſſimis, & hoc computare. Ex his igitur primatum illius Eccleſiæ ſufficienter demonſtratum eſſe puto. *Hæc ille*.

867 Deinde & proceſſionem Spititus Sancti in eodẽ opuſculo palàm profitetur, nitens teſtimoniis Latinorum & Græçorum Patrum, quibus fulta Sancta Romana Eccleſia in Concilio Generali, ac aliis Conciliis, præfatum dogma definivit; ac ideo in hæc verba concludit: „ Cogor Romanam Eccleſiam Orthodoxam in omnibus putare, & hanç ſolam eſſe, cum ſibi ſubiecta multitudinę unam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, in quam credere jubemur, & aduersùs quam portæ inferi neque prævaluerunt, neque unquam, Deo ipſam tanquam novam Hieruſalem regente, prævalebunt. *Hæc ille*.

868 Non eſt ergo mirum ſi Gregoras Schiſmaticus virum Catholicum Barlaam inſectetur, de quo lib. xi, cap. *De Monacho Barlaam*, hæc injurioſè ſcribit: „ Romano Principatu ab avo Andronico ad Andronicum juniorem tranſlato, ex Italia Byzantium venit vir Romano habitu, qui ſe Barlaamum diceret. Is cùm Latinorum dogmatibus eruditus erat, tùm Græçorum etiam literas deguſtarat, quamvis non ita, ut ipſe putabat: tamen mediocriter, & extremo, quod ajunt, digito. Sed tamen propitium Imperatorem nactus, ſuas res copioſis verbis ornans, reprehendebat & exagitabat, Byzantinam Rempublicam, ut omnis eruditionis expertem, inſidioſè & malitioſè aliis deprimendis auram popularem captans: unde à vilibus, atque indoctis hominibus magnoperè laudabatur. Sed non multò poſt eum eſſe Siminm, eſt cognitus, ut à Byzantiis propè dixerim omnibus condemnaretur, & apertiſſimè derideretur. *Hæc ille*, ut tanti viri famam deſtrueret, Schiſmaticos verò ſuos magnifaceret.

869 Interea adhùc Barlaam Conſtantinopoli degente, novum dogma emerſit circa Thaboricum lumẽ, de quo Matthæus cap. 17. ſcribit: *Et reſplenduit facies ejus ſicut Sol, veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix*, aſſerentes nonnulli Monachi Monaſterium in Atho Monte habentes, præfatum lumen, ſive ſplendorem ex Chriſti Salvatoris transfigurati facie emanantem, Divinum & increatum fuiſſe. Erant autem præfati Monachi viri peſſimi, phanatico ſpiritu agitati, quos Leo Allatius lib. 2. cap. 17. de Orientali & Occidentali Eccleſ. conſenſ. *Ompha lopſychos*, & *Heſycaſtas* appellat, eoſque edoctos dicit à quodam Simone Abbate, Diabolo ſuggerente, circa modum ſuperſtitioſum orandi, ſic de eis loquens: „ Omphalopſychi dicti ſunt, à modo, quo preces Deo effundebant, non tam recens nato, ſed multò ante à Simone Xerocerci Monaſterii Abbate invento, & Heſychaſtis ſcripto etiam tradito. Is in opere, quod de ſobrietate & attentione ſcripſit, hæc præcipit: *Attende, ut facias quæ tibi dico. Clauſis foribus, ſedeas in uno aliquo angulo ſeorſum, mentemque tuam abſtrahas ab omni vanitate, re fragili & caduca. Deinde mentum tuum pectori innixum inhæreat, moveaſque ſenſibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris, in umbelicum ſcilicet; quin etiam conſtringe attractionem ſpiritus narium, ut non facilè ſpires; & inquire intùs in viſceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari ſolent. Et primùm quidem invenies tenebras, & craſſitudinem minimè cedentem. Ubi verò perſtiterit, ac dies, noctesque in hoc opere conſumpſeris: ò rem admirandam! percipies lætitiam, quæ nullo puncto temporis intermittit: quamprimùm enim mens locum cordis reparavit ſtatim aſpicit, quæ nunquam ſciebat; ſiquidem viſo aere, qui inter ſpatium cordis repererit, ſeipſum totam lucidam, & diſcernendam præbet*. Hactenus de Simonis Abbatis doctrina circa orandi modum Leo Allatius.

870 In hac porrò oratione Deum oculis corporeis conſpici ſomniabant, quoniam, ut tradit Cantacuzenus lib. 2. cap. 39. quidam ex eis ab Barlaam exploratus, docuit, ait, *tùm quo pacto paulatim proficientes ſolitarii, & tranquillè precationibus intenti exultatione animi, & Divina quadam inexplicabilique voluptate perfundantur, & oculis corporeis lumen ſe circumfulgens, aſpiciant*. Et nè hoc eis impoſſibile videretur, Divinum lumen & increatum oculis conſpici poſſe corporeia probabant exemplo Apoſtolorum Chriſti, quos, transfigurato Domino in Monte, in ejus facie & veſtimentis Divinum lumen ac increatum, corporeis conſpexiſſe oculis affirmabant. Hinc Barlaam Orthodoxæ fidei ſectator, adversùs hanc vocum novitatem, ut idem Cantacuzenus refert, exclamavit: Lucem in Thabor increatam: ò rem abſurdam! fumũ enim fugientes, in ignem incidimus. Audi Cœlum, & auribus percipe Terra. Lux in Thabor increata? Quid ergo illa aliud niſi Deus? Si autem lumen illud neque res condita, neque Dei natura eſt, Deum

enim

„ enim nemo vidit unquam, quod reliquum
„ niſi vos duobus Diis ſervire, uni quidem
„ omnium fabricatori, quem & inaſpectabi-
„ lem omnes confitemur: Alteri verò ex ſen-
„ tentia veſtra ſub aſpectum cadenti, & in
„ creato lumini? Ego verò haud unquam,
„ quidquid tandem ſit à Divina eſſentia di-
„ verſum, ac diſcrepans, increatum arbitror.
Hæc Barlaam.

871 Arguebat namque: ex eo quòd Deus oculis corporeis videri non poteſt, nec increatũ & Divinum lumen videri poſſe: unde duo ejus erant argumẽta: primum: *Illud quod oculis corporeis viſum eſt, non eſt increatum, Lumen Thaboricum corporeis oculis à diſcipulis viſum eſt: ergo non increatum eſt.* Alterum verò: *Quidquid oculis corporeis viſum eſt, creatum eſt: Lumen Thaboricum oculis corporeis viſum eſt: ergo creatum eſt.* Solus enim Deus quid Divinum eſt & increatum: & Deus corporeis oculis nequaquam videri poteſt, teſte Scriptura: *non videbis me, homo & vivet. Deum nemo vidit unquam.* Semel ergo dato lumen Thaborium Divinum quoddam & increatum eſſe, & oculis corporeis viſibile, neceſſe eſt fateri, duos eſſe Deos, inviſibilem unum, de quo Scriptura, alterum verò viſibilem, ut inferebat Barlaam: Qui hac de re varias habuit cum Palamo Monacho, & diutinas concertationes.

872 Nicephorus Gregoras Schiſmaticus infenſiſſimus hoſtis Barlaam lib. XI. hiſtor. in præcit. cap. Palamum perfidum hæreticum plurimùm extollit, deprimitque in ea concertatione Barlaam, ſcribit namque: „ Ce-
„ terùm hic Barlaamus primo conatu fruſtra-
„ tus, & maxima ſpe delapſus, alia via rem
„ eſt aggreſſus, ut quam ante non potuerat,
„ nunc ſaltim gloriolam venaretur: ut inde velut è tuto Caſtello erumpens, igno-
„ miniæ maculam aliquam Eccleſiæ impri-
„ meret, tumultumque concitaret. Idque
„ perfecit, ac Monachorum omnes rationes
„ palàm exagitavit, ut quos à precibus *Eu-*
„ *chitas, & Omphalypſichos*, quaſi, *Umbel-*
„ *licaminos* dicis, & aliis id genus nomini-
„ bus appellaret, eaque ratione Sectæ Meſſa-
„ lianorum condemnaret, quaſi eos & lin-
„ guâ & ſcriptis gloriantes audiret, ut pro-
„ fitebatur, ſe corporeis oculis Dei naturam
„ videre. Quæ illi æquis auribus audire
„ haud poterant: Sed Palamum quendam in-
„ ter ipſos excellentem eloquentià deligunt,
„ qui cum illo decertaret, per eumque & lin-
„ guâ & calamo, quovis modo illius theſes
„ evertere conaretur. Quæ res cùm alterum
„ & tertium jam annum utrinque agitaren-
„ tur, malum ſubinde creſcebat.

873 Deinde ſubnectit quæ ſuper his de congreganda Synodo egerat Barlaam, inquiens: „ Quare veritus Barlaam, nè Mona-
„ chorum manibus diſcerperetur, pluribus
„ jam è Monte Atho & Theſſalonicæ, ac
„ Byzantii Accolis confluentibus (putabant
„ enim ignominiam illam æquè ad omnes
„ pertinere) Conſtantinopolitanum Patriar-
„ cham & Cœtum Epiſcoporum adit, nec
„ *Emphalopſychiæ* modò, & adulterinarum
„ precum, ſed etiam blaſphemiæ Theologiæ
„ Palamum accuſat; nam eum & novis voci-
„ bus in Myſtica Eccleſiæ Theologia uti:
„ & neſcio quæ monſtra cernere ſe profiteri
„ jactantiæ & arrogantiæ plena. Quare De-
„ cretum eſt judicium in Maximo Divinæ
„ Sapientiæ Templo, & jam Imperatore cum
„ Principibus Senatus, & doctiſſimis quibuſ-
„ que viris præſente. *Hoctenus Gregorar.*
De hac Synodo ſuper eadem cauſa ferè idem ſcribit Cantacuzenus loco ſupra citato, ubi de Barlaam, & illius concertatione habito ſermone, ſubiungit: „ Joanni per idem tem-
„ pus Patriarchæ commentarios ſuos contra
„ Monachos tradit, & Synodum adverſùs
„ eosdem congregari inſtat, ut cum rectis
„ dogmatibus pugnantia illos ſentire, ac do-
„ cere probaturus: in quos verboſiùs inve-
„ hens de geminata Deitate eos accuſabat.
„ Patriarchæ res viſa eſt minimè negligenda;
„ quare Monachos Theſſalonicà per literas
„ ad judicium citat; Illi cauſam dicturi adſunt. *Hæc ille.*

874 Congregata eſt hæc Synodus, immò potiùs pſeudoſynodus, & Conciliabolum, Anno Domini MCCCXLI. Pontificatus Benedicti XII. Anno VIII. Andronici Junioris Palæologi Anno LX. & ultimo, Indictione IX. In ea de dogmatibus nulla eſſe habitam diſcuſſionem ſcribit Gregoras, qui poſt verba ſupra relata, ait: „ Adeſt ſtatutus dies: præſtò
„ ſunt omnes, non ii modo, quibus adeſſe
„ neceſſe erat, ſed etiam popularis turbæ in-
„ numera ferè multitudo, atque ipſe Impe-
„ rator, cùm meliuſculus eſſet, ac firmior
„ ſolito ob ardens Religionis ſtudium evaſiſ-
„ ſet, & ipſe ad ſuggeſtum venit, & ad Sacer-
„ dotes. Ac ea, quæ ad Theologiæ repre-
„ henſionem pertinerent, ſilentio tegenda
„ eſſe cenſuit, tùm quod Sacræ Theologiæ
„ myſteria profanis vulgi auribus non inge-
„ renda cenſeret: tùm nè Barlaamo inepti-
„ oris & animi rationes reddente, Palamas
„ etiam blaſphemæ & importunæ Theologiæ
„ reus eſſe videretur: atque inde loco pacis,
„ quam res flagitarent, atque boni ordinis,
„ tumultus, & ingens confuſio oriretur.
„ Primùm itaque precationis crimina propo-
„ nebantur. Quæ verò ad Maſſalianam hære-
„ ſim, & quæ alia contra Palamum affere-
„ bantur, pertinebant, in paucos dies di-
„ lata ſunt; & niſi mox Imperatoris mors
„ conſecuta eſſet, celeriter vehementes in
„ Palamicam hæreſim velitationes abſolutæ
„ eſſent: hoc eſt ea, quæ futurum erat, ut
„ augeretur, extirpata tùm fuiſſet. *Hæc ille.*

Digitized by Google

875 Ex quibus vides ſchiſmaticorum im-
probitatem, ſi vera ſunt, quæ antefatus ſcribit
Gregoras, qui non permiſere Barlaamo viro
catholico impietatis & hæreſeos convincere
pſeudomonachos illos. Nilus ſchiſmaticus in
Synopſi Conciliorum apertè docet, hanc
pſeudoſynodum, non contra pſeudomona-
chos prædictos congregatam, ſed contra Bar-
laamum, ejuſque ſocium Acydinum, & hunc
Catholicum, ac in ea dogma de increata lu-
ce Thaborica confirmatum: „ Sancta, *inquit*,
„ & œcumenica Synodus nona, imperante
„ beatæ memoriæ & celebris Imperatore Do-
„ mino Andronico Palæologo, & Ioanne
„ ejus filio, adverſùs Barlaamum & Aci-
„ dynum habita eſt. Docebant enim iſti,
„ modo nullam eſſe diſtinctionem inter Divi-
„ næ naturæ ſubſtantiam, & ejus actum,
„ ſed unum idemque eſſe: modo diſtinctio-
„ nem aliquam eſſe dicebant: Verùm ita, ut
„ ſubſtantiam, increatam ſubſtantiales verò,
„ atque naturales ejus actus, concederent
„ diverſos eſſe, non tamen increatos, ſed
„ creatos. Præterea Divinum illud lumen,
„ quod in Thaborio monte refulſit, omnino
„ phantaſma & creaturam fuiſſe, orientem
„ ac intercidentem, dicebant. Adverſùs hos
„ igitur iſta docentes, congregata eſt hæc
„ Sancta Synodus, quæ convicit eos inſa-
„ niæ, omnigenique mendacii atque impie-
„ tatis, quæ cæteros hæreticos ſuperarent.
„ Interfuerunt huic Synodo Iſidorus Con-
„ ſtantinopolitanus, Lazarus Hieroſolymi-
„ tanus, tum Alexandrinus, & Antiochenus
„ per Legatos, Gregorius Palamus, Philo-
„ theus Coccinus, & alii Monachi multi vir-
„ tute inſignes ac ſelecti, qui etiam hos ana-
„ themate percuſſerunt.

„ Traditione accepimus, Dei nomine
„ ſignificari operantem, Divinitatis, ope-
„ rationem, nullo verò nomine, trium actum
„ ſignificari.

„ Traditione accepimus, quòd nullam
„ virtutem aut operationem habet, nec ali-
„ quid eſſe, neque poni, tollivè poſſe. Quod
„ autem habet omninò ab eo, quod habet, eſ-
„ ſe diverſum. *Hactenus Nilus* de hoc con-
ciliabolo, quòd œcumenicam Synodum no-
nam, non vereatur appellare.

876 Idem Conſtantinopolitanus Patriar-
cha, apud Leonem Allatium lib. 2. cap. 16.
de conſenſ. Eccleſ. Orient. & Occident. fate-
tur, Barlaamum damnatum in ſæpedicta pſeu-
doſynodo, & propter dogma de Thaborico lu-
mine, & propter formulam cujùſdam, qua
utebatur precationis: „ Noſtis, *inquit*, om-
„ nes, neque ignoratis maximum illum in
„ Eccleſia congreſſum, in quo ſtellæ inſtar
„ præfulgebat pietatis propugnator Impe-
„ rator noſter celebris, ac beatæ memoriæ,
„ pater Potentiſſimi & Sancti mei Imperato-
„ ris, cum Senatus Principibus; Et primus
„ quidem Barlaam, tanquam prava ſentiens
„ & eloquens, tùm de inacceſſibili transfi-
„ gurationis lumine, tum de oratione illa,
„ *Domine Jeſu Chriſte Fili Dei, miſerere no-
„ ſtri*, condemnatur; & ſic ſecundùm Cano-
„ nes ad accuſandum ineptus judicatur. *Hæc
ille*. Ubi vides Schiſmaticorum perfidiam,
qui, ut vitarent juſtas Barlaami contra phana-
ticos & hæreticos Monachos accuſationes,
reum hæreſeos primùm damnant Barlaamum,
ut ſic ità ineptus ad accuſandum efficeretur, &
peſſimi abſolverentur Monachi. Nec adeo
diſcrepat in hoc Gregoras, qui ſcribit, Bar-
laamum malevolentia compertum & perti-
naciâ, & popularis gloriæ cupiditate æſtua-
re: „ Et, *inquit*, ut ea, quæ intercesſerunt,
„ omittam, cum Barlaamo non concedere-
„ tur, quas ob cauſas diximus, Theologica
„ crimina ex aliis ejus ſcriptis, ut demonſtra-
„ ret, ſuccubuit: compertum que eſt, eum
„ malevolentia & pertinacia, & in primis
„ popularis gloriæ cupiditate æſtuare. *Hæc
ille*. Verùm ſtudio fidei, non malevolentia &
pertinacià talia egerat Barlaam, qui pro
Græcis ad rectam fidem, ac Catholicæ Eccle-
ſiæ unionem traducendis plurimum labora-
bat, licèt in caſſum, Græcorum reſiſtente per-
tinaciâ. Neque aſſenſit Decretis antefatæ
pſeudoſynodi, ſicut non ſine patente menda-
cio affirmat Cantacuzenus: unde Gregoras,
licèt per ignominiam, ſcribit, Barlaamum
abſoluto Conciliabolo relicta Græcia, in Ita-
liam profectum, Latinorum inſtituta fuiſſe ſe-
quutum: „ Ceterùm, *inquit*, ſub veſperam,
„ ſpectaculo illo abſoluto, Barlaamus igno-
„ miniam illam graviſſimè ferens, plenis ve-
„ lis in Italiam abiit; & ad Latinorum in-
„ ſtituta & decreta, in quibus erat educatus,
„ rediit. *Hæc ille*. Pontanus in notis ad Hi-
ſtoriam Cantacuzeni, tradit, Barlaamum poſt
hæc ornatum fuiſſe Epiſcopatu Gyracenſi.
Extat apud Caniſium lib. 6. Antiq. lect. pag. 4.
Nobilis Barlaami commentarius datus ad
amicos Græciæ de unione Sacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ, quo probat, nec propter dog-
ma de Spiritus Sancti à Patre, & Filio pro-
ceſſione, nec propter uſum azimi in Eucha-
riſtia, nec denique propter primatum ejuſ-
dem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ab ea Græ-
cos debuiſſe deficere. Habes etiam præfatum
commentarium exſcriptum apud Raynaldum
ad Annum Domini DCCCXLI. ſub num. 121.
quem lector poterit conſulere. De diſtin-
ctione naturæ Divinæ ab actu, de qua re
actum eſt in antedicta pſeudoſynodo, le-
ge Petavium lib. 1. Theologic. Dogmatum,
cap. 13.

CA-

CAPUT XIII.

De Andronici obitu item; & Benedicti XII. ac Clementis VI. Electione.

877 ABſolutâ ſæpedictâ pſeudoſynodo, Imperator in Hodegium Monaſterium reverſus, cùmque corpore eſſet malè affectus, ac defatigatus propter habitam in ea pſeudoſynodo concionem, eadem nocte in læthalem morbum incidit, ex quo ultimum clauſit diem. Deſcribit Gregoras teſtis oculatus & morbi qualitatem, & tempus obitus, eod. lib. XI. cap. penult. in fine, poſt ſuperiùs ex eo à nobis recenſita: „ Imperator, *inquit*, in Hodegium Monaſterium „ corpore admodùm malè affecto, tùm è concione illa, tùm è morbo ſplenis, reverſus, „ cùm ſub noctem ferè mediam accubuiſſet, „ & largiùs quàm decebat cœnatus eſſet, poſtridiè in ſomnum & carum ſtupori, atque „ examinationi penè ſimilem incidit. Tertio demùm die paulùm apertis oculis, Imperatricem hortatur, nè ploret, ſimùlque „ opem Medicorum requirit. Et ad me mittit, quærens numquid cœleſtia lumina juvarent, & non impedirent medicæ artis „ conatus & experimenta? Sed priuſquàm, „ ii, qui miſſi erant, meum reſponſum referrent, in majorem ſtuporem eſt relapſus, „ & extremum ſpiritum agens, in tertium „ ferè diem jacuit. Ac Junii die decimo quinto, ante Solis ortum defunctus eſt, Anno, „ ſexies milleſimo octingenteſimo quadrageſimo nono. *Hæc Gregoras*.

878 Cui conſentit Cantacuzenus lib. 2. cap. 4. ubi ait: *Ad Veſperam diei Mercurii XVII. Kalendas Quintiles, Anno quadrageſimonono ſupra octingentos & ſex mille ab Orbe condito, Indictione* IX. *morbi ſævitia confectus ex hac luce Imperator migravit*. Addit Gregoras & ſuæ ætatis, & Regni tempus, inquiens: *Omne verò tempus ætatis ejus ad annos circiter quadraginta quinque fuit, cùm ante viginti Urbem imperatricem belli jure occupaſſet*. Ubi Imperii annos numerat ab obſeſſa ab eo & capta Regia Urbe, imperante adhùc Andronico ſeniore, cùm quo plures annos imperavit. Ex quo verò prorſùs excluſo à regimine ſeniore, ſolusvè imperare incœperat, novem tantùm ejus Imperii numerantur anni. Cæterùm Græcorum computatio annorum recenſitorum redacta ad Latinum & noſtrum Eccleſiaſticum computum, oſtendit, deceſſiſſe Andronicum Anno Dom. MCCCXLI. tunc nonâ currente Indictione, à Cantacuzeno notata, qui erat VIII. Annus Pontificatus Benedicti XII.

879 Cùmque Imperium Joanni filio reliquiſſet, inepto ad regimen propter puerilem ætatem (erat namque annorum duodecim) Cantacuzenum in Tutorem delegit, cui & adminiſtrationem commiſit Imperii, donec exactâ pueri minoritate capax regiminis efficeretur. Sic notat Chalcocondylas lib. 1. de Rebus Turcicis, inquiens: „ Andronicus „ Græcorum Rex cùm moreretur, reliquit „ filium natum annis duodecim, Tutoremque ei aſſignavit Cantacuzenum, virum „ opulentum, magnâque potentia ſubnixum, „ ut puerum tutaretur, & curaret ad eam uſque ætatem, quæ Regno gubernando habilis foret. Hujus in fidem puerum, Regnumque tradidit, jurejurandoq; eum obſtrinxit, ut ſine dolo in adminiſtratione „ Regni, educationeque pueri verſaretur, „ quo ipſum nihil injuriarum à ſe expertum, „ tandèm Regno Græcorum præficeret. *Hæc ille*. Quæ porrò diſſidia in Græcorum exitium ex hoc exorta ſunt, Cantacuzeno arreptâ tyrannide, infra ſuis oſtendemus in locis.

880 Nondùm ab Andronici obitu elapſo integro Anno, contigit Avenione Benedictum XII. ad Cœlum migrare; de cujus obitu Auctor vitæ ipſius apud Labæum, & Binium: *Septem*, inquit, *annis, tribus menſibus, & ſeptemdecim diebus Pontificatu functus, obiit Avenione ſeptimo Kalendas Maii, Anno Domini MCCCXLII. Ejus mors gravem animi dolorem omnibus inflixit*. Concordant in tempore obitus Benedicti ferè univerſi Scriptores, qui ejus ſcripſerunt vitam & geſta. Anonymus namque Scriptor, relatus à Raynaldo ad hunc Annum ſub num. 5. idem adnotat, inquiens: „ Plenus magnis meritis, poſt „ multa virtuoſa & laude digna ſpiritum reddidit Salvatori Anno Dom. MCCCXLII. „ die XXV. menſis Aprilis, Pontificatus ſui „ Anno VIII. fuitq; ſepultus in Eccleſia majore Avenioni, in quâ adhùc jacet in Cappella pro ipſo ſpecialiter fabricata, etiam „ miraculis coruſcando. *Hæc ille*. Et in m.ſ. Codice Vaticano apud eundem Raynaldum ſub num. 6. habetur: „ Tandem Anno Domini MCCCXLII. in die Sancti Marci „ Evangeliſtæ in Avenione, in Palatio, quod „ conſtrui fecerat, ad Chriſtum migravit; „ de cujus morte tota Curia, & Chriſtianitas condoluit. Et ſic ſedit ab electione „ Annis VII. menſibus III. diebus XVII. ac „ vacavit diebus XI. ſepultuſque eſt in Eccleſia Cathedrali Auenione. *Hæc ibi*.

881 Cæterùm miris laudibus Benedictum hunc exornant Scriptores: De eo namque apud Labæum Scriptor vitæ breviter multa perſtringit, cùm ait: *In rebus honeſtis & juſtis conſtantiſſimus perſtitit; bonos amore complexus, improborum voluntati & conatibus, quantùm fieri potuit, repugnavit*. Hinc in m.ſ. Vaticani, apud præfatum Raynaldum; de eo ſcriptum legitur: „ Hic fuit homo durus & conſtans; magnus Magiſter in Le-

Digitized by Google

„ gibus & Divinitate, Hic multum The-
„ ſaurum Eccleſiæ congregavit. Hic nihil
„ dare voluit alicui de ſuo genere, vel con-
„ ſanguineo. Iſte verò non timebat quem-
„ quam, quin jus & juſtitia obſervaretur ubi-
„ que per univerſum. Hic nimis bonos di-
„ lexit, & malos òdio habuit. *Hactenus ibi*.
Anonymus verò mox citatus magis fusè lau-
dibus ipſum exornat, inquiens: „ Ipſe ſu-
„ per mente, verbo, & opere totus intentus
„ extitit ad ea, quæ Dei erant, poſſe tenùs
„ exequenda; non tamen propterea illa, quæ
„ etiam mundiale regimen ſibi commiſſum
„ concernebant, neglexit, immò in ipſis be-
„ nè & utiliter agendis & gubernandis debi-
„ tam adhibuit diligentiam, providèque ſe
„ geſſit, nihil de contingentibus omittendo.
„ Mundanam pompam, & vanam gloriam in
„ ſe, & ſuis omninò contempſit; Sicque fuit
„ re & nomine Benedictus, hoc eſt benè no-
„ minatus & reputatus à Mundo, cùm ferè
„ omnes, ſaltem boni, qui in Mundo erant,
„ de ipſo benè dicerent, & exiſtimarent, &
„ meritò; nam ſine cujuſquam præjudicio
„ loquendo, omnes alios ſui nominis, qui
„ ipſum in ſtatu papali præceſſerunt, non re-
„ peritur, quòd ipſum in meritis exceſſerint,
„ immò nec per ea, quæ de ipſis ſcribuntur,
„ ſi fas ſit ſcribere, poſt Martyres, & alios,
„ quos Eccleſia veneratur, & colit ut San-
„ ctos, inter meliores, ipſe unus fuit, &
„ eſt meritò reputandus. *Hactenùs Ano-
nymus*.

882 Alia complura de eodem adnotat al-
ter auctor, relatus apud Boſquetum, ubi de
geſtis agit Benedicti XII. ſcribit namque:
„ Hic Summus Pontifex fuit maximus zela-
„ tor Fidei, ac in omni ſtatu ſuo ſervidus
„ hæreticorum & rigidus perſecutor. Fuit
„ bonæ, immò & ſanctæ intentionis in om-
„ nibus factis ſuis; & in cæteris quantùm in
„ ipſo fuit, dedit operam efficacem, ut in
„ beneficiis, dignitatibus, & prælaturis, ſuo
„ tempore vacantibus, ponerentur & præfi-
„ cerentur bonæ & honeſtæ perſonæ, provi-
„ dæque & diſcretæ, ac ſufficientes in lite-
„ ratura, ac maturæ in moribus, eſſentque
„ ætatis provectæ, juxtà ſtatum ac condi-
„ tionem, ac qualitatem beneficiorum, di-
„ gnitatum, ac prælaturarum, ad quæ, vel
„ quas eſſent aſſumendæ; & in hoc voluit,
„ quòd præferrentur meliores & ſufficientio-
„ res, aliter ad quaſcumque perſonas aſpe-
„ ctum ſpecialiter non habendo; & in hoc
„ multotiès ſe decipi formidavit. Et in hoc
„ antequàm provideret de talibus ſuæ diſpo-
„ ſitioni reſervatis, inquirebat ſummâ cum
„ diligentia de meritis & ſufficientia illo-
„ rum, qui ad hoc ſibi nominabuntur; &
„ cùm eos non reperiebat, juxtà guſtum ſuum
„ benè idoneos & ſufficientes, potiùs volebat,
„ quòd vacarent, & remanerent in manibus
„ ſuis, quàm ſi aliter provideret: propter,
„ quòd multa beneficia, dignitates, & præ-
„ laturæ quamplures diutiùs in vacatione
„ permanſerunt; dicebat enim, quòd me-
„ liùs & ſecuriùs erat, quòd vacarent, quàm
„ ſi haberent malos, vel minùs idoneos præ-
„ ſidentes.

883 Deinde de non exaltatis per eum pa-
rentibus, vel conſanguineis, hæc ſubnectit:
„ Ipſe enim de ſuis conſanguineis, vel pro-
„ pinquis exaltandis, vel promovendis nul-
„ latenùs curavit: non enim invenitur, quòd
„ aliquem de ſuo genere ad quamcumq; præ-
„ laturam promoverit, niſi unum ſolum,
„ quem præfecit Eccleſiæ Arelatenſi; qui ta-
„ men ad hoc aliàs erat benè dignus & ſuffi-
„ ciens, & hoc etiam fecit quodammodò pre-
„ cibus & inſtantiâ Cardinalium devictus.
„ De Laicis verò nullum exaltavit, immò
„ nec voluit, quòd ſtatum ſuum, qui ſatis
„ erat per priùs infimus, propter ipſum im-
„ mutarent: unicam enim neptem, quam
„ habebat, per plures Magnates pro conju-
„ gio petitam, eis dare expreſsè negavit, di-
„ cens in vulgari ſuo, quòd non decebat ta-
„ lem equum hanc habere ſellam; ſed demùm
„ ipſam nuptui tradidit filio unius Mercato-
„ ris ſimplicis Toloſæ, dotem ſibi ſecundùm
„ ſtatum ejuſdem Mercatoris conſtituendo.
Hactenus ille. Alia plurium virtutum gene-
ra ejuſdem narrant Pontificis Scriptores, quos
omitto.

884 Itaque tumulato hoc Beatiſſimo Pon-
tifice, & peractis, de more, funebribus, Do-
mini Cardinales Conclave ingreſſi in Palatio
Pontiſicio ejuſdem Avenionenſis Civitatis,
paucis elapſis diebus, die nimirum VII. men-
ſis Maii ejuſdem Anni miro omnium conſen-
ſu ſuffecerunt in Romanum Pontificem Pe-
trum Rogerium Presbyterum Cardinalem ti-
tuli Sanctorum Nerei & Achillei, indito ſibi
Clementis VI. nomine; de quo apud Labeum
in ejus vita hæc leguntur: „ Clemens VI.
„ Lemovicenſis, Petrus antea vocatus, ex
„ monaſtica vita aſſumptus Archiepiſcopus
„ Rothomagenſis, vir doctiſſimus & eloquen-
„ tiſſimus, poſt Benedictum Undecimum
„ *Undecimus namque fuerat Benedictus deceſ-
„ ſor, licèt dictus Duodecimus*) Pontifex ele-
„ ctus eſt Avenione Anno Dñi MCCCXLII.
„ ipſis Nonis Maii, XIV. Kalendas Junii co-
ronatus. *Hæc ibi*. Concordant & m.ſ. Va-
ticani, relata à ſæpècitato Raynaldo ad hunc
annum, ſub nu.6. in quibus legitur: „ Cle-
„ mens VI. natione Lemovicenſis, de Mal-
„ monte, Lemovicenſis Diœceſis, priùs di-
„ ctus Petrus Rogerii, Monachus Monaſte-
„ ſterii Caſæ Dei, Ordinis Sancti Benedicti,
„ Claromontenſis Diœceſis; deinde Pariſiis
„ factus Magiſter Theologiæ, & poſt Abbas
„ Feſtanenſis (*ſive Fiſcanenſis*) dicti Ordi-
„ nis; poſtea Epiſcopus Atrabatenſis, dein-
„ de Archiepiſcopus Senonenſis, & poſt hac
„ Archiepiſcopus Rothomagenſis; demùm
per

Digitized by Google

„ per Dominum Benedictum prędictum creatus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum „ Nerei & Achillei, & tandem, mortuo eodem Domino Benedicto, electus in Papam „ VII. die Maji, Anno Domini MCCCXLII. „ & die ſancto Pentecoſtes (quæ fuit duodecima) apud Fratres Prędicatores Avenio„ne coronatus eſt. *Hæc ibi*. Et in alio pariter mſ. in quo de hoc eodem Pontifice habetur mentio, talia habentur, nimirum: „ Hic fuit Vir magnæ divinitatis, „ ſcientiæ, atque fons ſermocinationum. Hic „ largiſſimus fuit, atque in omnibus placi„dus & affabilis, necnon commenſabilis. „ Hic ſub MCCCXLII. fuit electus Nonis „ Maji Avenione ad locum Prædicatorum, „ coronatus XIV. Kal. Junii, ſeditq; Annis X. „ menſibus VI. diebus XXVIII. ab electione. *Hactenus ibi*.

885 Ipſemet porrò Clemens in ſuis Encyclicis datis ad Regem Franciæ, alioſque Reges & Principes, incipien. *In precelſo Throno*, ſub XII. Kal. Junii. De ſua electione hæc ſcripto mandavit, inquiens: „ Siquidem fœ„licis recordationis Benedicto Papa XII. „ prædeceſſore noſtro, ſicut Domino pla„cuit, ab hac luce ſubtracto, Venerabiles „ Fratres noſtri Epiſcopi, Presbyteri, Dia„coni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, „ de quorum numero tunc eramus, pro fu„turi ſubſtitutione Romani Pontificis con„venientes in unum, Sancti Spiritus, ut „ moris eſt, gratiâ invocatâ, quaſi per in„ſpirationem ipſius in nos, ſicut Divinæ „ Clementiæ placuit, vota ſua concorditer „ direxerunt, nos ad conſcendendam ſpecu„lam Apoſtolici culminis, & ſubeundum „ graviſſimam totius Orbis regiminis ſarci„nam eligentes. Verùm cùm ad tantæ di„gnitatis apicem obſtuperemus aſſumi, eò „ quòd impotentiæ noſtræ humeri ad tan„tum onus non ſufficerent ſupportandum; „ tandem ſperantes in illo, qui reddit ſuave „ jugum ſuum, & onus leve, illa portantibus „ patienter, ad ipſorum Fratrum inſtantiam „ votis acquievimus eorundem, & colla no„ſtra ſubmiſimus humiliter jugo Apoſtolicæ „ ſervitutis, & ſubſequenter benedictionis, „ & coronationis noſtræ ſolemnia, juxta mo„rem, in perſonis fœlicis memoriæ Roma„norum Pontificum prædeceſſorum noſtro„rum hactenus obſervatam, ſuſcepimus. „ *Hæc ille*.

886 Prænuntiatum illi Pontificatum fuiſſe, cum Lutetia ad Monaſterium ſuum rediret, atque in itinere à Latronibus ſpoliatus fuiſſet, refert Maſſonus ex Illidiani Monaſterii Commentariis, apud Raynaldum, inquiens: „ Donatus Lutetiæ Pariſiorum „ Doctoris Theologi nomine & laureâ, qui „ honos non exiguus illa ætate habebatur, „ Caſam Dei ad Monaſterium ſuum redire „ cupiit. In itinere, cùm apud Arvernos jam „ eſſet, non procùl à Claromonte, ubi Ar„vernum municipium olim fuit, incidit in „ Latrones, qui tunc in ſaltu Randiano via„tores expectabant. Nudatus ab iis, exutuſ„que viatico & veſte, præter lineum indu„ſium, & vitam incolumem nihil habebat: „ nihilominùs iter ſuum proſecutum, Ture„tum citiſſimè pervenit; Id à Claramonte „ diſtat decem paſſuum millibus, eſtque mo„dici redditus beneficium Eccleſiaſticum ab „ Illidii Templo apud Claramontem depen„dens. Qui illi loco præerat Stephanus Al„debrandus miſeratus ſpoliati Monachi ca„ſum, veſtem ei & neceſſaria vitæ dedit, „ benignèque habitus, cum diſcederet: „ *Equandò*, inquit, *acceptum beneficium re„ferre poterò?* Tùm Aldebrandus: *Cùm eris „ Romanus Pontifex*, inquit, *tunc per pari „ referes*. Igitur multò poſt Clemens Ponti„ficatum adeptus, memorque veteris officii „ ergà ſe, Aldebrandum Avenionem ire ju„bet, eumque cubicularium Pontificium „ fecit, poſteaque Archiepiſcopatu Toloſano „ exornavit, in quo munere is fuit uſque ad Annum MCCCLXIII. *Hactenus antedictus Maſſonus*.

887 Sed antequam hujus Pontificis ſtudia pro conciliandis Græcis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Catholicâ dilatandâ fide recenſeamus, illud inſigne meo Ordini collatum beneficium, quo inſtantibus claræ memoriæ Roberto Siciliæ Rege, & Sanciâ Reginâ, loca Sacri Montis Sion, & Sacratiſſimi Domini noſtri Jeſu Chriſti Sepulchri, non ſine ingenti pecunia, pro Fratribus Ordinis Minorum à Sultano Ægypti obtenta, Apoſtolicâ auctoritate, ejuſdem Ordinis Fratribus, primo ſui Pontificatus anno confirmavit, referre opere pretium duxi; nè ingratus, utpotè præfati Ordinis Profeſſor, licèt indignus, videar, ſilentio præteriens. Exhibeo ergò hujus rei certa ac indubitata notitia, Inſtrumentum publicum ex hoc Sacri Montis Sion Archivio depromptum, cum inſerta ejuſdem Clementis Sexti de verbo ad verbum Bulla, quæ ad hunc modum ſe habet.

In Dei nomine. Amen.

888 *Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Urbani, Divina Providentia, Papæ V. Anno Primo, ac regnante Sereniſſima noſtra D. Joanna, Dei gratia Inclyta Hieruſalem, & Siciliæ Regina, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comitiſſa, Regnorum verò ejus Anno vigeſimo primo, menſe Maii, die vigeſima ſecundo ejuſdem, primæ Indictionis, intus in Eccleſia Sanctæ Crucis Civitatis Neapolis, nos Matthæus de Camplo Judex ad contractus ubiq; per Regnum Siciliæ, & Berardus de Alando, publi-*

cus

Digitized by Google

cus Apoſtolica & Imperiali, ac ubique per Regnum Siciliæ Regia auctoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc vocati ſpecialiter & rogati, Venerabilis & Religioſus Vir Frater Bernardinus de Padua, de Ordine Minorum, ac Guardianus, ut dixit, loci Fratrum ejuſdem Ordinis ſiti in Venerabili, ac ſacro loco Bethlehemitano dicti die, & loco, in noſtra præſentia conſtitutus, oſtendit, & præſentavit nobis quaſdam Papales Literas, Papali Bulla plumbea, ſerico eiſdem literis appenſa, conceſſas per quondam fælicis recordationis Domini Clementis Papæ Sexti, Generali, & Miniſtris ejuſdem Ordinis, in Provincia Terris Laboris, quas vidimus, legimus & inſpeximus, eratque per omnia tenoris, & continentiæ ſequentis,

*Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei,
Dilectis filiis, Generali, & Terræ Laboris Ordinis Fratrum Minorum Miniſtris, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

889 „ Gratias agimus gratiarum om-
„ nium Largitori, eique dignas laudes per-
„ ſolvimus, quòd ipſe chariſſimorum in
„ Chriſto filiorum noſtrorum Roberti Regis,
„ & Sanciç Reginç Siciliç Illuſtrium, erga
„ Redemptoris Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ obſequia, zelum devotionis & fidei ſic
„ ferventer accendit, quòd ipſi, quç ad Dei
„ laudem, & gloriam, ac Sanctiſſimi Sepul-
„ chri Dominici, & aliorum Locorum ſacro-
„ rum ultramarinorum reverentiam & hono-
„ rem redundant, non ceſſant indeſeſſis ſtu-
„ diis operari. Nuper ſiquidem eorundem
„ Regis & Reginç grata inſinuatio noſtro
„ Apoſtolatui patefecit, quòd ipſi non ſine
„ magnis ſumptibus, & laboribus gravibus à
„ Soldano Babyloniç, qui Sepulchrum Do-
„ mini, & alia ſacra Loca ultramarina, pro-
„ prio ipſius ſanguine dedicata, non ſine
„ cunctorum Chriſtanorum gravi opprobrio
„ detinet occupata, obtinuerunt, quòd Fra-
„ tres veſtri Ordinis infra Eccleſiam dicti
„ Sepulchri poſſiut continuè commorari, &
„ ibidem Miſſarum ſolemnia, & alia Divina
„ Officia ſolemniter celebrare, & jam certi
„ Fratres dicti Ordinis ſunt ibidem, & quòd
„ nihilominùs idem Soldanus Cœnaculum
„ Domini, & Cappellam, in qua Apoſtolis
„ Spiritus Sanctus apparuit, & aliam Cap-
„ pellam, in qua Chriſtus, Beato Thoma præ-
„ ſente, poſt Reſurrectionem ſuam Apoſtolis
„ ſe oſtendit, Regi & Reginæ conceſſit eiſ-
„ dem. Quòdque ipſa Regina locum ædifi-
„ cavit in Monte Sion, infra quem Cœna-
„ culum, & dictæ Cappellæ ſita fore noſcun-
„ tur, pro dictis Fratribus, jam eſt diù, ubi
„ duodecim Fratres dicti Ordinis ſumptibus
„ propriis continuè tenere intendit, ad Di-
„ vinum obſequium in Sepulchro, & aliis
„ prædictis Locis ſacratiſſimis impenden-
„ dum, ac tres Perſonas ſæculares etiam,
„ quæ ipſis Fratribus ſerviant, & neceſſaria
„ adminiſtrent. Quare præfata Regina nobis
„ humiliter ſupplicavit, ut ad hoc, quod
„ ejuſdem Regis, & ſua pia in hac parte de-
„ votio impleatur, eiſdem Locis ſacratiſſi-
„ mis de devotis Fratribus & ſervitoribus
„ idoneis, uſque ad dictum numerum pro-
„ videri auctoritate Apoſtolica mandare-
„ mus.

890 „ Nos itaque dictorum Regis &
„ Reginæ pium & laudabilem propoſitum,
„ ac intentionem devotam, dignis in Domi-
„ no laudibus commendantes, ac volentes
„ eorum votis & deſideriis annuere favora-
„ biliter in hac parte, vobis, & cuilibet ve-
„ ſtrum, vocandi nunc, & impoſterùm ad
„ veſtram præſentiam auctoritate Apoſtolica
„ ad requiſitionem dictorum Regis & Regi-
„ næ, vel alicujus eorum, aut ſucceſſorum
„ ſuorum, de conſilio ſeniorum dicti Ordi-
„ nis, Fratres idoneos & devotos de toto
„ Ordine uſque ad præfatum numerum, de
„ quibus conſiderata qualitate negotii vi-
„ deritis expedire, & eos ad ſerviendum in
„ Divinis tàm in Eccleſia dicti Sepulchri
„ Dominici, quàm in ſacro Cœnaculo &
„ Cappellis prædictis, habitâ priùs infor-
„ matione de conditione Fratrum ipſorum,
„ quos vocaveritis, à Miniſtris Provincia-
„ libus dicti Ordinis, undè Fratres ipſi pro
„ tempore aſſumentur, deputandi, eoſque
„ ad partes alias etiam deſtinandi, ac etiam
„ alios ex ipſis, cùm aliqui ex eis defuerint;
„ toties, quoties, expedierit, ſubrogandi,
„ ac eis dandi licentiam ibidem commo-
„ randi.

891 „ Contradictores quoque per cen-
„ ſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpo-
„ ſita compeſcendi; Non obſtantibus qui-
„ buſcumq; prohibitionibus Apoſtolicis,
„ ſeu ſtatutis ejuſdem Ordinis contrariis,
„ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
„ quacumque firmitate aliàs roboratis; ſeu
„ ſi aliquibus communiter, vel diviſim à Se-
„ de Apoſtolica ſit indultum, quòd interdi-
„ ci, ſuſpendi, vel excommunicari non poſ-
„ ſint per literas Apoſtolicas, non facientes
„ plenam & expreſſam, ac de verbo ad ver-
„ bum, de indulto hujuſmodi mentionem,
„ plenam & liberam tenore præſentium con-
„ cedimus poteſtatem. Volentes, ut ipſi Fra-
„ tres taliter deputandi, ſint, poſtquam fue-
„ rint ultra mare, ſub obedientia & regimine
„ Guardiani & Fratrum dicti Ordinis Mon-
„ tis Sion, prout ad ſuum ſpectat officium,
„ & Miniſtri Provinciæ Terræ Sanctæ. Da-
„ tum Avenione XI. Kal. Decembris, Pon-
„ tificatus noſtri, Anno Primo.

892 *Cùmque dictus Guardianus coràm nobis exponeret, & aſſereret ſua intereſſe prædictas Literas Papales, tam ad fidem & certitudi-*

dinem faciendam in dictis ultramarinis partibus de prædicta conceſſa gratia, quàm in partibus & locis aliis inde ſcire cupientibus veritatem, quàm etiam pro ſui cautela illas exemplari facere, & redactas penes ſe habere in publicam formam, maximè cùm Originales ipſas habere, & ſecum portare ad dictas partes, propter Pyratarum inſultus, & alia, quæ in proſecutione itineris pericula ſibi poterant imminere caſu aliquo perdendi poſſe veriſimiliter dubitabat: Nos prædictos Judicem, Notarium, & Teſtes cum inſtantia requiſivit, ut literas eaſdem exemplare, tranſumptare, & reducere in formam documenti publici deberemus. Cujus requiſitioni tanquam juſtæ, & idoneæ devotè parentes, literas eaſdem, quas invenimus non abraſas, non corroſas, non cancellatas, non ſuſpectas, nec in ſui parte aliqua vitiatas, ſed omninò legitimas & fide dignas, & in prima literarum figura conſiſtentes aſſumpſimus, tranſumptavimus, exemplavimus, & de verbo ad verbum in præſentis formam publici documenti, nihil in eis mutato, addito vel minuito, quòd ſenſum mutaret, vel intellectum, præterquàm in compoſitione literarum, vel dictionum, prout ſuperiùs dictarum literarum tenor aperit, & declarat.

893 *Quibus omnibus præfatus Matthæus Judex ſuam auctoritatem interpoſuit pariter & Decretum. In cujus rei teſtimonium, intuentium omnium certitudinem, & dicti Guardiani, & omnium, quorum intereſt, & intereſſe poteſt, cautelam rogatu ipſius Guardiani, & ad ejus inſtantiam factum eſt de prædictis omnibus præſens publicum Inſtrumentum, & ſigno & ſubſcriptione mei prædicti Judicis, & prædictorum infraſcriptorum teſtium, ſignis & ſubſcriptionibus roboratum, & ad majoris cautelæ & certitudinis ſuffragium de mandato Sereniſſimæ Dominæ, Dominæ Joannæ Reginæ præfatæ Majeſtatis ejuſdem magno pendenti ſigillo, & cera rubea ſigillatum. Quod ſcripſi ego prædictus Berardus, ut ſupra Notarius, & quia prædictis omnibus cum dictis Judice & teſtibus rogatus interſui, ipſum meo ſolito ſigillo ſignavi.*

Ego, qui ſupra, Matthæus de Camplo Judex prædictus interſui & ſubſcripſi.

Ego Petrus Bonumans de Neapoli teſtis ſubſcripſi.

Ego Thomaſius Decaphilus de Aceno teſtis ſubſcripſi.

Ego Angelutius de Furno de Avello teſtis ſubſcripſi.

Ego Presb. Griffus Bezinus de Surrento teſtis ſubſcripſi.

Ego Bartholomæus de Empontò de Neapoli teſtis ſubſcripſi.

Ego Antonius Malecta de Meſſana teſtis ſubſcripſi.

894 Noſter Lucas Wadingus ſuis Minorum in Annalibus ad Ann. Dñi MCCCXLII. ſub num. 19. præfatam ex regeſto Vaticano, ut ipſe teſtatur, exhibet bullam. Et ſub num. 18. ejuſdem argumenti antefati Clementis VI. aliam pariter recitat, ad hunc modum ſe habentem.

Ad perpetuam rei memoriam.

895 „ Nuper chariſſimæ in Chriſto filiæ
„ noſtræ Sanciæ Reginæ Siciliæ Illuſtris pe-
„ titio nobis exhibita continebat, quòd
„ chariſſimus in Chriſto filius noſter Rober-
„ tus Rex Siciliæ Illuſtris, conſors ſuus, &
„ ipſa olim zelo puræ fidei, & devotionis
„ accenſi, non ſine magnis ſumptibus, &
„ laboribus gravibus, à Soldano Babyloniæ,
„ qui Sepulchrum Dominicum, & alia ſacra
„ Loca ultramarina, proprio ipſius Re-
„ demptoris Sanguine dedicata, non abſque
„ cunctorum Chriſtianorum gravi oppro-
„ brio, detinet occupata, obtinuerunt, quòd
„ Fratres Ordinis Minorum infra Eccleſiam
„ dicti Sepulchri poſſint continuè commora-
„ ri, & ibidem Miſſarum ſolemnia, & alia
„ Divina Officia ſolemniter celebrare, & jam
„ certi Fratres dicti Ordinis actualiter ſunt
„ ibidem, & quòd nihilominùs idem Solda-
„ nus Cœnaculum Domini, & Cappellam,
„ in qua Apoſtolis Spiritus Sanctus appa-
„ ruit, & aliam Cappellam, in qua Chriſtus,
„ Beato Thoma præſente, poſt reſurrectio-
„ nem ſuam Apoſtolis ſe oſtendit, Regi &
„ Reginæ conceſſit eiſdem, quòdque ipſa
„ Regina locum ædificavit ibidem pro dictis
„ Fratribus, jam eſt diù, ubi duodecim Fra-
„ tres dicti Ordinis continuè tenere inten-
„ dit, divinum obſequium in Sepulchro, &
„ aliis prædictis locis ſacratiſſimis impen-
„ dendum, ac tres Perſonas ſæculares, etiam
„ quæ ipſis Fratribus ſerviant, & neceſſaria
„ adminiſtrent. Quare præfata Regina nobis
„ humiliter ſupplicavit, ut dicto Regi, & ſibi,
„ ac ſuceſſoribus eorundem in perpetuum,
„ quòd ipſi & dicti ſuceſſores hujuſmodi tres
„ Perſonas ſæculares eligere, ipſaſque illùc
„ nunc & impoſterùm, quoties opus fuerit
„ mittere, ac proviſionem pro Fratribus, &
„ perſonis ſæcularibus prædictis neceſſaria
„ annis ſingulis deſtinare valeant, auctori-
„ tate Apoſtolica concedere dignaremur.
„ 896 „ Nos igitur tam pium, tamque lau-
„ dabile opus apud Deum meritorium, &
„ commendabile apud homines, confovere,
„ illudque proſequi favoribus Apoſtolicis
„ intendentes, hujuſmodi ſupplicationibus
„ inclinati, præfatis Regi & Reginæ ac eo-
„ rum ſuceſſorum in perpetuum, ut hujuſ-
„ modi tres Perſonas ſæculares, ad miniſtran-
„ dum dictis duodecim Fratribus Minoribus
„ ad inſerviendum in Eccleſia Sepulchri,
„ Cœnaculo, & Cappellis prædictis, ut præ-
„ mittitur, deputandis, neceſſaria ibidem
„ nunc & impoſterùm, quoties opus fuerit
„ eligere, ipſoſque illùc mittere, necnon

præ-

,, præter ipſas tres, duas alias perſonas ad
,, partes illas cum proviſione & neceſſariis
,, pro Fratribus & ſæcularibus antedictis,
,, annis ſingulis deſtinare, Ita tamen quòd
,, ipſe duæ perſonæ alis mercimonia, vel alia
,, prohibita ad partes illas ſub hujuſmodi
,, proviſionis pretextu non deferant, ſeu de-
,, ferri faciant, prohibitionibus, & proceſſi-
,, bus Apoſtolicis, quaſcumque pœnas &
,, ſententias continentibus, in contrarium
,, editis nequaquam obſtantibus, auctorita-
,, te Apoſtolica tenore præſentium indulge-
,, mus. Volentes & eiſdem duodecim Fra-
,, tribus auctoritate concedentes eâdem, ut
,, cùm aliquem, vel aliquos de tribus illis
,, perſonis ſæcularibus mori, vel aliàs defice-
,, re quoquomodo contigerit, poſſint loco
,, decedentium ſeu deficientium, alium, vel
,, alios ſubrogare, donec per Regem & Re-
,, ginam, aut ſucceſſores prædictos, alius vel
,, alii ad partes illas loco eorundem dece-
,, dentium ſeu deficientium, fuerint deſtinati.
,, Nulli ergò noſtræ conceſſionis & volunta-
,, tis &c. Dat. Avenione x1. Kal. Decembris,
,, Anno Primo. *Hactenus Bulla*.

897 Hujuſmodi ergò ſuppoſitis certis atque indubitatis monumentis, elicitur tempus, ex quo Sacer Minoriticus Ordo Sacratiſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti Sepulchrum, aliaque, ubi Redemptionis noſtræ Myſteria operata ſunt, loca, in poſſeſſionem, ſive clientelam, aut cuſtodiam, recepit, nullâvè interruptâ morâ, ad præſens uſque retinuit, & Dei miſericordiâ retinet, licèt præfati Ordinis Religioſi ad cuſtodiam pro tempore deputati dira paſſi ſint, & patiantur in dies, attento Turcharum, ſive Barbarorum Dominio, juncta ſchiſmaticorum Græcorum perfidiâ & æmulatione, à quibus, & aliis quoque ſchiſmaticis nationibus, excitati Civitatis & Regionis Rectores, falſis & calumnioſis accuſationibus, tyrannidem ſæpè ſæpiùs in pauperculos exercent Religioſos, prout nonnulla in progreſſu Hiſtoriæ hujus compendioſè adnotabimus.

CAPUT XIV.

De ſtudio Clementis VI. pro Græcorum unione; dilatanda Fide; necnon & bello inferendo adversùs Turchas.

898 INfecto prorsùs unionis tractatu ſub Andronici junioris Imperio, & Benedicti XII. Pontificatu: His vitâ functis, & devoluto Imperio ad Joannem Andronici filium, Proceres, ſub quorum clientela erat Imperii adminiſtratio, attentâ Imperatoris pueritiâ, ut præfati ſumus, in dies magis, ac magis Turcico flagello vexati, ut ad Romanæ Eccleſiæ ſinum redirent, Clementis opem flagitarunt, ſuumque ergà Apoſtolicam Sedem ſtudium ampliſſimis explicuere verbis; nam decretâ Legatione, miſſus eſt ex parte Græcorum ad præfatum Pontificem Philippus à Sancto Germano de partibus Sabaudiæ oriundus, qui etiam verbo exponeret arduas, quibus premebantur anguſtias Græci, ac illorum promptitudinem parendi, ſive ſubjiciendi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac inde ſolicitaret præfati Pontificis animum, quatenùs opem & operam præſtaret, ut Latinorum auxilia ad ſubveniendum periclitanti Imperio praſtò eſſent. Clemens ergò perhumaniter ſuſcepto Legato, lectis literis, & oretenùs quoque informatus, miſeratione commotus, ut ad præfatam faciliùs alliceret unionem, reſcripſit, non ſolùm ſe paratum eſſe poſtulatas cōtra Turchas auxiliarias Latinorum copias tranſmittere, verùm & contra Tartaros, à quibus pariter præfatum vexabatur Imperium, dummodo cum effectu reunirentur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, proponens ob oculos ovilis Dominici, unum eſſe Paſtorem, nec alium, quàm Romanum Pontificem; Conſtantinopolitanumque Imperium, dùm in hujus clientela & veneratione ſtetit, ſcientiæ & armorum, gloria effloruiſſe. Literas verò exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCXLIII. ſub num. 12. ad hunc videlicèt modùm ſe habentes.

Magnifico Viro J[illegible]nni Imperatori Græcorum Palæ[illegible]go, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

899 ,, Munificentiæ tuæ literas per dile-
,, ctum filium nobilem virum Philippum de
,, Sancto Germano Nuncium tuum, oriun-
,, dum de partibus Sabaudiæ, noſtro Apoſto-
,, latui præſentatas, benignè recepimus, &
,, tam ea, quæ continebantur in eis, quàm
,, quæ idem Nuncius ſub credentia ſibi con-
,, ceſſa per dictas literas explicare coràm no-
,, bis pro parte tua curavit verbotenùs, ple-
,, no collegimus intellectu: Cùmque tam
,, per ipſas literas, quàm ea, quæ idem Nun-
,, cius verbo, ut præmittitur, explicavit:
,, affectum magnæ devotionis, & reverentiæ
,, nobis & Apoſtolicæ Sedi obtuleris; ac ex-
,, preſſis diris oppreſſionibus, moleſtationi-
,, bus & afflictionibus, quas gens illa natio-
,, nis Turchorum fœtidæ inimica Fidei chri-
,, ſtianæ, ad confuſionem & exterminium
,, Chriſtianitatis aſpirans, tibi & populo
,, Græcorum intulit præſumptuoſis, & ter-
,, ribilibus auſibus hactenus, & inferre cru-
,, deliùs non deſiſtit, præſtari tibi, & ejuſ-
,, dem Græcis adversùs Turchorū prædicto-
,, rum infidelium potentiam, & malitiam
,, Galearum & vaſorum navigabilium arma-
,, torum, & munitorum Latinis hominibus,
,, ſubſidium per nos & Romanam Eccleſiam
,, poſtulaveris.

900 „ Eidem magnificentiæ breviter ſuper iis reſpondemus, quòd nos dudùm, non ſine compaſſione magna, & ingenti dolore cordis, auditis diris & gravibus moleſtationibus & afflictionibus, quas prædicti Turchi, omni humanitate poſtpoſita, Chriſtanis, & fidelibus Romaniæ, & aliarum tranſmarinarum partium intulerant, & etiam inferebant, non valentes pietatis paternæ viſcera claudere ſuper his, nec volentes, pro defenſione fidelium & Chriſtianorum dictarum partium, ac repreſſione præfatorum Turehorum infidelium, certum Galearum & vaſorum hujuſmodi ſufficienter armatorum & munitorum, ordinavimus ſubſidium exhibendum; volentes indubiè te tenere, quòd ſi tu, ac Græcorum Clerus & Populus rejectâ infectione illius execrandi ac damnandi ſchiſmatis, quod eos damnabiliter à *Sacroſancta* Romana Eccleſia Matre omnium Fidelium & Magiſtra diviſit, per unionem ſalutarem Deo placabilem, Mundo acceptabilem, & ſaluti animarum multipliciter fructuoſam ad Matrem rediretis eandem; & diligenter attento, quòd Dominus noſter Jeſus Chriſtus unicum eſſe ovile ovium ſuarum & unum paſtorem eſſe voluit, ſicut in Evangelio continetur, & in Apoſtolorum Symbolo Fides profitetur catholica, unam eſſe Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, quam ipſe Dominus Jeſus Chriſtus in ſeipſo lapide angulari fundavit, & ejus Magiſterium Principi Apoſtolorum, Beato Petro videlicet, cui, licèt inſufficientibus meritis ſucceſſimus in Apoſtolatus dignitate commiſit, vos ſub eodem ovili, extra quod non eſt alicui gratia, neque ſalus, reducere curaretis; Nos & ipſa Eccleſia, vobis gaudioſis amplexibus occurrentes, intra noſtra reciperemus præcordia, & ad defenſionem veſtram non ſolùm contra Turchos ipſos, ſed Tartaros & alios veſtros & Fidei catholicæ inimicos hoſtes, quantùm poſſemus, defendere ac tractare, tanquam prædilectos & chariſſimos filios, amplis ſavoribus, & opportunis gratiis proculdubiò ſtuderemus.

901 „ Et utinam tua & populi Græcorũ perpenderet prudentia diligenter, quòd ex reunione hujuſmodi, præter commoda ſpiritualia, quæ vobis affluenter provenirent, exinde multa bona temporalia reſultarent; nam, ut communis & vulgaris habet narratio, & antiqua geſta teſtantur, quamdiù Græcia ſub devotione ac unitate ipſius Eccleſiæ Romanæ ſe tenuit tanquam Matris, præ aliis Mundi nationibus ſcientiarum præcellentia floruit, & militari potentia victorioſè præfulſit. *Datum Avenione* XII. *Kal. Novembris, Anno ſecundo.*

902 Eodem tempore alias ad diverſos Principes in Græcia conſtitutos, qui ad præfatam videbantur inclinare reunionem, fecit literas, & quidem ad Alexium Magaducam, ad Demetrium Græciæ Deſpotam, ad Joannam Andronici Viduam, & ad Iſabellam de Rochetta, quæ pariter ad ejurandum ſchiſma diſpoſita videbatur, Porrò ad Senatores & Græciæ Proceres univerſos, ad Patriarcham, & univeſſos Græcorum Epiſcopos, & Archiepiſcopos, necnon & Monachos de Monte Atho, graviſſimas etiam hortatorias pro reunione pariter literas fecit, quarum duas recitabimus ex Raynaldo, quæ ſcilicet data eſt ad Patriarcham & Epiſcopos, & quæ ad Senatores & Proceres: prima ergo ad hunc ſe habet modum.

Clemens Epiſcopus &c. Dilectis in Chriſto Fratribus Patriarchæ, & univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis Græcorum, ſpiritum gratiæ ſalutaris.

903 „ Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus pro redemptione humani generis ſub forma ſervi veſtem noſtræ mortalitatis aſſumens, reprobatâ quondam propter ingratitudinem perfidiâ Judæorum, & oblato Synagogæ, quæ tempus viſitationis ſuæ non cognovit libello repudii, Sacroſanctam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam; congregatam in unum ex gentibus & Judæis, qui oculos illuminatos habentes viam veritatis & fidei cognoverunt, ipſe lapis angularis utrumque conjungens parietem, & utraque unum faciens, in ſponſam ſibi ſpecialiter præelegit, eamque ſanctificans, & mundans aquæ lavacro in verbo vitæ, glorioſam exhibuit ac ſanctam & immaculatam effecit, juxta quod in Canticis Canticorum legitur: *una eſt ſponſa mea, electa mea, immaculata mea.*

904 „ Ipſe quoque Dominus Ieſus Chriſtus unum eſſe ovile ovium, & unum Paſtorem in Evangelio proteſtatur: & in Apoſtolorum Symbolo unam eſſe Catholicam Eccleſiam fides Catholica profitetur, quam ipſe Dominus in ſeipſo lapide angulari probato, pretioſo, vivo, ab ædificatoribus reprobato, à Deo tamen electo & honorificato fundavit, & ejus Magiſterium Apoſtolorum Principi, Beato Petro videlicet, cui, licèt inſufficientibus meritis, in Apoſtolatus ſucceſſimus dignitate, conceſſit, inquiens: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: & paulò poſt ſubdidit: *Et tibi dabo claves Regni Cælorum: & quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cælis.*

905 „ Et nihilominùs ovium ſuarum curam non ſolùm alicujus Gregis determinati, ſed omnium ad ovile ſuum Dominicum pertinentium univerſaliter verbo tertio repetito commiſit, dicens: *Paſce oves meas*: & quod ejus fides nunquam deficeret, ſe oraſ-

Digitized by Google

„ oraſſe fatetur, loquens ad eum in Evange-
„ lio: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat*
„ *fides tua: & tu aliquando converſus, confirma*
„ *fratres tuos*; ut patenter oſtenderet, non
„ ſolùm ovium, ſed etiam Paſtorum omnium
„ ipſum Vicarium deputare Paſtorem. Quod
„ etiam ſignificanter oſtendit, cùm ipſo appa-
„ rente poſt reſurrectionem Diſcipulis, Pe-
„ trus per mare, cæteri verò Diſcipuli navi-
„ gio pervenerunt. Cui ſoli alibi dixiſſe
„ Dominus legitur: *Duc in altum*: Cùm enim
„ ſinguli determinatas habeant ſibi provin-
„ cias, ſoli Petro, & ejus ſucceſſoribus ipſa
„ tota commiſſa eſt univerſalis Eccleſia, toto
„ orbe diffuſa, nempe ſignum ſingularis Pon-
„ tificii Petri, per quod non navem unam,
„ ut cæteri quique ſuam, ſed ſecundùm ipſum
„ gubernandam ſuſcepit; mare quidem ſæcu-
„ lum eſt, Naves Eccleſiæ deſignantur.

906 „ Quæ quidem Græcorum populus
„ proinde non attendens, aliam ſibi confixit
„ Eccleſiam (cùm ſit unica tantummodo, ut
„ eſt dictum) & ab Apoſtolicæ Sedis unitate
receſſit: nec conſtitutionem Domini, nec
„ Petri Magiſterium imitatur, & inconſuti-
„ lem veſtem Domini, cui crucifixorum ma-
„ nus in aliarum veſtium diviſione pepercit,
„ ſcindere uſque ad hæc tempora per fruſtrà
„ conatur; non advertens prudenter, quòd
„ una Noe tantùm extitit Arca, intra quam
„ ſub uno Rectore quicumque fuerunt, le-
„ guntur in cataclyſmo ſalvati: qui autem
„ extra ipſam inventi ſunt, omnes in dilu-
„ vio perierunt.

907 „ Sanè, quia non libenter ad inſtar
„ illius Paſtoris Evangelici, qui ovem per-
„ ditam, & extra gregem errantem requi-
„ rens ſolicitè, & ipſam repertam imponens
„ ſuper humeros reportavit, nè beſtiarum
„ dentibus devoraretur, ad gregem, pro
„ Græcorum ipſorum, ad eandem unicam
„ Eccleſiam reunione Deo placida, Mundo
„ acceptabili, & animarum ſaluti non mo-
„ dicum profutura, ſi ad hoc, gratiâ præve-
„ niente Divinâ, diſponeretur materia, la-
„ boraremus ſtudiis operoſis; ſuper iis tam
„ magnifico viro Joanni Imperatori Græco-
„ rum Palæologo illuſtri, quàm Principibus,
„ Baronibus, & Nobilibus Imperii Græco-
„ rum, ac Populo Civitatis Conſtantinopo-
„ litanæ per literas ſcribimus opportunas.

908 „ Quocircà univerſitatem veſtram
„ rogamus, monemus, & hortamur in Do-
„ mino Jeſu Chriſto, quatenus præmiſſa, &
„ quod extra dictum ovile Dominicum, cu-
„ jus eſt, ut præmittitur, unus Paſtor, non
„ eſt alicui gratia, neque ſalus, diligentiùs
„ attendentes, vos, qui ejuſdem Græcorum
„ populi eminentiam Præſulatus gerere vi-
„ demini, ad reunionem prædictam veſtra
„ ſtudia dirigentes, tam eundem Imperato-
„ rem, quàm prædictos Principes, Barones,
„ Nobiles, & Populos veſtris monitis & ex-
„ hortationibus ſalubribus ad reunionem
„ hujuſmodi, ut vobis & ipſis perennis vitæ
„ patere valeat aditus, inducatis; Scituri
„ pro certo, quòd ex iis, vel aliis veſtra,
„ vel ſua non quærimus, ſed tantùm veſtra-
„ rum & ipſorum animarum ſalutem, pater-
„ nâ ſolicitudine ſic zelamus, quòd ſi ad uni-
„ tatem Eccleſiæ prædictæ redieritis, veſtra
„ recipere non intendimus, ſed vobis potiùs
„ dare noſtra, & etiam ſi oportuerit nos me-
„ tipſos; ac nos & Sedes Apoſtolica vos, &
„ ipſos recipiemus extenſis charitatis pater-
„ næ brachiis in amplexus, privilegiis, gra-
„ tiis, & opportunis favoribus, & aliis
„ ſicut alios fideles ejuſdem Eccleſiæ nihilo-
„ minus proſequendo; necnon aſſiſtendo vo-
„ bis & ipſis, quantùm fieri poterit, contra
„ Turchos, & alios veſtros, & ipſorum op-
„ preſſores & hoſtes. Datum Avenione XII.
„ Kal. Novembris, Anno ſecundo. *Hactenus ad Epiſcopos*. Senatoribus verò, Proceribus & Græcorum Nobilibus ſcripſit ad hunc modum.

Clemens Epiſcopus &c. Nobilibus viris univerſis Principibus, Baronibus, ac Populis Imperii Græcorum, gratiam in præſenti, qua perducat ad gloriam in futuro

909 „ Si quot & quanta ſpiritualia &
„ temporalia incommoda ſchiſma illud, per
„ quod, procurante hoſte antiquo; qui ſa-
„ luti humanæ invidens charitatis unitatem
„ lædere innata ſibi malitia non deſiſtit,
„ Græcorum Populus unicum ovile Domi-
„ nicum, cujus eſt unus Paſtor, & extra
„ quod non eſt alicui gratia, neque ſalus,
„ exiens & aberrans à Sacroſancta Romana
„ Eccleſia matre ſua multùm damnabiliter,
„ proh dolor! ſe diviſit hactenus, attulerit
„ in Populo Chriſtiano & afferat etiam in-
„ ceſſanter, attenta meditatione penſaveri-
„ tis, & intra veſtra revolveritis præcordia
„ diligenter: profectò credimus, quod ab
„ eodem damnando ſchiſmate, velut à devio
„ periculoſo recedere curabitis, & ad uni-
„ tatem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ma-
„ tris omnium fidelium & Magiſtræ, tan-
„ quam ad viam rectam, qua ſalutis æternæ
„ panditur aditus, redire properabitis feſti-
„ nanter.

910 „ Habet ſiquidem communis, &
„ vulgaris opinio, & antiqua geſta teſtan-
„ tur, quod cum Græcia in ſinu ejuſdem Ec-
„ cleſiæ unitè ac Catholicè foveretur victo-
„ rioſè ac glorioſè inimicos ſuos ſuppedita-
„ bat, & hoſtes, præ aliis Mundi nationi-
„ bus militari potentia, & ſtrenuitate ar-
„ morum præfulgens, & florens nihilominus
„ ſcientiis literarum, aliiſque variis deco-
„ rata virtutum & donorum inſigniis luci-
„ diùs coruſcabat. In quo ſtatu autem ipſa
„ fuerit poſtmodum, & nunc exiſtat Græcia,
ma-

Digitized by Google

„ magiſtra rerum docet experientia. & vos
„ ipſi ex iis, quæ occurrerunt, & occur-
„ runt habere poteſtis, ſi diligenter perpen-
„ deritis, notitiam pleniorem.

911 „ Nos igitur, quibus à Summo Pa-
„ ſtore Domino noſtro Jeſu Chriſto ejuſdem
„ ovilis ſui cura deſuper eſt commiſſa, cu-
„ pientes vos unà cum aliis fidelibus infra il-
„ lud includi, ut inde poſſitis gratiam, quæ
„ perducat ad gloriam promereri, Nobilita-
„ tem veſtram rogamus &c. *Hactenus apud Raynaldum*, qui ait, Pontificem adjungere preces, ut ſtudium ad reintegrandam Orientalia Eccleſiæ cum Occidentali conjunctionem conferant, ex quo ingens apud homines decus, atque apud æternum Numen præmia ſunt comparaturi. *Datum, ut ſupra*.

912 Porrò ejuſdem argumenti ſunt literæ, quas Monachis de Monte Atho, ſive Monte Sancto, ſcripſit eodem tempore, ad quarum calcem preces adjiciens, ait: „ Uni-
„ verſitatem Congregationis veſtræ mone-
„ mus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto,
„ quatenùs præmiſſa, & quod extra unicum
„ Ovile Dominicum, cujus eſt, ut præmit-
„ titur, Dominus Paſtor, non eſt alicui gra-
„ tia, neque ſalus, diligentiùs attendentes,
„ vos, qui, ſicut audivimus, zelum anima-
„ rum habentes, in contemplationis altitudi-
„ ne jugiter perſiſtitis, ac auſteritate vitæ
„ pro quiete Cœleſtis Patriæ acquirenda, vos,
„ ut intelleximus, affligitis, nè lutum dam-
„ nati ſchiſmatis iter veſtrum impediat, &
„ labores veſtros hujuſmodi evacuet à mer-
„ cede, ut Græcorum Clerus, & Populus,
„ inter quos principaliter numerari noſcitur,
„ ejuſdem impedimento rejecto ſchiſmatis,
„ ad unitatem Sanctæ Romanæ Matris Ec-
„ cleſiæ unà vobiſcum redeat, & in Ovili Do-
„ minico prædicto, ut mereatur ſalutem con-
„ ſequi, ſe includat, laborare operoſis ſoli-
„ citudinibus ſtudeatis. *Hactenus ibi*.

913 In literis quoque miſſis ad Alexium Magaducam ſic etiam eſt eum hortatus:
„ Nobilitatem tuam in Domino attentiùs
„ exhortamur, quatenùs intra tua præcor-
„ dia diligenter revolvens, & abſque dubita-
„ tione conſiderans & attendens, quòd extra
„ unicum ovile Dominicum, cujus eſt unus
„ Paſtor ſucceſſor Beati Petri Apoſtolorum
„ Principis, Romanus videlicet Pontifex, Vi-
„ carius Jeſu Chriſti, non eſt alicui gratia,
„ neque ſalus, ut Græcorum populus extra
„ ovile damnabiliter errans hujuſmodi, ſe
„ una cum Magnifico Principe Joanne Græ-
„ corum ipſorum Moderatore Palæologo Il-
„ luſtri reducat ad illud, prout decenter, &
„ utiliter poteris, ſic ſtudioſis ſolicitudini-
„ bus elabores, quòd inde tibi meritorum
„ acquiras cumulum apud Deum, ac noſtram,
„ & Apoſtolicæ Sedis abundanter gratiam
„ merearis.

914 Denique & in aliis eidem Alexio datis VI. Kalendas Novembris literis, hortando pariter ſcribit: „ Nos tibi ad inſtar illius
„ Patris Evangelici, qui filio de regione diſ-
„ ſimilitudinis redeunti, jucundum parat
„ convivium occiſo vitulo ſaginato, volen-
„ tes tibi occurrere gaudioſis amplexibus,
„ teque gratiis ſpiritualibus prævenire, ut
„ cùm ad eandem unitatem veneris, devio
„ relicto ſchiſmatis hujuſmodi, & rejecto,
„ Confeſſor tuus catholicus, quem duxeris
„ eligendum, plenam omnium peccatorum
„ tuorum, de quibus corde contritus, & ore
„ ore confeſſus fueris, remiſſionem impertiri
„ auctoritate Apoſtolica valeat; ſic tamen
„ quòd de his, de quibus alteri fuerit per te
„ ſatisfactio imponenda, illam tibi dictus
„ Confeſſor faciendam injungat, quam tu,
„ dùm vixeris, vel hæredes tui, cùm te de hac
„ vita tranſire contigerit, facere teneami-
„ ni, tenore præſentium indulgemus. *Hæc Clemens*.

915 Per idem tempus recepit Pontifex Guidonis Armeniæ Regis Nuncios ſive Oratores, Fratrem Antonium de Valentia Minoritam, & Virum Nobilem Gregorium de Segio, miſſos à prædicto Rege, ut contra diras & immaniſſimas afflictiones, atque vexationes, quas Sarracenica rabies ad extinguendū in illis partibus Chriſtianorum nomen & gloriam, eorumq; ſanguinem effundandum inferebat, ſubſidium implorarent. Et cùm Frater Helias Ungarus ex Minorum pariter Ordine, cujus mentio ſæpè facta eſt, eodem itidem tempore ex Tartaria ſeptentrionali ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſet, atque expoſuiſſet ſtatum rei Chriſtianæ in præfatis regionibus, & quòd Janibechus Tartarorum Imperator Chriſtianis uſum profitendæ Religionis permitteret; Clemens primùm eidem Imperatori ſcripſit, orans, ut in defendendis Chriſtianis Imperiale ſtudium explicare pergeret, atque ad alendam amicitiam Oratores majorum ſuorum exemplo ad Apoſtolicam Sedem mitteret. Literas exhibent Wadingus & Raynaldus ad Annum Dñi MCCCXLIII. Ille ſub num. 2. hic ſub num. 21. ita ſe habentes.

Magnifico Principi Janibech Imperatori Tartarorum Illuſtri, Deum verum, qui omnia de nihilo, devotè cognoſcere, diligere & amare.

916 „ Ad Sedem Apoſtolicam ſæpiùs
„ extitit multorum relatibus fide dignis per-
„ ductum, quòd progenitores tui Tartaro-
„ rum Imperatores ex innata, & à Deo ſibi
„ inſpirata clementia, Chriſtianos in tuo de-
„ gentes Imperio tractare præteritis tempo-
„ ribus favorabiliter & humaniter curave-
„ runt eos tam divinæ pietatis intuitu, quàm
„ reverentia dictæ Sedis piè manutenendo,

„ & confovendo in ſuis libertatibus, ac ab
„ oppreſſionibus indebitis, violentiis, &
„ injuriis defendendo; permittendo quoque
„ Sacerdotes Catholicos Divina ibidem ce-
„ lebrare Officia, miniſtrare Sacramenta
„ Eccleſiaſtica, & tam Chriſtianis populis,
„ quàm aliis audire volentibus, prædicare
„ liberè verbum Dei. Propter quòd Sedes
„ ipſa, & prædeceſſores noſtri Romani Pon-
„ tifices, ex his gaudii & exultationis rore
„ perfuſi, Nuncios Imperatorum ipſorum,
„ quandoque venientes ad Sedem eandem
„ receperunt placabiliter, eosque gratiis &
„ favoribus prævenerunt, regratiatorias,
„ directivas, & amicabiles literas plerum-
„ què præfatis Imperatoribus dirigendo.

917 „ Et licèt præmiſſa ſæpè læta mente
„ audiverimus, dum ſtatus inferior nos ha-
„ beret, nunc autem ad apicem Summi Apo-
„ ſtolatus aſſumpti, divinâ gratiâ favente,
„ eis tam per dilectum filium Heliam de
„ Ungaria Ordinis Minorum illis in parti-
„ bus diutiùs converſatum, quàm alios fide
„ dignos in noſtra præſentia commendabili-
„ ter recenſitis, exinde tantò ampliùs exul-
„ tavimus, quantò curam Chriſtianorum
„ omnium, ex injuncto nobis deſuper Apo-
„ ſtolicæ ſervitutis officio magis conſpici-
„ mus imminere; ſperantes in eo, qui nun-
„ quam ceſſat à benedictionibus gratiarum,
„ quòd tu laudabilia progenitorum tuorum
„ prædictorum veſtigia imitando, ſuper his
„ erga Chriſtianos eoſdem exuberare favo-
„ res & gratias hujuſmodi non ceſſabis.

918 „ Tuam ſiquidem credimus Magni-
„ ficentiam non latere, quòd in terris & di-
„ tionibus nonnullorum chariſſimorum in
„ Chriſto filiorum noſtrorum Regum Chri-
„ ſtianorum innumera Sarracenorum & alio-
„ rum, qui Fidem chriſtianam non colunt,
„ millia commorantur, qui ab eiſdem Regi-
„ bus tolerantur & confoventur, ac ab in-
„ juriis & oppreſſionibus quorumlibet de-
„ fenduntur, nec aliquis Sarracenorum ipſo-
„ rum & fidem eandem non colentium, vi,
„ metu, vel violentiâ ritum ſuum abnegare,
„ aut Fidem chriſtianam ſuſcipere cogitur;
„ ſed ſi ad eam venire ſpontè, & liberè volu-
„ erit, favorabiliter recipitur & benignè.
„ Rogamus itaque Celſitudinem tuam, &
„ hortamur, quatenus præfatos Chriſtianos
„ in tuo prædicto commorantes Imperio, ad
„ inſtar eorundem progenitorum tuorum
„ habeas commendatos, ipſos defendendo
„ ab injuriis & oppreſſionibus indebitis qui-
„ buscumque, Sacerdotesque permittendo
„ prædictos Divina Officia peragere, propo-
„ nereque liberè quibusvis audire volenti-
„ bus verbum Dei. Nos autem Nuncios tuos
„ & literas, ſi ad nos miſeris, recipiemus
„ favorabiliter & libenter, ac ea, quæ pro
„ parte tua coràm nobis exponere curave-
„ rint, audiemus, tibique viam charitativis
„ & benignis monitis, ſi audire volueris,
„ oſtendemus, per quam tibi gratia in præ-
„ ſenti vita dabitur abundanter à Domino,
„ & tandem poſt decurſum vitæ ipſius æter-
„ næ fœlicitatis gaudia mereberis adipiſci.
„ Datum apud Villamnovam Avenonienſis
„ Diœceſis ix. Kal. Auguſti, Anno Secundo.
Hactenus Clementis literæ ad Janibech.

919 Ceterùm ab exordio ſui Pontificatus ſtudium adhibuit, ut diutina diſſidia inter Franciæ, & Angliæ Reges, & bella ſedarentur, cujus in corde erat valida mittere ſubſidia adversùs Turchas, ut hac via magis Græci ad unionem allicerentur, effulgente tunc reunionis ſpe, ut fati ſumus. Hinc auctor vitæ Clementis apud Bosquetum ait;
„ Hic Summus Pontifex ſatis citò poſt crea-
„ tionem ſuam optans, quòd guerra jam à
„ diù orta inter Reges Franciæ & Angliæ
„ ſedaretur, miſit ad ipſos ſuos Nuncios,
„ Legationis officio fungentes, Dominos
„ Petrum de Pratis Prænestinum, & Anibal-
„ dum Tuſculanum Epiſcopos Cardinales,
„ causâ reformandæ pacis inter eos. *Hæc ille.*

920 In literis porrò datis ad eoſdem Legatos, quas Raynaldus recitat ad Annum Domini MCCCXLII. ſub num. 9. inter plurima conſequuta ex præfata diſcordia damna, clationem recenſet Soldani Babylonici, & Africanorum Regum, qui hac occaſione arrepta, arma in Chriſtianos verterant, ille in Armeniam, hi verò in Granatam, vaſtando, depopulando, Sarracenicam, & Mahometicam dilatando ſuperſtitionem: „ Attendi-
„ mus enim, *inquit*, paternæ ſolicitudinis
„ ſtudio incommoda immenſa, quæ ingerunt,
„ & commoda piaque Dei negotia, quæ im-
„ pediunt, & utinam non extinguant. Quis
„ enim dubitat, quòd ex talibus diſcordiis,
„ atque guerris, non ſolùm Babylonicus ho-
„ ſtis, ſed & alii Reges & Reguli Agareni de
„ partibus Africæ ad occupandas terras
„ Chriſtianorum, & Religionem Chriſtiani
„ nominis extinguendam, ſumpſerunt, ſicut
„ facti experientia docuit, audaciā transfre-
„ tandi, & quòd continuè acriores ſolito, &
„ pernicioſiores moleſtias inferre Chriſtia-
„ norum regibus atque Regnis & populis
machinantur? *Hæc & alia Clemens.* Qui poſt hæc contra Infideles præfatos, præcipuèque Turchas Orientem ferè univerſum ſibi ſubjicere tentantes, Crucem prædicare juſſit, datis ſubjectis literis ad Archiepiſcopum Mediolanenſem, & Suffraganeos.

Clemens Epiſcopus &c. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, ejuſq; Suffraganeis.

921 Jamdudùm & nuper etiam, prout
„ evidentia facti, proh dolor! notum red-
dit,

„ dit, non ſine amaritudine mentis accepi-
„ mus, quòd gentes illorum infidelium Pa-
„ ganorum, quæ vulgari linguâ Turchi vo-
„ cantur, ſitientes ſanguinem populi chri-
„ ſtiani, & ad extinctionem catholicæ Fidei
„ anhelantes, collectis ſuæ viribus nationis
„ à certis retrò continuatis temporibus cum
„ maxima quantitate lignorum Navalium
„ armatorum in partibus Romaniæ, & aliis
„ lociis fidelium convicinis eiſdem, Chriſtia-
„ norum fines per mare fuerunt ingreſſi, &
„ Chriſtianos & Loca, ac Inſulas eorundem
„ atrociter ſevientes, per mare diſcurrerunt
„ hactenus, & non deſinunt diſcurrere in-
„ ceſſanter, damnificantes & depopulantes
„ Loca & Inſulas Chriſtianorum partium ea-
„ rundem, ipſasque incendio miſerabili ſup-
„ ponentes, & (quod nefandiùs eſt) Chri-
„ ſtianos eoſdem in prædam abducunt & ſub-
„ jiciunt horribili & perpetuæ ſervituti, ven-
„ dentes eos ut Animalia, ipſoſque ad ab-
„ negandum Fidem catholicam compellen-
„ tes; quòdque Inſulam Nigropontis diver-
„ ſis temporibus & vicibus cum eorum ini-
„ qua potentia, & furore ſæviſſimæ feritatis
„ hoſtiliter invaſerunt, & poſt depopulatio-
„ nes, incendia, cædes, & ſpolia per Infide-
„ les ipſos in ipſa dicta, & aliis Inſulis, ac
„ Terris dictarum partium immaniter per-
„ petrata, innumerabiles perſonas fidelium
„ eorundem cœpiſſe, ipſaſque in ſervitutem
„ prædictam redegiſſe, proh dolor! aſſe-
„ runtur.

922 „ Cùm autem de hujuſmodi pravis
„ conatibus & oppreſſionibus, quos fera Pa-
„ ganitas in eoſdem fideles ſic exercet atro-
„ citer, in intimis doleamus, & proptereà
„ vias & modos exquiſiverimus, ut ſtatui
„ dictorum Chriſtianorum ſic oppreſſo poſ-
„ ſemus viriliter providere: tandem diligenti
„ tractatu ſuper his habito, duximus ordi-
„ nandum, ut certa armata Galearum per
„ nos in iſto primo anno realibus ſubſidiis de
„ noſtra Camera, licèt ſit multis expenſa-
„ rum oneribus aggravata, & indè ſpiritua-
„ lium & Eccleſiaſticorum ſubſidiis adjuvan-
„ da, necnon chariſſimum in Chriſto filium
„ noſtrum Hugonem Regem Cypri illuſtrem,
„ ac dilectos filios Magiſtrum & Fratres Ho-
„ ſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, &
„ Nobilem Virum Ducem Venetiarum, &
„ quoſdam alios in inſtanti fiat pro ſuccurſu
„ & defenſione fidelium prædictorum, uſque
„ ad triennium duratura; & quòd hujuſmo-
„ di Galeæ bellatoribus, & aliis gentibus
„ opportunis, & armis benè munitæ apud
„ dictam Inſulam Nigropontis in inſtanti fe-
„ ſto omnium Sanctorum debeant convenire
„ contra Infideles eoſdem, auctore Domino,
„ viriliter profecturæ.

923 „ Licèt igitur aſſiduè cogitemus,
„ quomodò & qualiter negotium ipſum ad
„ Dei laudem & gloriam, & non ſolùm ad
„ defenſionem catholicæ Fidei, & profeſſo-
„ rum ejuſdem, ſed etiam exaltationem ipſius
„ fæliciter proſperetur; & pro fæliciori pro-
„ ſecutione ipſius decimas reddit∙uum & pro-
„ ventuum Eccleſiaſticorum in certis Terris,
„ & Provinciis, & partibus conſiſtentium, &
„ aliqua alia ſubſidia duxerimus concedenda;
„ quia tamen negotium ipſum, quod maxi-
„ ma expenſarum profluvia requirit, majo-
„ ribus ſubſidiis noſcitur indigère, ac ad il-
„ lud coadjuvandum fidelium charitativa
„ ſubſidia exiſtunt plurimùm opportuna,
„ fideles eoſdem ad hoc quibuſdam ſpiri-
„ tualibus munificentiis, Indulgentiis vide-
„ licet, & remiſſionibus providimus invi-
„ tandos,

924 „ Quocircà Fraternitati veſtræ per
„ Apoſtolica ſcripta committimus & manda-
„ mus, quatenùs ſtatum miſerabilem Chri-
„ ſtianorum dictarum partium attendentes,
„ tanquàm præcones fideles, & fortes Athle-
„ tæ Fidei contrà Innfideles eoſdem, ſinguli
„ videlicet veſtrum in ſuis Civitatibus, &
„ Diœceſibus per vos, & alias Perſonas Ec-
„ cleſiaſticas Sæculares, & Regulares Ordi-
„ num quorumcumque, quas ad hoc idoneas
„ fore noveritis, Chriſtifidelibus, juxtà da-
„ tam vobis, & eis à Deo prudentiam, pro-
„ ponatis publicè verbum Crucis, & vene-
„ rabile ſignum ejus quibuſvis fidelibus illud
„ ſuſcipere devotè volentibus concedatis,
„ ipſorumq; humeris imponatis, fideles eoſ-
„ dem, quos ad audiendum propoſitionem
„ ipſam, quotiès expedierit, ad loca idonea
„ convocare poſſitis, ſolicitis exhortationi-
„ bus & opportunis inſtantiis inducentes, ut
„ ipſi ſuſcipientes cum reverentia ſignũ Cru-
„ cis, illudque ſuis cordibus imprimentes,
„ contra Infidelium prædictorum perfidiam
„ inſurgant viriliter, & negotium ipſum fer-
„ venter aſſumant, & ferventiùs proſequan-
„ tur. *Hucuſquè Clemens apud Raynaldum*,
qui ſubjungit, Pontificem Indulgentiarum
præmia proponere piam militiam profeſſuris.
Datæ ſunt apud Villamnovam Avenionenſis
Diœceſis, ſecundo Kalendas Octobris, Anno
ſecundo.

925 Ejuſdem argumenti, & iiſdem verbis
conceptas fecit literas ad alios Archiepiſco-
pos, & Epiſcopos Italiæ Sardiniæ, Dalma-
tiæ, Ungariæ, Poloniæ, Galliarum, Hiſpa-
niarum, Angliæ, Germaniæ, Bohemiæ, Li-
voniæ, Sveviæ, Norvergiæ, aliarumq; Chri-
ſtiani Orbis Provinciarum. Sed quoniam
complures Europę Principes eant diverſis bel-
lis impliciti, talis expeditio ſolùm facta fuit
per Ducem Venetum, Regem Cypri, Magi-
ſtrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymi-
tani, ipſumque Pontificem: Conflata eſt
Claſſis viginti Galearum, quarum quatuor
à Rege Cypri mitterentur, à Duce Venetia-
rum quinque, ab Hoſpitalariis ſex, ab Hæ-
redibus quondam Nicolai Semlta una, & ab
ipſo

Digitized by Google

ipſo Pontifice quatuor, ut indicant Clementis literæ, datæ ad Helinum de Villanova Magiſtrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani. Præfuit antedictæ expeditioni Henricus Patriarcha Conſtantinopolitanus Apoſtolicæ Sedis Legatus, qui fœliciter rem geſſit; nam primo congreſſu, Smyrna munitiſſima Civitas, undè hoſtis in fideles Chriſti erumpebat, ſub Crucefignatorum poteſtate redacta eſt. Extant gratulatoriæ, & lætitiâ refertæ Clementis literæ pro ſubacta Smyrna, datæ ad Ducem Venetiarum, tenoris ſequentis.

Dilecto filio Nobili Viro Andreæ Dandalo Duci Venetiarum.

926 „ Auditis & intellectis per literas, nuper noſtro Apoſtolatui præſentatas, fœlicibus & lætabundis de illa glorioſa victoria, quam ſuper erectione de manibus Turchorum infidelium, & hoſtium Fidei chriſtianæ, ac captione triumphali & victorioſa illius Caſtri de Smyrnis fortiſſimi & inſignis cum Portu Maris, & Fortalitiis, proſtrationeq; gentis oatioois eorundem Turchorum fœtidæ, quæ habitabat, ſeu erat ibidem, ſicut literæ ipſæ deſcribunt pleniùs, in feſto Beatorum Apoſtolorum Simonis & Judæ proximo præterito, ille Rex excelſus & potens, qui omnia palmo concludens cœleſtia ſimùl & terrena ſua omnipotentia moderatur, per miniſterium Venerabilis fratris oostri Henrici Patriarchæ Conſtantinopolitani Apoſtolicæ Sedis Legati cum noſtris, ac tuis & dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Galeis ad partes illas propterea dudùm miſſis, & earum apparatibus, virorum videlicèt ſtrenuorum Catholicorum in eis exiſtentium, & ſua clementia contulit Populo chriſtiano; cor noſtrum exultavit in Domino, & ci pro tanto gratiarum munere non ceſſavimus, nec ceſſamus vitulum exſolvere labiorum; Nobilitatem tuam ſuper nunciatis nobis celeriter eiſdem gaudioſis rumoribus cum gratiarum actionibus multipliciter ln Domino commendantes, & nihilominùs attentè rogantes eandem, quateoùs quæ ad tuam ulteriùs de illis partibus deducta notitiam fuerint, nobis nunciare quantociùs tuæ circumſpectionis prudentia non omittat. Datum Avenione x.Kal. Januarii, Anno tertio. *Hactenus Clemens*.

927 Sed & Chriſtianos Reges, præcipuè Philippum Francorum, Joannam Reginam, illiuſque oatu majorem filium Joannem Normandiæ Ducem, & Eduardum Angliæ Regem, ut eos ad ſacri belli ſocietatem pelliceret, de ſubacta à Crucefignatis Smyrna, certiorea fecit; & in literis datis Eduardo Regi Angliæ, qui continuis bellis rem chriſtianam io Europa perturbabat, hortamenta & monitiooem adjecit, quatenùs deſiſteretad inferendum Chriſtianis bellũ, armaq; ſua contra chriſtiani nominis verteret hoſtea: „ Rogamus itaque Serenitatem Regiam, *inquit*, & attentiùs in Domino exhortamur, quatenùs quæ, quaota, & qualia Principes Catholioi ad ejuſdem dilatationẽ Fidei, ac ſuæ ſalutis & honoris augumentum poſſent agere his temporibus, ſi guerris & diſſenſionibus ſuis ceſſantibus inteodere circa talia procurarent, conſideraoter attendens, tu, fili chariſſime, quem ad talia & ſimilia inter cæteros Priocipea Catholicos Orbis terræ aptum, convenientem, & idoneum reputamus, ad vias pacificas ſuper guerris tuis animum regium dirigas, habilites affectualiter & inclines, ut ln iis, quæ Dei ſunt, tuiſque honori & ſaluti congruunt, intendere, ſicut deſideranter affectamus, ſicque vires tuę fortitudinis valeas exercere, quòd poſt curſum vitæ præſentis de Regno temporali, quod obtioes, coronam Regni merearis accipere ſempiterni. Dat. Avenione Kal. Februarii, Anno III.

928 Inter hæc verò, acceptâ Clemens Regis Armeniæ Legatione, de qua ſupra fati ſumus, qua ſtudium erga Sedem Apoſtolicam verborum officiis explicuerat, reſcripſit eidem in hæc verba,

Clemens &c. Chariſſimo in Chriſto filio Guidoni Regi Armeniæ Illuſtri.

929 „ Pridem ad noſtram venientes præſentiam, & tuæ Celſitudinia literas præſentantes Venerabilea Fratres noſtros Joannem Maſcaren. & Antonium Trebéſonen. Epiſcopos, ac dilectos filios Danielem Armenum Ordinis Fratrum Minorum, & Nobilem Virum Gregorium de Sargiis militem Ambaſſiatores & Nuncios Regios, benignè recepimus, & quæ ipſi ſuper ambaſciata ſua curaverunt coràm nobis proponere, præaudivimus, & pleno collegimus intellectu. Et quamvis, fili chariſſime, tam ex propoſitis per Ambaſſiatores & Nuncios, quàm aliorum fide dignorum relatibus comperimus nimiùm diſplicenter, quòd per nonoullos Armenos contra veritatem Fidei catholicæ, quam ad ſalutem docet, tenet, & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia Mater omnium fidelium & Magiſtra, foventur, tenentur, & docentur in aliquibus Articulis execrandi & deteſtandi errores in aliquibus partibus dicti Regni; ſperamus tamen, quòd tu, fili dilectiſſime, qui, ſicut lætanter admodùm intelliximus, velut Princeps chriſtianiſſimus, & ejuſdem Fidei ſplendore præfulgidus ad eam colendam & dilatandam ſtu-

„ ſtudiis devotis, & ferventibus te impen-
„ dis, ad tollendos, & radicitùs extirpandos
„ hujuſmodi & quosvis errores alios, obnu-
„ bilantes claritatem ejuſdem ſidei, de medio
„ fidelium dicti Regni, operoſis tibique
„ apud Deum non parùm meritoriis ſollici-
„ tudinibus effectualiter laborabis. Ex quo
„ quidem, ſi hoc, ut deſideranter optamus,
„ & efficaciter petimus, feceris, proculdubiò
„ tuus & Regni tui prædicti ſtatus conti-
„ nuis proſperabitur ſucceſſibus: & Eccleſia,
„ quæ ſic cum fide ipſa communionem habet
„ indiviſibilem, quòd unà in honore non
„ habita, nequit altera honorari, nec dero-
„ gatur quomodolibet fidei, quominùs Ec-
„ cleſiæ detrahatur, tibi tanquam prædile-
„ ctiſſimo filio intra ipſius Eccleſiæ brachia
„ dulciier recumbenti, aderit quantùm po-
„ terit conſiliis, auxiliis, & favoribus op-
„ portunis: & nihilominùs ex his, & aliis
„ tuis meritoriis operibus, quibus adſiſtente
„ tibi gratia illius, qui dat regnare Princi-
„ pibus, ut in Domino confidimus, inſuda-
„ bis, poſt coronam Regni temporalis, quòd
„ obtines, coronam perennem, & immarce-
„ ſcibilem Regni conſequeris ſempiterni.
„ Datum apud Villamnovam Avenionenſis
„ Diœceſis III. Idus Septembris, Anno III.
Hæc Clemens. Sed quinam fuerint ſubintro-
ducti in Armenia errores, explicat idem
Pontifex in literis datis menſe Maii, ad Pa-
triarcham, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Ab-
bates, Decanos, Præpoſitos, Archidiaconos,
Archipreſbyteros, univerſos Eccleſiarum
Prælatos & Rectores, cæterasque perſonas
Religioſas & ſæculares Regni Armeniæ, re-
latis à Raynaldo ad Ann. Dñi MCCCXLIV.
ſub num. 8, immediatè poſt ſupra recitatas,
quæ quidem ad hunc modum ſe habent.

*Clemens Epiſcopus &c. Venerabilibus Fratri-
bus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis
filiis electis Abbatibus &c. in Armenia ma-
jori Imperii Pexſidis, & aliis Orientalibus
& ultramarinis partibus conſtitutis Fidei ca-
tholicæ proſcſſoribus.*

930 „ Habet fide digna multorum, licèt
„ diſplicibilis admodùm & infeſta relatio,
„ quòd nonnulli pſeudoreligioſi, ſub pelle
„ ovina, voracitatem gerentes lupinam, in
„ Armenia Majori Imperii Perſidis, & aliis
„ Orientalibus & ultramarinis partibus (ubi
„ populus, qui olim inveterati ſchiſmatis
„ fermento infectus, & aliis erroribus invo-
„ lutus, nunc gratia illius, qui omnem ho-
„ minem venientem in hunc Mundum illu-
„ minat, faciente per prædicationes Reli-
„ gioſorum & aliorum Catholicorum Viro-
„ rum, rejecto ſchiſmate hujuſmodi, & er-
„ roribus præfugatis, viam veritatis agno-
„ ſcit, & in unitate Fidei catholicæ, ac
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ devotione con-
„ ſiſtit) fideles partium earundem, & ma-
„ ximè perſonas ſimplices, per falſas, erro-
„ neas, & hæreticales prædicationes, & per-
„ ſuaſiones doloſas, à via veritatis hujuſmo-
„ di, quæ ducit ad vitam æternam, deviare,
„ & ſecum ad præcipitium damnationis pe-
„ rennis trahere ſatagentes, inter cæteros
„ errores & hæreſes hujuſmodi, quibus fide-
„ les eosdem ſubvertere, ſicut præmittitur,
„ moliuntur, falſo & hæreticali modo aſſe-
„ rere, dogmatizare dicuntur, eandem Ro-
„ manā Eccleſiam non eſſe ſanctam, nec fœ-
„ licis recordationis Clementem V. Joan-
„ nem XXII. & Benedictum XII. quoſdam-
„ que alios Romanos Pontifices prædeceſſo-
„ res noſtros fuiſſe veros Paſtores Eccleſiæ,
„ nec valere quæ facta fuerunt per ipſos, ſed
„ quòd principalis auctoritas in paucis Reli-
„ gioſis remanſit. Quæ quidem hæreticales &
„ falſæ præſumptiones horrorem in cordibus
„ audientium generant, & exinde univerſa
„ congregatio fidelium, quæ ipſam Roma-
„ nam Eccleſiam, tanquam Matrem omnium
„ Magiſtram, catholicam, unicam & ſan-
„ ctam; præfatosque Romanos Pontifices
„ veros Paſtores, Chriſti Vicarios, & Patres
„ Univerſalis Eccleſiæ ac fidelium omnium
„ extitiſſe, Religione catholica profitetur,
„ non modicum conturbatur.
931 „ Cùm autem prædicti venenoſi &
„ mortiferi errores & hæreſes ſint à cunctis
„ Chriſtifidelibus radicitùs, nè in pernicioſam
„ poſſint creſcere ſegetem, extirpandi, & dog-
„ matizatores eorum tanquam falſi hæretici,
„ & inimici Fidei orthodoxæ perſequendi,
„ & pœnis debitæ ultionis plectendi, uni-
„ verſitatem veſtram requirimus, & in Do-
„ mino attentiùs exhortamur, vobis per
„ Apoſtolica ſcripta nihilominùs diſtrictiùs
„ injungendo mandantes, quatenùs tanquam
„ veri ejuſdem orthodoxæ Fidei zelatores,
„ adversùs falſos & proditores Religioſos
„ prædictos, adverſarios ipſius fidei, &
„ cunctorum profeſſorum ejuſdem perſecu-
„ tores & hoſtes potenter & viriliter exur-
„ gentes, ipſos aut quosvis fautores, de-
„ fenſores, & adjutores eorum non recipia-
„ tis, nec miniſtretis eiſdem quæcumque
„ neceſſaria, ſeu conſilium, auxilium, vel
„ favorem quomodolibet impendatis, nec ab
„ aliis, quantùm in vobis fuerit, recipi,
„ miniſtrari neceſſaria, ſeu auxilium, conſi-
„ lium, vel favorem præſtari, quomodolibet
„ permittatis: ſed vos Fratres Archiepiſcopi
„ & Epiſcopi, per vos & alios, quos ad hoc
„ duxeritis deputandos, eos ſolerter, &
„ fideliter perquirentes, ubicumque reperti
„ fuerint, ſi, prout, & quando opportunè
„ fieri poterit capiatis, & carceribus man-
„ cipetis, ipſosque ſecundùm ſtatuta Ca-
„ nonum corrigatis, & etiam puniatis, in-
„ vocato ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio
„ brachit ſæcularis &c. Datum Avenione

tv.

Digitized by Google

iv. Kal. Junii, Anno III. *Hactenus Clementis literæ*.

932 Ad hæc verò acceſſit novum & quidem ferventiſſimum Clementis ſtudium in cauſa belli ſacri adversùs Turchas; Cùm enim accepiſſet cecidiſſe eo in bello propè Smyrnas Apoſtolicæ Sedis Legatum Henricum Cardinalem, de quo ſupra, aliosque præfatæ ſacræ Militiæ primarios Duces à Sarracenorum multitudine, Marbaſſano Duce, exinopinatè circumfuſos, dolens Pontifex, ac mœrens cuncta reſtaurare aggreditur, ſelecto in Apoſtolicæ Sedis Legatum, loco prædefuncti, Raymundo Epiſcopo Morinenſi, & pro Galearum Duce & Capitaneo Bertrando de Baucio milite ſtrenuo, ac in rebus bellicis peritiſſimo, ut literæ ejuſdem Clementis datæ Avenioni xv. Kal. Aprilis, ſui Pontificatus Anno III. ad Eduardum Scotiæ Regem, & aliæ ſub v. Idus Maii datæ ad Philippum Regem Franciæ, docent. Sed quoniam inſtante præfato Rege Franciæ, coactus fuit Clemens revocare antefatum Epiſcopum Morinenſem, officium Apoſtolicæ Sedis Legati commiſit Franciſco Archiepiſcopo Cretenſi, ad quem extant literæ datæ xv. Kal. Auguſti, Clementis Pontificatus Anno IV. itaque inter univerſa ſtudia ipſius, pro excitandis Chriſtianis Principibus, ac populis ad ferendum ſubſidium præfatis militibus Cruceſignatis, iterùm Crucem prædicare fecit, datâ commiſſione Superioribus Mendicantium Ordinum, ut in ſingulis Provinciis quatuor, vel plures Concionatores inſtituerentur, qui populos ad ſuſcipiendum Crucis Symbolum cohortarentur. Subiicio ex Wadingo tom. 3. Annalium Minorum in Regeſto Pontificio, hujus argumenti literas datas Miniſtro Generali Ordinis Minorum, quæ ad hunc modum ſe habent.

Miniſtro Generali Fratrum Ordinis Minorum.

933 „ Magnâ repleti mentis amaritudine, tactique dolore cordis intrinſecùs dudùm auditis duriſſimis oppreſſionibus, & ſæviſſimis afflictionibus, qua gens illa Turchorum, blaſphemorum, & perſecutorum crudelium nominis Chriſtiani fidelibus in Romania, & locis circumvicinis degentibus intulerant, & continuè ferali rabie inferebant, paternæ pietatis nequivimus viſcera continere, quominùs eiſdem fidelibus, prout habebat fidem dignorum relatio doloroſa per Turchos prædictos eorum ſanguinem ſitientes, tam per Terram, quàm per Mare impugnabantur hoſtiliter, vaſtabantur ignis incendiis, ſpoliabantur bonis ſuis, vulnerabantur, capiebantur, & ſicut animalia ducebantur in prædam, multis in ore gladii horribiliter interfectis, providere de alicujus opportunæ defenſionis, & protectionis ſubſidio curaremus.

934 „ Ideoque tam per nos & Romanam Eccleſiam, quàm chariſſimum in Chriſto filiũ Hugonem Regem Cypri Illuſtrem, & dilectos filios Magiſtrum & Fratres Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ac Ducem & Commune Venetorum, & quoſdam fideles alios certam armatam galearum tenendam in illis partibus pro certo tempore illùc ordinavimus deſtinandam. Poſtmodùm autem attendentes, quòd negotium hujuſmodi non ſolùm ad defenſiones fidei, & profeſſorum ipſius, ſed ad eandem fidem Catholicam, ad laudem & gloriam Divini nominis, conſolationemque totius cœtus fidelium dilatandam, ampliori egere fulcimento, quod multarum exigebat expenſarum profluvia noſcebatur, ad quæ faciliùs & utiliùs ſupportanda fidelium auxilia & charitativa ſubſidia opportuna multipliciter exiſtebant, ad hoc fideles ipſos quibuſdam ſpiritualibus munificentiis, Indulgentiis videlicet & remiſſionibus providimus invitandos, nonnullis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & eorum ſuffraganeis per noſtra dantes literas in mandatis, ut ipſorum ſinguli, videlicet in ſingulis Civitatibus & Diœceſibus, per ſe ac alias perſonas Eccleſiaſticas Sæculares, & Regulares Ordinum quorumcumque idoneas curarent publicè proponere verbum Crucis & venerabile ſignum ejus fidelibus illud devotè ſuſcipere volentibus, concedendo, & eorum humeris imponendo, & pro præmiſſis ad loca, de quibus eis videretur expediens fideles convocando prædictos, eoſque ſuis ſalubribus exhortationibus commonendo, ut recipientes cum reverentia Signum Crucis, illudque ſuis cordibus imprimentes, contra infidelium prædictorum perfidiam inſurgerent, & negotium ipſum aſſumerent, & proſequerentur viriliter & potenter.

935 „ Ut autem fideles prædicti tantò libentiùs præmiſſa ſtuderent proſequi, quantò ex ſuis laboribus potiorem gratiam, ſe recepturos ſentirent. Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, & illa, quam nobis Deus, licèt indignis, ligandi atque ſolvendi contulit poteſtatem, fidelibus ipſis, qui cum dicta armata, vel aliis in ſuccurſum & ſubſidium Chriſtianorum prædictorum partium Romaniæ contra infideles eoſdem in perſonis propriis, & expenſis ſuis per mare, ſive per terram infra dictum tempus proficiſcerentur, & per unum annum continuè, vel interpolatim, eodem durante tempore in dicti proſecutione negotii laborarent, nec non & illis, qui in eadem proſecutione decederent, vel vulnerati ex illis vulneribus ubicumque morerentur, illam ſuorum pec-

„ peccaminum, de quibus veraciter corde
„ contriti, & ore confeſſi fuerint, veniam
„ duximus indulgendam, quæ concedi tranſ-
„ fretantibus in Terræ Sanctæ ſubſidium
„ conſuevit. Eis autem, qui non in perſonis
„ propriis, ſed in ſuis dumtaxat expenſis,
„ juxta facultatem, & qualitatem ſuam bel-
„ latores idoneos deſtinarent, per tempus
„ prædictum in hujuſmodi proſecutione ne-
„ gotii moraturos, & illis ſimiliter, qui, licèt
„ alienis expenſis, in propriis tamen perſonis
„ illùc accederent, per tempus moraturi ſu-
„ pra ſcriptum, & eis etiam, qui tantùm
„ pro dicto negotio de bonis propriis eroga-
„ rent, quantùm eſſet illùc eundo, per di-
„ ctum tempus morando, & inde redeundo
„ etiam expenſuri, eandem conceſſimus ſuo-
„ rum veniam peccatorum. Hujuſmodi quo-
„ que remiſſionis volumus & conceſſimus
„ eſſe participes, juxtà quantitatem ſubſi-
„ dii & devotionis affectum, omnes, qui ad
„ ſubventionem dicti negotii de bonis ſuis
„ congruè miniſtrarent, & circa præmiſſa præ-
„ ſtarent auxilium & conſilium opportu-
„ num, ſicut in eiſdem literis pleniùs con-
„ tinetur.

936 „ Et licèt, ſicut intelleximus, non-
„ nulli ex eiſdem Archiepiſcopis & ſuffra-
„ ganeis circa præmiſſa exequenda ſatis ſe
„ reddiderint diligentes, ut prædictum ta-
„ men negotium, quod ſicut habet multorum
„ fide digna relatio, Divina pietatis clemen-
„ tia, in pleriſque Mundi partibus ſtupenda
„ miracula operatur ferventibus & ſinceris
„ affectibus proſequimur, ampliùs valeat,
„ auctore Domino, cujus res agitur, proſ-
„ perari, volumus quòd de tuo, ac dilecto-
„ rum filiorum Prædicatorum, Heremita-
„ rum S. Auguſtini, & Beatæ Mariæ de Mon-
„ te Carmelo Ordinibus, de ſingulis eiſdem
„ Ordinibus, videlicet, in ſingulis Provin-
„ ciis per Ordines ipſos deſtinatis, qua-
„ tuor, vel plures, ſeù pauciores Fratres
„ idonei, prout ipſæ provinciæ ampliores,
„ vel ſtrictiores fuerint, & expedire videbi-
„ tur, deputentur, qui ſolemniter in locis
„ populoſis & inſignibus provinciarum ipſa-
„ rum prædicationem & publicationem fa-
„ ciant, ſolemniter, diligenter, & fideliter
„ ſupradictas.

937 „ Quocircà diſcretioni tuæ per Apo-
„ ſtolica ſcripta mandamus, quatenùs in
„ ſingulis provinciis, per eundem tuum Or-
„ dinem, ut præfertur, diſtinctis, aſſumi
„ facias & ordines celeriter dictos Fratres,
„ qui zelum Dei habentes ferventer, & de-
„ votè prædicationem & publicationem hu-
„ juſmodi exequi fideliter adhibitâ diligentiâ
„ & ſollicitudine ſtudeant & complere. Nè
„ autem propter concurrentiam Fratrũ præ-
„ fatorum Ordinum, qui ad præmiſſa, ſicut
„ præmittitur, aſſumentur, oriri valeat diſ-
„ ſenſio, vel ſcandalum ſuſcitari, ſic volu-
„ mus ordinari, quòd in ſingulis eiſdem lo-
„ cis populoſis & inſignibus, Fratres ipſi die-
„ bus Dominicis & feſtivis gradatim & ſuc-
„ ceſſivè, ſicut præcedunt, & ſubſequuntur
„ in proceſſionibus, ad hujuſmodi prædica-
„ tionem & publicationem procedant, ſcili-
„ cet unus Frater ex eiſdem Ordinibus uno
„ die Dominico, vel feſtivo, ſecundo alius
„ alterius Ordinis, & tertio, & quarto alii
„ Ordinum aliorum ſubſequentibus diebus
„ Dominicis & feſtivis quouſquè præmiſſa
„ compleverint, ſolemniter & devotè. Ut
„ autem Fratres ipſi ad hujusmodi officium
„ aſſumendi tantò laborent circà illud ſoler-
„ tiùs & devotiùs, quantò ampliorem fru-
„ ctum ex ſuis laboribus hujuſmodi ſe co-
„ gnoverint percepturos, eos juxta quan-
„ titatem laboris & devotionis affectum præ-
„ dictarum Indulgentiarum volumus eſſe
„ participes & conſortes. Datum Avenio-
„ ne III. Kal. Auguſti, Anno IV. *Hactenus Clementis literæ*.

938 Hæc itaque fuere, & alia plura Clementis ſtudia adverſùs Chriſtianæ fidei hoſtes, ut periclitanti Orientali atque Græcorum Imperio occurreret, Græcoſque ipſos hac via ad reunionem alliceret, ut jam fati ſumus: At quid interea egerunt Græci, quorum erat, pro ſua maximè & totius Imperii ſalute Latinis ſua ſociare arma, ut junctis viribus, communis hoſtis expelleretur, in quale ſcelus proruperunt, ſequenti Capite declarabimus.

CAPUT XV.

De Perfidia Ioannis Cantacuzeni, inito cum Turcis fœdere adverſùs Latinos; ac de iterato Conciliabolo in cauſa Thaborici Luminis, ac Divinarum Operationum.

939 Vitâ functo Andronico, ut præfati ſumus, adminiſtrationem Imperii Græcorum, juxta dicti Andronici diſpoſitionem, ob Joannis puerilem ætatem, ſuſcepit Joannes Cantacuzenus, non ſine Patriarchæ invidia, qui ſibi jure debitam contendebat. Ad idem honoris faſtigium aſpirabat quoque Apocaucus Imperatoris Cubiculi Præfectus; inde civilia exorta non pauca ſunt diſſidia in exitium Imperii Græcorum. Prævalente tamen ab exordio Cantacuzeno, contra jusjurandum Andronico præſtitum, Tyrannidem arripuit, ſuâque non contentus ſorte, ſuorum adhærentium favore, ſpreto Ioanne, ad Imperiale faſtigium evectus eſt, ac Didymothichi coronatus, licèt hac interpoſita conditione, ut ipſe ſcribit lib. 3. cap. 27. hiſtor. videlicet, ut primùm Annæ Auguſtæ, dein filio Imperatori, tertio, ipſi Cantacuzeno, & uxori Irenæ Imperatrici acclamaretur.

tur. Tangit hanc materiam breviter Chal-
cocondylas lib.1. de Rebus Turcicis, in-
quiens: ,, Ut autem Rex exceſſit è vivis,
,, non multò poſt poſtulantibus Græcis,
,, Tutor ad Regni curam allectus eſt, pue-
,, rum tamen nullâ injuriâ affecit. Verùm
,, cùm eum affinem ſibi feciſſet, ut imbellem
,, contemptui habuit, ſpem omnem in Græcis,
,, quantùm ad Regnum retinendum attine-
,, bat, ponendo. *Hæc ille*.

940 Pontifex ergò, Cantacuzeno res
Græcorum moderante, licèt per tyrannidem,
commune attendens Chriſtianorum bonum,
ſtudia non omittebat, augebatque magis, ut
Turcharum coerceretur audacia, quare &
Januenſium Ducem, ut ſuas vires Cruceſi-
gnatis conjungeret, ſollicitavit per literas da-
tas ſub xv. Kalend. Martii, ſui Pontificatus
Anno IV. in quibus inter alia ſcribit: ,, Quia
,, nunc adeſſe videtur tempus acceptabile,
,, ut tam per potentiam dilecti fili nobilis
,, viri Humberti Delphini Viennen. exercitus
,, fidelium contra Turchos eoſdem Capita-
,, nei Generalis, qui cum armatorum comi-
,, tiva ſtrenuus zelo accenſus fidei, ad partes
,, prædictas tranſmarinas eſt profectus, quàm
,, aliorum fidelium paganitatis reprimatur
,, infidelitas, & augeatur in ipſis partibus
,, ad honorem Divini Nominis, conſolatio-
,, nem fidelium, & ſalutem animarum, co-
,, operante divinæ virtutis potentiâ, cultus
ejuſdem Fidei orthodoxæ. *Hæc ille*, qui ejuſ-
dem argumenti literas conſcripſit alias, ut
Piſani, Anconitani, Peruſini, Senenſes, &
Florentini excitarentur ad arma contra Tur-
cas capienda. Paruere Januenſes, qui in-
ſtructa trigintatrium Galearum claſſe, ſub
Vignoſio Duce in Græciam direxerunt.

941 At Cantacuzenus, qui de Pontificis
ſollicitudine lætari debebat, ſuſpicatus for-
taſſe, nè Latinorum arma tandem contra ſe
verterentur, cogereturque ablatum per ty-
rannidem Joanni reſtituere Imperium, pro-
dere Latinos in corde meditabat: ut autem
perfidiam tegeret, ſimulavit ſibi gratiſſima
eſſe Latinorum auxilia, quin & majora opta-
re: cujus rei gratiâ, miſſis Legatis ad Del-
phinum Viennenſem, tùm ſuo, tùm Joannæ
Imperatricis nomine, ſub ſpe redintegrandæ
Orientalis cum Romana Eccleſia conjunctio-
nis, ſocietatem poſtulavit & fœdera: quod
cùm reſciviſſet Pontifex, fœdua inire cum
Cantacuzeno, utpotè tyranno, detrectavit;
cùm Imperatrice verò, ac Joanne Palæologo,
ſanciendum voluit, ſi Græci ad Eccleſiæ ſinùm
eſſent redituri: Quare per Nuncium à Del-
phino miſſum, & per literas eidem Delphino
ſcriptas, reſpondit Clemens: ,, Super cre-
,, dentia, quam præfato Nuncio, ſicut ipſe
,, nobis retulit, ad te dederunt dilecti filii
,, Nobiles Viri Nicolaus Piſanus Capita-
,, neus Galearum Venetorum, & Petrus de
,, Palude miles circa reductionem, ſeù reu-
,, nionem Imperatricis, ac Græcorum Eccle-
,, ſiæ catholicæ procuranda; volumus quòd,
,, quantùm poteris & expedire videris, ac
,, fructum exinde poſſe prodire conſpexeris
,, (proviſo tamen, quòd non illudaris, nec
,, commiſſum tibi principaliter negotium
,, effectu ſuo fruſtretur propter hoc) hujuſ-
,, modi negotium proſequaris, ſciturus,
,, quòd nos favorem, quem honeſtè dare po-
,, terimus ſuper hoc, exhibebimus: & inde
,, nihilominùs præfatæ Imperatrici ſcribi-
,, mus, exhortando per noſtras literas, ſicut
,, vidimus expedire, quarum ſeriem cedula
,, intercluſa præſentibus tibi pleniùs indica-
,, bit. Tractare autem cum Cantacuzeno ad
,, præſens honori noſtro & Eccleſiæ ac tuo
,, propter cauſas, quas refert idem Nuncius,
,, expediens non videtur. *Hæc ille*.

942 Poſtulaverat hoc fœdus Cantacuze-
nus, non ut conjunctis ſuis Latinorum armis
Turcha expelleretur, ſed ut eorundem Lati-
norum auxilio in ſua confirmaretur tyranni-
de, prout rectè deprehendit Clemens, qui
hac de re renuit talem cum eo inire ſocieta-
tem, utpotè derogativam ſuo & Eccleſiæ ho-
nori. At Cantacuzenus ſpe ſua fruſtratus,
negavit primùm ſe hujuſmodi literas ſcripſiſ-
ſe, immò nec ab Imperatrice Joanna miſſas
fatebatur, ſed ab Apocauco, ad quem omnia
belli conſilia referebantur, & qui Joannæ
nomine ad tyrannidem aſpirabat; Deinde
conceptam jam in corde peperit iniquitatem;
nam vocatis in auxilium Turcis, ſuaſit eis,
Imperatricem Latinam genere, & è Principi-
bus catholicis ortam, fœdus cum Romano
Pontifice contra Sectam Mahumeticam coi-
turam, initàque ex hoc cum eis ſocietate,
acrè bellum indixit præfatæ Imperatrici, &
Joanni Palæologo, Latinis inde, & chriſtia-
nis univerſis, qui ſuo non parebant Imperio,
ac brevi, non ſine innumera Chriſtianorum
cæde, & Urbium depopulatione ferè univer-
ſum occupavit Imperium, Regiâ Conſtanti-
nopolis Urbe, & Maris Ægæi Inſulis, quas
Latini tutabantur, exceptis, ut porrò ini-
quitatem adderet iniquitati; Orchano, ſive
Sarchano Turcharum Principi filiam ſuam
matrimonio tradidit, ſive potiùs proſtituit,
& in Concubinam conceſſit. Paucis verbis
hujuſmodi ſcelus refert Chalcocondylas loco
mox citato, inquiens: *At Cantacuzenus cùm
Pupillum Regno privaſſet, Orchanemque data
in uxorem filia affinem aſciviſſet, eum amiciſ-
ſimum & familiariſſimum expertus eſt*.

943 Ex hoc impio fœdere audaciores
effecti Barbari, factâ in Mœſiam irruptione,
univerſam Chriſtianam illam Provinciam
ferro, flamma, rapinis, & libidine miſerrimè
fœdarunt: inde in Europam trajicere aggre-
diuntur. Latini verò Cantacuzeni perfidiam
deteſtantes, in Græcos ipſos arma vertere
moliuntur: At Clemens Papa, verè clemens
diſtulit, eos mandans, nè Græcis bellum in-
fer-

ferrent, ſcribens ad Delphinum Viennenſem ſub datis Avenione xvii. Kal. Julii, ſui Pontificatus Anno V. in hæc verba: „ Tu verò,
„ fili, ſtude providere prudenter, quòd Græ-
„ cos expugnando, vel aliàs non conſumas
„ inaniter tempus tuum, cùm ad expugna-
„ tionem Turchorum hoſtium ejuſdem Fidei
„ catholicæ, ipſamque fidem defendendam
„ contra ipſos, & ampliandam etiam, dex-
„ terâ Domini faciente virtutem, peregri-
„ nari principaliter decreveris, & ad hoc
„ tuę poteſtatis officium ſe extendat.

944 Itaque Pontificiâ auctoritate repreſſi Latini omiſſis Græcis, contra Turchas viriliter pugnarunt, qui diverſis cladibus attriti, territi quoque à Januenſium claſſi, quæ cæteris ſe junxerat Latinis, inducias à chriſtianis flagitarunt: At hi Pontificem conſulere voluerunt, qui propter bella civilia, quæ ferè Occidentem univerſum eâ tempeſtate opprimebant, aſſenſum præbuit, datis literis ad Delphinum Viennenſem ſub xv. Kalendas Decembris, V. ſui Pontificatus Anno, in quibus inter alia ſcripſit: „ Sicut tuę no-
„ bilitatis prudentiam non credimus igno-
„ rare, in Francię, Anglię, Alemannię, &
„ Sicilię Regnis, & Italię, & quaſi omnibus
„ aliis Chriſtianitatis partibus adeo, pecca-
„ tis exigentibus, vigent his temporibus
„ diſſenſiones & guerrę, quòd illi, qui zelo
„ devotionis accenſi ad juvandum negotium
„ Dei, pro quo in partibus tranſmarinis
„ adversùs hoſtes Fidei catholicæ peregri-
„ nari, teque multis laboribus & periculis
„ cum expenſis & ſumptuum profluviis ex-
„ ponere noſceris, propoſuerant, & etiam
„ proponebant, nequeunt adimplere ſuper
„ his vota ſua, nec decimalia & alis ſubſidia
„ propterea impoſita poſſunt exigi & levari.
„ Quamobrem his & aliis occurrentibus
„ conſideratis attentè, non ſolùm expediens,
„ ſed etiam neceſſarium omninò nobis, de
„ concordia & unanimi conſilio Fratrum no-
„ ſtrorum videtur, quòd ad treguas, de qui-
„ bus fiebat in tuis nobis miſſis literis men-
„ tio, faciendas, ineundas meliori, hono-
„ rabiliori, & tutiori modo, quo fieri po-
„ terit, procedatur.

945 Ad hæc vero, & poſt alia iterùm adjecit, nè arma in Græcos verterent, ac nè in illorum diſſidiis, ſe ullo pacto intromitterent, inquiens: „ Ulteriùs, cùm negotium
„ prædictum non ad impugnandum Græcos,
„ ſed ad reprimendum Turchorum infide-
„ lium auſus temerarios, nè fideles partium
„ illarum affligerentur per ipſos, inchoatum
„ extiterit, ſicut noſti, de illo Cantacuzeno
„ & Græcis aliis, de quibus faciebant tuæ
„ literæ mentionem, te factis dictis treguis
„ intromittere, ſicut credimus, non oportet.
Hæc Clemens. Ex quo videre eſt, quàm peramanter tot rebelles filios Clemens pertractaverit: qui non eſt paſſus quidquam mali, cùm poſſet, eis à Latinis inferre.

946 Interea Cantacuzenus ad univerſum ſibi Græcorum Imperium ſubjugandum intentus, occupatis ferè munitionibus, ac nobilioribus Civitatibus, Conſtantinopoli & Theſſalonicâ exceptis, & Æno, conflata in Regia Conſtantinopolis Urbe conjuratione, eam quoque occupare pertentat: nec fruſtrà; nam Civium proditione perruptâ aurea portâ, noctu patuit Cantacuzeno aditus: qui unà cum armatis ingreſſus militibus, ſtatim ad Blachernas Imperiale Palatium aſſultandum greſſus direxit. Quòd cùm primùm reſciviſſet Anna Auguſta, Latinorum Galatæ incolentium auxilia popoſcit, quatenùs cum triremibus & lembis ad Blachernas applicare niterentur. Illi verò, licèt annuiſſent, à Cantacuzeni copiis, & ipſomet proditore populo telis petiti, recedere coacti ſunt. Anna porrò in anguſtiis poſita, ac proditionem quoque timens eorum, qui Imperiale Palatium præſidio tenebant, Aſanis & Palami, quos è cuſtodia dimiſerat, uſa opera, fœdus cum ipſo Cantacuzeno infraſcriptis, ab ipſomet Cantacuzeno lib. 3. cap. 99. relatis legibus, percuſſit, nimirum: „ Ut imperarent ambo
„ Cantacuzenus & Joannes adoleſcens Pa-
„ læologus, ſeque ea invicem benevolentia
„ complecterentur, qua Patres & filii ſo-
„ lent, juniorque ſeniori potiores deferret in
„ omnibus, ac propter ætatem nondùm fir-
„ matam, decem Annos adminiſtratione ce-
„ deret: quibus exactis, æquali auctoritate
„ cum eo imperaret. *Hæc ille*.

947 His firmatis, receptis, ac juratis conditionibus, Cantacuzenus inauguratus eſt Imperator, & ſalutatus Anno Domini MCCCXLVII. ab Andronici junioris obitu, & Joannis Palæologi Imperii Anno VII. Caroli IV. Occidentis Imperatoris Anno Secundo, Clementis VI. Pontificatus Anno VI. Indictione xv. die vi. Idus Febr. Id quod ex præfato Cantacuzeno, loco mox cit. colligitur, ubi ſtatim ſubnectit: „ In has conditio-
„ nes & ipſe Imperator & Anna Auguſta
„ cum filio Imperatore, ut in perpetuum
„ ſervandas, juraverunt. Secundum jura-
„ mentum, qui in Palatio erant, portis re-
„ cluſis, Cantacuzenum Imperatorem acce-
„ perunt v. Idus Februarias, Anno Orbis
„ conditi ſexies milleſimo octingenteſimo
„ quinquageſimo quinto, Indictione quin-
tadecima. *Hactenus Cantacuzenus*. Poſt hæc verò in ipſo Palatio Blachernarum Imperialibus voluit redimiri ornamentis, & ad confirmandam tyrannidem, filiam ſuam Helenam Joanni Palæologo matrimonio junxit. Inde qualis mens ejus fuerat, quando Eccleſiarum unionem optare ſimulabat, & quænam ejus fides, illicò apparuit.

948 Eodem namque Anno, ſuæ tyrannidis primo, ut Palamo pſeudomonaco & hæretico, cujus erroribus & ipſe tractus erat,

rem gratam faceret, novam pſeudoſynodum Conſtantinopoli habendam voluit; occaſionem præbentibus eruditis commentariis de Dei ſimplicitate contra errores Palami ab Ancydino Monacho editis, qui cùm eſſet Barlaami Sectator, contra definita in priori pſeudoſynodo ſub Andronico habita, luculenter ſcripſerat; id quod ægrè ferens Palamus, ſuaſit Imperatori Cantacuzeno, ut coactâ Synodo, prioris Synodi confirmarentur Decreta; Palamus verò, & qui cum eo ſentirent, damnarentur. Aliqua præfatæ pſeudoſynodi acta refert Demetrius Conſtantinopolitanus, apud Raynaldum, ad Annum Domini MCCCXLVII. ſub num. 25. præcipuèque Anathematiſmos, qui in hunc modum fuere pronunciati,

949 ,, Iis, qui dicunt Divinam operatio-
,, nem provenire quidem ex Divina ſubſtan-
,, tia; provenire verò inſeparabiliter, cùm
,, per illud *provenire*, ineffabilem diſtinctio-
,, nem ſignificent; per illam verò particu-
,, lam, *inſeparabiliter*, admirabilem conjun-
,, ctionem oſtendant; *æterna ſit memoria*.

,, Iis, qui confitentur, lumen quod
,, reſplenduit ineffabiliter in monte transfi-
,, gurationis Domini; lumen eſſe inacceſſi-
,, bile, lumen immenſum, & effuſionem in-
,, circumſcriptam Divini ſplendoris, & glo-
,, riam ineffabilem, ac Divinitatis clarita-
,, tem pluſquàm perfectam, Filii gloriam, &
,, Dei Regnum, pulchritudinemque, atque
,, in ſui amorem allicientem circa Divinam
,, & beatam illam naturam & naturalem glo-
,, riam Dei, ac Deitatis Patris, & Spiritus in
,, Unigenito coruſcantem. Et propterea exi-
,, ſtimant increatum hujuſmodi lumen; non
,, tamen aſſerunt eſſe ſuperſubſtantialem Dei
,, ſubſtantiam, tanquam illa penitùs ſit inviſi-
,, bilis & imparticipabilis: Dicunt verò potiùs
,, hoc lumen eſſe gloriam ſuperſubſtantialem
,, ſubſtantiæ, & ab ea proficiſcentem inſepa-
,, rabiliter, atque ſe oſtendentem mente pur-
,, gatis pro ſua benignitate: cum qua gloria
,, Dominus noſter & Deus venturus eſt ſe-
,, cundò ſuo atque tremendo adventu judi-
,, care vivos & mortuos. Æterna memo-
,, ria.

,, Iis, qui non confitentur juxta San-
,, ctorum à Deo inſpiratas Theologias, &
,, pium Eccleſiæ ſenſum diviniſſimum illud
,, lumen neque creatum eſſe, neque ſubſtan-
,, tiam Dei, ſed increatam & naturalem gra-
,, tiam & illuſtrationem, atque operationem
,, ex ipſa Divina ſubſtantia inſeparabiliter
,, perpetuò provenientem; Anathema.

950 Hæc itaque inter alia ex Palami doctrina in antefata pſeudoſynodo definita fuere: quam ſanè putridam doctrinam adèo magnifaciebant pſeudomonachi illi, de quibus in ſuperioribus egimus, & ſuperſtitiones ſectabantur Simonis Abbatis Xerocercienſis, ut non re ad nova Palami dogmata. Vererentur aſſerere præcellere Evangelicam doctrinam, eo pacto, quo hæc præcellit antiquæ legis myſteria; *In omnibus impudentes*, inquit Demetrius, *auſi ſunt dicere, proportionem eſſe, ut ſe habent myſteria legis antiquæ ad traditiones Evangelicas, ita etiam prædicationes Evangelicas ad nova Palami dogmata*.

951 Deinde non conſentiente Joanne Patriarcha hujuſmodi blaſphemiis, in eadem Synodo, ſive pſeudoſynodo depoſitus eſt, annuente Cantacuzeno, ac in ejus loco evectus ad Patriarchale faſtigium fuit Iſidorus Bouchiras impietatis Palami propugnator acerrimus, Palami verò concredita eſt Archiepiſcopalis Sedes Theſſalonicæ. Sed Joannes illatam ſibi injuriam acerbè ferens, coactâ protinùs ſuorum Synodo, reſciſſis pſeudoſynodi Actibus, Palami & ſequacium impietatem ob indictas multas Divinitates, alias ſupereminentes, alias demiſſas, propter admiſſam realem diſtinctionem inter eſſentiam & Divinas operationes, anathemate damnavit. Sic ſchiſmatica Eccleſia novo fœdata eſt ſchiſmate; nam complures etiam ex illis, qui antea Cantacuzeno addicti erant, Joannem Patriarcham ſunt ſequuti, prout non obſcurè innuit ipſemet Cantacuzenus lib. 4. cap. 3. dùm de ſe loquens, ait: *Ab illo & veritate ſe abſtrahentes, ipſum maledictis lacerabant: & hanc mendacio patrocinantes corrumpebant, Barlaami & Ancydini falſa dogmata per veſtigia inſequentes*. Sic catholicam Barlaami & Ancydini doctrinam ſchiſmaticus & hæreticus ſcriptor falſa dogmata appellare non erubeſcit.

952 Cæterùm catholica ſententia eſt, nihil Eſſentiæ Divinæ realiter diſtinctum ſuperaddi; non quidem creatum, quòd ſuæ ſimplicitati & immutabilitati prorsùs repugnat. Eſt namque Deus ſummè ſimplex & immutabilis: Undè Concilium Lateranenſe IV. ſub Innocentio III. in cap. de Fide Catholica, ait: *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd unus ſolus eſt verus Deus, æternus, & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; tres quidem Perſonæ, ſed una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omninò*. Hinc eſt, quòd Divus Bernardus, lib. 5. de Conſideratione, cap. 7. ait: ,, Non eſt compoſitus Deus, merum
,, ſimplex eſt. Et ut liquidò noveris quid ſim-
,, plex, dicam idem quòd unum. Tam ſim-
,, plex Deus, quàm unus eſt; eſt autem unus,
,, & quomodò aliud nihil, ſi dici poſſit, uniſ-
,, ſimus eſt. *Et Sermone* 80. *in Cantica*: So-
,, la, *inquit*, ſumma & increata natura hanc
,, ſibi vendicat meram, ſingularemque ſuæ
,, eſſentiæ ſimplicitatem, ut non aliud, &
,, aliud non alibi, quoque & alibi. *Hæc ille*.
Similia quoque tradit B. Auguſtinus lib. XI. de Civit. cap. 10. inquiens: *Propter hoc itaque natura dicitur ſimplex, cui non ſit aliquid ha-*

Digitized by Google

habere : quòd, vel poſſit amittere, vel aliud ſit habens, aliud quod habet. Semel ergò quod Divinæ Naturæ aliquod realiter ſuperadderetur diſtinctum, eſſet in Deo aliud & aliud, & aliud eſſet habens, aliud quod habet : Id quod ſummæ ejus repugnat ſimplicitati ; quã ſimplicitatem decantans Boetius in lib. de Trinitate, ait.

Simplex eſſe, ſimplex poſſe,
Simplex velle, ſimplex noſſe,
Cuncta ſunt ſimplicia.

953 Sed neque quidquam increatum Divinæ Eſſentię ſuperaddi poteſt realiter diſtinctum, ſive accidens, ſive ſubſtantia ; undè ut accidentia ſuperaddita ab ipſa excludat Divinitate, Auguſtinus lib. 5. de Trinitate, cap. x. agens de Dei magnitudine, ait : *Deus magnus eſt, ſed ſeipſo magno magnus eſt, quia ipſe eſt ſua magnitudo*. Et eodem pacto ſubnectit, dicendum de quocumque divino attributo : *Hoc & de bonitate*, inquit, *& de æternitate, & de Omnipotentia Dei dictum ſit, omnibusque omninò prædicamentis, quæ de Deo poſſunt pronunciari*. Ac ideò cap. xi. ſe iterum explicans, ait : *Ipſe ſic ſua dici poteſt Deitas ipſe ſua magnitudo, ipſe ſua bonitas, ipſe ſua æternitas, ipſe ſua omnipotentia*. Et cap. 12. *Deus ſolus*, inquit, *bonus, magnus, æternus, omnipotens : Ipſe ſibi unitas, Deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia*. Ita & Beatus Athanaſius in Orat. contra Græcos, inquiens : „ Potentia eſt Patris, & Sapientia,
„ & Ratio ; non ſic, ut participatione iſtà
„ ſit, aut hæc ipſi aliundè accidant ; quem-
„ admodùm iis evenit, qui ipſius participes
„ ſunt, & per ipſum imbuuntur ſapientiâ, ac
„ potentes & rationales in ipſo fiunt, ſed eſt
„ ipſa per ſe Sapientia, ipſa Ratio, ipſa Po-
„ tentia, propria Patris ipſa Lux. *Hæc ille*.

Arguit porrò idem Athanaſius in Epiſtola ad Africanos, aſſerentes Filium ſimile eſſe Patri, non tamen Patri conſubſtantialem, hoc ferri non poſſe, cùm ſimilitudo accidens ſit, nullumque accidens ſuperaddi poſſe Deitati, nè compoſitio ex qualitate & ſubſtantia in Deo admittatur : „ Cum veſtra, *inquit*, ſenten-
„ tia, Filius ſimilis Patri ſit, iſta verò quali-
„ tatis ſint propria, nimirum compoſitum
„ eſſe Deum ex qualitate & ſubſtantia eſſe
„ dicitis. Et qui vos feret iſta jactantes ?
„ Non enim compoſitus eſt Deus, qui omnia
„ ad hoc, ut eſſent, compoſuit ; neque ejuſ-
„ modi, qualia ſunt quæ ab ipſo Verbo ſunt
„ facta. Abſit hoc : Simplex eſt enim ſub-
„ ſtantia, in qua non ineſt qualitas, neque,
„ ut dixit Jacobus, mutatio ulla, vel vi-
„ ciſſitudinis obumbratio. *Hactenus Athanaſius*.

954 Si verò de ſubſtantia agatur realiter ab Eſſentia Divina diſtincta, majùs eſſet abſurdum, quoniam & illa infinita & increata, & ita altera eſſet Deitas ; darenturque plures Deitates realiter inter ſe diſtinctæ, nec unus eſſet Deus, ſed plures Dei, quot ſcilicet eſſent ſubſtantiæ infinitæ, & increatæ realiter inter ſe diſtinctæ ; Non ergò Eſſentiæ Divinæ ſubſtantia ſuperaddi poteſt diſtincta. Undè Origenes lib. 6. contra Celſum : *Deus*, inquit, *ſubſtantiæ non eſt particeps ; participatur enim potiùs, quàm participat*. Et licèt tres Divinæ Perſonæ inter ſe propter diſtinctas proprietates perſonales realiter diſtinguantur ; non tam eadem reali diſtinctione diſtinguuntur ab Eſſentia Divina, quæ eſt eadem una in ipſis ; nè conceſsâ reali Perſonarum ab eſſentia diſtinctione, cogeremur aliam Divinitatem adſtruere à Perſonis ipſis diſtinctam, vel quaternitatem concedere in Deo.

955 Ut ergò ad Palami dogmata deveniamus, admiſsâ Dei operatione ab eſſentia realiter diſtincta, neceſſe eſt fateri unum ex relatis abſurdis : quia, aut ponitur eſſe accidens, & tunc ſequeretur in Deo illa compoſitio prorsùs Divinitati repugnans, ratione ſummæ ſimplicitatis, & Divinæ immutabilitatis, ex ſubſtantia ſcilicet & qualitate. Si adſtruatur ſubſtantia, ſequitur multiplicitas Deitatum, quæ non ſtat cum Dei unitate. Optimè ergò Barlaamus, & Ancydinus ex Palami dogmate inferebant pluralitatē Deorum, & Deitatum realiter diſtinctarum : Eò fortiùs quòd, quidquid increatum eſt, Deus eſſe debet ; ſolus Deus eſt increatus. Et idem argumentum urget contra ſententiam Palamæ de luce Thaborica, quæ ſi increata fuit, & ab Eſſentia Divina realiter diſtincta, certè, aut qualitas, aut ſubſtantia eſt ; ac proinde, eâ ſtante ſententiâ, ſequitur, aut compoſitio in Deo, aut Deorum pluralitas. Hinc eſt, quòd Joannes ipſe Patriarcha in Synodo, de qua præfati ſumus, contra Palami doctrinam, in ſuo Decreto, relato à Leone Allatio lib. 2. de Conſenſ. Eccleſ. cap. 6. ait : *Superſubſtantialem unam Deitatem, ſive unum Deum in Triade ſine diviſione diviſum, nova diviſione ſubdividentes, audaces iſti, multas quaſdam Deitates eſſe, & multos Deos præter vera dogmata impudenter & temerariè ſanciunt*.

956 At idem Joannes Patriarcha in præfato Synodico ſuo Decreto Barlaamum quoque perſtringit, & Ancydinum, dùm ait :
„ Quidam auſi ſunt idem eſſentiam Dei, &
„ operationem exiſtimare, aut ſi operatio-
„ nem aliud eſſe tenendum eſt, non coæter-
„ nam illam dicere, neque ejuſdem principii
„ cum ſempiterno & principio carente Deo,
„ ſed creatam & corruptibilem, ut res om-
„ nes creatæ, qualis in Thaborio Divinita-
„ tis ſplendor apparuit, aut illa, quæ Paſto-
„ ribus illuxit, vel quæcumque alia Deī op-
„ ratio fuit. *Hactenus ibi*. Attamen non rectè Joannea contra Barlaami doctrinam ſe geſſit, quoniam duo ſunt operationum Divinarum genera, immanentium ſcilicet & tranſe-

ſeuntium : Operationes verò immanentes, ut loquuntur Theologi, nullo pacto à Divina Eſſentia realiter diſtinguuntur, ſed ratione, aut virtualiter tantùm, ut ſunt intellectio & volitio in Deo, præſcindendo ab illa controverſia, an ex natura rei aliquam præſeferant diſtinctionem : At operatio tranſiens, quæ nihil aliud in Deo importat, niſi operationis terminum ad extra, diſtinguitur prorsùs realiter ab eſſentia, nec eſt increata, nec Deo coæterna, ſed creata & temporanea, cujus generis fuit lux illa Thaborica, quæ exemplum erat & imago Corporis glorioſi; proindèque rectè Barlaamus & Ancydinus ſentiebant, dùm nova Palami dogmata impugnabant.

CAPUT XVI.

De iterata Cantacuzeni ad Clementem Legatione pro Eccleſiarum unione, ac fœdere incundo adverſùs Turchas.

957 MOrtuo Orchane Turcharum Rege, quem Cantacuzenus in Generum aſciverat, & cujus amicitia lætabatur, ſuccedente illi in Regno Solimano filio, ſtatim expertus præfatus Cantacuzenus, quanta & qualis ſit Infidelium fides, quantùmve profectus illorum ſit ſocietas; nam antedictus Solimanus parvifaciens vetuſtam Patris cum Græco Principe amicitiam, neo ſanguinis affinitatem attendens, ſtatim à Patris obitu Imperium Græcorum invadere aggreditur: *Orchanes, cùm regnaſſet Annos circiter XXII. mortem obiit*, ſcribit Chalcocondylas lib.1. de Reb.Turcicis, *relictis filiis Sulaimane, & Amurata: Sulaimanes, inito Regno, arma contra Græcos cœpit. Captis igitur mancipiis quamplurimis ex ea Græcorum unione, quam in Aſia poſſidebant, etiam in Europam trajecit*. Cantacuzenus ergò viribus deſtitutus, ad conſuetum ludum, ſi fas eſt ita loqui, animum vertit pro ſui Imperii tuitione; & novum tractatum pro Eccleſiarum unione aperit, eà ſpe, uſitatâ quidem, ut hac via Latinorum auxilia ad frenandam Turcharum ſævitiam ſibi compararet: Ad quem effectum ad Clementem Papam ampliſſimam decrevit Legationem, ſelectis ad hoc munus obeundum Georgio Spanopolo Protoveſtiario, Sigero Populi Prætore, ac Franciſco de Pertuxo militem, genere verò Latino. Quænam fuerant Legationis Capita, ipſemet Cantacuzenus recenſet lib.4. cap.9. inquiens.

958 „ Legationis Capita erant, ut de-
„ leret ex animo ejus quam de eo opinionem
„ ille conceperat; non enim ignorabat audi-
„ tum à Romano Pontifice, quomodò belli
„ tempore Barbarorum uſus erat auxilio, qui
„ Romanos occidiſſent, & captivos rapuiſ-
„ ſent quotidiè. Idcirco nimio opere deſide-
„ rabat Papam cauſas eorum, quę geſta erant,
„ edocère; nempè bello premente neceſſariò
„ id feciſſe, non quòd communionem Bar-
„ barorum amplecteretur. Deinde rogabat,
„ quam ipſe Papa, & cum eo Italiæ & Occi-
„ dentis Principes contra barbaros Crucis
„ hoſtes expeditionem meditati eſſent, ſe
„ nunc Imperatore ſuſciperent; plurimùm
„ enim ſe illorum peſte & internecione læta-
„ ri, ſeque adjutorem fore maximum, non
„ ſolùm tranſitum expeditum Exercitui in
„ Aſiam concedendo, ſed cum ſuis quoque
„ Copiis proficiſcendo, & unà certamen cu-
„ pidè obeundo: Aliis enim prærogativis
„ anteceſſoribus ſuis Imperatoribus libentiſ-
„ ſimè cedere; alacritate autem ad res ho-
„ neſtas, & deſiderio videndi Barbaros ea-
„ dem pati, quæ Chriſtianis tandiù nefariè
„ intuliſſent, nulli cedere. *Hæc ille*.

959 Egregiè eâ tempeſtate pugnabant Latini adversùs Turchas, qui violatis induciis, instructâ centum quinquaginta Navium claſſe, ac numeroſiſſimo Exercitu præfatis Latinis bellum indixerant; ac, Deo adjutore, apud Imbrum Inſulam victi Barbari, glorioſum triumphum reportarunt fideles Chriſti: De qua parta victoria Clemens ad Archiepiſcopum Cretenſem Apoſtolicæ Sedis Legatum per ſuas literas, datas VIII. Kalendas Julii, ſui Pontificatus Anno VI. hæc ſcripſit: „ Receptis gratis rumoribus per lite-
„ ras de dictis partibus nobis miſſas, qualiter
„ gentes tuarum, & unionis prædictæ Ga-
„ learum, eis dextra Divinæ Potentiæ aſſi-
„ ſtente, in Inſula Imbri centum octodecim
„ vaſa navigabilia Turchorum cœperant, &
„ Turchos, qui de dictis vaſis ad terram ejuſ-
„ dem Inſulæ aufugerant, circumcluſos, ſeù
„ obſeſſos tenentes, ad eos debellandos &
„ captivandos facilliùs miſerant pro equis &
„ armis, homininibus & peditibus, & aliis
„ ſubſidiis opportunis, intendentes nobis,
„ quæ inde contingeret nuntiare: *Hæc Clemens*. Ex hoc ergò etiam motus Cantacuzenus, victrices Latinorum copias ſibi & ſuis ſociare peroptabat, ut ſecuriùs hoſtium excurſiones reprimerentur. Clemens ergò humaniſſimè exceptis Cantacuzeni Legatis, deliberatione habitâ cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, decrevit Internuncios mittere ad Cantacuzenum, & Joannem Imperatores, ac per eos reſpondere, datis intereà ad præfatum Cantacuzenum literis.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

960 „ Viros nobiles, providos, & di-
„ ſcretos Georgium Protoveſtiaritam Spa-
„ nopulum, & Nicolaum Sigero magnum
In-

,, Interpretem Imperii tui, ac Franciſcum
,, de Pertuxo militem Nuncios tuos, per te
,, ad Sedem Apoſtolicam deſtinatos, & Ma-
,, gnitudinis tuæ literas aureâ bullâ bulla-
,, tas, nobis pro parte tua exhibitas per eoſ-
,, dem benignè recepimus, & quæ dicti Nun-
,, cii pro parte tua nobis prudenter & provi-
,, dè referarint, intelleximus diligenter. Su-
,, per quibus habitâ cum frstribus noſtris
,, Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus de-
,, liberatione maturâ, proponimus per Nun-
,, cios noſtros, ad te propterea tranſmitten-
,, dos, præſtante Domino, reſpondere. Dat.
,, Avenione XVII. Kalendas Maji, Anno VI.
Hactenus literæ.

961 Conſtat namque ex eis, hujuſmodi Legationem ſuſcepiſſe Clementem Anno Domini MCCCXLVIII. labente, ſui Pontificatus Anno VI, ſecundo anno ab arrepta tyrannide Cantscuzeni, & octsvo Joannis Imperatoris: Ad quem Pontifex ſimiles & iiſdem conceptas verbis fecit literas; Legatos verò Græcos, quos dimiſit, Andreæ Dandalo Venetorum Duci plurimùm per literas commendavit; ac interea de ſeligendis Nunciis agere cœpit: Sed quoniam qui primùm ſelecti fuerant, mortem obierunt, ac magnorum negotiorum mole gravatus Pontifex, tàm citò alios ſubſtituere non valuit: Cantacuzenus repetitis literis, quoniã à Turcis premebatur, ſuſcitavit Clementem, ut Apoſtolicos, quos pollicitus erat Nũcios, legaret, ut de fœdere in Turcas ſanciendo agitaretur. Cui Clemens per literas datas pridie Kalendas Junii, reſcripſit, nullos adhùc Legatos miſſos, quoniam demortuis jsm ſelectis, ut fati ſumus, & multitudine negotiorum occupatus, nondùm valuit alios ſeligere, operam tamen ſe daturum, ut quamprimùm deſtinarentur. Et quidem ineunte Domini Anno MCCCL. currente ſui Pontificat. Anno VIII. ſelegit Guilelmum Maurochium Epiſcopum Chiſſimenſem ex Minorum Ordine, & Gaſpertum Cenetenſem Epiſcopum ex Ordine Prædicatorum, Viros eruditos, pietate, ac virtute inſignes, quibus perbreves ſubjectas fecit literas, nimirum,

Venerabilibus fratribus Guillelmo Chiſſimenſi, & Gaſperto Cenetenſi Epiſcopis, Apoſtolicæ Sedis Legatis:

962 ,, Cùm vos ad partes Romaniæ pro
,, negotiis unionis Latinæ, Græcæque Ec-
,, cleſiarum, auctore Domino, promovendis
,, principaliter tranſmittamus; Nos cupien-
,, tes attentiùs negotium ipſum, ſubmotis
,, impedimentis quibuslibet, fœliciter pro-
,, ſperare, in omnes & ſingulos ejuſdem ne-
,, gotii turbatores & impeditores, cenſuram
,, Eccleſiaſticam (non obſtante, ſi eis, aut
,, eorum aliquibus communiter, vel diviſim à
,, Sede Apoſtolica ſit indultum, quod inter-
,, dici, ſuſpendi, vel excommunicari non
,, poſſint per literas Apoſtolicas non facien-
,, tes plenam & expreſſam, ac de verbo ad
,, verbum de indulto hujuſmodi mentionem)
,, exercendi vobis, & utrique veſtrum, ple-
,, nam concedimus tenore præſentium pote-
,, ſtatem, Datum Avenione Idibus Februa-
,, rii, Anno VIII. *Hactenus literæ.* Sed per
,, eos contradendas ſequentes ſcripſit ad
,, Cantacuzenum.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

963 ,, Ad literas plures, quas nobis Sub-
,, limitas tua miſit, quas benignè recepimus,
,, tibi per Venerabiles Fratres noſtros Guil-
,, lelmum Chiſſimenſem, & Gaſpertum Ce-
,, netenſem Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedis
,, Nuncios exhibitores præſentium, viros
,, utique probatæ virtutis, eminentis ſcien-
,, tiæ, & in quibus timor Domini ſanctus
,, manet, providimus reſpondendum; Sere-
,, nitatem tuam attentè rogantes, tibique
,, ſinceris affectibus ſuadentes, quatenùs,
,, quæ dicti Nuncii, vel alter eorum tibi
,, ſuper contentis in hujuſmodi literis & am-
,, baſſatis per eos Nuncios nobis factis, &
,, illa tangentibus pro parte noſtra retule-
,, rint, credas indubiè: itaque ſic, prout
,, ſperamus & credimus, ad effectum debitæ
,, proſecutionis adducas, quo tuæ, ſubdito-
,, rumque tuorum ſaluti conſulas, provideas
,, & quieti. Datum Avenione, Idibus Fe-
bruarii Anno VIII. *Hactenus ad Cantacuzenum* literæ. Scripſit pariter ad Joannem Imperatorem, & ad Græcorum Patriarcham, quem præcipuè hortatus eſt, ut ſtudia ſua pro redintegranda Eccleſiarum conjunctione collocaret. Sed & ad Coloramum Aſſanem Capitaneum, ſive Præfectum copiarum Conſtantinopolitanarum alias fecit tenoris ſequentis literas.

Nobili viro Coloramo Aſſani Capitaneo Civitatis Conſtantinopolitanæ, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

964 ,, Si conſideres, fili, quantùm tibi
,, in præſenti accreſceres ad famæ præco-
,, nium, & in futuro adiices ad meritum, &
,, ſalutem, ſi negotium unionis Latinæ &
,, Græcæ Eccleſiarum (quas antiquo ſchiſ-
,, mate introducto diviſionis caput, & au-
,, ctor ſcandali, qui primùm ſchiſma ſuſcita-
,, vit in Cœlo, non ſine damnatione innume-
,, rabilium animarum ab hactenus ſeparavit)
,, illo ſummo lapide angulari Chriſto Jeſu,
,, qui parietem utrumque connexuit, ope-
,, rationibus tuis infundente gratiam, &
pro-

„ promotioni præſtante virtutem, per tuæ
„ directionis ſtudium finem perfectionis at-
„ tigerit, ut ſperamus, profectò ad fœlicem
„ tam ſalutaris operis conſummationem nul-
„ lis excitatus precibus, nullis exhortatio-
„ nibus provocatus, nullis præventus moni-
„ tis, ſponte curres, operarias manus appo-
„ nes, ſolicitus convertes ſtudia, impendes
„ etiam & labores. Siquidem cùm, Evan-
„ gelicâ veritate teſtante, majus gaudium ſit
„ Dei Angelis ſuper uno peccatore pœniten-
„ tiam agente, quàm ſuper nonaginta no-
„ vem juſtis, quibus pœnitentia non eſt opus,
„ quantis illa Cœleſtis aula perfundetur gau-
„ diis, jucundabitur quantâ lætitiâ, & quan-
„ tis tripudiis exultabit, eiſdem Græcis, ad
„ Romanæ ac univerſalis & unicæ Sanctæ
„ Dei Eccleſiæ redeuntibus unitatem, ſu-
„ per converſionem tantæ multitudinis Pec-
„ catorum?

965 „ Cùm autem, fili, pro ipſius
„ promotione Dei grati negotii Venerabi-
„ les Fratres noſtros Guillelmum Chiſſi-
„ menſem, & Gaſpertum Cenetenſem Epi-
„ ſcopos, Apoſtolicæ Sedis Nuncios exhi-
„ bitores præſentium, viros utique probatæ
„ virtutis, eminentis ſcientiæ, & in quibus
„ timor Domini ſanctus permanet, ad Joan-
„ nem Cantacuzenum, & Joannem Palæo-
„ logum Imperatores Illuſtres, & Patriar-
„ cham Græcorum ipſorum ſub ſpe Divini
„ favoris duxerimus deſtinandos, nobilita-
„ tem tuam monemus, & hortamur in Do-
„ mino, attentiùs deprecantes, tibique in
„ remiſſionem peccaminum expreſſiùs injun-
„ gentes, quatenus dictos Nuncios, vel eo-
„ rum alterum pro noſtra, & dictæ Sedis
„ reverentia benignè recipias, & eos circa
„ hujuſmodi eis commiſſum negotium pro-
„ movendum feliciter conſiliis dirigas, auxi-
„ liis foveas, ſibique aſſiſtas favoribus oppor-
„ tunis; ita quòd, præſtante Deo, negotium
„ ipſum votivum perducatur ad exitum,
„ tuque tanti particeps operis, famæ glo-
„ riam, & ſalutis præmia conſequaris. Da-
„ tum Avenione, Idib. Februarii, Anno VIII.
Hactenus literæ. Quarum ſimiles exhibet
Wadingus iiſdemque verbis exaratas, ad
Annum MCCCXLIX. ſub num. 9. datas ad
Franciſcum de Pertuxo, genere Gallum, Diœ-
ceſis Sancti Flori Militem, plurima in aula
Conſtantinopolitana pollentem gratia, alian-
de Catholicum, ac Sanctæ Romanæ Eccle-
ſiæ addictum.

966 Profectis itaque Conſtantinopolim
hiſce cum Literis Apoſtolicæ Sedis antefatis
Nuntiis, ac honorificentiſſimè à Cantacuze-
no receptis, quæ ſibi commiſſa fuerant, expo-
ſuerunt, tam de inferendo Barbaris bello,
quàm de Eccleſiarum unione: Nam de bello
Turchis inferendo, ut ipſe refert Cantacu-
zenus lib. 4. cap. 9. expoſuerunt Legati id
Pontifici optatiſſimum fuiſſe, crebròque &
multùm ſuper eo negotio cum Italiæ Princi-
pibus egiſſe, omneſque hortatum commu-
niter ad tantum opus undè Chriſtianorum li-
bertas à Barbaris afferatur; & quod ad ſe at-
tineat ad pecuniam & copias quantas maxi-
mas poſſit, omninòque ad ſumptus non mo-
dicos pro ſua parte conferendos paratum eſſe.
De Eccleſiarum verò unione, dixerunt: Cle-
mentem præfatam optare unionem, ipſum-
que hortari Imperatorem, ut conetur avulſa
Chiſti membra reunire, rem gratam & ſum-
mæ voluptatis hominibus non modo univer-
ſis, verùm Angelis, & Deo, ſe in hoc nego-
tio acturum.

967 At quod reſponderit Cantacuzenus
ad negotium unionis, ipſemet refert loco
mox citato, licèt ut Orientalis Eccleſia à
Romana disjunctionis crimen extenuet, plu-
ra cumulet: aitque ad hoc neceſſarium eſſe
Generale Concilium, ex utriuſque Eccleſiæ
Præſulibus, nec cohæſiſſe tentatam à Joan-
ne Palæologo Imperatore Eccleſiarũ conjun-
ctionem, cùm ad Imperiali auctoritate tan-
tùm niſus eſſet: nec Lugdunenſi Concilio
Orientalis Eccleſiæ Præſules interfuiſſe, pau-
cis tantùm exceptis oratoribus: „ Nec mi-
hi, *inquit*, aliquandò perſuaderi patiar, ut
„ antequam cogregata Synodus Oecumeni-
„ ca, quæ ſecurè credenda ſint, decernat etiam
„ ipſe, novitates ſectet, & alios ad id co-
„ gam: idque non propter Eccleſiam, & uni-
„ verſitatem Chriſtianorum modo, ſed, &
„ propter meipſum; etenim ſic ſum com-
„ paratus, ut credere velim omnia, quæ com-
„ muni Epiſcoporum judicium & ſententia
„ de fide conſtituerit. Extra hoc nulli me
„ novitati adducam, & cùm Epiſcopos om-
„ nes, tùm alios Eccleſiaſticorum dogma-
„ tum defenſores & patronos hoc propenſiſ-
„ ſimè facturos opinor, ſin auctoritate Impe-
„ riali compellantur, aures obturaturos, ut
„ nec primam vocem excipiant. Quamquàm
„ nec apud vos mihi fidem habitum iri puto,
„ ſi ita leviter, nulloque examine dogmati
„ veſtro ſubſcripſero: qui enim parùm con-
„ ſtanter inhæret, & paratus eſt deſerere,
„ quæ majores illi tradiderunt, & in quibus
„ eſt educatus, quam quæſo teneat de recen-
„ tibus fidem? Quocircà neceſſarium arbi-
„ tror, ſi idem vobis probabitur, ſuper rebus
„ adeò magni momenti Orientalium, Oc-
„ cidentaliumque Epiſcoporum conventum
„ œcumenicum celebrari.

968 Ad hæc porrò adjecit Imperator de
loco cogendæ Synodi, inquiens: „ Cogen-
„ da ergo in loco aliquo opportuno utriuſ-
„ que nationis Synodus: in qua debeant
„ convenire ſeniores in Clero, atque in lege
„ Domini exercitati. Cùm verò Pontifex
„ huc proficiſci nequeat, & mihi tam longè
„ ab Imperio diſcedere propter continentia
„ bella, vicinoſque Barbaros, & Dynaſtas
„ alios, nobis undiquè incumbentes, qui

cùm

„ cùm de fide nobiſcum ſentiant, tamen ho-
„ ſtes ſe profitentur, non ſit facile; ſi Sacro
„ Pontifici videbitur, ad locum aliquem Ma-
„ ritimum, in medio utrorumque ſitum con-
„ ſenſu deveniemus: Ille cum Occidentis
„ Epiſcopis, ego cum Patriarchis, eorum-
„ que Epiſcopis. Et in ſpe ſum, Deum be-
„ nignitate ſua adducturum nos in omnem
„ veritatem, nec permiſſurum, ut negotio
„ infecto revertamur. *Hæc ille*. Subnectens etiam, quòd ſi Papæ placeret Synodum colligi, celerrimè ad ſe Nuncios mitteret; qui & annuiſſe illum, & de loco ac tempore, quando, & ubi congregare debeant, certiorem faceret; ſibi enim ad Patriarchas, alioſque Epiſcopos convocandos morâ longiore opus fore.

969 Itaque Legati Epiſcopi hæc finaliter audientes, & approbantes, muneribus ab Imperatore ditati, in Italiam redierunt, omnia Pontifici renunciantes, multiſque laudibus Imperatorem extollentes: ac etiam Ephemendas, ab eodem Cantacuzeno exaratas, eidem Pontifici exhibuerunt: Qui nequaquam à cogenda Synodo abhorrens, celeriter ad Imperatorem miſit, qui ei dicerent, conſilium ejus ſe valdè amplecti, conventum Epiſcoporum ſibi eſſe in optatiſſimis, promiſitque conſultis Epiſcopis ſe tempus & locum ei ſignificaturum, quò conveniant, & de conjungenda ac pacificanda Eccleſia inter ſe diſſerant. Ille verò his acceptis, ex amicis Galatæ habitantibus Joannem ex Sacro Prædicatorum Ordine miſit ad Papam, qui ei gratias ageret de propenſa voluntate ac diligentia, quam ſuper Eccleſiarum reconciliatione demonſtrabat, rogaretque rursùm, ut rem incumberet eandem, nevè bellum Eccleſiæ illatum, quod tolli poſſit, per ſocordiam deſpiceret.

970 Inter hæc verò omnia ſua ſtudia Clemens adhibuit, ut adversùs non modò Turchas, verùm etiam & Sarracenos Babyloniæ fierent Crucesignatorum expeditiones: Quare hortatu, & precibus Antonini Archiepiſcopi Hieropolitani, & Joannis River Militis, venientium ad Apoſtolicam Sedem, atque exponentium ſtatum Imperii Soldani Babylonici quàm debilis tunc erat, & quàm facilè Syria à Crucesignatis recuperari poſſet, & Sancta Paleſtinæ & Judeæ loca; ſequentes literas ad univerſos Chriſtifideles fecit.

Clemens Epiſcopus &c. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis.

971 „ Sicut multorum Prælatorum di-
„ ctæ Terræ (*poſt initium*) necnon dilecti
„ filii Conſulis Babyloniæ, & aliorum Chri-
„ ſtianorum inibi commorantium, qui Sol-
„ dani Babyloniæ, gentiſque ſuæ ſtatum, con-
„ ditiones, & mores, modumque vivendi
„ plenè norunt, inſinuatione comperimus,
„ Soldanus idem gravi paupertate ac egeſta-
„ te laborat, & ætate juvenis, ac ſenſu, &
„ mente junior, atroci & ruſticali gente gu-
„ bernatur & regitur, ac fraterni cruoris ef-
„ fuſor immanis habetur odio cunctis illa-
„ rum partium gentibus, ipſæque gentes
„ ad ipſius Soldani mortem laborant aſſiduè,
„ & callidâ machinatione conſpirant. Nobi-
„ les quoque ſeditioſi ſunt, & æmuli invi-
„ cem, ac diviſi, & inter ſe, qui poſt eundem
„ Soldanum ſuccedere debeat, adhùc ipſo
„ vivente contendunt.

972 „ Ubi præterea apud Soldanos Ba-
„ byloniæ, qui fuerunt pro tempore, genteſ-
„ que ſuas ſubtiliſſimum vigère conſilium,
„ abundare divitias, florere juventus, ac le-
„ galitas obſervari ſolebant; ibi nunc ru-
„ ſticitas, ibi paupertas, ibi hebetudo, ibi
„ proditio, fraus, & deceptio regnant: ibi
„ livor, invidia, & odia dominantur, adeo
„ ut ipſimet publicè fateantur & dicant adve-
„ niſſe jam tempora, in quibus de ipſorum in
„ proximo eripienda ſit manibus dicta terra.
„ Eja ergo, Chriſti pugiles, & Athletæ, ac-
„ ceptabile tempus, dies ſalutis illius terræ
„ miſerandæ, penſate: ad illius recupera-
„ tionem erigite animum, excitate mentem,
„ dirigite & affectum, ut eadem Crhiſti hæ-
„ reditas pretioſa, de jugo ſervitutis & op-
„ preſſionis erepta, & quibuslibet ſpurcitiis
„ & fœditatibus expurgata, nomen in eo
„ collaudetur Altiſſimi, & cultus Chriſtianæ
„ fidei amplietur.

973 „ Cæterùm quia, ſicut Prælatorum
„ & Conſulis, ac Chriſtianorum prædicto-
„ rum frequens deſcriptio nos inſtruxit, Ve-
„ nerabilis frater noſter Antoninus Archie-
„ piſcopus Hieropolitanus per viginti quin-
„ que annos prædicando Dei Evangelium in-
„ fidelibus ipſis, eorumque plures conver-
„ tendo ad fidem Catholicam & ſacri regene-
„ rando unda Baptiſmatis, reparando &
„ ædificando Eccleſias, Religioſorumq; Con-
„ ventus, aliaque loca Divinis obſequiis de-
„ putata: ac dilectus filius nobilis vir Joan-
„ nes de River miles Wrigorinenſis Diœce-
„ ſis (de cujus actibus & operationibus vir-
„ tuoſis, quòd velut pugil Chriſti ſtrenuus
„ & fidelis armatus militaribus armis ſuis,
„ in loco, ubi prædeceſſor dicti Soldani ca-
„ ptus extitit, contra eum vexillum ſuum
„ intrepidè, ac conſtanter erexit, Prælato-
„ rum & Conſulis, ac Chriſtianorum præ-
„ dictorum literis ante ipſius Joannis de
„ tranſmarinis partibus reditum fuimus plu-
„ riès informati) per multa tempora explo-
„ rando, inveſtigando, & indagando non
„ ſine multis periculis proprii Corporis ap-
„ paratum ejuſdem Soldani infra, & extra
„ Palatium ſuum, necnon ipſius Soldani,
„ gentiſque ſuæ modum armorum & pugnæ,

„ applicationes quoque portuum maris, nec-
„ non Caſtrorum, Civitatum, & Villarum,
„ aliorumque locorum, fortalitia, & alia
„ multa ad votivū ingreſſum, & recuperatio-
„ nem dictæ terræ, in eiſdem partibus tranſ-
„ marinis morati ſunt; ipſeque miles, poſt-
„ quam ſacrum Sepulchrum Dominicum
„ Hieroſolymitanum, ubi nonnullos nobi-
„ les militari cingulo decoravit, & Beatæ
„ Catharinæ Virginis & Martyris, aliaque
„ Oratoria,& loca dictæ terræ ipſius Redem-
„ ptoris noſtri nativitate, præſentiâ, paſſio-
„ ne corporalibus conſecrata, & ipſius Bea-
„ tæ Catharinæ Oratorium denuò viſitavit,
„ contra Turchos perfidos Crucis hoſtes,
„ ſicut Dei Athleta fortiſſimus, per mare ac
„ per terram militavit, & proinde præmiſſa
„ omnia, ſicut habetur, nobis expoſuerunt
„ fideliter, ſic vobis potuerunt explicare;
„ eos ad vos providimus deſtinandos, ut tan-
„ quam Dei Miniſtri atque præcones hæc
„ fideliter infundant pleniùs, & ſerioſiùs
„ auribus inſinuant, fortiùs mentibus, eoſ-
„ que ad pacem & concordiam habendam
„ mutuò, quà meliùs & liberiùs Dei poſſint
„ vacare negotiis, & ad redemptionem ter-
„ ræ ac populi prædictorum, ac paſſagium
„ propterea, præſtante Domino, faciendum,
„ excitent, & inducant. *Hæc & alia Cle-
mens*. Datæ ſunt literæ Avenione XVI. Kal.
Aprilis, labente ſui Pontificatus Anno VI.
Sed & præfatus Soldanus, nè à Principibus
Chriſtianis moleſtiam reciperet, cogitavit
peſſimum conſilium, univerſos ſcilicet per
ſicarios ſuos deſtinandos perdere: cùmque
conſilium tanti meditati facinoris ad Hugo-
nis Regis Cypri notitiam deveniſſet, ſolici-
tè miſſo ad Pontificem Oratore, certiorem
fecit: qui ad Hugonem ſequentes fecit
literas.

*Clemens Epiſcopus &c. Hugoni
Regi Cypri Illuſtri.*

974 „ Serenitatis tuæ literis, per quas
„ nobis conceptum pravum Soldani Baby-
„ loniæ, quem ad perdendos Catholicos
„ Principes Orbis, ordinatis & deſtinatis ad
„ executionem tam execrabilis atque da-
„ mnabilis miniſterii Aſſaſſinis, in partum
„ producere ſatagebat, filiali ſolicitudine
„ intimaſti, benignè recepimus, & inde tibi
„ debitas gratiarum referimus actiones, ſpe-
„ rantes in virtute omnipotentis Altiſſimi,
„ qui conceptus præfocat, & conatus alli-
„ dit adverſos, quòd ipſe hujuſmodi præfati
„ Soldani conceptum ad nihilum rediget, &
„ fideles ſuos ab omni periculo præſervabit
„ illæſos. Itaque vota Regia, quæ quantùm
„ cum Deo poſſumus, intendimus favorabi-
„ liter proſequi, ſecura nobis fiducia innoteſ-
„ cas. Datum Avenione XVII. Kal. Iunii,
„ Anno VIII.

975 Ille verò, qui, ut ait Job Sanctus, *diſ-
ſipat cogitationes malignorum, nè poſſint im-
plere manus eorum quod cœperunt: Qui appre-
hendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium
pravorum diſſipat*, diſſipavit Barbari conſi-
lium pravum, nec ad opus perduci potuit.
Cæterùm nec meditata adverſùs Soldanum
Babyloniæ à Clemente expeditio ſortita eſt
effectum; urgentibus in Europa inteſtinis
bellis, tùm inter Regem Angliæ, & Regem
Franciæ, tùm in Germania inter Boemiæ
Regem Imperatorem electùm, & Domum
Bavaricam, in Italia verò inter Ungariæ Re-
gem, & Regem Siciliæ. Ad hæc verò, juſto
Dei judicio, licèt nobis occulto, peſtilentia-
lis morbis univerſam vaſtavit Europam, fa-
mes quoque plures conſumpſerat. Quorum
omnium malorùm meminit auctor vitæ Cle-
mentis ex M.S. Vaticano, apud Raynaldum
ad, Annum Domini MCCCXLVIII. ſub
num.30. ubi de Clemente loquens, ait: „ Hu-
„ jus tempore fames validæ fuerunt penè per
„ totum univerſum. Item Anno V. ſuæ co-
„ ronationis mortalitas terribilis & fortiſ-
„ ſima incœpit per totum univerſum Mun-
„ dum, & duravit per tempora, ita & tali-
„ ter, quòd de centum perſonis tam marium,
„ quàm mulierum, & tam juvenum, quàm
„ ſenum, vix ſupervixerunt in exitu dictæ
„ mortalitatis, ſivè epidemiæ, decem perſo-
„ næ, & in aliqua parte Mundi penè quin-
„ que de centum. *Hæc ille*. Auctor verò Hi-
ſtoriæ Cortuſiorum lib. 9. cap. 14. tradit,
accidiſſe talem peſtilentiam, Anno Domi-
ni MCCCXLVIII. antecedente eam horribi-
li Terremotu, continuato per dimidiam ho-
ram, die XXV. Januarii, horâ XXII. Italicâ,
præfati anni. Deſcribens inde antedictæ pe-
ſtilentiæ ſævitiam, ait: *Peſtes verò imminen-
tes tempore Pharaonis, David, Ezechiæ, Gre-
gorii Papæ reſpectivè poſſunt nunc pro nihilo
reputari; hæc enim peſtis circuit totum Orbem:
Deus enim tempore Noe tantas animas vix
conſumpſit*. De eadem peſtilentia ſcribunt
plurimi, inter quos Petrarcha &c. in Epiſto-
la famil. lib. 8. Epiſt. 7. Matthæus Villanus
lib. 1. cap. 2. Boſquetus in vita Clemen-
tis VI. Nauclerus generatione 49. Et alii
plures.

976 Hanc peſtilentiam exortam primùm
in Aſia, Tartaros infeciſſe & Turchos, ac
inde tranſacto Mari Venetiarum, Terras
Lombardiæ, Marchiæ, Tuſciæ, Alemanniæ,
Franciæ, & totius Europæ penetraſſe, Cor-
tuſiorum Hiſtoria adnotat. Simile quid ac-
cidit hac noſtra tempeſtate, me Hieroſolymis
commorante, quandò diris peſtilentia cuncta
infecit animantia, Anno namque Domini
MDCCX. exorta primùm in Perſide, aliiſque
adjacentibus regionibus, progreſſa in uni-
verſam Syriam, innumera delevit animalia,
adeoùt de bobus nec unus inveniretur in ma-
cello: Poſtea verò mare tranſiens, ſævit in
Sici-

Digitized by Google

Siciliæ Regno, in Longobardia, in Italia univerſa, Ungaria, atque Germania, & tàm ingens animalium numerum de æquis, & bobus præcipuè necavit, ut vix credi poſſit, & nonniſi hoc Anno MDCCXIII. ceſſavit, Deus benedictus ſuâ miſericordiâ agat, nè Peſti animalium, hominum ſequatur in Europa, quæ ſecuta eſt in Aſia.

977 Cæterùm Clemens, licèt tot flagellis percuſsâ Europâ, eodem tamen zelo non deſtitit agere pro conciliandis Chriſtianis Principibus, atque ad pacem revocandis, ut exinde copias adversùs Turchas tranſmitterent. Venetis quoque diſſidentibus cum Januenſibus maximum adhibuit ſtudium, ut in concordiam revocarentur, allegato etiam imminente Jubileo, indicto pro An. MCCCL. Quod videlicet ſufficiens eſſet, ad illos conciliandos, nè propter continuatas diſſenſiones tantùm conſequi amitterent bonum, prout tradunt Pontificiæ literæ, datæ ad Andream Dandalum Venetiarũ Ducem XVIII. Kal. Decembris, ſui Pontificatus Anno VIII. Novas inſuper ſocietates ineundas curavit, & quidem ad decennium cum Andrea Dandalo prædicto, Hugone Rege Cypri, & Equitibus Rhodiis, ut conſtat ex ejus literis datis ad Regem Cypri ſub XIV. Kal. Septembris, ſui Pontificatus Anno IX.

978 Nec remiſſiùs viſus eſt agere Cantacuzenus circa negotium unionis, qui, reverſis jam Pontificiis Nunciis, aliam Legationem ad Clementem deſtinavit, ut quæ acta erant inter ipſum, Patriarcham, & Apoſtolicos Nuncios de cogenda Synodo oecumenica per ſuum Oratorem ſignificaret, ſelecto Bartholomęo Anconitano, Conſtantinopolitano Civi ad præfatum munus obeundum: Cui Pontifex, benignè recepto Legato, & audito, ſcripſit ad hunc modum.

Joanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

979 „ Venientem ad nos dilectum filium
„ Leonardum Bartholomæi de Ancona,
„ Civem Conſtantinopolitanum Nuncium
„ tuum, familiarem noſtrum exhibitorem
„ præſentium, & literas tuas nobis exhibi-
„ tas per eundem, contemplatione tua beni-
„ gnè recepimus, & quæ ipſe pro parte Ma-
„ gnitudinis tuæ nobis expoſuit, vivâ voce
„ audivimus, & intelleximus diligenter.
„ Super quibus eidem Magnitudini reſpon-
„ demus, quòd nos jamdudùm Venerabiles
„ Fratres noſtros Joannem Coronenſem, &
„ Antonium Cajetanum Epiſcopos, Apoſto-
„ licæ Sedis Nuncios, & Leonardum præ-
„ dictos, ſicut præmittitur, ad te duximus
„ deſtinandos; quibus tuum ſecurè aperire
„ animum, & per quos tuam nobis ſignifica-
„ re fiducialiter poteris voluntatem. Datum Avenione IV. Kal. Julii, Anno IX. *Heſtenus Clemens.*

980 Sub iiſdem verbis ſcripſit ad Matthæum Cantacuzeni filium natu majorem, ad Andronicum Aſſanem, ad Joannem & Emmanuelem hujus Andronici filios, in Imperio Græcorum plurimùm auctoritate pollentes. Legaverat olim Clemens antefatos Epiſcopos ad Armenos ad recidendas, & evellendas ſubortas hæreſes, ad quos extant Clementis literæ, datæ XI. Kal. Decembris, ſui Pontificatus Anno V, in quibus ait:
„ Diſcretionem veſtram monemus, requiri-
„ mus & hortamur, per Apoſtolica vobis
„ ſcripta mandantes, quatenus de Divina
„ gratia, & Apoſtolico favore confiſi onus
„ tam ſalubris negotii ſuſcipientes devota
„ mente ac animo reverenti, & ad partes
„ illas vos perſonaliter, ad prædictos & alios
„ errores quoslibet, ac vitia de illis ſuppu-
„ tanda partibus, necnon Fidem catholicam,
„ ac mores & virtutes etiam propagandos
„ operarias manus, diligenter ac ſolicitè
apponere ſtudeatis. *Hæc ibi*. Occaſione ergò hujus ad Armenos Legationis dederat Clemens in commiſſis, ut eundo, vel redeundo, agerent cum Cantacuzeno pro Eccleſiarum unione: cùmque nondùm reverſi eſſent, Pontifex ſine nova Legatione, ut cum præfatis ſincerè ageret, ad eum certè reverſuris, reſcripſit. Sed cuncta denique fruſtrà abiere, morte intercedente Pontificis, prout Capite ſequenti dicemus.

CAPUT XVII.

De Clementis obitu; Innocentii VI. electione; & Cantacuzeni cum Innocentio tractatu pro Eccleſiarum unione.

981 POſt hæc verò, Anno Domini MCCCLII, Clementis Pontificatus Anno XI, Caroli IV. Romanorum Regis Anno VII. Imperii Joannis Palæologi, XII. Cantacuzeni verò Anno VI, Indict. V, idem Clemens VI. migravit ad Dominum die VI. Decembris, cùm ſediſſet Annos X, menſes VII. vel, ut ait Scriptor vitæ ejus apud Labæum, & Binium, Annos X. menſes VI. dies verò XXVIII. Atri Cometâ mortem illius præveniente, ut tradit Matthæus Villanus, cujus meminit & D. Antoninus par. 3. tit. 21. cap. 8. §. 11. inquiens: *Cometes ſub ipſo Septemtrione menſe Decembris apparuit, quo extincto, graves ventorum æſtus ſubſecuti ſunt, & Cæleſtis vapor ad modum trabis priore parte ardente per Cælum, labi viſus eſt.* Accidiſſe notat ſub Anno MCCCLI. ſub Anno verò MCCCLII. addit: *Cæleſtis flamma longum per ſe trahens extinctum limitem à Septemtrio-*

ne, *in Auſtrum repentè fertur*. Cæterùm de
Clementis obitu in M. S. Vaticano apud
Raynaldum ad hunc Aunum, ſub num.21. ha-
betúr: *Pauco tempore languens, inſperatè objit
Decembris die* v1. *Pontificatus ſui Anno XI.
in Palatio Apoſtolico Avenionenſi*, Apud Bos-
quetum verò legitur: *Infirmitate gravatus
humiliter pœnitens de commiſſis*, *devotéque
receptis Eccleſiaſticis Sacramentis*, *in veritate
& ſinceritate fidei*, *ac unitate Sanctæ Matris
Eccleſiæ ſeipſam Domino commendans*, *Anno
Domini MCCCLII. die* v1. *menſis Decembris*,
Pontificatus ſui Anno XI. Sed & pluribus
laudibus idem Scriptor Clementem exornat,
nam & Palatium Avenionenſe ampliaſſe mi-
rum in modum, tradit., ac optimis picturis
nobilitaſſe: verùm poſtea mores, & alia ejus
geſta deſcribens, ait; „ Hic Summus Ponti-
„ fex toto tempore ſuo valdè fuit intentus
„ ad procurandum ſtatum pacificum, & tran-
„ quillum ſuorum omnium ſubditorum, &
„ præſertim Regum & Principum, & alio-
„ rum potentum, ex quorum diſcordiis infe-
„ riores habent commoveri, & turbari: quod
„ ſatis demonſtravit in quaſi aſſidua miſſione
„ Legatorum, & Nuneiorum ſuorum, de
„ qua ſupra fecimus mentionem. Nec cura-
„ vit ſe cum aliis in guerris involvere, aut
„ aliter diſſenſionibus intricare, niſi in quan-
„ tùm conſervatio juris & honoris Eccleſiæ
„ ſibi commiſſæ ipſum præcisè arctarunt,
„ quandoque ad propoſitum, & adhùc tùm
„ per viam juſtitiæ proceſſit, faſtum poſſe-
„ tenus evitando: propter quòd ſatis quietè
„ & pacificè vixit cum omnibus, conſideratâ
„ tunc temporis urgenti qualitate; & ob
„ hoc liberiùs vacavit, & perfectiùs intendit
„ ad actus Papales exercendos.

982 De ejus porrò manſuetudine & cle-
mentia hæc alia ſubnectit præfatus Scri-
„ ptor: „ Fuit inſuper ſicut nomine, ita &
„ re clemens, miſericors, & benignus: non
„ enim invenitur, contra aliquem pro inte-
„ reſſe proprio, quantumcumque ſibi Inimi-
„ cus & contrarius extiterit, aliquam ul-
„ tionem exercuiſſe, aut expetiiſſe vindi-
„ ctam. De illius liberalitate poſtea ſub-
„ jungit: Habuit præterea hanc humanita-
„ tem, pietatem, ſeu benignitatem, ac li-
„ beralitatem generaliter ad omnes ad ipſum
„ recurrentes, ſeu ſuum præſidium, ſeu ju-
„ vamen implorantes, quòd numquam, vel
„ rarò, aliquem ex ſe miſerit ſine conſolatio-
„ ne reali, aut verbali: ſæpiùs tamen ad
„ rem, quàm ad verba intendens. Paupe-
„ rum & Egenorum, præſertim illorum, qui
„ aliàs abundaverant, & mendicare erube-
„ ſcebant, neceſſitatibus largifluè ſubvenit,
„ conſiderans in iis omnibus, quòd Beati
„ mites, & Beati miſericordes, quoniam
ipſi miſericordiam conſequentur. *Hæc ille*
inter alia plura.

983 Petrarcha lib. 2. Rerum memorab.
cap.2. Laudat Clementem à tenacitate me-
moriæ, inquiens; „ Clemens VI. egregius
„ nunc Romulei Gregis Paſtor, tam poten-
„ tis, & invictæ memoriæ traditur, ut quid-
„ quid vel ſemel legerit, oblivisci, etiamſi
„ cupiat non poſſit. *Idem tradit Maſſonus in*
„ *Clemente*, *ſcribens*: Fuiſſe excellentis, me-
„ morabilisque memoriæ Clementem, te-
„ ſtatur Bernardus Dominicanus, in ejus
„ vita, & alii Annalium Scriptores; id verò
„ novum non eſt, talem enim fuiſſe ſimpli-
„ cium, lib.4. de anima, tradit Auguſtinus.
Hactenus Maſſonus. Laudatur etiam à Can-
tacuzeno lib. iv. cap. x1. ex zelo unionis Ec-
cleſiarum, pro qua & paratus erat Synodum
œcumenicam celebrare, ut etiam nos ſupra
fati ſumus: ſed morte præventus, quod in-
tendebat exequi, non potuit: unde idem
Cantacuzenus cap. 10. ejuſdem libri ait: *Dum
in his tempus volvitur*, *Clemens Papa vivere
definit*, *& cura de Synodo in nihilum recidit*.

984 Itaque defuncto Clemente, tumu-
latum fuit ejus corpus in Eccleſia Cathedrali
Avenionenſi, inde translatum ad Monaſte-
rium Caſæ Dei, ut Auctor Anonymus in
M. S. Vaticano, apud Raynaldum, refert,
inquiens: „ Corpus portatum fuit ad Eccle-
„ ſiam Beatæ Mariæ Virginis Cathedralem,
„ ubi ſtetit uſque ad æſtatem; & deinde aſ-
„ portatum ad Monaſterium Caſæ Dei, ubi
„ pridem fuit Monachus, quinque Cardi-
„ nalibus comitantibus ipſum, in Cappella
„ ab ipſo conſtructa depoſitum & tumula-
tum: Cujus anima requieſcat. *Hæc ille*.
At poſtea, Anno Domini MDLXII. a Cal-
viniana rabie demolitum Sepulchrum, ſacræ
Cineres extractæ incenſæ fuerunt, claman-
tibus per jocum perfidis: *Ante putas*, *ma-
gne Pontifex*, *plumbeis armis cacodæmonem
victurum?* Ut ſcribit Maſſonus: Hæc enim
illudentes blaterabant, quoniam in plumbea
Caſſa ſacra oſſa Clementis recondita fue-
rant.

985 Poſt ejus funus Domini Cardinales
ingreſſi ſunt Conclave in eodem Palatio Ave-
nionis, ubi Clemens obierat, de Succeſſoris
electione tractaturi; & primùm factum eſt
verbum de Joanne Birello, famâ ſanctitatis
Viro, qui tunc Carthuſianis præfuerat: re-
ſtitit verò Talayrandus Cardinalis, ejus ti-
mens auſteritatem; & dimiſſo tractatu, de-
creverunt unum ſeligere de Collegio. Sed
antequàm ad electionem devenirent, nonnul-
las leges condiderunt, ſervandas à Pontifice,
ac jurandas ante electionem à Dominis Car-
dinalibus, ut quilibet ex eis electus in Pon-
tificem, teneretur ſervare: Summa præfata-
rum legum hæc fuit, nimirùm. „

986 Ut Papa electus non creet; ſed fa-
ciat aliquos Cardinales, donec numerus
Cardinalium venerit ad numerum ſexdecim
Cardinalium, de medio priùs ſublatis aliis,
qui eſſent ſupra præfatum numerum; & tunc
aſ-

aſſumat, ſi ei videbitur, tot, quot aſcendant ad plùs uſque ad numerum viginti, & non ultra, prædictis ſexdecim, aut paucioribus, ſi fortè tunc ſupereſſent, in viceno numero computatis.

Ut non debeat Cardinales creare, niſi de omnium Cardinalium ſuperexiſtentium, ſeù duarum partium eorundem conſilio & conſenſu; hoc tamen ſalvo, quòd extante numero, qui tunc erat, vel forsàn pauciore, potuiſſet aſſumere, ſi voluiſſet duos Cardinales, de conſilio omnium fratrum, vel majoris partis eorum.

Ut Papa non poſſit procedere ad depoſitionem, vel captionem alicujus Cardinalis, niſi de conſenſu omnium fratrum, nemine diſcrepante.

Ut non procedat ad excommunicationem, vel aliam cenſuram Eccleſiaſticam contra perſonam alicujus Cardinalis, nec ad ſuſpenſionem Vocis, vel Conciſtorii, vel portationis Cappelli; nec ad privationem, aut ſuſpenſionem Beneficiorum ſine conſenſu omnium fratrum, vel duarum partium eorundem.

Ut Papa nullo pacto manum ponat in bonis quorumcumque Cardinalium, ipſis ſive viventibus, ſive defunctis.

Ut Papa Provincias, Civitates, Caſtra, aut Terras quaſcumquæ Romanæ Eccleſiæ alienare non poſſit, aut in Feudum, vel Emphyteoſim dare, niſi accedente rationabili cauſa, & quidem de conſilio & conſenſu omnium fratrum, ſeù duarum partium eorundem.

Ut Collegium Dominorum Cardinalium, juxta Conſtitutionem Nicolai IV. percipere debeat jure ſuo medietatem omnium fructuum, reddituum, proventuum, mulctarum, condemnationum, & cenſuum, & omnium aliorum obventionum & emolumentorum ad Eccleſiam Romanam ſpectantium in quibuſvis Provinciis, ac Terris & Locis Romanæ Eccleſiæ.

Ut Officiales majores in temporalitate, tàm in Romana Curia, quàm in Terris, & Provinciis Eccleſiæ Romanæ, inſtituantur de conſilio & conſenſu omnium Cardinalium, ſeù majoris partis eorum, prout in privilegio ejuſdem Papæ Nicolai IV.

Ut ad officium Mareſcialli Romanæ Curiæ, & Rectorum Terrarum, ſeù Provinciarum Romanæ Eccleſiæ, nullus de conſanguinitate, vel affinitate Romani Pontificis aſſumatur.

Ut Papa nulli Regi, vel Principi, ſeù cuivis alii in Regnis, Provinciis, ſeù Terris eorum concedat decimas, nec tertias Decimarum, ſeu ſubſidia alia; nec etiam Cameræ ſuæ reſervare poſſit ſine conſilio & aſſenſu omnium Cardinalium, vel duarum partium earundem, & quidem nonniſi juſtâ ac rationabili ſuadente causâ.

Ut Papa non impediat, quin omnes & ſinguli Cardinales in conſulendo, & conſentiendo, liberum in agendis habeant arbitrium.

Ut Domini Cardinales jurare teneantur, quòd ille, qui ex eis ad Papatum erit aſſumptus, prædicta diligenter erit obſervaturus; ac etiam ſecuta electione profiteatur ſtatim fideliter ea obſervare, teneaturque ratum habere præſtitum juramentum.

Ut tandem in dubiis, quæ exoriri poſſunt circa prædicta, Papa non poſſit procedere ad declarationem illorum ſine conſilio & conſenſu omnium Cardinalium, vel ſaltem duarum partium eorum.

987 Hiſce ergò firmatis Legibus & Capitulis, ac ab omnibus juratis, cùm Domini Cardinales accepiſſent, Joannem Franciæ Regem Avenionem profecturum, timentes, nè per eum vim aliquam pati poſſent, vel cogerentur ad eligendum Pontificem Joanni præfato addictum, prevenientes illius adventum, tractatuq; habito ſuper perſona eligenda, communi omnium ſuffragio, nemineque diſcrepante, die XII. à Clementis obitu, nimirùm XVIII. Decembris, conſenſerunt in Dominum Stephanum Albertum Epiſcopum Oſtienſem, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, qui ſibi nomen indidit Innocentii VI. de quo Scriptor Vitæ ejus apud Labæum, & Binium ex Trithemio, ait: „ Innocentius VI. natione Lemovicenſis, vir
„ bonus & amator Religioſorum, & Cano-
„ niſta maximus, qui Carolum Imperatorem
„ poſtea coronavit, ſucceſſit Clementi, XVI.
„ Kalendas Decembris, Anni MCCCLII.
„ tempore Caroli IV. Imperatoris, Stepha-
„ nus antea vocatus, ex Epiſcopo Clara-
„ montano & Cardinali Pontificatum ade-
„ ptus. *Et apud Boſquetum, de eodem ſcriptum*
„ *legitur*. Hic priùs vocatus eſt Stephanus
„ Alberti, Doctor Legum exiſtens, Judex
„ major Seneſchalliæ Toloſanæ; ab inde ve-
„ rò promotus ad Eccleſiam Namauſenſem,
„ & de ea translatus ad Eccleſiam Claramon-
„ tenſem; demùm per dictum Clementem VI.
„ aſſumptus in Presbyterum Cardinalem,
„ habuitque titulum Sanctorum Joannis &
„ & Pauli; poſtea autem fuit factus Epiſco-
„ pus Oſtienſis & Velitrenſis, & Pœnitentia-
„ rius major; poſtremò verò, ut præmitti-
„ tur, electus in Papam. *Hæc ibi*. Raynaldus verò ad hunc Annum, ſub num. 27. exhibet m.ſ. Vaticanum, in quo habetur: *Innocentius VI. Stephanus nomine*. Et infra. *Electus eſt in Papam per Cardinales Anno Domini MCCCLII. die Martis* XVIII. *Decembris, hora Tertiarum, & coronatus die penultima dicti menſis Avenione in Apoſtolico Palatio*.

988 In literis verò Encyclicis, datis ſecundo Kalendas Januarii, in die ſuæ Coronationis, quæ incipiunt, *Prædicator egregius*, de ſua electione ipſemet Innocentius hæc ſcribit:

bit: „ Nuper ſiquidèm fœlicis recordatio
„ nis Clemente Papa VI. prædeceſſore noſtro,
„ tela vitæ ſuccisâ, in Domino quieſcente,
„ & ipſius funeralibus exequiis cum honori-
„ ficentia debita celebratis, nobiſque cum
„ fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Cardinalibus, de quorum numero tunc
„ eramus, tempore debito convenientibus
„ invicem in Palatio Apoſtolico Avenio-
„ nenſi, in quo idem prædeceſſor tempore
„ ſui obitus habitabat, pro futuri electione
„ Paſtoris: tandèm poſt dies aliquot, licèt
„ paucos, ille Pontifex Summi Summus;
„ qui eandem Eccleſiam Sponſam ſuam pro-
„ prii cruoris aſperſione fundavit, & ſupra
„ petram fidei mox naſcentis erexit, illaque
„ ſoliditate fundavit, ut nullis impulſioni-
„ bus quateretur, diutinæ vacationis ipſius
„ Eccleſiæ diſpendia reſecans, in eum ſua
„ munera contulit, In quo meritorum ſuf-
„ fragia non Invenit, & eorundem fratrum
„ corda informans, & dirigens ſic afflavit, ut
„ Imbecillitatem noſtram (quanquàm eſſent
„ plures, in quos concurrere potuiſſent, &
„ ut credimus, conſultiùs & utiliùs) conve-
„ nirent: Noſque tunc Epiſcopum Oſtien-
„ ſem, cujus ad tantæ dignitatis honorem &
„ onus vires & merita nec ſuppetebant, ad
„ univerſalis Eccleſiæ faſcem regiminis elige-
„ rent ſupportandum. *Hæc Innocentius*.

989 Hic primo ſui Pontificatus anno pacta ſupradicta, conventiones, ſive leges, prorsùs tanquàm illicitas, ac nullius roboris & firmitatis, annullavit, utpotè derogativa auctoritati Romani Pontificis, per quas reſtricta & limitata erat; immò contra conſtitutiones Gregorii X. & Clementis V. editas, quibus cavetur, quòd Cardinales Sede vacante de quibuſcumque negotiis, præterquàm de proviſione Romani Pontificis, nonnullis caſibus exceptis, ſe intromittere nequeant. Extat ſuper his ejus conſtitutio, quæ incipit, *Solicitudo Paſtoralis officii*, data apud Villamnovam Diœceſis Avenionenſis, ſecundo Kal. Julii, Anno I. in qua præfatæ Leges inſertæ leguntur: Ac in ea ſe declarat utique ſubſcripſiſſe Scripturæ continentis præfatas Leges, ſed adjectâ conditione, *ſi & in quantum præfata ſcriptura de jure procederet*, & nonnullos etiam alios Cardinales ſub eadem conditione ſubſcripſiſſe teſtatur. Addit inſuper à ſe conſultos compiures Juriſperitos, & eoſdem Dominos Cardinales, ex quorum conſilio omnia prædicta infirmaſſe.

990 Hujus Pontificis reperi duo Brevia in Archivio Sacri Montis Sion, & quidem originalia Minoritis in eodem Monte Sion habitantibus favorabilia; nam vigore unius concedit prædictis Fratribus adminiſtrationem, ſive regimen Hoſpitalis pro recipiendis Peregrinis conſtructi in antefato Sacro Monte Sion à nobili Matrona Florentina, Sophia nomine. Vigore porrò alterius concedit iiſdem Religioſis in Terra Sancta commorantibus facultatem extruendi Monaſterium in Valle Joſaphat propè Sepulchrum Beatæ Mariæ Virginis, atque locum, ubi Salvator noſter poſt ultimam Cœnam ad Patrem orans, ſanguineum ſudorem emiſit, ſupplicante Petro Aragoniæ Rege: quæ quidem Brevia, etſi præter noſtram Hiſtoriam, pro notitia privilegiorum, conceſſionum, immunitatum, & indultorum, quæ à Summis Pontificibus conceſſa atque indulta ſunt Religioſis Fratribus ex Minorum Ordine in Terra Sãcta commorantibus, tranſcribere opere pretium duxi, atque in hujus Hiſtoriæ progreſſu cætera aliorum Romanorum Pontificum Brevia ex eodem Archivio exſcripta, prædictis Fratribus conceſſa, ſuis reſpectivè in locis apponere decrevimus, quoties nimirum ſermo fiet de creatione illius Pontificis, à quo conceſſa habentur, reaſſumendo poſtea noſtræ ſeriem Hiſtoriæ. Primum ergò Innocentii VI. Breve ſic ſe habet,

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

991 „ Piis fidelium ſtudiis, quæ devo-
„ tionis affectum, & proximi charitatem re-
„ ſpiciunt, libenter annuimus, & quantùm
„ cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum
„ Impertimur. Cùm itaque, ſicut teſtimo-
„ niis fide dignis accepimus, dilecta in Chri-
„ ſto filia Sophia, Philippi de Archangelis
„ mulier Florentina, zelo devotionis accen-
„ ſa, ad laudem Dei, & Salvatoris noſtri Do-
„ mini Jeſu Chriſti, & pro animæ ſuæ ſalute,
„ de bonis ſibi à Deo collatis, ac etiam à
„ Chriſtifidelibus in eleemoſynam erogatis,
„ quaſdam Domos inhabitatas, ſitas in Mon-
„ te Sion, juxtà locum Ordinis Fratrum
„ Minorum in dicto loco Montis Sion conſi-
„ ſtentem, cum Clauſtro, & Territorio eiſ-
„ dem Domibus contiguis emerit, & in eiſ-
„ dem unum Hoſpitale, In quo Chriſtifide-
„ les ad viſitandum Sepulchrum Dominicum
„ peregrè proficiſcentes, valeant refoveri
„ fundaverit, ac ædificare & conſtruere cœ-
„ perit opere ſtudioſo. Nos hujuſmodi pium
„ & ejus devotum ſtudium In Domino plu-
„ rimùm commendantes dictam fundationem
„ ratam habentes & gratam, ac de dicti Ho-
„ ſpitalis ſalubri & perpetua gubernatione
„ providere volentes, ipſius Sophiæ in hac
„ parte ſupplicationibus inclinati, Apoſto-
„ licâ auctoritate ſtatuimus, & etiam ordi-
„ namus, ut dicta Sophiâ cedente, vel de-
„ cedente, aut regimen dicti Hoſpitalis quo-
„ modolibet dimittente, Hoſpitale Ipſum
„ per Guardianum, ſeu Fratres dicti Loci
„ de Monte Sion, qui erunt pro tempore,
„ quibuſcumque Apoſtolicis Conſtitutioni-
„ bus, necnon Statutis & conſuetudinibus

di-

„ dicti Ordinis, contrariis nequaquàm obſtantibus, perpetuis temporibus regi debeat & poſſit etiam gubernari. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis & Ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Villamnovam, Avenionenſis Diœceſis, Nonis Septembris, Pontificatus noſtri Anno tertio. *Hactenus Breve*. Alterum verò ad hunc ſe habet modum.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Terræ Sanctæ, ſecundùm morem dicti Ordinis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

992 „ Ad ea, quæ in laudem & gloriam Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, ſuæque Genitricis Beatæ Mariæ Virginis Glorioſæ cedere valeant, libenter intendimus, aliorumque votis circa ea benignum aſſenſum, & favorem benevolum impertimur. Nuper ſiquidem pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Petri Regis Aragonum Illuſtris, ac veſtra, nobis extitit intimatum, quòd vos pro veneratione Sepulchri ejuſdem Domini noſtri in Valle Joſaphat conſiſtentis, & loci ibi vicini, Cava vulgariter nuncupati, in quo ut aſſeritur, dicto Salvatore noſtro nocte ſuæ Paſſionis orante ad Patrem, *factus eſt ſudor ejus tanquàm guttæ ſanguinis decurrentis in terram*, deſideratis, & proponitis in dicta Valle, ubi Sepulchrum, & locus prædicta conſiſtunt, ſeù juxta ea quemdam locum Fratrum veſtri Ordinis cum neceſſariis Officinis fundare & conſtruere, in quo Fratres ipſi pro præmiſſis, & aliis Divinis ſervitiis valeant commorari. Quare pro parte dicti Regis, ac veſtra, fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis, quòd hujuſmodi locum ibidem fundare, & conſtruere valeatis, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

993 „ Nos itaque hujuſmodi pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis fundandi, conſtruendi, ac de novo recipiendi, ac perpetuò retinendi in Valle ſupradicta pro uſu, & habitatione Fratrum dicti veſtri Ordinis & cuſtodia, ipſius Sepulchri, Venerabilis Fratris noſtri Patriarchæ Hieroſolymitani, & cujuſcumque alterius licentia minimè requiſita hujuſmodi locum cum Eccleſia, Cappella, ſeu Oratorio, Campana, & Campanili, cœmeterio, & domibus, & aliis neceſſariis officinis, non obſtante Conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur, nè aliqui Fratres Ordinum Mendicantium in aliqua Civitate, Caſtro, Villa, vel loco ad inhabitandum domos, vel loca quæcumque recipere de novo præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenam & expreſſam de inhibitione hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis Conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtantibus, jure cujuslibet alterius in omnibus aliis ſemper ſalvo, plenam, & liberam, auctoritate prædictâ, licentiam tenore præſentium elargimur, vobis ex nunc auctoritate præſentium concedentes, quòd Guardianus & Fratres, qui in hujuſmodi loco, ut præfertur, fundando & conſtruendo, pro tempore morabuntur, omnibus libertatibus, exemptionibus, privilegiis, & gratiis dicto Ordini & ejus Fratribus, à præfata Sede conceſſis, & quibus Fratres dicti Ordinis quomodolibet potiuntur, gaudeant, & utantur. Nulli ergò hominum liceat &c. Datum Avenione v. Idus Novembris, Pontificatus noſtri Anno Nono. *Hactenus Innocentii conceſſio*.

994 Verùm eâdem tempeſtate varias Religioſi Minores Sacratiſſimum Domini noſtri Jeſu Chriſti Sepulchrum cuſtodientes, à præfatis Sarracenis paſſi ſunt vexationes & moleſtias: Id quod ex duobus monumentis Originalibus ex eodem Sacri Montis Sion Archivio perſpicuè apparet. Sunt namque Petri Aragoniæ Regis, & Joannæ Reginæ Neapolis literæ, biennio poſt præfatam conceſſionem datæ ad Soldanum Ægypti, quibus rogant, nè permittat à ſuis Fratres vexari, aut moleſtiam inferri. Literæ porrò Petri Aragoniæ Regis ad Soldanum, ut præmittitur datæ, infertæ habentur in literis ejuſdem datis, ſuper hac re ad ſuum Conſulem Alexandriæ reſidentem, prout anthographè in præfato Archivio Sacri Montis Sion habentur: quæ quidem ſic ſe habent.

Petrus Dei gratia Rex Aragoniæ, Valentiæ, Majoricæ, Sardiniæ, & Corſicæ, Comesque Barchinonenſis, Roſſillionis, & Ceritan. fideli noſtro Conſuli Cathalanorum in Alexandria præſenti, vel qui pro tempore fuerit, ſalutem & gratiam.

995 „ Noveritis, quòd nos Illuſtriſſimo Soldano Babyloniæ ſcribimus per noſtram chartam in hunc modum.

Il-

Illuſtriſſimo Principi Soldano Bobyloniæ præſenti, vel qui pro tempore fuerit, Petrus Dei gratia Rex Aragoniæ &c. ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus.

996 „ Cùm ſicut audivimus ſæpiùs contingat, quòd aliqui officiales veſtri, & aliæ etiam perſonæ contra voluntatem, & conſcientiam veſtram maltractant Fratres Minores, qui ex ſpeciali gratia nobis facta per Illuſtres prædeceſſores veſtros, habitant in Sepulchro Domini Jeſu Chriſti in Hieruſalem, & in Nativitate ſua in Bethlehem, & eis inferunt plures injurias, & offenſas, Idcircò veſtram Excellentiam, de qua, ut de Magnifico Principe, ſpecialem fiduciam obtinemus, intimè deprecamur, quòd honoris noſtri intuitu, injungatis omnibus officialibus, & ſubditis veſtris, ut non inferant damna, vel injurias, nec inſerre permittant Fratribus ſupradictis, quinimò eos ab offenſis præſervent, cùm fuerit opportunum. Nam in hoc ſummè complacebitis votis noſtris, offerentes nos in noſtro dominio veſtræ perennitatis reſpectu pro veſtris ſubditis, ſimilia facere, & majora. *Datum, ut infra.*

997 „ Quoniam cùm plurimùm inſideat cordi noſtro, quòd ipſi Fratres, quos ut Cappellanos noſtros tractari cupimus, à quorumvis injuriis, & gravaminibus præſerventur, vobis dicimus, & mandamus vos rogantes, quatenùs accedendo perſonaliter ad Dominum Illuſtrem Soldanum, faciatis omninò & proſequamini cum effectu, quòd ea, quæ ſuper. petimus per Dominum Soldanum eiſdem Fratribus per ſpeciale privilegium concedantur; & ad quotieſcumque neceſſarium fuerit, & præſens noſtra charta vobis fuerit præſentata, juvetis eos, & eorum negotia proſequamini, & detis eis in ſuis opportunitatibus auxilium, conſilium, & favorem, quoties ab eis, ſeu pro eorum parte fueris requiſitus, quoniam in hoc facies nobis ſervitium, & regratiabimus illud tibi, Datum in loco Montiſſoni ſub noſtro ſigillo pendenti, XXVI. die Decembris, Anno à Nativitate Domini milleſimo treceteſimo ſexageſimo tertio, Regnique noſtri vigeſimo octavo, *Hactenus Petri literæ.* Sed & Joanna ad eundem Soldanum ſcripſit in hunc modum.

Sublimi Domino Soldano Babyloniæ, in Chriſto ſibi dilecto Joanna Dei gratia Regina Hieruſalem & Siciliæ, Ducatûs Apuliæ, & Principatus Capuæ, & Forchalquerii, & Pedimontis Comitiſſa, in Deo ſalutem, & in Chriſto Domino charitatem;

998 „ In noſtri memoria conſiderabiliter revolventes qualiter ſublimis olim Soldanus prædeceſſor veſter, gerens ad claræ memoriæ Dominum Regem Robertum Rev, Dominum Avum noſtrum, dum viveret, benevolentiæ ſpecialis affectum, ſe ſibi inter alios Mundi Principes gratioſum exhibuit, & ad precum ſuarum exauditionem favorabiliter condeſcendit, concedendo ſibi ex propria liberalitate. . . . , ſua Sepulchrum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & locum Montis Sion pro habitaculo, ſeù reſidentia Fratrum Minorum proviſorum, Inibi per ipſum Dominum Regem Robertum, Deo & Chriſto Domino famulari, confidenter ad ſublimitatem veſtram recurrimus, illamque multùm attente, & cordaliter deprecamur, quatenùs pro conſolatione dictorum Fratrum, & pro confortatione ipſorum ad reſidendum in locis præfatis ad famulatum Dei, cum majori ſuorum animorum quietè, velitis intuitu noſtro infraſcripta Fratribus ipſis concedere, quæ votis noſtris multùm grata veniunt, ipſis Fratribus reſidendi inibi, opportunam ſecuritatem adducant, videlicet.

999 „ Quòd ipſi Fratres, qui habitant in dictis locis Sepulchri Domini, & Montis, Sion habeant ab Eminentia veſtra renovationem, ſeu novam conceſſionem habitandi, & reſidendi, ubi habitant, & reſident, ac tenendi Sanctuaria, quæ tenent ſine moleſtia quacumque. Item poſſint conſtruere domunculas aliquas, quas viderint pro majori habilitate habitationis ipſorum in Cava, quæ eſt ad latus Eccleſiæ Sepulchri Beatæ Virginis, adjungendo, quòd in ipſa Eccleſia Sepulchri poſſint intrare liberè ad orandum, & lampadas accendendum ad eorum beneplacitum, ſicut faciunt in Bethlehem; & quòd de cætero non ſeribantur, nec impetantur bona, quæ ipſi Fratres, & etiam peregrini habent, dùm infirmantur, nec eis ſpecialiter dictis Fratribus fiat talis oppreſſio, ſivè offenſa, quinimmò de bonis ſuis liberè diſponere ſinè impedimento, vel obſtaculo quocumque poſſint. Similiter Fratres ipſi in eorum domibus liberè tenere victum, & potum, & eis uti ad libitum, prout faciunt Mercatores Chriſtiani in Alexandria, & prout à lege Chriſtianorum eſt permiſſum. Et ſi per aliquem caſum contingat, domos ipſorum Fratrum perſcrutari, & victum & potum

ſe-

„ ſecundùm uſum Chriſtianorum ibi inveniri, quòd nulla eis propterea injuria inſeratur, nec eis ad culpam aliquam imputetur: Nec etiam ipſi Fratres tenantur ad ſolvendum aliquod Curſoribus, quinimmo prohibeatur eis, nè aliquid petant, ſeù exigant ex ipſis Fratribus, cùm non habeant undè vivant.

1000 „ De quibus omnibus veliitis mandare fieri duo privilegia, alterum aſſignandum dictis Fratribus,& penès nos reliquum remanſurum. Nos enim præmiſſorum conceſſionem ad magnam complacentiam habentes tenebimur ſublimitati veſtræ ad ea, quæ grata poſſemus, & placita veſtris deſideriis exhibere. Data Neapoli Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, die vigeſimo ſecundo Maii, primæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno vigeſimo primo. *Hactenus Joannæ literæ*.

1001 Extant pariter in eodem Archivio literæ authographæ Laurentii Celſi Venetiarum Ducis, datæ Conſuli Alexandrino, ut ageret cum præfato Soldano, ad effectum obtinendi licentiam, ſeù facultatem, ut duo ſaltem Religioſi Minores liberè pro fidelium ſacra loca viſitantium conſolatione permanere poſſent in Eccleſia Sanctiſſimi Sepulchri, in Eccleſia Bethlehem,ac in Eccleſia Sepulchri Beatæ Virginis, & nè permittat bona Peregrinorum, & Religioſorum eorundem, in Terra Sancta decedentium, à Sarracenis ſibi ſubiectis diripi. Quæ quidem literæ,licèt non habeant conſignatum annum, quo datæ ſunt, ex Indictione tamen primâ in eis adnotatâ,infertur datas hoc eodem Annò, nimirùm MCCCLXIII. quo anno adnotatur Indictio prima, & Laurentius Celſus Dux jam erat Ventiarum. Extant namque literæ Urbani V. datæ Avenione VIII. Kal. Junii, ſui Pontificatus Anno primo, coincidente in Annum Domini MCCCLXIII. ad præfatum Laurentium Celſum Ducē Venetiarum, quas recitat Raynaldus ad prædictum annum ſub num. 23. Literæ ergo præfati Ducis Venetiarum ſic ſe habent.

Laurentius Celſus Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus viris Nicolao Contareno de ſuo mandato Conſuli Alexandriæ, ac Succeſſoribus ſuis fidelibus dilectis, ſalutem & dilectionis affectum.

1002 „ Optaremus pro reverentia Dei, & conſolatione viſitantium Loca Sancta, quòd in Eccleſia Sepulchri Dominici, & in Eccleſia Betlehem, necnon in Eccleſia, ubi eſt Sepulchrum Glorioſæ Virginis Mariæ, eſſent continuè aliqui Fratres Minores, qui celebrarent in eiſdem Eccleſiis. Quare volumus, quòd ſi contingat vos ire, vel mittere ad Soldanum, procurare, vel procurari facere debeatis apud eum, quòd ſaltem duo Fratres Minores pro qualibet dictarum Eccleſiarum eſſe, & ſtare poſſint, pro conſolatione Chriſtianorum viſitantium dictas partes, dicentes, ſeù dici facientes eidem Sodano, quòd nos, & noſtrum commune hoc valdè gratum habebimus, & reputabimus nobis ad ſervitium ſpeciale, & ſuper hoc faciatis quidquid honeſtè, & cum honore noſtro poteritis.

1003 „ Cæterùm, quia dicitur, quòd quando aliquis peregrinus Chriſtianus in partibus illis moritur, ſeù aliquis ex Fratribus, Sarraceni deripiunt, & occupant ſibi ſtatim omnia bona eorum, volumus etiam, quòd circa hoc intuitu Chriſti & pietatis procuretis, ſeù procurare faciatis pro parte noſtra apud Soldanum, quòd impoſterùm ceſſet hujuſmodi novitas, ſcilicet, quòd bona Chriſtianorum, & ſpecialiter Fratrum ibi morientium, remaneant Chriſtianis, vel locis Chriſtianorum, ſicut juſtum eſt. Reſcribentur nobis id quòd ſuper præmiſſis duxeritis faciendum. Data in noſtro Ducali Palatio die ultimo menſis Octobris, primæ Indictionis. *Hactenus literæ*.

1004 Sed ad ſeriem noſtri inſtituti revertentes, à qua digreſſi ſumus, nè aliena ſcribentes, omninò noſtra ſilentio prætereamus, Turcis in Aſia quotidie nova adverſus Græcos molientibus, Philadelphii præcipuè in maximas redacti anguſtias, miſſis ad Clementem VI. Oratoribus, deprecati ſunt, quatenus opem illis ferre dignaretur, parati ſub Pontificis clientela Civitatem, Caſtra, & fortalitia totius Principatus Philadelphiæ reſignare & tradere, ac ei obedientiam præſtare, quem eidem Pontifici placuiſſet in eorum Principem conſtituere. Cùmque Clemens, licèt receptis Oratoribus, nihil executioni demandare potuiſſet, morte præoccupatus, Innocentius VI. qui, ut præfati ſumus, Clementi ſucceſſit, rem aggreſſus, reſcripſit Philadelphiis, ſe ipſorum clientelam contra Barbaros ſuſcepturum: Sed cum multò ampliùs ipſorum animabus, quàm corporibus conſulendum, ad Schiſma damnandum eſt hortatus, ut comparatâ Divinâ gratiâ, & reſtituto per Eccleſiarum unionem Religionis ſplendore, fœliciùs hoſtis propulſetur. Exhibet literas Raynaldus ad Annum Domini MCCCLXIII. ſub num. 20. ad hunc modum ſe habentes.

Clero, & Populo Civitatis Philadelphiæ, veram fidem cognoſcere, & agnitam cuſtodire.

1005 „ Fœlicis recordationis Clemente Papa VI. prædeceſſore noſtro, adhùc in humanis agente, venerunt ad Sedem Apoſtolicam Emmanuel Magula Referendarius Ec-

„ Eccleſiæ Philadelph. & nobilis Vir Emma-
„ nuel Theodorucanus miles Philadelphiæ,
„ Nuntii, & Ambaſſatores veſtri, & hoſtili-
„ bus perſecutionibus, ac impugnationibus
„ gravibus, quibus infidelium Turchorum
„ neſanda crudelitas,& ſæva impietas vos in-
„ ceſſanter affixerant,& inhumaniter affige-
„ bant, inſinuatione provida recenſitis, ei-
„ dem prædeceſſori humiliter, & lacryma-
„ biliter ſupplicarunt, ut ipſe ad vos pietatis
„ ſuæ viſcera clementer aperiens, adversùs
„ eorundem Turchorum ſævitiam vobis opem
„ ferre ſalutaris auxilii dignaretur; offeren-
„ tes pro parte veſtra eidem prædeceſſori,
„ quòd vos Civitatem veſtram, necnon ca-
„ ſtra, fortalitia Civitatis ipſius, & alia,
„ quæ poſſidetis, ac vos ipſos, quo ad tem-
„ poralia ſubiiceretis, & daretis eidem præ-
„ deceſſori, & Sanctæ Romanæ ac univerſali
„ Eccleſię in perpetuum jure Dominii; &
„ quòd illi, vel illis, quem, vel quos idem
„ prædeceſſor deputaret ad id, prædeceſſoris
„ & Eccleſiæ prædictorum nomine in hujuſ-
„ modi temporalibus pareretis.

1006 „ idem verò prædeceſſor hujuſmodi
„ miſerabili, & calamitoſo ſtatu veſtro non
„ ſinè affectu multæ compaſſionis audito,
„ cogitabat anxiè, qualiter vobis non ſolùm
„ temporaliter, ſed & ſpiritualiter etiam
„ ſubveniret, ut iniquis Turchorum ipſorum
„ conatibus in virtute Domini ſuperatis, &
„ abdicatis erroribus, quibus antiquum
„ Schiſma vos à gremio ipſius Eccleſiæ,extra
„ quam nulli eſt gratia, nulli ſalus (ſeducente
„ illo, qui primum ſchiſma ſuſcitarat in Cœ-
„ lo) fecerat alienos, ſicut temporalibus
„ hoſtibus, ſic readunati Spiritualiter fide-
„ lium cœtui, & velut pecudum more va-
„ gantes in caulam Domini, ipſam ſcilicet
„ Eccleſiam congregati, æternos cruciatus
„ etiam neſciretis. Sed quoniam ille, qui
„ vivificat & mortificat, quique ducit ad in-
„ feros, & reducit terminos, qui præteriri
„ non poſſunt, ipſius prædeceſſoris vitæ con-
„ ſtituens, eum de tenebris Mundi hujus
„ æternam vocavit ad lucem, cogitatus ſuus,
„ quem ſuper hoc in Domino Ipſe jactaverat,
„ effectum debitum habere nequivit.

1007 „ Eodem itaque prædeceſſore in
„ Domino quieſcente, nos, permittente Deo,
„ licèt inſufficientibus meritis, ad apicem
„ Apoſtolicæ dignitatis aſſumpti, hujuſmo-
„ di negotio neceſſariam & utilem proſecu-
„ tionem deeſſe nolentes; & attendentes,
„ quòd juxtà doctrinam Domini ſalutarem
„ Regnum Dei primò quærendum eſt, ut
„ adiiciantur omnia poſt hæc vobis; Nun-
„ tios & Ambaſſiatores ipſos coràm nobis &
„ fratribus noſtris ejuſdem Eccleſiæ Cardi-
„ nalibus perſonaliter acceſſitos interroga-
„ vimus, utrùm ſuper ſpiritualium negotio,
„ ſcilicet ſuper abjuratione Schiſmatis, & er-
„ rorum, necnon recognitione primatus
„ ipſius Eccleſiæ, & regreſſu veſtro libero,
„ puro, ſimplici, & effectuali, ad ipſius uni-
„ tatem Eccleſiæ haberent aliquam poteſta-
„ tem; cùmque ipſi dicerent, ſe ſuper hoc
„ poteſtatem aliquam non habere; Nos atten-
„ dentes, quòd ſalus corporibus firma eſſe
„ non poterat, quorum animæ languoribus
„ prægravatæ, ac tenebrarum caligine obſi-
„ tæ ipſum verum lumen de lumine, qui om-
„ nem hominem venientem in hunc Mun-
„ dum illuminat, vera & irrepercuſſa non
„ poſſunt acie intueri, cum eiſdem Fratribus
„ noſtris deliberationem ſuper hoc habuimus
„ diligentem: & demum, licèt noſtra, &
„ & omnium Fratrum noſtrorum corda ſuper
„ tot, tantiſque afflictionibus veſtris mul-
„ ta fuerunt pietate commota, & ad im-
„ pendendum vobis ſuper eis auxilium no-
„ ſtra & eorum vota communiter reſediſſent,
„ tamen utiliùs, immò neceſſarium ampliùs
„ viſum fuit, ut priùs negotium ſpiritua-
„ lium hujuſmodi ſoliditatem reciperet,
„ quàm vobis auxilium temporaliter præ-
„ beretur.

1008 „ Sperantes igitur, quòd illius
„ Spiritus, qui ubi vult ſpirat, ſpiramine
„ inſpirati animarum veſtrarum ſalutem pro-
„ tectioni & defenſioni corporum præfera-
„ tis; & quòd illa inſpirationis veſtræ prin-
„ cipalis intentio fuerit, ut cum tuitione
„ corporum ſalvationem quoque animarum
„ ſalubriter peteretis, & connit etiam, quòd
„ ille, qui vobis hunc pietatis ſuæ rore infu-
„ dit, & inſpiravit affectum, vos efficaciâ
„ virtutis ſuæ in eo conſtanter & ſolidè ro-
„ borabit; Univerſitatem veſtram requiri-
„ mus & hortamur in Domino, illam atten-
„ tiùs deprecantes, ac ſanis vobis conſiliis
„ ſuadentes, quatenùs attendentes, quòd
„ ille Princeps Cœleſtis Exercitus, ille Dux
„ Ætherei Principatus, in conſpectu ejus,
„ cujus non eſt differentia in multis liberare,
„ vel paucis, ſi relictis omnium errorum, &
„ ſchiſmatum tenebris, ad Catholicæ ac in-
„ diviſibilis Fidei limpidam, veramque lu-
„ cem & unitatem Eccleſiæ prædictarum pu-
„ ris cordibus & ſinceris mentibus redeatis,
„ paucitatem veſtram adversùs multitudi-
„ nem Turchorum ipſorum eo fortificabit
„ robore, eàque fortitudine roborabit, quòd,
„ ipſo præſtante, unus veſtrum mille perſe-
„ queretur ex illis, & duo decem millia traſ-
„ movebunt; prædictos, qui ad vos de noſtro
„ beneplacito revertuntur, vel alios Nun-
„ cios veſtros cum pleno & ſufficienti man-
„ dato ad abjurationem & recognitionem
„ hujuſmodi, purè,ſimpliciter, & abſque om-
„ ni velamine faciendas, ad nos cum omni
„ celeritate, ac feſtinantia remittatis, ut
„ eis regredientibus ſuper hoc ſufficienter, ut
„ præfertur inſtructis, & opportunâ poteſtà-
„ te munitis, ad conſummationem votivam,
„ & fœlicem & proſperam tam ſalutaris ne-

go-

„ gotii debita proſecutio ſolicitè impenda-
„ tur: Sicque vobis ipſis veræ Fidei lumen
„ reſplendeat, & ſicut ſpiritualiter, ſic &
„ temporaliter vobis à Domino per noſtrum
„ miniſterium ſalus fiat.

1009 „ Intendimus enim eo caſu ad vos,
„ favente Deo, tranſmittere aliquos viros
„ timentes Deum, & in ipſius lege pleniùs
„ eruditos, quorum ſanâ doctrinâ errores
„ confutare quoslibet, & ad veram ipſius
„ fidei notitiam recto tramite venire poſſi-
„ tis: & nihilominùs proponimus ſic vobis,
„ quantùm cum Deo poterimus, commodè
„ præſtare temporaliter auxilium & favo-
„ rem, quòd in virtute dexteræ ejus, qui
„ Pharaonem Dei populum perſequentem &
„ ipſius exercitum demerſit in mare, Tur-
„ chorum ipſorum compeſcetur audacia,
„ comprimetur furor, conteretur iniqui-
„ tas, & doloſis machinationibus ſuperatis
„ conatus improbi elidentur: ſicque vobis
„ erit ſicut animarum, ſic & corporum pax,
„ & quies. Datum Avenione xiv. Kal. Fe-
„ bruar. Pontificatus noſtri Anno Primo.
Hactenus Innocentii literæ.

1010 At in ſchiſmate hærentibus Phila-
delphiis, ac Supremi Paſtoris Univerſalis
Eccleſiæ monita contemnentibus, non poſt
multorum annorum curricula à Bajazete ſæ-
viſſimo Turchorum Principe captâ eorum
Civitate, in miſeram ſervitutem redacti ſunt.
De capta Philadelphia Chalcocondylas lib. 2.
de Rebus Turcicis, hæc ſcribit: „ Conten-
„ dentibus namque inter ſe, *ait* Byzantii
„ Regibus, (*Emmanuele ſcilicet & Andro-
„ nico, de quibus nos ſuo loco*) petebat Rex
„ Bajazetes ſibi dari Philadelphiam. Qui ſe
„ id facturos promiſerunt. Cùm autem Em-
„ manuel miſiſſet præconem, qui nunciaret
„ Philadelphiæ civibus, ut ſe, Urbemque
„ darent Bajazeti, acciperentque quùm Ju-
„ dicem, tùm Præfectum Turchum: reſpon-
„ derunt, ſe neutiquam paratos eſſe, ut ſe-
„ metipſos proderent Barbaro. Quo reſpon-
„ ſo iratus Bajazetes, Urbem exercitibus
„ circumſedit, ducens ſecum ad id bellum
„ Græcorum Regis, qui ibidem virtutis præ-
„ mia ſunt conſequuti. Primi etenim con-
„ ſcendentes murum, Urbem cœpere. Et in
„ hunc modum capta eſt Philadelphia, Ur-
„ bes Lydiæ Græca legibus optimis, quæ
„ fuit fundata. *Hactenus ille.*

1011 Porrò Innocentius negotium unio-
nis inter Clementem tractatum & Cantacu-
zenum proſequi optans, nè prædeceſſoris obi-
tu prorſùs intermitteretur, ſcripſit ad Can-
tacuzenum ſequentes literas.

*Joanni Cantacuzeno Imperatori Græco-
rum Illuſtri, gratiam in præſen-
ti, quæ perducat ad glo-
riam in futuro.*

1012 „ Affectionem, quam habere mon-
„ ſtratis ad unionem Latinorum & Græco-
„ rum Eccleſiarum, auctore Domino, fa-
„ ciendam adhùc in minoribus conſtituti
„ Nunciorum tuorum, quos ad Sedem Apo-
„ ſtolicam fœlicis recordationis Clementis
„ Papæ VI. prædeceſſoris noſtri tempore
„ propterea deſtinaſti, relatione cognovimus,
„ & literæ tuæ aureæ bullæ Magnitudinis
„ tuæ appenſione ſignatæ, quas eidem præde-
„ ceſſori direxeras, ac Nobilis Viri Nicolai
„ Sigero Prætoris populi Romaniæ tranſmiſ-
„ ſæ, ad Apoſtolatus apicem jam aſſumptis,
„ recentiori quadam memoria indicarunt:
„ ex quo ingentis letitiæ rore perfuſi, Re-
„ demptori noſtro, qui hunc tibi formavit
„ animum, & infudit affectum, debitas lau-
„ des referimus, & uberes gratiarum exſol-
„ vimus actiones; ſperantes, quòd ipſe lapis
„ angularis abſciſſus de monte ſine manibus,
„ qui parietem utrumque connexuit, & qui
„ concordiam in ſublimibus ſuis parat, affe-
„ ctioni tuæ tam ſalutari, tam utili efficacis
„ promotionis operam dono ſuæ gratiæ ſo-
„ ciabit, & dabit promotionis inſtantiæ fru-
„ ctum anxiè à Chriſtifidelibus concu-
„ pitum.

1013. „ Et ideo Serenitatem tuam roga-
„ mus & obſecramus in Domino, tibi in
„ remiſſionem tuorum peccaminum ſanis
„ conſiliis ſuadentes, quatenus prudenter
„ conſiderans, quòd probatio affectionis cu-
„ juslibet ipſa exhibitio operis eſt, & quòd
„ unumquodque opus ab exitu denomina-
„ tur, attendens; quòdque currentes in ſta-
„ dio, niſi poſt conſummationem inſtantis
„ curſus acceptione bravii minimè præmian-
„ tur, affectionem tuam hujuſmodi effectu
„ operis impleas, & ad unionis hujuſmodi
„ perfectionem votivam operarias manus,
„ ſublato præjudicio moroſæ dilationis, op-
„ ponas; ut eo, cujus in hac parte negotium
„ agitur, operationibus tuis infundente gra-
„ tiam & præſtante virtutem, negotium
„ ipſum ad optatæ conſummationis exitum
„ perducatur, tuque in præſenti thronum
„ tuum fortiùs robores & ſtabilias firmiter,
„ ac in futuro cum univerſo populo tuo, cui
„ ad æternam vitam ducatum præbes, &
„ vehiculum præparas, ad Sancta Sanctorum
„ purificatis introire mentibus merearis &c.
„ *Hactenus literæ.*

1014 Cantacuzenus verò hiſcè receptis
literis, cùm accepiſſet, Clementem ſublatum
è vivis, ac Innocentium ſubſtitutum, Orato-
rem protinùs ad eum deſtinavit, Joannem
ſcilicèt ex Sacro Prædicatorum Ordine, ut

tam literis, quàm voce vivâ animum ſuum explicaret, præcipuè circà unionis negotium, gratulans inſuper de illius ad Pontificatus aſſumptione. Ad quem Innocentius, eodem remiſſo Nuncio & Oratore, ſequentes fecit literas,

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1015 „ Magnitudinis tuæ literas præſentatas nobis per dilectum filium Joannem Ordinis Fratrum Prædicatorum Ambaſſiatorem & Nuncium tuum, latorem præſentium, & ipſum quoque Ambaſſiatorem conſideratione tua benignè recepimus, & tam eiſdem literis ſerioſè perlectis, quàm his, quæ præfatus Ambaſſiator pro parte tua nobis prudenter & providè reſeravit, diligenter auditis, innotuit nobis deſiderii fervor, & affectionis patuit plenitudo, quibus mens tua indeſinenter exęſtuat, ut inveterati ſchiſmatis purgatâ rubigine, ac errorum tenebris effugatis, ad unitatem Sanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ, & agnitionem catholicæ Fidei, quam Eccleſia ipſa veritatis Magiſtra & neſcia falſitatis tenet, docet, & prædicat; quamque Redemptor omnium Chriſtus, qui auctor eſt ejus, dividi non patitur, unà cum populo tibi ſubdito revertaris; ſicque tibi & eis ſalubriter conſulens, ducatum præbeas ad ſalutem. Ex quo magnificavit anima noſtra utique Dominum, & in Deo ſalutari noſtro ſpiritus noſter. In eo potiùs exultavit, quò veriſimiliter credimus, & in eo, qui parietem utrumque connexuit, confidimus ampliùs & ſperamus, quòd unionis utrinſque Eccleſiæ, Latinæ ſcilicet & Græcæ, negotium, in cujus proſecutione multorum prædeceſſorum noſtrorum pia ſtudia quàm maximè laborarunt, ad optatæ conſummationis exitum perducetur; ſicque temporibus noſtris, Dominicus Grex, præſtante illo, qui eum nobis paſcendum, regendumque commiſit, antiqui hoſtis ſuperatis fraudibus, uno ſolùm Paſtore paſcetur, uno tantummodò quieſcet ovili.

1016 „ Eja igitur, Princeps inclyte, animum robora, fortifica mentem; & conſiderans quòd, teſtante veritate, inchoare non ſufficit, ſed perſeverare expediat ad ſalutem; quòdque nullum certantium pugilum, niſi compos victoriæ coronatur, opus tam ſalutaris negotii, confiſus in eo, qui imbecilla quæque roborat, & firmat infirma, inſtantiùs operare: imple inchoati Miniſterii partes, & in caulam Domini, ubi nec lupis rapaci inſidias paveant, nec rugitus leonis timeant devorantis, oves congregà oberrantes. Fer ad aream Domini manipulorum copiam, ut inde paleis & ariſtis tritorâ & ventilabro veritatis excuſſis, inferatur in horrea Divina frumentum; firmiter credens & indubiè tenens, quòd ab eo, per quem Reges regnant, & curvantur imperia, & in præſenti quibuscumque procellarum & tempeſtatum adverſùm te commotis fluctibus nutu ſuæ potentiæ quietatis, ſtatus tui robur, & in futuro æternæ beatitudinis gaudia mercedis præmium conſequeris: quòdque nos, qui vices illius (licèt immeriti) gerimus, tibi velut filio de regione diſſimilitudinis venienti, cum ingenti lętitia apertis brachiis occurrentes, non ſolùm ſpiritualibus, ſed temporalibus quoque pręſidiis, quantùm cum Domino poterimus, te quod affectu prætendis, effectu operis, ut fiducialiter credimus, exequentem favorabiliter proſequemur.

1017 „ Cæterùm, quòd de promotione noſtra ad apicem Apoſtolicæ dignitatis exultans, affectum tuæ circa nos indicas charitatis, debitas tibi gratias agimus; ſed undè tibi oritur materia gaudii, inde nos pavor concutit, terret nos inde timor; ſiquidem honoris faſtigium, oneris molem habet annexam; ad quam ſupportandam imbecilles nobis humeros intuemur, de propria virtute diffidimus, & de qualitate meriti deſperamus. Sed in eum, qui fuit oneris auctor, ſperantes adminiſtrationis etiam adjutorem, ipſum ſuppliciter exoramus, ut infirmitatem noſtram ſic roboret, ſic noſtros ſuppleat imperfectus, quòd eo præſtante, præfatam Eccleſiam ad ſuî laudem & gloriam, ac ſalutem ejuſdem commiſſi, ut præmittitur, nobis Gregis utiliter regere, ac tandem cum ipſo populo ad Sancta Sanctorum puris introire mentibus mereamur. Datum Avenione VI. Kal. Novembris, Anno Primo. *Hactenus literæ.*

1018 Ejuſdem argumenti literas miſit ad Joannem Aſſanem, virum apud Græcos auctoritate pollentem, & ad alium ejuſdem nominis Principem, quos eſt hortatus, ut tanto negotio, quod & ipſi efflagitare videbantur, manus adjutrices darent. Inde per alias literas alios certiores hujuſmodi Cantacuzeni conſilii fecit, atque inter cæteros ſcripſit Hugoni Regi Cypri, quatenus adverſùs Turchas Græcorum Imperatori ſtudio promovendæ ſperatæ unionis, auxilia præberet. Sunt autem literæ tenoris ſequentis, videlicet.

Innocentius Epiſcopus &c. Hugoni Regi Cypri.

1019 „ Audivimus, quòd Joannes Can-
„ taeuzenus Imperator Græcorum Illuſtris
„ deſiderat admodùm, relictis errorum te-
„ nebris, quibus ab unitate Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ inimici hominis fallens nequitia
„ ſuperavit eundem, redire ad ejuſmodi ejuſ-
„ dem Eccleſiæ unitatem, cujus nos laudabi-
„ le votum & acceptum Deo propoſitum
„ favorabiliter proſequentes; & cupientes
„ tuo, & aliorum Chriſtifidelium auxiliis
„ adjuvari, Serenitatem tuam attentè roga-
„ mus, attentiùs in Domino obſecrantes,
„ quatenùs memorato Imperatori in execu-
„ tione voti ſui hujuſmodi, ſi ad te recurſum
„ habuerit, aſſiſtas auxiliis & favoribus op-
„ portunis; Ex hoc enim præter æternæ glo-
„ riæ præmia, & humanæ laudis præconia,
„ Apoſtolicæ quoque plenitudinem gratiæ
„ uberiùs conſequeris. Datum Avenione
Kalendis Aprilis, Anno Primo. *Hæc Innocentius ad Regem Cypri*. Qui & ſimilia ſcripſit ad Joannem Valentem Januenſium Prætorem, & ad Deodatum Magnum Rhodiorum Equitum Magiſtrum.

1020 Sed dùm hæc à Pontifice agebantur & Cantacuzeno, in contrarium Patriarcha Conſtantinopolitanus unita membra divellere aggrediebatur, non unire divulſa. Siquidem cùm Stephanus Raſciæ Rex jamdudùm, adhùc vivente Clemente VI. de unienda Eccleſiæ Romanæ Græcorum ſchiſmate fœdata Raſciana Eccleſia, tractatum habuiſſet, ut ejuſdem Clementis literæ ad eundem Stephanum, ſub datis Avenione VI. Nonas Martii, ſui Pontificatus Anno V. ſatis indicant; factumque eſſet, ut in pluribus antedicti Regni Monaſteriis Abbates & ſuperiores, in Eccleſiis Epiſcopi inſtituerentur & Rectores Romanæ Eccleſiæ ritum profitentes, ac foventes; antefatus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cùm hæc accepiſſet egrè ferens, miſſis ex Græcorum finibus viris peſſimis, Antiſtites Romanæ Fidei, & doctrinæ cultores amovere fecit, Prælatos quoque Monaſteriorum ejuſdem fidei & doctrinæ deſtituere juſſit: & quod execrabilius eſt, prædicti Miſſi, ſecundùm ſibi datam inſtructionem, ad Sacramenta Baptiſmi & Confirmationis ritè à Latinis ſuſcepta reiteranda coegerunt: Cujus rei causâ Rex ipſe Raſciæ, qui adhùc pro unione inſiſtebat, cupiens, ut res Eccleſiaſticæ in priſtinum reduceretur ſtatum, miſit ad Innocentium VI. Apocriſiarios, qui ſibi peterent mitti pios & doctos viros, ut mediante ſanâ illorum doctrinâ, expurgatis erroribus, Raſciani populi in viam veritatis reducerentur: Pontifex verò gratanter receptis præfatis Apocriſiariis, ipſiſque auditis; ac perlectis literis, protinùs Legatos ad eum miſit Fratrem Bartholomæum Epiſcopum Traguerienſem ex Minorum Ordine, aliàs apud eum Nuncii officio functum, & Fratrem Petrum Thomaſium ex Ordine Carmelitarum, Epiſcopum Pactenſem, datis ad Regem ſequentibus literis, quas exhibet noſter Wadingus ad Annum Domini MCCCLIV. ſub num. 2. videlicet.

Stephano Regi Raſciæ Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1021 „ Per dilectos filios nobiles Viros
„ Boſſidarium Judicem generalem, & Neſte-
„ gium Cephaliam Geren. ac Damianum
„ de Catara Civem Cataren. Apocriſiarios,
„ & Procucatores Magnitudinis tuæ ad nos,
„ & Sedem Apoſtolicam diebus non longè
„ præteritis deſtinatos, & præſentatas nobis
„ per Apocriſiarios ipſos literas Regias, au-
„ reâ tuâ Bullâ munitas, noſtro Apoſtolatui
„ intimaſti, quòd audito, quòd quidam Ec-
„ cleſiarum & Monaſteriorum Prælati Regni
„ tui, fideles ejuſdem Eccleſiæ, erant Eccle-
„ ſiis & Monaſteriis, in quibus canonicè in-
„ ſtituti fuerant, per quoſdam abominatio-
„ nis filios contra juſtitiam deſtituti, & quòd
„ alii quidam eiſdem, ac aliis fidelibus San-
„ ctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ & Apo-
„ ſtolicæ in eodem Regno morantibus, inju-
„ rias & contumelias irrogarunt, & quoſdam
„ ex fidelibus ipſis ad reiterandum Baptiſma-
„ tis & Confirmationis per eos ritè ſuſcepta
„ irreiterabilia Sacramenta invitos coege-
„ rant, non ſine gravi offenſa Dei, & læſione
„ Fidei Chriſtianæ; Tu, velut ſincerus ipſius
„ Fidei zelator & cultor, id moleſtè ferens, ac
„ gerens, prout debueras, admodùm diſpli-
„ center & cupiens pro reverentia Redem-
„ ptoris tui, qui ejuſdem auctor eſt Fidei; &
„ pro ſalutis tuæ meritò tantis malis provi-
„ ſionis tuæ ſtudio ſalubriter obviare, ſub
„ indignationis tuæ pœna diſtrictè præcepe-
„ ras, Prelatos deſtitutos eoſdem ad Eccleſias
„ & Monaſteria ipſa, quibus fuerunt, ſicut
„ præmittitur, deſtituti, reſtitui cum effectu,
„ ſex Monaſteriis tunc expreſſis dumtaxat
„ exceptis, quibus de propriis Abbatibus ad
„ evitanda ſcandala & pericula imminentia
„ tunc reſtitutio non poterat fieri, & ad quæ
„ poſtmodùm temporis opportunitate capta-
„ tâ, illos reſtitui procuraſti, quodque pu-
„ blicè ac patenter, & ſub formidabilibus
„ pœnis edixeras, quòd nulla Eccleſiaſtica,
„ Sæculariſve Perſona Latinos, vel alios fide-
„ les ejuſdem Eccleſiæ ſecundùm verum &
„ catholicum ritum ejus baptizatos & con-
„ firmatos, rebaptizare, ſeu reconfirmare, aut
„ eiſdem fidelibus injuriam, ſeù violentiam
„ irrogare, ſive ipſos perſequi, vel moleſtare
„ præſumeret quoquo modo, & quòd omnes
„ Epiſcopi, Abbates, & alii Eccleſiarum &
Mo-

„ Monaſteriorum Prælati, Presbyteri, & Clerici Sæculares, & Regulares fideles ipſius Eccleſiæ, ubicumque & quomodocumque in Regno detenti prædicto, reſtituerentur debitæ libertati, & ad Eccleſias, Monaſteria, & Eccleſiaſtica Beneficia ſua qualibet liberè, & ſine impedimento redirent, Divina in eis celebrarentur Officia, & prout aliàs ad eas pertineret, miniſtrarent eiſdem, ac aliis Chriſtifidelibus, juxta Eccleſiæ præfatæ conſuetudinem rectam & obſervantiam ſalutarem Eccleſiaſtica Sacramenta, & quòd licitum eſſet omnibus in dicto Regno morantibus, Fidem, quam ipſa Eccleſia tenet, docet & prædicat, tenère liberè, ac prout eis competeret, illam docere voce libera, & publicè prædicare, & quòd ut ſinceriorem te probares veriorihus argumentis ipſius catholicæ Fidei amatorem, eos, qui ſecundùm hujuſmodi vitam & formam Eccleſiæ prædictę Baptiſmatis & Confirmationis ſuſceperant Sacramenta, & vel vi, metuvè coacti, ſicut prædicitur, vel forſan errore devii, hujuſmodi Sacramenta, juxta uſum, immò abuſum veriùs, & abominationem aliam damnabiliter iterant, arbitrio eorum, libertatique relinquens ipſis ab hujuſmodi reatu beneficium abſolutionis impendi, eoſque reaggregari unitati ejuſdem Eccleſiæ devotâ mente petieras, ac pio ſtudio procuraras; ac tandem Eccleſiam ipſam Dominam & Magiſtram Chriſtianorum omnium, ac Romanum Pontificem univerſalem Chriſtianorum ipſorum Patrem, & verum ipſius Chriſti Vicarium, ac Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem firmiter aſſerens, ſimpliciter confitens, & humiliter recognoſcens, devotâ inſtantiâ ſupplicaſti, ut tibi Apoſtolicæ benedictionis munus per Apoſtolicas literas mittere, & nihilominùs deſtinare ad Regnum ipſum aliquos Viros probos, timentes Deum, & in Lege ipſius pleniùs eruditos, qui Venerabilis fratris noſtri Bartholomæi Epiſcopi Tragurien. dudùm in partibus illis Apoſt. Sedis Nuncii fœliciter, favente Deo, inchoatis operibus, proſecutionis adjicerent ſtudium, per quod ad optatum perducerentur exitum, dignaremur; idemq; Traguriensis Epiſcopus, cujus relatibus adhiberi fidem per eaſdem literas petiſti, nobis expoſuit, quòd tu Populo Chriſtiano partium Orientis ſuper afflictionibus, & perſecutionibus duris, quibus eos Turcharum furor immanis indeſinenter angariat, viſcera pietatis regiæ ad compaſſionem aperiens, & ad opprobria exprobrantium nomini chriſtiano tollenda, & auferenda perfidam gentem credentium de finibus, attendens animi tui zelum, & excitans potentiam Regiæ dignitatis, deſiderabas ab eadem Eccleſia Matre tua contra Turchos ipſos Capitaneus ordinari, ut ipſius Eccleſiæ ſpirituali adjutus auxilio, & directus conſilio, in virtute Altiſſimi, qui piis favet libenter operibus, gregem Domini, ipſum, velut populum, de luporum eorundem, ſcilicet Turcharum faucibus potenter erueres, & ſubactam jugo miſerabilis ſervitutis, chriſtianam abſolveres libertatem.

1022 „ Quibus omnibus intellectis, exultavit cor noſtrum in Domino, lætatus eſt ſpiritus, & mens ipſa in jubilum gaudii potioris erupit, ac eadem Eccleſia Mater tua, qui ubi vult, ſpirat, & corda Regum in manu ſuæ continet poteſtatis, quique hunc tibi formavit animum, & infudit affectum, ſupplicitèr agens humiles gratias, & laudationum debita perſolvens, ipſum oravit, & orat aſſiduè, ut te in hac zeli rectitudine, in hoc fervore ſpiritus, in hac puritate fidei, in hac devotionis ſinceritate conſervet, dieſque tuos & longævos faciat, & poſt bella Dominii, ad quæ robur tuæ potentiæ animosè & ſtrenuè obtuliſti, fœliciter conſummata in ſua pace diſponat, ſicque tibi te, ac ſubditas tibi nationes regere & gubernare concedat, quòd poſt hujus labilis peregrinationis excurſum unà cum eis ad Sancta Sanctorum puris introire mantibus merearis.

1023 „ Porrò, fili chariſſime, poſt dictorum Apocriſiariorum tuorum ad te reditum affectionis, quam ad tanti boni fœlicem exitum nimirum gerimus, nos continua ſolicitavit inſtantia, & eò nobis ſtudium diligentiæ potioris indixit attentiùs, quo in rebus avidè concupitis, ſicut frequenter experientia didiciſſe te credimus, ipſa quoque celeritas, ſæpè tarditas reputatur. Tandem cogitantes & perquirentes cum omni ſolertia viros, quos tanti miniſterii promotioni utili utiliter deputare poſſemus, inter cæteros, quos indagationi noſtræ idoneos ad hujuſmodi miniſterium conſideratio multiplex obtulit, idem Epiſcopus Traguriensis occurrit. Etenim ipſe cùm ſit tibi familiariter notus, & ſicut eædem literæ teſtabantur, pro meritis ſuis acceptus & charus poterit efficacior promotor eſſe negotii, & pro eo, quod tanto bono, bonum, Deo favente, dedit initium, ut illud ad finem, ipſo dirigente, ac promovente perducat, inſtantiùs laborabit, cùm ex more, opifex quilibet conſummationem ſui afficiatur ad operis, & ad conſervationem ejus ſolicitus inducatur. Cui etiam Venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Pactenſem Magiſtrum in ſacra Pagina, virum utique Religioſum, vitâ & moribus converſatione laudabilem, & plenum timore Domini dedimus ſocium, ac ſimùl ambos ad te, ipſumque Regnum tuum ſub fiducia ejus, qui concordiam in ſublimioribus ſuis parat, quique parietem

utrum-

„ utrumque connexuit, præſentialiter deſti-
„ namus, ut ex ſparſo in eodem Regno per
„ Epiſcopum Tragurienſem eundem ſemine
„ verbi Dominici vitalem ſegetem pullulan-
„ tem doctrinæ ſalutaris aquâ irrigent, ſuc-
„ cidant renaſcentium ſpinas errorum, evel-
„ lant ſchiſmatum ſuccreſcentibus tribulos,
„ & ſemanitorum eradicent zizanis ſcanda-
„ lorum, ſicque ex ejus ſegete diligentibus
„ purgata cultoribus, dante illi Domino in-
„ crementum manipulorum multitudo, fide-
„ lium ſcilicet numerus copioſus meſſis in
„ tempore colligatur, & fides ipſa, quam
„ mediator Dei, & hominum Chriſtus ſupra
„ firmam Petri petram, ideſt ipſam Roma-
„ nam, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam,
„ cujus ipſe Chriſtus Caput, Fundator &
„ Rector eſt, ſic firmiter ſtabilivit, ſicque il-
„ lam eidem Eccleſiæ inſeparabiliter copula-
„ vit, quòd licèt multos ab ipſius Eccleſiæ
„ corporè, fallente Diabolo, vel contagio-
„ ſus hæreſis morbus abjecerit, vel ſciſſura
„ damnati ſchiſmatis ſepararit, ipſius tamen
„ fidei immaculata ſinceritas apud eandem
„ Eccleſiam permanens, velut tritici granum
„ in area, quod per paleæ purgatur abſceſ-
„ ſum, & lux fulgentis Syderis, quæ irra-
„ diat per excuſſionem offuſcantium nebula-
„ rum ſplendidiùs clarior eluceſcit, palmi-
„ tes ſuos ubique dilatans, figensque radicea
„ emicet purior, & fructus, quibus eadem
„ Mater Eccleſia, quaſi renaſcentis prolla
„ numeroſitate fœcundâ, auctori ſuo jucun-
„ ditatis & lætitiæ Cantica replicet, in uber-
„ tate perducat.
1024 „ Quapropter Serenitatem tuam
„ monemus, requirimus, & hortamur in Do-
„ mino, illam attentè rogantes, tibique in
„ remiſſionem tuorum peccaminum ſuaden-
„ tes, quatenùs eoſdem Epiſcopos pro no-
„ ſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia beni-
„ gnè recipias, & favorabiliter proſequaris,
„ ipſorumque ſalutaribus monitis, & doctri-
„ næ devotiùs acquieſcas, ac intuens, quòd
„ Dei noſtri perfecta ſunt opera, & quòd
„ juxtà Evangelicam veritatem, non qui in-
„ cœperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit,
„ ipſius Redemptoris tui actiones pro viri-
„ bus imiteris, ac in bono conſtanter opere
„ perſeverans, ad ipſius fœliciter inchoati
„ negotii votivam conſummationem ſic velut
„ diligens operator, ſolerter intendas, quòd
„ in eo, præſtante Domino, & cooperante
„ miniſterio ſtudioſo noſtris, & communibus
„ fidelium Chriſti votis, & expectationibus
„ ſatisfiat, ipſeque Retributor omnium bo-
„ norum Deus, cujus eſt idem negotium
„ propriè proprium, & cui nunquam ſine re-
„ muneratione ſervitur, ejuſdem Regni tui
„ terminos ampliet, dilatet fines, Thronum
„ corroboret, & Sceptra confirmet; ac tan-
„ dem te, ſubjectoſque tibi populos Cœle-
„ ſtis Regni faciat cohæredes. Noſque non
„ ſolùm in hujuſmodi Capitaneatus officio,
„ ſed in quibuſcumque aliis honeſtis & lici-
„ tis vota tua, quantùm cum Deo poterimus,
„ Apoſtolicis favoribus proſequamur. Da-
„ tum Avenione IX. Kalendas Januarii, An-
„ no Secundo. *Hactenus literæ Innocentii*,
qui eadem occaſione ſcripſit quoque ad Pa-
triarcham Serviæ in hunc modum.

Joannicbio Patriarchæ Serviæ.

1025 „ Mediator Dei, & hominum
„ Chriſtus Jeſus in Petri petra, Romana vi-
„ delicet & Catholica ac Apoſtolica Eccleſia
„ omnium Fidelium Chriſti Matre, quam
„ ſolus ipſe fundavit, & rexit, ac regit, &
„ quæ ſuper cunctas alias Orbis Eccleſias
„ obtinet, divinâ diſpoſitione Primatum Fi-
„ dei, cujus idem ipſe Chriſtus auctor eſt,
„ ſic ſolidè fundata creavit, ſicque illam in-
„ ſolubili vinculo, & inſeparabili unione co-
„ pulavit eidem, quòd licèt multos ab ipſius
„ Eccleſiæ corpore, fallente Diabolo, vel
„ contagioſus hæreſis morbus abjecerit, vel
„ ſciſſura damnati ſchiſmatis ſepararit, ipſius
„ tamen Fidei immaculata ſinceritas apud
„ eandem Eccleſiam inſeparabiliter perma-
„ nens, velut granum tritici, quod per ab-
„ ſceſſum paleæ purgatiùs remanet, & lux
„ fulgentis Syderis, quæ apparet clarior per
„ excuſſionem offuſcantium nebularum ſem-
„ per purior eluceſcit.
1026 „ Hæc ſanè chariſſimus in Chri-
„ ſto filius noſter Stephanus Rex Raſciæ
„ Illuſtris prudenter conſiderans, & do-
„ lens, multos ex Nationibus ſibi ſubditis ab
„ eadem Eccleſia per ſciſſuram inveterati
„ ſchiſmatis, procurante ſeminatore ſcanda-
„ li, patre doli, fuiſſe diviſos, ac ſaluti mul-
„ titudinis, quæ ignara itineris veritatis, per
„ abrupta gradiens, in præcipitium ruit, &
„ quaſi Navis in mediis fluctibus ſine remi-
„ gio mergitur, deſiderans providere apud
„ nos per literas, & Nuncios ſuos ſuppliciter
„ inſtitit, ut ad partes ipſas Viros aliquos
„ timentes Deum, & in lege ejus pleniùs eru-
„ ditos tranſmittere dignaremur, qui erro-
„ rum inde tribulis extirpatis, & evulſis ſpi-
„ nis quorumlibet ſcandalorum, in eis ſere-
„ rent ſemen vitæ. Nos auctoritate præfati
„ Regis hujuſmodi pium deſiderium, & lau-
„ dabile propoſitum opportuniùs in Domino
„ favoribus proſequentes, & ſperantes in il-
„ lo, qui eſt verum lumen de lumine, omnem
„ hominem venientem in hunc Mundum il-
„ luminans, quique lapis eſt angularis miſ-
„ ſus, ipſius Eccleſiæ fundamentum, parie-
„ tem utrumque connectens, quòd ipſe de
„ cordibus errantium quorumcumque igno-
„ rantiæ tenebras virtutis ſuæ potentia effu-
„ gabit, & illuminabit claritatis ſuæ luce
„ oculos mentium eorundem, ut greſſus eo-
„ rum ab invio retrahant & dirigant ad ſalu-
ter-

„ locorum & temporum qualitas exigit,
„ partes Apoſtolicæ ſolicitudinis appona-
„ mus.

1031 „ Nuper ſiquidem rumor infeſtus
„ ad noſtrum non ſine gravi mentis turba-
„ tione produxit auditum, quòd nonnulli
„ iniquitatis filii ſolo nomine ſe Chriſtianos
„ profitentes, Fidei tamen chriſtianæ pror-
„ sùs adverſi, in Regno Raſciæ, & Albaniæ,
„ & Sclavoniæ, ac aliis circumadjacentibus
„ partibus inconſutilem tunicam Domini
„ noſtri dividere & lacerare conantes, ac
„ perniciosa ſchiſmata ſuſcitantes, novas in-
„ ducunt ſectas, variosque ſeminare moliun-
„ tur errores; ex quibus, ut aliquos recite-
„ mus, falsò & pertinaciter aſſerunt, Spiri-
„ tum Sanctum non à Filio, ſed à ſolo Patre
„ procedere: non attendentes, quòd ſicut
„ Sacroſancta Romana, Catholica, & Apo-
„ ſtolica Eccleſia Mater fidelium omnium &
„ Magiſtra tenet & docet, ac orthodoxorum
„ Patrum, atque Doctorum Latinorum pa-
„ riter & Græcorum habet incommutabilis
„ & vera ſententia, ſacrique Concilii de-
„ clarat auctoritas, idem Spiritus Sanctus
„ æternaliter ex Patre & Filio, tanquam ex
„ uno principio, unicâ ſpiratione procedit.
„ Iidem mendaciter aſſerunt contra ea, quæ
„ præfata Romana tenet Eccleſia, Corpus
„ Chriſti, non in azimo, ſed in fermentato
„ pane confici debere, & quod in azimo con-
„ fectum eſt, eſſe denegant Corpus Chriſti,
„ illudque in ſuæ damnationis cumulum bla-
„ ſphemiis inclamare, deturpare manibus,
„ & quod ſceleratiùs eſt, conculcare pedibus
„ non verentur. Dicunt etiam, formam Ba-
„ ptiſmatis & Confirmationis, juxta ritum,
„ quæ prædicta ſervat Eccleſia, falſam eſſe,
„ ac juxta formam hujuſmodi, baptizatos &
„ confirmatos, Baptiſmati & Confirmationi
„ ſic ſuſceptis damnabiliter renunciare, &
„ rebaptizari, & confirmari compellunt.

1032 „ Præterea damnabili deteſtatione
„ dicuntur aſſerere, eandem Eccleſiam, cui
„ univerſæ chriſtianæ Fidei profeſſores ſub-
„ eſſe noſcuntur, ejuſque tenentes inſtituta,
„ ſervare in pleriſque aliis, quæ præſentibus
„ exprimere non curamus, à veræ fidei tra-
„ mite deviare. Intelleximus etiam, quòd
„ nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi par-
„ tium earundem Sacros Ordines indecen-
„ ter, & contra ſacrorum Canonum inſtitu-
„ ta, conferunt; & ſuper Matrimoniis con-
„ trahendis in gradibus prohibitis, diſpenſare
„ contra inſtituta prædicta propriâ temeri-
„ tate præſumunt. Quòdq; Religioſi quam-
„ plures Mendicantium Ordinum commiſ-
„ ſum ſibi fore ab Apoſtolica Sede in eiſdem
„ partibus Legationis officium, minùs vera-
„ citer aſſerunt, eoque prætextu nonnulla
„ temerè attentare præſumunt in ſuarum &
„ aliarum animarum periculum, & ſcanda-
„ lum plurimorum.

1033 „ Cupientes igitur hujuſmodi ejuſ-
„ dem orthodoxæ Fidei, & animarum peri-
„ culis, prout ex debito præmiſſi tenemur
„ officii, opportunis & efficacibus ſtudiis ob-
„ viare, ac de veſtræ circumſpectionis indu-
„ ſtria gerentes in iis, & aliis fiduciam in
„ Domino ſpecialem, Fraternitati veſtræ per
„ Apoſtolica ſcripta committimus & manda-
„ mus, quatenùs vos, vel alter veſtrum ad
„ loca dictarum partium, de quibus vobis
„ magis expedire videbitur vos perſonaliter
„ conferentes, & contra errantes præſumpto-
„ res & attentatores hujuſmodi pro Eccleſia
„ ſancta Dei vos defenſionis murum viriliter
„ opponentes, præmiſſa ſchiſmata diſſipare,
„ ſectas diſſolvere, errores evellere, exceſ-
„ ſus corrigere, deformata reformare, & er-
„ rantes ipſos ad veram ipſius catholicæ Fi-
„ dei unitatem, & Eccleſiæ prædictæ ritus &
„ mores reducere, quantum vobis inſpirabit
„ Altiſſimus, auctoritate noſtra fideliter ſtu-
„ deatis, invocato ad hoc, ſi opus fuerit,
„ auxilio brachii ſæcularis. Contradictores
„ quoslibet & rebelles cujuſcumq; præemi-
„ nentiæ, ſtatus, ordinis, vel conditionis
„ exiſtant, auctoritate noſtrâ per Cenſuram
„ Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſitâ,
„ compeſcendo. Quæcumque verò in præ-
„ miſſis duxeritis facienda, & quæ vobis aliàs
„ circa hæc videantur agenda, nobis fideliter
„ & ſolerter intimare curetis, ut ſuper ipſis
„ providere ſalubriter, auctore Domino, va-
„ leamus. Datum Avenione VI. Kalend. Ja-
„ nuarii, Anno ſecundò. *Hactenus Innocen-
„ tii literæ*.

1034 Ceterùm cùm Raſciæ Rex non ex animo, nec zelo animarum ſalutis, ſed timore Ludovici Regis Ungariæ, qui Fidei catholicæ hoſtes totis viribus debellare conabatur, unionem præfatam exoptare ſimulaſſet, fruſtrà abiit Apoſtolica Legatio, ſine fructu recedentibus Legatis: Quòd cùm accepiſſet antefatus Ludovicus Ungariæ Rex, ex relatu Petri Epiſcopi Pactenſis, qui ex Raſcia ad eum diverterat, indignatus, expeditionem adversùs Stephanum paravit, annuente Innocentio Papa, qui & Crucem pro hac expeditione prædicare fecit, prout ex literis ejus, ſub datis apud Villamnovam III. Idus Auguſti, ſui Potificatus Anno IV. apud Raynaldum, ad Annum Domini MCCCLVI. ſub num. 27. palàm fit. Nec inſuper unionis Græcorum negotium cum Cătacuzeno quidquam boni protulit, quoniam dùm hæc agebantur, exturbato Cantacuzeno, ac de Throno ejecto, Joannes Palæologus univerſum Imperium Græcorum ſuæ tradıxit obedientiæ, prout infra.

CAPUT XVIII.

De reaſſumpto Imperio à Ioanne Palæologo, ejecto Cantacuzeno; ac illius ſtudio cum Innocentio VI. pro Græcorum ſuorum unione.

1035 INtereà horribili Terrẹmotu concuſsâ Græciâ, Barbari arreptâ occaſione, conſternatos invasère Græcos, ac per ruinas ingreſſi, arces, & loca plurima occuparunt, univerſa diripientes, & innumeros Grẹcos in ſervitutem redigentes, ut ſcribit Matthæus Villanus, lib.3. cap.105. Cantacuzenus verò à civilibus tumultibus exagitatus propter eos, qui Joanni Palæologo adhærebant, Turcharum excurſiones reprimere non potuit, aut non voluit; nam & tunc totum ejus ſtudium in eo tendebat, ut ſibi, & domui ſuæ æternum firmaret Imperium; Cujus rei gratiâ Matthæum filium ſuum conſortem Imperii fecit, & Imperiali diademate redimiri voluit, Cùmque Calixtus Patriarcha reſtitiſſet, è Throno ejectus eſt, ſubſtituto in ejus loco Philothẹo Heracleæ Epiſcopo, à quo inde Matthæus coronatus fuit, quem poſtea Hadrianopolim miſit, ibidemque reſidere juſſit. Joannes verò Andronici filius Theſſalonicæ detinebatur, veluti in exilio: Cùm verò certior ab amicia factus eſſet, Cantacuzenum facilè tyrannide depulſum iri, ſi Conſtantinopolim ingrederetur, Franciſci Cataluſii Januenſis operâ, viri prædivitis, Conſtantinopolim occultè acceſſit; ac ſolicitatis ad res novas amicis, Imperiale Solium communibus Procerum, & populi ſtudiis recuperavit: Sic depulſus Cantacuzenus Monachalem ſuſcepit Habitum, Joſephi aſſumpto nomine, vel, ut aliis placet, Matthæi; ſic & ejus uxor Irena tonſa Monaſterium pariter ingreſſa, appellari voluit Eugenia. Hæc omnia ex Matthæo Villano, & ex eodem Cantacuzeno, lib.4. Hiſtor. ſatis perſpicua ſunt. Acta ſunt hæc Anno Domini MCCCXLV. Innocentii VI. Pontificatus Anno III. Caroli IV. Imperatoris Occidentis Anno X. Joannis Cantacuzeni. Anno IX. ab obitu Adronici, & Imperii Joannis Palæologi Anno XV. Indictione VIII. Hanc porrò Cantacuzeni ejectionem Chalcocondylas, lib. 1. Hiſtor. his verbis deſcribit. „ Joannes autem, *inquit*, Andronici filius, cùm jam eam attigiſſet ætatem, quæ rebus gerendis idonea erat, conſpiratione factâ cum Græcis, rogavit; ut Regno præficeretur. Eodem autem tempore Rex in Macedonia agebat, luxurioſiore victu, & intemperantiore diſſolutus. Græci Indignantes propter victus rationem diſſolutiorem, & convicia Regi facientes, ut quiſquis habebat, quod crimini verteret, Joannem Andronici filium in Macedoniam abductum, communi conſenſu, applauſuque Regem deſignant. Inito Regno, Cantacuzenum in Nazareorum, ſive Monachorum Ordinem tranſtulit, quem mutato nomine, Matthæum appellavit. *Hactenus Chalcocondylas.*

1036 Itaque Joannes Palẹologus, expulſo Tyranno, ut præfati ſumus, ſive fide verâ, ſive fictâ, ſive timore potentiæ Turcharum, à qua premebatur, exagitatus etiam à Matthæo Cantacuzeni filio, inita ſub eodem Cantacuzeno conſilia de Græcorum unione ſtatim reaſſumpſit; & vocato Paulo Archiepiſcopo Smyrnenſi, Apoſtolicæ Sedis Internuncio, ſacramento ſe devinxit, Romano Pontifici, more Catholicorum Imperatorum, & Regum obſequentem futurum, Apoſtolicos Legatos debito proſecuturum honore, & Palatium in Regia Urbe attributum iri; Daturum quoque operam revocandis ad Eccleſiæ gremium & obſequium, ac ad orthodoxam Fidem Græcis ſibi ſubjectis: Hæc & alia promiſit Legato Apoſtolico, ſive Internuncio præfato, quæ extant in ejus literis miſſis ad Innocentium per eundem Internuncium, & Paulum Sigerum, quæ ex libro Privilegiorum Romanæ Eccleſiæ exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCLV. ſub n. 34. ſic ſe habentes.

1037 „ Ego Joannes in Deo Chriſto fidelis Imperator, & Moderator Romæorum Palæologus, juro ad Sancta Dei Evangelia, tactis ſacroſanctis Scripturis, & per Sanctam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unum Deum verum, & tres Perſonas, per Jeſum Chriſtum Deum noſtrum & Salvatorem, & per Virginem Mariam Dei Genitricem, & per Sanctam & vivificam Crucem Chriſti, & per Sanctos Apoſtolos, & omnes alios Sanctos, quòd abſque dolo, fraude & defectu, toto meo poſſe, omnibus viribus meis, & cuncto conatu obſervabo firmiter & integrè, & adimplebo ego ipſe, & per alios faciam adimpleri, & obſervari omnia iſta & ſingula, quæ ſequuntur: quæ promiſi Reverendiſſimo in Chriſto Patri Archiepiſcopo Smyrnenſi Domino Paulo, nomine & vice Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Innocentii Divinâ Providentiâ Sacroſanctæ Romanæ, ac Univerſalis Eccleſiæ Papæ VI. & ita Deus & omnes Sancti ejus me adjuvent, ſicut ego obſervabo & adimplebo, & faciam per alios obſervari, & adimpleri omnia & ſingula, quæ ſequuntur.

1038 „ In primis, quòd ero fidelis, obediens, reverens, & devotus Beatiſſimo Patri & Domino, Domino Innocentio Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ, & dignâ Dei providentiâ Summo Pontifici, & ejus ſucceſſoribus: & obſervabo, & complebo debitam obedientiam, & reve-

ren-

,, rentiam ad ipſum Sanctiſſimum Dominum Papam, & ejus ſucceſſores, & recipiam Legatos & Nuncios ſuos cum omni reverentia, & devotione.

1039 ,, Item quòd faciam toto poſſe meo, & toto conatu, quòd omnes populi ſub noſtro Imperio conſtituti, & noſtræ juriſdictioni ſubjecti, ſivè ſint Laici, ſivè Clerici, cujuſcumque conditionis, & ſtatus, aut dignitatis exiſtant, erunt fideles, obedientes, reverentes, & devoti eidem Domino noſtro & Summo Pontifici, & ejus ſucceſſoribus.

1040 ,, Et quia diuturnitas temporis induravit, & aggravavit animos populorum, & vix poſſent à conſuetis retrahi & per viam novam incedere, niſi cum modo ſapientiæ & moderatione prudentiæ; iſtum modum, qui ſequitur deliberavi, tractavi, & ordinavi cum eodem Venerabile Patre Archiepiſcopo Smyrnenſi, & cum dilecto familiari Megateriarcha Imperii noſtri Nicolao Sigeros, per quos me facturum, & obſervaturum & completurum prædicta, promiſi & ſpopondi, videlicet, quòd Sanctiſſimus prædictus Dominus Pater remittat eundem Dominum Archiepiſcopum Smyrnenſem, & prædictum familiarem noſtrum cum Galeis tribus: & quando ipſi venerint Conſtantinopolim, per jusjurandum, quod feci, promitto dare filium meum glorioſiſſimum ac fœliciſſimum Deſpotam Dominum Emmanuelem Palæologum præfato D. Archiepiſcopo Smyrnenſi, ad prædictum Dominum noſtrum Papam cum una Galea, & dimittet mihi duas galeas, & alias duas armabit in partibus iſtis, & dimittet eas ſub noſtro præcepto ad defenſionem iſtarum partium.

1041 ,, Item Dominus noſter Papa ſub celeritate, qua poterit, poſtquam filium meum habuerit in manibus ſuis, mittet mihi uſceria quindecim cum Equitibus quatringentis, & alios centum Equites cum navibus, & mille pedites: ita quòd erit exercitus totus uſceriæ quindecim, galeæ ſubtiles quinque, equites quingenti, & pedites mille. Quando dictus exercitus applicuerit in Conſtantinopolim per Dei gratiam, erit ad noſtrum præceptum, pugnando contra Turchos, & Græcos inimicos noſtros uſque ad menſes ſex, in quo tempore Legatus Domini noſtri Papæ dabit beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas perſonis ſufficientibus Græcis, qui ad unionem & obedientiam Eccleſiæ ſpontè redibunt, ſecundùm quòd ſibi, & nobis meliùs videbitur. Ubi verò infra ſex menſes, poſtquam exercitus Conſtantinopolim applicuerit per benignitatem & gratias veſtras, Græci ſpontè ad obedientiam Eccleſię noluerint redire, quod non credimus, promittimus ex nunc pro tunc, quòd faciemus cum conſilio & deliberatione Legati Domini noſtri Papæ, quòd omninò erunt obedientes.

1042 ,, Item dabimus Legato Domini noſtri Papę Palatium magnum, in quo ipſe cum ſuis habitabit; & ſic per conſequens dictum Palatium erit Domini noſtri Papæ, & Legatorum ipſius in perpetuum.

1043 ,, Item dabimus ſibi pulchram & venerabilem Eccleſiam, in qua dictus Legatus & alii, qui poſtqa venient à Domino noſtro Papa, tanquam in propria Eccleſia celebrabunt Divina officia & Eccleſiaſtica Sacramenta.

1044 ,, Item dabo filio meo primogenito unum Magiſtrum Latinum, qui docebit eum literas & linguam Latinam de conſilio & voluntate dicti Lagati.

1045 ,, Item dabo Hoſpitia tria magna, in quibus tenebuntur Scholæ literarum Latinarum, & ego dabo operam efficacem & favorem cum corde ſincero, quòd filii Magnatum, & potentum Græcorum ibunt addiſcere literas Latinas.

1046 ,, In caſum, ubi prædicta omnia & ſingula non obſervarem (quod abſit & Deus avertat à me tantum malum) ex nunc pro tunc judico auctoritate Imperiali me indignum Imperio &, privo memetipſum jure Imperii, & transfero, do, cedo jus & poteſtatem Imperii, & imperandi in prædictum filium meum: & ex nunc pro tunc conſtituo, facio, creo, & ordino ipſum in Imperatorem, & moderatorem Græcorum.

1047 ,, Item in prædicto caſu, quem Deus avertat, ex nunc pro tunc do, cedo, transfero jura paternæ poteſtatis in prædictum Dominum noſtrum Summum Pontificem ſuper dictum filium meum, quem ex nunc pro tunc ejus poteſtati ſubjicio, ipſum eidem in adoptionem tribuens & concedens omni modo & forma, quibus meliùs de jure poſſum.

1048 ,, Item do concedo, & trado poteſtatem & auctoritatem eidē Domino Summo Pontifici, quòd poſſit acquirere, petere & capere Imperium noſtrum pro dicto filio noſtro, tanquam pro vero & legitimo Imperatore, & dare eidem filio meo uxorem, bajulos, tutores & curatores, uſque ad præfinitum tempus à jure: & poſſit de prædicto Imperio ordinare & diſponere tanquam de Imperio ſibi de jure debito vice & nomine prædicti filii noſtri, quem ex nunc pro tunc ex noſtra propria & patria poteſtate eximimus, & liberamus & in patriam poteſtatem per adoptionem eidem Domino Papæ ſubiicimus & donamus, renunciantes omnibus exceptionibus, quas poſſemus contra prædicta obiicere, & omni juri & legi, quibus contra prædicta non ob-

obſervanda & complenda poſſemus nos aliquo modo defendere & tueri,

1049 „ Item in caſu, ubi prędictus Archiepiſcopus veniret cum tribus Galeis, vel pluribus, & nos non daremus ſibi dictum filium noſtrum, ut duceret eum ad Dominum noſtrum Summum Pontificem, obligamus nos & omnia bona noſtra, & omnes noſtros Græcos & bona eorum, quod Dominus noſter Papa, & ſui Nuncii, ſeu Procuratores, poſſint capere & petere ſuper dictis bonis & perſonis uſque ad valorem quatuor millium florenorum pro qualibet galearum, quas prędictus Dominus Archiepiſconus, & præfatus familiaris noſter duxerint in Conſtantinopolim, in omni loco, & ſub quolibet Judice Eccleſiaſtico, ſeù civili, in Pera, Rhodo, Chio, & Cypro, & omnibus aliis locis, non obſtante qualibet exceptione, ſeù jure, quo, vel nos, vel noſtri Græci poſſemus nos defendere ad non ſolvendum prædictam ſummam florenorum. Et in caſu verò, ubi omnia ſupradicta complerem, volo, quòd dictus Dominus Papa me adjuvet contra omnes inimicos meos, & maximè infideles cum majori exercitu & multitudine fidelium, qu reſiſtere poſſent multitudini infidelium, & eos expellere de terris Chriſtianorum, quas injuſtè per violentiam ſuæ infidelitati ſubjecerunt.

1050 „ Item quòd Dominus noſter Papa provideat nobis de expenſis fiendis & de ſtipendiis erogandis pro aliqua parte exercitus, cùm Imperium noſtrum pro præſenti non poſſet expenſas ſuſtinere. Item quòd ego ſim principalis Capitaneus, & Signifer, & Vexillarius Sanctæ Matris Eccleſiæ cum mero & mixto Imperio & plenaria poteſtate ſupra omnem exercitum Chriſtianorum, qui ad partes citramarinas tranſierint, vel ſtipendiati per Eccleſiam, vel per alios ex mandato & Indulgentia Eccleſiæ, vel quì ſpontè venerint pro ſalute animarum ſuarum.

1051 „ Item in caſu, ubi omnia ſupradicta complerem, Dominus noſter Papa remittet mihi filium meum cum honore & apparatu convenienti. Et eſt intelligendum, quòd ſi fortè ſupradicta omnia & ſingula non complerem pro eo quòd potentia & non voluntas deficeret, & ego perſonaliter accederem ad ipſum Dominum noſtrum Papam, in illo caſu Dominus noſter Papa teneatur defendere & adjuvare me ad recuperandum Imperium meum, ſicut pro filio meo feciſſet, me ad ipſius præſentiam perſonaliter non accedente, & non videar in aliquam pœnam incidiſſe, vel contrafeciſſe, ſi neceſſitate impotentiæ, & non voluntate ſupradicta omnia non compleſſem.

1052 „ Ad quorum ſecuritatem, & evidentiam pleniorem præſens Sacramentale Privilegium, aureâ bullâ munitum, fieri juſſit Imperium noſtrum literis rubeis manu noſtra propria, more ſolito, ſubſcriptum, aureâ bullâ Imperii noſtri inferiùs appenſa munitum. Actum in Urbe magna Conſtantinopolis in noſtro ſacro Palatio Blachernarum, Anno à conſtitutione ſex milleno octavo centeno ſexageſimo quarto, à Nativitate autem Domini MCCCLIV. die xv. Decemb. *Hactenus Joannis Palæologi literæ.*

1053 Hiſce cum literis Palæologi Legati, Epiſcopus Smyrnenſis, & Nicolaus Sigeros, Anno ſequenti nimirum MCCCLVI. ad Innocentium Papam, tunc Avenioni conſiſtentem, devenerunt, quibus benignè exceptis, ac præfatis perlectis literis, gratulatus eſt plurimùm Pontifex, utpotè qui tunc operam dabat, ut adversùs Turchas Cruceſignatorum fieret expeditio: ac ideo præfatis Imperatoris poſtulatis æquo annuit animo, ſelectiſque Fratre Petro Thomaſio Epiſcopo Pactenſi ex Carmelitarum Ordine, & Fratre Guilielmo Epiſcopo Siſopolitano ex Ordine Fratrum Minorum, Apocriſiarios & Legatos ad eundem Imperatorem infraſcriptis cum reſponſivis literis miſit.

Magnifico Principi Ioanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri.

1054 „ Venerabilis Frater noſter Paulus Archiepiſcopus Smyrnenſis, & nobilis vir Nicolaus Sigeros Megateriarcha, & Apocriſiarii Magnitudinis tuæ ad Sedem Apoſtolicam venientes, quaſdam clauſas, per quas eorum adhiberi fidem relatibus petiiſti, & quaſdam alias patentes literas tuas, aureâ bullâ tuâ, & Imperialis manus ſubſcriptione munitas, nobis tuo nomine obtulerunt, inter cætera continentes, quòd tu, ut literarum ipſarum verbis utamur, juraveras tactis per te ſacroſanctis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia & Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum verum Deum & tres perſonas, & per Jeſum Chriſtum Deum & Salvatorem noſtrum, & per Virginem Dei Genitricem Mariam, ac per ſanctam & vivificantem Crucem Chriſti, ac per Apoſtolos, alioſque Sanctos; ac eidem inſuper Archiepiſcopo nomine ac vice noſtris recipienti promiſeras, quòd abſque dolo, fraude, ac defectu, toto poſſe, ac omnibus viribus tuis, & cuncto conatu eſſes fidelis, obediens, reverens, & devotus nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus: & quòd reciperes Legatos & Nuntios noſtros & eorum cum omni reverentia & devotione, ac faceres toto poſſe, totoque conatu tuo, quòd omnes populi ſub tuo Imperio cōſiſtentes, & tuæ juriſdictioni ſubjecti, ſivè eſſent Laici, ſivè Clerici,

cu-

Digitized by Google

„ cujuſcumque conditionis & ſtatus, aut di-
„ gnitatis exiſterent, eſſent fideles, obe-
„ dientes, reverentes & devoti nobis, & ſuc-
„ ceſſoribus noſtris antefatis.

1055 „ Hæc, Princeps inclyte, tuæ con-
„ verſionis initia, hæc devotionis primordia,
„ hæc firma fidei ſundamenta hujuſmodi lite-
„ ræ tuæ, ut præmittitur, continebant. Hæc
„ iidem Apocriſiarii vice vocis miniſterio
„ clariùs & ſerioſiùs reſerarunt, humiliter
„ ſupplicantes, ut tibi, velut de regione
„ diſſimilitudinis venienti, effunderemus
„ benedictionis Apoſtolicæ gratiam, pan-
„ deremus paternæ dulcedinis gremium,
„ & adversùs inſultus, & impugnationes ho-
„ ſtiles Turchorum infidelium, ac rebellium
„ dictorum audaciam auxilii dexteram ſalu-
„ taris extendere dignaremur.

1056 „ In quorum lectione melliflua,
„ & placito auditu verborum, tanto nos &
„ fratres noſtri S. R. E. Cardinales, aliique
„ Pralaci exultavimus gaudio, tantâ ſuimus
„ reſperſi lætitiâ, tantâque jucunditate per-
„ fuſi, quantùm vix intellectus capere ſuf-
„ ficit, vix humana poteſt lingua narrare.
„ Exultavimus ſiquidem in tuo diù deſide-
„ rato & expectato reditu ad ipſius Eccleſiæ
„ unitatem: exultavimus in converſione
„ numeroſæ multitudinis, quam, præſtante
„ Deo, & cooperante te, abſque dubitatio-
„ ne ſperamus: exultavimus, quòd malignus
„ hoſtis, ſuperatis fraudibus ejus, eluſis
„ artibus, & vinculis diſſolutis, ingemiſcit,
„ & plangit plebis, quę ſub ipſius antea
„ tyrannide ſuerat, libertatem & animarum
„ millia, quæ gehennæ flammis crucianda im-
„ maniter expectabat, ſentit, & videt Para-
„ diſi gaudiis inferenda.

1057 „ Sed licèt nobis, & univerſis,
„ qui Chriſtianâ profeſſione cenſentur, una
„ lætandi communis ratio, tibi tamen prin-
„ cipalis eſt cauſa gaudendi, tibi exultatio-
„ nis materia ſingularis, tibi jubilationis oc-
„ caſio potior, tibi gloriæ Principatus: tu
„ enim principii Princeps, tu miniſter hujus
„ miniſterii ſalutaris, tu hujuſmodi Opifex
„ operis, tu promotor, tu populorum Dux
„ & director errantium, tu auriga, tu cur-
„ rus, tu illuminatus ab eo, qui omnem
„ hominem venientem in hunc mundum
„ illuminat, lucernam in te fidei & veritatis
„ accenſam ſic ſuper Candelabrum altiùs po-
„ nere ſatagis, ut non ſolùm tibi, ſed habi-
„ tantibus in regione umbrę mortis luceat ad
„ ſalutem. Tu terreni Regni gubernacula
„ ſic ſtudes ſecundùm beneplacita illius, à
„ quo tibi conceſſa ſunt, moderari, ut natio-
„ nes, quæ Imperio tuo ſubſunt, & tempo-
„ raliter juſtè regens, & ſpiritualiter ea di-
„ rigens, eorum deliramenta, quibus ha-
„ ctenus peccatis exigentibus, oculi eo-
„ rum, nè lumen veritatis agnoſcerent, te-
„ nebantur, pio laboras abiicere ſtudio ab
„ eiſdem.

1058 „ Hæc ſunt, quæ Regnantium
„ ſceptra clarificant: hæc Principantium
„ culmina erigunt; hæc Imperia roborant:
„ hæc regna confirmant: hæc certè Catho-
„ licorum fides Principum exigit, hæc re-
„ quirit. Fides enim eſt, qua in Principe
„ pulchriùs nil reſulget: fides eſt, quæ juſti-
„ ficat impios: fides eſt, quæ de impiis
„ efficit ſanctos: fides eſt, extra quam nulli
„ eſt gratia, nulli ſalus; quæ cùm una & in-
„ diviſibilis ſit, quiſquis ab ea diviſus eſt,
„ abſciſſus eſt à ſalute. Age itaque, & con-
„ ſidera, quòd ſi bonum opus in intentione
„ ſuerit, erit in perfectione, quod laudabile
„ proſequaris, & ad finem uſque perducas
„ optatum. Conſidera, quòd ſi gaudium eſt
„ Dei Angelis ſuper uno peccatore pœniten-
„ tiam agente, quantis Curia illa Cœleſtis
„ perſtrepet gaudiis, quantis beata illa ſu-
„ pernorum Civium agmina laudum præ-
„ coniis exultabunt in pœnitentia & con-
„ verſione tam innumerabilium populorum.
„ Perſta, ſatage, & labora, ut ille, cujus
„ perfecta ſunt opera, perficiat benignus
„ per te, quod per te dedit pius & miſericors
„ inchoare: unaquæque enim res denomina-
„ tur ab exitu: & ſicut civilis ſapientia cla-
„ mitat, nihil actu videtur exiſtere, cùm ſu-
„ perſt aliquid ad agendum: ac juxta Evan-
„ gelicam veritatem, non qui incœperit, ſed
„ qui peſeveraverit, ſalvus erit.

1059 „ Ut ergo exitus acta probet, &
„ nihil ſupereſſe penitùs videatur, opere
„ fœliciter conſumato, ac uſque ad finem
„ conſtantiùs perſeverans, ſalutis æternę mer-
„ cedem percipere merearis. Iſta juxta do-
„ ctrinam Apoſtoli non ſolùm opportunè, ſi
„ ſufficit, ſed etiam, ſi expedit, importunè:
„ tūcenim læta tibi & feſtiva celebritate prę-
„ fata occurret Eccleſia in adjutorium tuum,
„ intendet ſolicita ſupplicationibus apud
„ Deum: tunc tibi ſpiritualibus auxiliis
„ aderit: tunc Principum Chriſtianorum
„ præſidia in tuum ſubſidium implorabit, ut
„ eorundem infidelium, perſecutione ſubla-
„ tâ, ac rebellium tuorum humiliatâ cervice,
„ tibi & eiſdem populis tuis hic pacis & quie-
„ tis arrideat plenitudo, & in futuro cum
„ Sanctis, & electis Dei gloria præſtetur
„ æterna.

1060 „ Cæterùm, ut noſtra tibi ſuper
„ his affectio certiùs & pleniùs pateat: &
„ quòd ſcriptura nequit compendioſa com-
„ prehendere, ſuppleat ſermo vivus, Venera-
„ biles Fratres noſtros Petrum Pactenſem &
„ Guilielmum Siſopolitanū Epiſcopos, Apo-
„ ſtolicæ Sedis Nuncios, latores præſentium,
„ Viros utique pauperes ſpiritu, ſed inſignes
„ virtute, & in lege Domini pleniùs erudi-
„ tos, ad te, & partes ipſas providimus de-
„ ſtinandos. Et ideo Serenitatem tuam mo-
„ nemus, requirimus, & hortamur in Do-
„ mino, illam attentè rogantes, tibique tuæ
ſa-

,, ſalutis intuitu injungentes, quatenus eoſ-
,, dam Nuncios, pro noſtra, & dictæ Sedis
,, reverentis benignè recipiss, & eorum, &
,, cujuslibet eorum ſalutaribus monitis, ſicut
,, ſperàmus & credimus, acquieſess. Datum
,, apud Villamnovam, Avenionen. Diœceſis,
,, XII. Lalend.Auguſti, Anno IV. *Hac Pontificis literæ*.

1061 Acceperat inſuper Pontifex à Franciſco Gatteluxio inſulæ Metellini Principe alias literas, quibus ſuggerebat imperatoris animum erga unionem ineundam cum Sancta Romana Eccleſia, ad quem fecit reſponſivas tenoris ſequentis literas,

Dilecto filio Nobili Viro Franciſco Gatteluxio Domino Inſulæ Metellini.

1062 ,, Per literas tuas, quas paternâ
,, benignitate recepimus, intimaſti nobis,
,, quòd, inſpirante Deo, & cooperante te,
,, Magnificus Princeps Joannes Palæologus
,, Imperator Græcorum illuſtris, unà cum
,, ſubjecto ei populo abjurare ſchiſma, quo
,, fuerunt ab unitate Sanctæ Romanæ, ac uni-
,, verſalis Eccleſiæ alieni, & ad hujuſmodi
,, unitatem ipſius redire Eccleſiæ propone-
,, bant. Super quo ingenti lætitià & exul-
,, tatione perfuſi, & perficiendum bonum
,, hujuſmodi, quod divina dedit inſpiratio,
,, per tuum & aliorum Catholicorum mini-
,, ſterium inchoari Venerabiles fratres no-
,, ſtros Petrum Pactenſem, & Guilielmum
,, Siſopolitanum Epiſcopos, Apoſtòlicæ Se-
,, dis Nuncios, latores præſentium, Viros
,, quidèm pauperes ſpiritu, ſed locupletes
,, multis virtutibus, providimus deſtinandos;
,, & ideò Nobilitatem tuam attentè roga-
,, mus, quatenùs eoſdem Nuncios pro reve-
,, rentis Dei, cujus gerunt negotium, & no-
,, ſtræ interceſſionis obtentu, ac tuæ inſuper
,, ſalutis, ſuſcipias propenſiùs commenda-
,, tos, ipſoſque informes conſiliis, & auxiliis
,, atque favoribus proſequaris. Ita quòd tibi
,, & aliis ædifices ad meritum & ſalutem.
Datum, ut ſupra.

1063 Porrò complures alii Nobiles, & ex Proceribus Græcis Pontificiis literis ad præſtandam huic operi manum, illudque perficiendum excitati ſunt. Et quamvis Patriarcha Conſtantinopolitanus nihil per Imperiales Legatos ſcripſerit Innocentio, ipſe tamen, cui hæc unio plurimùm in corde erat, & qui optimè noverat, quantùm conferre poterat eidem negotio Patriarchæ opera, ad eundem quoque per eoſdem Nuncios literas fecit, quibus honeſto prætextu illum excuſat, quòd literas ſuas non accepiſſet, & ad perficiendum opus unionis ſolicitat, quas recitat noſter Wadingus ad Ann. Domini MCCCLVI. ſub num. 3. ad hunc modum ſe habentes.

Patriarcha Græcorum.

1064 ,, Agimus Omnipotenti Deo gra-
,, tes, & gratias, quòd ipſe Magnifico Princi-
,, pi Joanni Palæologo Imperatori Græco-
,, rum illuſtri pietatis ſuæ dono ſalutis ſpi-
,, ritum inſpiravit, & ſic mentis ſuæ tenebras
,, ſuæ viſitationis gratiâ illuſtravit, quòd im-
,, perator idem ſchiſmate, ac erroribus, qui-
,, bus antea tenebatur implicitus, abjuratis,
,, ad Sanctæ Romanę, Catholicæ, atq; Apoſt.
,, & Univerſalis Eccleſię gremium, ac ad unā
,, & inviſibilem fidem ejuſdem Eccleſiæ, ex-
,, tra quam, teſte Apoſtolo, nulli eſt gratia,
,, nulli ſalus, uſus conſilio meliore, conver-
,, ſus, Eccleſiam ipſam in ſuam & univerſo-
,, rum Chriſtifidelium Dominam, & per re-
,, generationis lavacrum Matrem, firmiter &
,, ſimpliciter recognovit. In quo quanto
,, exultavimus gaudio, quantâ fuerimus læ-
,, titiâ & jucunditate perfuſi, difficilè huma-
,, na poſſet lingua narrare.

1065 ,, Sed illud nobis ad lętitiæ cumu-
,, lum potioris accrevit, quòd te, cujus in
,, omnibus idem imperator, ſicut fertur, con-
,, ſilio regitur, principalem ſalutaris hujuſ-
,, modi credimus operis promotorem, quam-
,, quàm ſcribentibus nobis ſuper hoc multis
,, Latinis & Græcis ad gaudium, nulla nò-
,, bis litera tua fuerit præſentata; quòd vel
,, ex incuris Nunciorum, aut ex aliquo ca-
,, ſu fortuito, non ex propoſito credimus
,, contigiſſe.

1066 ,, Ut ergò fidei & credulitati noſtræ
,, teſtis accedat, exhibitio operis & proba-
,, tio veritatis, diſcretionem tuam monemus,
,, requirimus, & hortamur in Domino, illam
,, attentè rogantes, tibique tuæ ſalutis intui-
,, tu expreſſiùs injungentes, quatenùs pru-
,, denter conſiderans, quantis illa Civium ſu-
,, pernorum agmina gaudiis exultabunt in
,, tua, & ipſius Imperatoris, ac numeroſæ
,, multitudinis Græcorum cōverſione, quam,
,, Deo propitio, conſequi credimus & ſpera-
,, mus, quando *Dei Angelis ſuper uno pecca-*
,, *tore agente pœnitentiam, majus quàm ſupra*
,, *nonaginta novem Juſtis, qui non egent pœ-*
,, *nitentia, eſſe gaudium*, Evangelica veritas
,, atteſtatur, hujuſmodi ſalutare opus, præ-
,, ſtante Deo, fœliciter inchoatum uſque ad
,, ipſius fœlicem exitum, quòd plus & miſe-
,, ricors dignetur ipſe concedere, operoſis &
,, & efficacibus aſſiduis ſtudiis proſequaris.
,, Noſti enim, quòd non qui incipit, ſed qui
,, perſeveraverit, ſalvus erit, nec ignoras,
,, quòd ſi in intentione fuerit bonum opus,
,, erit etiam in perfectione cum adjutorio;
,, Dei, cujus opera ſunt perfecta.

1067 ,, Cujuſmodi perfectionem operis
,, inter omnia deſiderabilia Mundi hujuſmo-
,, di vehementiſſimè cupientes, Venerabiles
,, fratres noſtros Petrum Pactenſem, & Gui-
liel-

„ lielmum Siſopolit. Epiſcopos, Apoſt. Sedis
„ Nuncios, latores præſentium, Viros quidèm
„ pauperes ſpiritu, & virtutibus multis inſi-
„ gnes, ad te, ac Imperatorem ipſum, ac par-
„ tes ipſas ſub ſpe divini auxilii & favoris
„ providimus deſtinandos, precibus & ex-
„ hortationibus noſtris hujuſmodi adjungen-
„ tes, ut eos benignè recipias, informes con-
„ ſiliis, & auxiliis foveas opportunis; ita
„ quòd ex meſſe, quæ multa eſt, præſtante
„ Domino, meſſis, & cooperante te etiam,
„ manipulos plurimos ad aream deferre Do-
„ mini fœliciter valeamus. Datum apud Vil-
„ lamnovam Avenionenſis Diœceſis xv. Kal.
„ Septembris, Anno IV. *Hactenus literæ ad Patriarcham.*

1068 Interea temporis parante Turcha adverſùs Græcos bellum, Innocentius ad auxilia eis ferenda adjecit animum, datis literis ad Hugonem Cypri Regem, ad Equites Rhodios, ad Venetos, & Januenſes, quibus mandabatur, ut Triremes eo numero, qui à Clemente VI. erat conſtitutus, egregiè inſtructas in Smyrnenſi Portu tenerent, dato Imperio Archiepiſcopo Cretenſi, præficiendi Smyrnæ exercitatum Ducem. Extant apud Raynaldum datæ ad præfatum Cypri Regem literæ, ſub Anno MCCCLVI. num. 36. Curavit inſuper inter diſcordantes Europę Principes pacem componere, præcipuè inter Januenſes & Regem Aragonum, atque etiam inter præfatum Regem, & Caſtellæ Regem, nè hujuſmodi diſſidia ſacro bello eſſent impedimenti. Itemque operam dedit ad conciliandos Franciæ & Angliæ Reges, ſtudio & operâ Talayrandi Epiſcopi Albanenſis, & Nicolai, tituli Sancti Vitalis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, licèt fruſtrà, Eduardo Anglorum Rege reſiſtente, qui tandem poſteà Pontifice in dies pulſante ceſſit, pacemque firmavit, in præſentia Androini Abbatis Cluniacenſis, & Hugonis Hautonii Domini, ex Gebennenſium Principum ſanguine, Apoſtolicæ Sedis Legatorum, quos ad hunc effectum delegerat Innocentius.

1069 Eodem pariter tempore inito prælio inter Ludovicum Ungariæ Regem Cruceſignatorum Ducem, juxta ſibi traditam ab Innocentio poteſtatem, & Regem Raſciæ ac illius Regni ſchiſmaticos, prævalente Ludovico, victi ſunt Raſciani Rege fugato, univerſum Regnum potito Ludovico, ipſumque Regem captum; qui poſtea abjurato ſchiſmate, præſtitoque juramento ab Innocentio præſcripto, Regno eidem reſtituto, dimiſſus eſt. Equites inſuper Hoſpitalarii nobilem in Mari Græco de Turcis victoriam obtinuerunt, cujus rei exhilaratus Pontifex, magis ad ſacram in Turchos expeditionem concitare aggreſſus eſt Orientales, datis literis Apoſtolicæ Sedis Legato, Patriarchæ Conſtantinopolitano, aliiſque Epiſcopis & Archiepiſcopis illarum partium, quarum fragmentum recitat Raynaldus ad Ann. Dom. MCCCLIX. ſub num. 16. ſic ſe habens.

Innocentius Epiſcopus &c. Venerabilibus fratribus Petro Epiſcopo Coronenſi A. S. L. necnon Patriarchæ Conſtantinopolitano, ac Nicoſienſi, Cretenſi, Smyrnarum, Patracenſi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Coloſſenſi, Nixienſi, Corphienſi, Duracenſi, Neophacenſi, & Neopatriæ Archiepiſcopis, eorumque Suffraganeis &c.

1070 „ Dudùm anxiè cogitantes inſul-
„ tus acerrimos, graviumque perſecutionum
„ anguſtias & damna maxima, quibus Tur-
„ chorum infidelium furor immanis fidelium
„ Chriſtianorum populos illarum partium,
„ eorumque Terras & Loca, & præcipuè Ro-
„ manię, Civitatiſque Smyrnarum, ut illa
„ ſuæ ſævæ poteſtati ſubiicerent, diù afflixe-
„ rat, & quotidiè crudeliùs affligebat, ut ip-
„ ſorum Infidelium obſiſteretur inſultibus, &
„ Fidelibus opportuna remedia pararentur,
„ frequenter idoneos Nuncios noſtros ad par-
„ tes illas direximus, ac Legatum conſtitui-
„ mus ibidem, ſuffragia multa præſtitimus,
„ aliosque fideles ad illa etiam ſolerter indu-
„ ximus tribuenda; & nonnullos alios in
„ prædictis labores pertulimus, & quantùm
„ nobis poſſibile fuit, opem & operam adhi-
„ buimus diligentem.

1071 „ Sed licèt hujuſmodi noſtra, di-
„ ctorumque fidelium ſtudia & opera fru-
„ ctuoſa fœlicem ſatis, auctore Domino,
„ hucuſquè progreſſum habuerint; tamen
„ dictorum Turchorum ſæva rabies non te-
„ peſcit, ſed tàm ipſi, quàm nonnulli alii In-
„ fideles & Schiſmatici ad ipſorum & eorum
„ Terras & Loca continuis invaſionibus at-
„ que damnis & afflictionibus perſequuntur;
„ & non ſolùm partes ipſas, ſed etiam Pa-
„ triarchatum Conſtantinopolitanum, ejuſ-
„ que Provincias, in quibus chriſtiani no-
„ minis favor viget, invadunt immaniter, &
„ percurrunt, Chriſtianos ipſos in ore gladii
„ inhumaniter concidunt, alioſq; velut ani-
„ malia bruta vendunt, eoſque in feram ſer-
„ vitutem redactos, præfatam fidem abnega-
„ re compellunt; & ſacratiſſimam Crucem,
„ mortem Redemptoris Domini Jeſu Chri-
„ ſti, ac ſalutem humani generis indicantem,
„ lacerant & conſtringunt, pedibuſque con-
„ culcant; Eccleſias & Eccleſiaſtica Loca,
„ aliaſque Terras & Villas, quas per ſe te-
„ nere & cuſtodire non poſſunt, ignis incen-
„ dio concremant, cunctaque depopulantur,
„ & vaſtant; & intantùm eorum invaluit &
„ invaleſcit audacia, quòd niſi per Chriſti-
„ fideles ſub ſpe divinæ potentiæ viriliter ob-
„ ſiſtatur eiſdem, peſtifer ignis ipſe ſemper
„ ulteriùs excandeſcens, ſingulas partes ipſas,
„ proh dolor! diſſipabit &c. Datum Avenio-
„ ne v. Idus Maji, Anno VII. *Hæc Innocentius,*

tius, addens imperia Crucefignatis, ut ſacræ Militiæ operam præſtent exhibitis Militibus conſuetam peccatotum veniam & indulgentiam.

1072 Deinde per alias literas datas Fratri Petro Epiſcopo Smyrnenſi, de quo ſupra, commiſit ei omnimodam totius Orientis Legationem, abrogatâ Legatione Epiſcopo Cretenſi, ut ex fragmentis recitatis ab eodem Raynaldo loco mox cit. palàm fit; qui zelo, exemplo & doctrinâ complures ſchiſmaticos ad tramitem rectæ fidei traduxit, ut ſcribit Philippus Mazerius in hujus ſancti Viri vita. Cæterùm quò ad unionem Græcorum ab Innocentio optatam, & tanto ſtudio exquiſitam, nihil concluſum fuit, qui, pendente adhùc cum Palæolugo tractatu, migravit è vita.

CAPUT XIX.

De Innocentii VI. obitu; Urbani V. creatione, ejuſq; ſtudio pro rebus Orientis; ac ſolicitudine pro unione Græcorum.

1073 ANno Domini MCCCLXII. Caroli IV. Imperatoris Occidentis Anno XVII. Imperii Joannis Palæologi Anno XXII. Indictione xv. Innocentius VI. ſui Pontificatus Anno X. die XII. menſis Septembris, ſenio & ætate confectus, modicum decumbens, migravit ad Dominum, cùm ſediſſet Annos X. menſes VIII. dies verò XXVI. præſignatâ ejus morte, ut quidam tradunt, ex magna Solis defectione. De cujus obitu Rebdorfius in Annalibus ait: *Deceſſit Avenione Anno Domini MCCCLXII. ſecundo Idus Septembris, qui fuit feria ſecunda ante feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis*. Apud Boſquetum in hujus Pontificis geſta hæc habentur: „ Tandem poſt labores mul„ tos & anxietates innumeras, quas habuit „ tam in corpore, quàm in mente, propter „ varias & plurimas infirmitates & turbatio„ nes, quæ ſuo tempore tam ſibi, quàm toti „ Mundo, ut præmittitur, contigerunt, in „ pace quievit Anno Domini MCCCLXII. „ die XII. menſis Septembris, Pontificatus „ ſui Anno X. ſuitque ſepultus in Eccleſia „ majori Avenionis, demùm transferendus „ ad Domum Carthuſienſem Villenovæ, in „ qua vivens, ſuam perpetuam elegerat ſe„ pulturam: vacavitque Sedes diebus 45. *Hæc ibi*.

1074 At de tempore vacantis Sedis diſcrepant inter ſe Scriptores, nam Genebrardus vacaſſe tradit annum unum, & menſes tres; Ciacconus verò ſcribit, vacaſſe menſem unum & dies viginti ſex; Panvinus porrò vacaſſe oſtendit dies tantùm quatuordecim, non computato die obitus Innocentii, nec die electionis ſui ſucceſſoris, quæ quidem ſententia vera eſt, quoniam ſucceſſor ejus Urbanus electus fuit v. Kalendas Octobris ejuſdem anni; à die namque XI. Septembris, quo obiit Innocentius ad diem XXVIII. qua electus fuit Urbanus, demptis diebus duubus, videlicet, die mortis primi, & die electionis alterius, remanent dies XVI. vacantis Sedis.

1075 Tumulato itaque Innocentio, ac abſolutis funebribus, ex more, Domini Cardinales acturi de ſucceſſoris electione, ingreſſi ſunt Conclave in Palatio Pontificio Civitatis Avenionenſis, qui in diverſas abeuntes & quidèm contrarias ſententias, alii poſtulantes Pontificem natione Lemovicenſem, contradicentes verò alii, concordare minimè valebant; undè factum eſt, ut extra Collegium Papam eligerent, ſuffragantes unanimi omnium conſenſu, in perſonam Domini Guilielmi Grimoaldi Abbatis S. Victuris, Maſſilienſis Ordinis Sancti Benedicti, tunc in Regno Neapolitano Apoſtolicâ fungentem Legatione, ab Innocentio miſſum. Hujus verò Pontificis electio in m. ſ. Codice Vaticano apud Raynaldum ad hunc eundem annum, ſub num. 7. ſic deſcribitur,

1076 „ Peractis exequiis Domini Inno„ centii, more ſolito, novem diebus, die de„ cimu Cardinales numero viginti intrave„ runt Conclave, die videlicet Beati Mau„ ritii; & cùm inter ſe concordare non poſ„ ſent, in Dominum Guillelmum Grimoal„ di, tunc Abbatem Sancti Victoris Maſſi„ lienſis, abſentem, in Regno Siciliæ Nun„ cium Sedis Apoſtolicæ, vota ſua major & „ ſanior pars direxit. Qui decreto electio„ nis accepto, in vigilia Omnium Sancto„ rum reverſus eſt Avenionem. Interim verò „ quòd Cardinales erant in Conclavi, Præ„ lati quolibet die Miſſas celebrabant, & ſer„ mones faciebant, rogando Deum pro fœ„ lici & celeri Pontificis proviſione, quodam „ ſpeciali officio Miſſæ ad hoc ordinato, quod „ incipit: *Suſcitabo mihi Sacerdotem fide„ lem &c.* Die verò XXVII. cùm Dominus „ Guillelmus Papa futurus applicuiſſet Maſ„ ſiliam, eodem die miſit Dominis Cardina„ libus conſenſum electionis de ſe factæ. In „ vigilia Omnium Sanctorum inthronizatus „ fuit; & factâ inſinuatione àd populum, „ quòd Urbanus V. vocaretur, mox ab om„ nibus cantatum fuit; *Te Deum laudamus*. „ Die quoque Dominicâ ſequenti, videlicet „ in feſto Sancti Leonardi, poſt feſtum Om„ nium Sanctorum, fuit in Palatio Apoſtoli„ co coronatus per Dominum Magalonen„ ſem, qui tunc erat Oſtienſis Epiſcopus; ſed „ poſt coronationem non equitavit per Vil„ lam, ut moris eſt, licèt omnia parata fuiſ„ ſent. *Hæc ibi*.

1077 Ex hoc apparet fortaſsè, qui ſcribunt, vacaſſe Sedem per menſem, & dies viginti quinque, computaſſe tempus à die obitus Innocentii ad uſque diem coronationis

Ur-

Digitized by Google

Urbani, nam ferè totidèm interceſſerant dies. Auctor porrò geſtorum Innocentii apud Boſquet. qui Sedem vacaſſe quadragintaquinque dies fatetur, neceſſe eſt afferi numeraſſe tẽpua præſatæ vacationis, computando ab obitu Innocentii ad diem, quo Maſſiliam appulit, & conſenſum electionis de ſe factæ ad Dominos Cardinales miſit, quoniam totidem interſuerant dies. At Genehrardum deceptum puto, exiſtimantem propter exorta Cardinalium in electione diſſidia diutiùs Sedem vacaſſe: id quod in hujus Pontificis vita apud Boſquetum, à Raynaldo relatum, innuit Auctor, dùm ait: „ Modus autem ſuæ aſſumptionis, ſeù
„ electionis magis à Deo, quàm ab homine
„ videtur proceſſiſſe; attento præſertim, quòd,
„ dicta Sede Apoſtolica tunc vacante, erant
„ in Collegio multi valentes & ſufficientes
„ Viri, qui tamen, ut creditur, Deo ſic di-
„ ſponente, concordare nequiverunt, ut ipſo-
„ rum aliquis eligeretur; ſed poſt ſatis diu-
„ turnam vacationem habentes aſpectum ad
„ merita, virtutes, & ſufficientiam, de qui-
„ bus magnam experientiam habuerant, cùm
„ inter ipſos in pleriſque officiis deputatus
„ longis temporibus fuiſſet converſatus, in
„ eum pro tunc abſentem, & in partibus Nea-
„ politanis pro negotiis Eccleſiæ Romanæ
„ exiſtentem, ſua vota direxerunt. *Hæc ille.*

1078 Cæterùm non video, undè præfatus Scriptor fundamentum ſumat aſſerendi, Dominos Cardinales reſpectum habuiſſe ad diutinam vacationem, ut eligerent in Papam Virùm, licèt aliundè cumulatum meritis, extra Collegium, quandò ex tempore ab eodem Innocentii obitu conſignato, & per eundem ſtatuto electionis Urbani die, palàm infertur, Sedem Pontificiam haud diuturnam ſuſtuliſſe vacationem; nam, ut præmiſimus, Innocentium deceſſiſſe Anno Domini MCCCLXII. die XII. menſis Septembris, electionem porrò Urbani contigiſſe eodem anno refert die XXVIII. menſis Octobris; ait namque: *Urbanus Papa V. natione Gallicanus, de loco Griſaco, Diœceſis Mimatenſis, poſt dictum Innocentium VI. Avenione fuit electus in Papam, die 28. menſis Octobris, Anno Dom. MCCCLXII. & die 6. menſis Novembris immediatè ſequentis conſecratus & coronatus.* Hinc apparet, ſecundùm eundem Auctorem, Sedem vacaſſe dies dumtaxat XXXV. quæ adhùc dici non poteſt tam diuturna vacatio, ut pertæſi Domini Cardinales inducerentur ad eligendum Papam extra Collegium, quandò non ſemèl, ſed ſæpiùs accidit, diutiùs vacante Sede, Pontificem extra Collegium non quæſiviſſe.

1079 Non ergò diuturna vacatio in cauſa hujus electionis fuit, ſed Dei ſpecialis providẽtia, ut etiam idem Auctor obſervavit, & fuſius demonſtravit Petrarcha in Epiſtola ad ipſum Urbanum data, quæ habetur lib. 7. Rer. Sen. Epiſt. 1. in qua inter alia hæc ſcribit:
„ Attendiſti acriter, certus ſum, ſervaſq; me-
„ moriter, quibus viis ad hoc culmen aſcende-
„ ris, neq; enim in Deum fas eſt ingratum ſu-
„ ſpicari eum, qui gratiſſimus in homines ſis.
„ Non eſt quidem poteſtas niſi à Deo: non
„ mentitur Apoſtolus, qui hoc ait; verùm
„ hæc poteſtas, quæ aliunde utique non eſt,
„ aliter atque aliter hinc eſt: ſæpè enim di-
„ vina ſapientia ad ſuæ voluntatis effectum
„ humanis actibus utitur ſucceſſione, ele-
„ ctione, donatione, acquiſitione, & ſi qui
„ alii ſunt modi, quibus homines ad aliquam
„ poteſtatem perveniunt. Ubi humanorum
„ actuum veſtigia, atque effectum apparent,
„ voluntas ac diſpoſitio Dei latet: doctis
„ tamen ac fidelibus non ignota. Et hoc calle
„ le ad Papatum ante te noſtra memoria per-
„ venerunt omnes. Eſt ubi ipſa Dei volun-
„ tas tàm evidenter emineat, ut lippis quo-
„ que, cæciſque etiam nota ſit; ſic ſe Deus per
„ ſeipſum ſine medio velle aliquid oſtendit,
„ ut nullæ ibi partes hominum videantur,
„ quorum linguis, aut manibus pro organo
„ quodam inſtrumentoque utitur, illis ipſis
„ quid per eos fiat ignorantibus, factumque
„ mirantibus, ac fortaſſe dolentibus. Hoc
„ tu noſtrâ ætate ſolus tramite conſcendiſti.
„ Nemo te fallat, Pater prudentiſſime; nemo
„ tibi perſuadeat eſſe aliquem tuorum Car-
„ dinalium, qui vel ſemel unquam cogita-
„ verit te ad Papatum, non dicam promo-
„ vere, ſed poſcere: ſi quis fortè tibi aliud
„ inſuſſurrat, verba dat, te ſibi mendacio
„ obligatum cupit. Deus te profectò, Deus,
„ inquam, ſolus, & nemo mortalium ele-
„ git, linguis licèt illorum (ut dixi) uſus,
„ quas ad aliud diſpoſitas ad ſuum vertit ob-
„ ſequium, quodque ipſe volebat (dictu
„ mirabile) per volentes fecit. Hoc tibi acu-
„ tiſſimo hominum quomodo rear incogni-
„ tum, quod nemo ferè vulgarium ignora-
„ vit? *Hæc Petrarcha.*

1080 De patria porrò, genere, & hujus Pontificis meritis hæc præcitatus apud Boſquetum Auctor ſcribit: „ Hic priùs vo-
„ catus eſt Guillelmus Grimoaldi, cujus
„ Pater fuit Grimoaldus miles: & adole-
„ ſcentiâ ſuâ ſub habitu Monaſtico Domino
„ voluit famulari, fuitque receptus in Mo-
„ nachum in Prioratu de Chiriaco dictæ
„ Diœceſis, à Monaſterio S. Victoris Maſſi-
„ lienſi dependente: ubi poſtquam fuit in-
„ ſtructus in Regularibus obſervantiis, ſe
„ tranſtulit ad ſtudia literarum, in quibus
„ adeò diligenter inſtitit & inſudavit, quòd
„ demùm fuit effectus ſolemnis Doctor de-
„ cretorum; legitque ex tunc multis annis
„ tàm in Montepeſſulano, quàm in Avenio-
„ ne. Tandem verò, ſuis ſuffragantibus me-
„ ritis, primò ad Monaſterium S. Germani
„ Antiſiodorenſis, poſtea verò ad Monaſte-
„ rium prædictum S. Victoris Maſſilienſis,
„ ſub quo primitùs Ordinem S. Benedicti
„ profeſſus extiterat, promotus fuit, & ab-

Digitized by Google

„ inde aſſumptus in Papam. *Hæc ille*.

1081 Itaque Urbanus ſic electus, ut præfati ſumus; & exinde conſecratus, ad omnes Orbis Chriſtiani Præſules de ſua electione literas Encyclicas fecit, ejuſdem tenoris ad Magiſtros, ſive Religionum Superiores pariter remiſit. Noſter Wadingus ad hunc Annum ſub. num. 2. ex Vaticano Regeſto, exhibet illas datas Fratri Petro Placentino, ex Minorum Ordine aſſumpto ad Epiſcopatum, ſive Archiepiſcopatum Smyrnenſem ab Innocentio VI. de quo in ſuperioribus meminimus, licèt in titulo Epiſtolæ, prout ab eodem Wadingo recitatur, ex incuria fortaſſe amanuenſis, vel Typographi errorem irrepſiſſe videtur, cùm legatur inſcripta: *Ven. Fratri noſtro Petro Epiſcopo Placentino*, cùm potiùs dici oportuiſſet *Petro Placentino, Archiepiſcopo Smyrnenſi*: Alter namque Petrus, ſed patriâ Cretenſis, pariter Minorita ab Urbano VI. in Epiſcopum Placentinum aſſumptus fuit, Anno Domini MCCCLXXXVI. ad quem certæ datæ non ſunt Urbani V. literæ, de quibus ſermo eſt. Cæterùm utcumque ſe habeat inſcriptio, literæ verò, prout à Wadingo recitatæ, ad hunc modum ſe habent.

Venerabili Fratri noſtro Petro Epiſcopo Placentino.

1082 Salvator noſter Dominus Jeſus
„ Chriſtus humano generi ex lapſu primi
„ parentis miſerabiliter perempti compatiens, de ſuperna gloria dignatus eſt ad terrena
„ deſcendere, ubi Sanctã & immaculatam
„ Eccleſiam ordinavit, ipſamque in ſuis
„ Diſcipulis fide firmavit, ſpe erexit, &
„ charitate perfecit, ac propriis eloquiis
„ docuit, & inſtruxit exemplis, ut fideles in ea, velut in Noë Arca recepti,
„ Salvatoris gratiam reperirent, eisdemque
„ Diſcipulis præfatam commendavit Eccleſiã,
„ in ea B. Petro, quem Cephas appellavit, &
„ ſuis ſucceſſoribus in ejus perſona conſtituens Principatum, ut ex eadem Eccleſia
„ iis, quæ dextera ſua non plantaſſet, evulſis, illa plantarent, per quæ redemptum ſuo
„ ſanguine populum, bonorum operum redderet ſectatorem, prævidítque, ac prædixit idem Dominus, præfatam Eccleſiam
„ multas tribulationum anguſtias perpeſſuram, ſed eam benigna pollicitatione confortans, ſibi promiſit ſuæ virtutis præſentiam aſſiſtricem; quod in prædicto ſuo Vicario præfigurans, ejus navem, in qua
„ prælibata ſignificatur Eccleſia, permiſit
„ jactari fluctibus, ſed minimè naufragari.
„ Hæc ſiquidem ſapientiam Deitatis in ejuſdem Eccleſiæ primordio peregit in ſignum,
„ quæ uſque ad hæc tempora continuavit
„ multis experientiis veritatis, dùm ſuis in
„ terris Vicariis, & Succeſſoribus Petri de
„ laboribus ad quietem, & de hujus valle
„ miſeriæ ad Cœleſtis Aulæ delicias, prout
„ piè credendum eſt, evocatis, prælibatam
„ Eccleſiam contriſtatam exinde, in magniſque periculis conſtitutam, de ſubſtitutione
„ ſucceſſorum lætam reddidit, ejuſque periculis miſericorditer obviavit, prout ſemper hactenus, & etiam noviſſimis diebus
„ oſtendit.

1083 „ Nuper namque, videlicet ſecundo Idus Septembris proximè elapſi, piæ
„ recordationis Innocentio Papa Sexto prædeceſſore noſtro, viam univerſę carnis ingreſſo, ejuſque corpore cùm ſolemnibus
„ exequiis in Eccleſia Avenionenſi depoſito,
„ ad locum alium, quem ipſe, dùm ageret in
„ humanis, elegerat, poſtmodùm transferendo Venerabiles Fratres noſtri Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ Cardinales tempore debito, ſecundùm præcepta Canonum, Miſſarum ſolemniis, in honorem Spiritus Sancti eis in electionem Summi Pontificis,
„ quæ facienda imminebat, per ſuam affuturi
„ gratiam, devotiſſimè celebratis, convenerunt inſimul in Palatio Apoſtolico Avenionienſi, in quo idem prædeceſſor tempore
„ ſui obitus habitabat, de ſubſtitutione ejuſdem Pontificis tractaturi, aliquibusque
„ tractatibus in hoc præhabitis, prout tanti
„ negotii qualitas requirebat, tandem iidem
„ Fratres ad nos, qui tunc in minori conſtituti officio certæ nunciationis miniſterium
„ à præfato prędeceſſore nobis injunctum,
„ gerebamus in Italiæ partibus, intuitum
„ dirigentes, nos in Summum Pontificem, &
„ Paſtorem univerſalis Eccleſiæ concorditer
„ elegerunt.

1084 „ Nos autem, qui ſumus pulvis &
„ cinis, ex hoc fuimus non immeritò ſtupefacti, cùm oculi noſtri imperfectum noſtrum evidenter cernerent, & nec vires corporis, nec virtutum merita, nec ſcientiæ
„ donum, nobis ſuppeterent ad Apoſtolici
„ culminis ſpeculam conſcendendum, & graviſſimam totius Orbis ſarcinam noſtris debilibus humeris perferendam; cogitantes
„ tamen, quòd Eccleſiæ prædictæ diuturna
„ vacatio, præſertim diebus iſtis, quibus,
„ peccatis exigentibus, totus ferè Orbis in
„ maligno eſt poſitus, magna poſſent pericula generari, ac confidentes in Deo, qui
„ nos, licèt indignos, ad paſcendum oves univerſi Gregis ſui elegit, quòd ſua conſueta
„ miſericordia, ad ipſius laudem & gloriam,
„ ac noſtram & totius populi Chriſtiani ſalutem, in ejuſdem populi ſalubri regimine,
„ dabit fortitudinem debili, indigno virtutem, & ſcientiam ignoranti; cum timore
„ ac tremore divinæ voluntati paruimus, ac
„ eorundem Fratrum deſideriis annuentes,
„ fragilitatis noſtræ colla jugo ſubmiſimus
„ Apoſtolicæ ſervitutis, & heſterna die octavo Idus Novembris conſecrationis, & benedictionis munus, ac coronationis inſignia

Digitized by Google

„ gnia recepimus, ut moris eſt.

1085 „ Ad præmiſſa igitur nobis neceſ-
„ ſaria obtinenda, faciliùs tuarum humilium
„ precum ſuffragiis indigentes, fraternita-
„ tem tuam hortamur & obſecramus in Do-
„ mino, quatenus debilitatem noſtram apud
„ Altiſſimum tuis, tuorumque devotis ora-
„ tionibus adjuves, comportans charitativo
„ ſtudio impoſitam nobis univerſalis oneris
„ gravitatem, ut nos & tu auxiliis mutuæ
„ charitatis adjuti, bonam de dicto Grege
„ ſuperno Epiſcopo & Paſtori, rationem
„ reddere valeamus.

1086 „ Ceterùm pergravem tuorum la-
„ borum ſarcinam, ſolicitudinis indefeſſæ
„ ſolertiam, & variarum cogitationum an-
„ fractus, ætatis tuæ gravedini cumulatos,
„ quibus pro fœlici ſtatu & honore Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ, cujus honorabile mem-
„ brum exiſtis, adeò vexaris aſſiduè, quòd
„ dulcedinem quietis ignoras per experien-
„ tiam, qua illos tecum quandoque commu-
„ nicavimus in minori officio conſtituti,
„ certâ ſcientiâ cognoſcentes, tibi de illis
„ paternè compatimur, & majoris aſtringi-
„ mur vinculis charitatis, gerentes in votis,
„ ac propoſito illa, Domino adjuvante, pera-
„ gere, quæ tuis conſolationi ac deſideriis
„ reddantur accepta, honorem ejuſdem fra-
„ ternitatis adaugeant, ac noſtris & Eccleſiæ
„ prædictæ ſubjectis, quos providè regis &
„ protegis, expectatæ quietis tribuat incre-
„ mentum. Datum Avenione ſeptimo Idus
Novembris, Anno Primo. *Hactenus literæ.*

1087 Raynaldus ad hunc Annum, ſub num. 8. eandem Epiſtolam, omiſſo exordio, recitat, datam Ægidio Epiſcopo Sabinenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, & Apoſtolicæ Sedis in Italiam Legato. Itaque Urbanus in ſui Pontificatus initio operam dedit ad res Italiæ tyrannide diverſorum, præcipuè Bernabonis, turbatas, debita ſolicitudine componendas: poſteà fixis oculis ad partes ultramarinas, undiquè Turcharum potentiâ devaſtatas, Crucem prædicare juſſit, & exercitus Crucefignatorum Capitaneum & Ducem conſtituit Joannem Franciæ Regem, qui de manu Pontificis unà cum Petro Cypri Rege, necnon & Rege Daciæ Crucem ſuſcepit, prout Auctor Vitæ Urbani, apud Boſquetum his verbis recenſet: „ Poſt dictam promo-
„ tionem Urbani Papæ, ad ipſum ſatis citò
„ venerunt Joannes Rex Francorum, Petrus
„ Cypri, & Daciæ Reges causâ ipſum viſi-
„ tandi, ſibique reverentiam exhibendi: qui
„ demùm cum ſuis, voluntate, & deliberatio-
„ ne & conſilio ad faciendum generale paſſa-
„ gium ultramarinum, & ſpecialiter contra
„ Turchos, ſe mutuò aſtringunt; fueruntque cum multis aliis magnis & notabili-
„ bus viris Crucefignati per dictum Papam,
„ qui etiam pro tunc Crucem contra Tur-
„ chos prædicavit, ordinans dictum generale
„ paſſagium, cujus Capitaneum conſtitui
„ præfatum Francorum Regem, perſonaliter
„ onus hujuſmodi in ſe ſuſcipientem. *Hæc
ille.* Sed hac de re extant literæ Urbani eidem Francorum Regi datæ, quas exhibet Raynaldus ad Annum MCCCLXIIII. ſub num. 15. quæ ad hunc videlicet modum ſe habent.

Urbanus Epiſcopus &c. Joanni Regi Franciæ Illuſtri.

1088 „ Dolenter referimus, quòd olim,
„ peccatis exigentibus, Terram Sanctam
„ Agarenorum gens perfida, ejuſdem Salva-
„ toris & ſuæ orthodoxæ Fidei inimica, à
„ longis retrò temporibus non abſque dam-
„ noſa negligentia Chriſtiani populi occu-
„ pavit; prout detinet occupatam, eam pol-
„ luendo abominandorum patratione ſcele-
„ rum, ac pro Ancilla tenendo, quæ Domi-
„ na gentium debet eſſe. Accedit quoque ad
„ hujuſmodi infœlicitatis augmentum illa
„ ærumnoſa calamitas, quam ex oppreſſione
„ Turchorum crudelium patitur Chriſtianus
„ populus Orientis, & quæ tantò gravior
„ redditur, quantò iidem Turci viciniores
„ fidelibus extiterint, graſſantur ſeviùs &
„ faciliùs in eoſdem quantòque ipſorum ra-
„ bies ſemper excreſcens, & cruorem Chri-
„ ſtianum aſpirans effundere, majùs poteſt
„ Chriſtianitati generare periculum, niſi eo-
„ rum, qui in ſua feritate confidunt, præ-
„ ſumptuoſa temeritas per ipſorum fidelium
potentiam reprimatur.

1089 „ Quæ omnia nuper divino ſpiritu
„ (ut piè creditur) inſpirante, chariſſimus
„ in Chriſto filius noſter Petrus Rex Cypri
„ Illuſtris prudenter conſiderans, & his ma-
„ jora pericula toti Chriſtianitati, ſi oppor-
„ tunum in præmiſſis non opponatur reme-
„ dium, probabiliter proventura formidans;
„ de ſtatu dictorum infidelium, (quem ex
„ ipſorum mortalitatibus, & diſcordiis de-
„ bilitatum, & proſtrationi diſpoſitum aſſe-
„ rit, præſertim ex captione Civitatis Seta-
„ liæ, ac nonnullorum Caſtrorum & loco-
„ rum, quæ idem Rex ſuis providentiâ, per-
„ ſonalibuſque laboribus & expenſis, de
„ manibus infidelium prædictorum eripuit,
„ ex quo infideles ipſos multus, ut aſſeritur,
„ timor invaſit) plenariè informatus, ſicut
„ Princeps magnanimus, & devotus, non
„ vitatis pro Dei ſervitium itinerum longo-
„ rum periculis, ad Apoſtolicam Sedem ſe
„ tranſtulit, nobis & fratribus noſtris San-
„ ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac
„ tibi & aliis Catholicis Principibus & Ma-
„ gnatibus, aliiſq; fidelibus populis vias, ac
„ modos vivæ ſuæ vocis oraculo prudenter
„ oſtendens, per quos iſtis tẽporibus poteſt fa-
„ ciliter eorundẽ Agarenorũ & Turchorũ elidi
„ potentia, & fieri recuperatio dictæ Terræ.

1090 ,, Hęc tu, fili chariſſime, devotę
,, ac gaudenter accipiens, deſiderium tranſ-
,, fretandi, quod aſſeruiſti diutiùs in tuo cor-
,, de geſſiſſe, nunc in lucem devotiùs produ-
,, xiſti; nàm tu, & præfatus Rex Cypri,
,, aliique multi Nobiles cum tua, & eorum
,, potentia pro recuperatione Terræ Sanctæ
,, prædictæ perſonaliter tranſfre-
,, tare, ac recepiſtis de manibus noſtris ve-
,, nerabile ſignum Crucis, quód multi No-
,, biles & Magnates ad Sedem venientes ean-
,, dem cum devotionis plenitudine quotidiè
,, poſtulant & recipiunt reverenter; Noſque
,, præmiſſa cum ingenti conſiderantes lętitia,
,, cupienteſque tam tuam Sublimitatem, &
,, eundem Regem Cypri, quàm alios fervore
,, hujuſmodi devotionis accenſos in tanto
,, Salvatoris noſtri prædictl promovendo ne-
,, gotio ſpiritualibus & temporalibus auxi-
,, liis conſovere, maturâ ſuper his delibera-
,, tione præhabitâ, de dictorum fratrum con-
,, ſilio, indiximus ad dictam Terram Sanctam,
,, & alias partes infidelium Orientis paſſa-
,, gium generale, omnibus, qui ad hoc tranſ-
,, fretabunt, Indulgentias & privilegia tranſ-
,, fretantibus in dictæ Terræ Sanctæ ſubſi-
,, dium conſueta concedi, auctoritate Apo-
,, ſtolica concedentes; ac te ipſius paſſagii,
,, & totius Exercitus Chriſtiani, qui tranſ-
,, fretabit in illo, Rectorem conſtituimus
,, & Capitaneum Generalem; ac nihilomi-
,, nus alias noſtras literas inde confectas ver-
,, bum Crucis cum certis gratiis & indulgen-
,, tiis in Regno Franciæ mandavimus prædi-
,, cari; & tam tibi, quàm exteris Cruceſi-
,, gnatis & Cruceſignandis Kalendis Martii,
,, Anni Domini Milleſimi treceuteſimi ſexa-
,, geſimi quinti proximè ſecuturi pro termi-
,, no ad tranſfretandum in dicto paſſagio du-
,, ximus aſſignandas.

1091 ,, Tuque hujuſmodi Capitaneatum
,, reverenter acceptans, perſonaliter in eiſ-
,, dem noſtris manibus ad Sancta Dei Evan-
,, gelia juraviſti, quód in eiſdem Kalendis,
,, vel ante, dicti paſſagii iter arripies, illud-
,, que deinde juſto & legitimo impedimento
,, ceſſante (ſub certis tamen conditionibus,
,, modis & formis in aliis noſtris literis ſub
,, hoc confectis ſerioſiùs annotatis) realiter
,, & perſonaliter proſequaris &c. Dat. Ave-
,, nione 2.Kal.Aprilis, Anno primo. *Hactenus literæ.*

1092 At Joannes Rex Franciæ pluribus urgentibus de cauſis profectus in Angliam ante præfixum paſſagii tempus, læthali morbo correptus ultimum clauſit diem, ſuccedente in Regno Carolo ejus filio, ad quem Urbanus conſolatorias pro parentis obitu fecit literas, ſub datis Avenione, ſecundo Kalendas Maji, ſui Pontificatus Anno ſecundo, quas recitat Raynaldus ad Annum Domini MCCCLXIV. ſub num. 17. Sed & Talayrandus Epiſcopus Albanenſis in Exercitu Cruceſignatorum Apoſtolicæ Sedis Legatus, eodem pariter anno obiit: Qua de re, cùm in corde Pontificis eſſet, ut hujuſmodi Cruceſignatorum expeditio executioni demandaretur, Beatum Petrum Thomam, ſive Thomaſium ex Carmelitarum Ordine, primùm ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum promotum eidem Cruceſignatorum Exercitui, collatâ Apoſtolicæ Sedis Legati poteſtate præfecit, ad quem ſequentes direxit literas,

Urbanus Epiſcopus &c. Petro Patriarchæ Conſtantinopolitano, Apoſtolicæ Sedis Legato.

1093 ,, Dudùm attendentes, quód, pec-
,, catis exigentibus, Terram Sanctam Aga-
,, renorum gens perfida, Salvatoris noſtri
,, Domini Jeſu Chriſti, & ſuæ orthodoxæ Fi-
,, dei inimica, à longis retrò temporibus non
,, abſque damnoſa negligentia Chriſtiani po-
,, puli occupaverat & detinuerat, prout de-
,, tinet occupatam, eam polluendo abomi-
,, nandorum patratione ſcelerum, ac pro
,, Ancilla tenendo, quæ Domina Gentium
,, debet eſſe; quódque ex oppreſſione Tur-
,, chorum crudelium multas calamitates pa-
,, tiebatur, prout patitur, Chriſtianus po-
,, pulus Orientis, chariſſimo In Chriſto filio
,, noſtro Petro Rege Cypri Illuſtri (cujus
,, Regnum eſt in ipſorum infidelium finibus
,, conſtitutum, de ſtatu dictorum infidelium,
,, quem ipſe Rex ex ipſorum mortalitatibus
,, & diſcordiis debilitatum, & proſtrationi
,, diſpoſitum aſſeruit, præſertim ex captione
,, Civitatis Setaliæ, ac nonnullorum Ca-
,, ſtrorum & Locorum, quæ idem Rex ſuis
,, prudentia, perſonalibuſque laboribus &
,, expenſis de manibus infidelium prædicto-
,, rum eripuerat, ex quo infideles ipſos mul-
,, tus, ut aſſeritur, timor invaſerat) plena-
,, riè informato nobis, ac fratribus noſtris
,, S.R.E. Cardinalibus, ac nonnullis catho-
,, licis Principibus & Magnatibus, aliiſque
,, fidelibus populis vias & modos, per quos
,, tunc temporis poterat, prout poteſt, faci-
,, liter eorundem Agarenorum & Turcho-
,, rum elidi potentia, & fieri recuperatio Ter-
,, ræ prædictæ, oſtendente prudenter oraculo
,, vivæ vocis, de dictorum fratrum conſilio
,, ad eandem Terram Sanctam, & alias par-
,, tes infidelium Orientis paſſagium genera-
,, le auctoritate Apoſtolica indiximus; ac
,, bonæ memoriæ Talayrandum Epiſcopum
,, Albanenſem ad partes illas, commiſſo ſibi
,, plenè Legationis officio in eiſdem, providi-
,, mus deſtinandum; & tam claræ memoriæ
,, Joanni Regi Franciæ Capitaneo & Rectori
,, ipſius paſſagii per nos conſtituto, quàm
,, præfato Regi Cypri, ac aliis multis No-
,, bilibus, qui cum eorum potentia pro recu-
,, peratione Terræ Sanctæ prædictæ promi-
fe-

„ ſerunt perſonaliter transfretare, ac rece-
„ perunt de manibus noſtris venerabile ſignũ
„ Crucis; ac etiam cæteris Crucesignatis &
„ Crucesignandis Kalendis Martii, Anni Na-
„ tivitatis Domini Milleſimi trecenteſimi ſe-
„ xageſimi quinti proximè ſecuturi pro ter-
„ mino ad transfretandum in dicto paſſagio,
„ duximus aſſignandas.

1094 „ Cùm autem idem Rex Franciæ,
„ & Epiſcopus, ſicut Domino placuit, ſint
„ viam univerſæ carnis ingreſſi, & dictus Rex
„ Cypri ad ſuccurrendum eiſdem fidelibus,
„ & conatus eorundem infidelium reprimen-
„ dum, velut Athleta Chriſti & præcurſor
„ intrepidus proponat in brevi cum auxiliis
„ citramarinorum fidelium transfretare, nos
„ attendentes, quòd urgens & evidens præ-
„ dictarum ultramarinarum partium, quas
„ fideles inhabitant, neceſſitas exigit ad eas à
„ nobis deſtinari Legatum, qui vice noſtrâ
„ dirigat, & diſponat negotium paſſagii præ-
„ libati, & ad te virum utique, ſecundùm cor
„ noſtrum, boneſtate conſpicuum, religione
„ probatum, præclarum ſcientiâ, humilitate
„ ſublimem, manſuetudine generoſum, mul-
„ tâ providentiâ circumſpectum, & in Lege
„ Domini, ipsâque Fide Catholicâ admo-
„ dùm eruditum, qui aliàs commiſſum tibi
„ in partibus illis Legationis officium lau-
„ dabiliter exercuiſti, noſtræ conſideratio-
„ nis intuitum dirigentes, deliberatione ſu-
„ per boc cum fratribus noſtris præhabitâ
„ diligenti, tibi in Patriarchatu Conſtanti-
„ nopolitano, ac Regno Cypri, & in Cre-
„ tenſi, Smyrnenſi, Patracenſi, Athenienſi,
„ Thebano, Corinthienſi, Coloſſenſi, dicto
„ Rhodo, ac Nixienſi, Corphienſi, Dura-
„ cenſi, Neopacenſi, & Neopatrenſi Archie-
„ piſcopatibus, & eorum dicti Patriarcha-
„ tus Provinciis, & aliis ultramarinis parti-
„ bus, ad quas per nos eſt indictum paſſa-
„ gium ſupradictum, pro ſubſidio ejuſdem
„ Regis Cypri, & aliorum transfretantium
„ ad Chriſtifidelium partes ejuſdem, plenæ
„ Legationis officium, auctoritate Apoſtoli-
„ ca de dictorum fratrum conſilio committi-
„ mus per præſentes. (*Et paucis ex conſueta*
„ *formula interjectis, ipſius auctoritatem am-*
„ *plificans, ſubnectit.*) Præſentium tibi au-
„ ctoritate concedimus, ut in Patriarchatu,
„ ac Regno, Archiepiſcopatibus, Provin-
„ ciis, & Terris ſupradictis ſuper hujuſmodi,
„ ac univerſis & ſingulis aliis negotiis, de
„ quibus expedire videris, agere, diſponere,
„ ſtatuere, ordinare, ac præcipere; & inter
„ Imperatores, & Reges, ac Principes, aliaſ-
„ que perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares,
„ in eiſdem partibus conſiſtentes, ad utili-
„ tatem, commodum, & effectum negotio-
„ rum ipſorum ligas, confœderationes, ſo-
„ cietates, ſeù uniones ſtatuere, firmare, ac
„ facere, & per te, vel alium, ſeù alios qua-
„ cumque auctoritate factas, initas, tracta-
„ tas, ſeù firmatas, tractare & executioni
„ mandare, ac mandari facere; & inter diſſi-
„ dentes, ſeù diſcordes, pacem & concor-
„ diam reformare, treguas, ſeù inducias ini-
„ re & firmare, & reformatas, irritas & fir-
„ matas obſervari facere; necnon contradi-
„ ctores & rebelles cujuſcumque dignitatis
„ & ſtatus, vel conditionis exiſtant, etiamſi
„ Epiſcopali, vel majori, aut Regali, vel Im-
„ periali præfulgeant dignitate, auctoritate
„ noſtra per Cenſuram Eccleſiaſticam, appel-
„ latione remotâ, compellere valeas, Fra-
„ ternitati tuæ plenam & liberam tenore præ-
„ ſentium concedimus poteſtatem &c. Da-
„ tum Avenione vi. Idus Julii, Anno ſe-
„ cundo. *Hactenus Vrbani literæ*, quæ relatæ
habentur apud Raynald. ad præcitat. Annum
ſub num. 24.

1095 Interea cùm hæc in Occidente agi-
tarentur, Turcæ toto conatu Græciam &
Cyrum infeſtabant, de qua re certior factus
Pontifex per Equitũ Rhodiorum Magiſtrum,
ſolicitavit Regis Cypri profectionem; Cùm-
que pariter accepiſſet, eoſdem Turcas pluri-
ma mala apud Thebas, & Achajæ Principa-
tum intuliſſe Latinis, per ſuas literas datas v.
Kal. Julii ejuſdem Anni excitavit Archiepi-
ſcopum Patracenſem, alioſque Antiſtites &
Proceres, ad fortiter adversùs eos dimican-
dum, inquiens in eis: „ Univerſitatem ve-
„ ſtram hortamur, & rogamus attentè, vo-
„ bis nihilominùs injungentes, quatenus
„ zelo Dei, ejuſque fidei fervore ſuccenſi,
„ adversùs ipſos Turchos ſic exurgatis viri-
„ liter, & pro veſtra facultate potentèr, quòd,
„ Dei dextera vobiſcum, & cum aliis ſuis
„ famulis faciente virtutem, dicti Turci
„ per veſtram, & aliorum partium illarum
„ fidelium laicorum, quibus ſimiliter ſcribi-
„ mus, diligentiam, de dictis partibus re-
„ pellantur.

1096 Sed & Græcorum Imperator Joan-
nes Palæologus, qui plusquàm cæteri in ſuo
à Turcis vexabatur Imperio, ſacræ expe-
ditionis ab Urbano indictæ, quæ in Occi-
dente parabatur, famâ permotus, miſſo Ma-
laſpina ad eundem Pontificem Oratore, ex-
poſuit, ſe paratiſſimum eſſe ad vires ſuas ad-
versùs infideles conjungendas, rogans inſuper,
ut Latinis mandaretur, ne qua ipſi Græcos
injuria afficerent. Conſuetus fuit Græcorum
hujuſmodi timor, nè occaſione ſimilium expe-
ditionum quidquam detrimenti per Latinos
milites paterentur, edocti quanta per eos in
antiquis expeditionibus paſſi fuerant: licèt
in plurimum, ut in ſerie hujus hiſtoriæ retu-
limus, non ſinè juſta cauſa, illorum in Lati-
nos perfidiâ occaſionem præbente; Latini
namque arma adversùs fidei hoſtes parata
nunquam verterunt in Græcos, niſi priùs ab
eis execrabiliter offenſi. Hoc ergo attento
Græcorum timore, etſi auxiliares copias,
neceſſitate compulſi, à Latinis poſtularent,

ſub

ſub abſoluto Imperatoris Imperio ſubjectas volebant, hac via certiorati nihil per eos mali paſſuros: Id quòd palàm conſtat ex ejuſdem Joannis Paleologi poſtulatione facta Innocentio VI. & conditionibus in ea præſcriptis, prout ſupra relatum eſt. Urbanus ergo excepto Imperatoris Legato, intellectâque illius mente, reſcripſit, grates inprimis reddens de promiſſorum amplitudine, monuitque inde, ut Græcos ad redintegrandam cum Romana Eccleſia conjunctionem, & arctiſſimè vinciendam perpelleret; ex qua fidei hoſtis debellandi ſpes affulgeret: denique ſublatum jam è vivis Joannem Francorum Regem, quem univerſæ expeditionis Ducem crearat, nec dùm ſe id munus in alium Principem traſfudiſſe, indicat. Pontificiæ literæ à Raynaldo ad præcitatum annum ſub num. 27. exhibitæ, ad hunc modum ſe habent.

Magnifico Viro Joanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri, Gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1097 „ Imperialis Celſitudinis literas,
„ per dilectum filium Michaelem Malaſpinam
„ civem Januenſem, Nuncium tuum latorem
„ præſentium, noſtro Apoſtolatui deſtinatas,
„ paternâ benignitate recepimus; & tam con-
„ tenta in eis, quàm illa quæ dictus Nuncius
„ nobis pro tui parte curavit exponere, intel-
„ leximus diligenter: admodùmque gratum
„ redditur noſtris affectibus, quòd tua lætetur
„ ſublimitas, quòd ad recuperationem Terræ
„ Sanctæ, ac impugnationem hoſtium ſu-
„ perborum ſacratiſſimæ fidei, ad cujus de-
„ fenſionem, & propagationem nos, licèt in-
„ dignos, Divina dignatio in culmen Sum-
„ mi Pontificatus evexit, indiximus paſſa-
„ gium generale: quódque in tanto noſtri
„ Salvatoris obſequio, & Chriſtianitatis com-
„ modo & honore nobiſcum & cum ortho-
„ doxis Principibus, aliiſque Chriſtifideli-
„ bus ingenti, prout tua indicabit Epiſtola,
„ devotione concurras, ad hoc tua, & tuo-
„ rum ſubditorum auxilia prompta liberali-
„ que magnificentia offerendo.

1098 „ Nos itaque proinde tuam magni-
„ tudinem multipliciter commendantes in
„ Domino, & ad continuationem tam lau-
„ dandi propoſiti, paternis conſiliis animan-
„ tes, eam rogamus, & hortamur attentè,
„ quatenus cùm Chriſtifideles in præfato
„ profecturi paſſagio, ad partes tui Imperii
„ declinabunt, eis pro reverentia Dei, cujus
„ proſequentur negotium, tui favoris preſi-
„ dia largiaris. Nos enim gerentes in votis,
„ te, ac populum tuum ab Infidelium Turcho-
„ rum incurſibus & Tyrannide liberari, ac
„ per beneficia noſtra & Latinorum corpori
„ Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ
„ (à qua diſcedentes, lacrymabiles potiùs,
„ quàm enarrabiles miſerias animarum, &
„ corporum, ac detrimenta bonorum tem-
„ poralium, & antiquæ Græcorum gloriæ
„ toti orbi opinatiſſimæ incurriſtis) ad Dei
„ honorem ac Cæleſtium Civium de tanta-
„ rum ovium perditarum reductione ad ovi-
„ le Dominicum, ac ad gaudium univerſalis
„ Eccleſiæ, hoſtiumque ipſius mæſtitiam;
„ & terrorem, Indiſſolubiliter reuniri, Apo-
„ ſtolicæ Sedis Legato, ad partes ultrama-
„ rinas cum gentibus dicti paſſagii profectu-
„ ro; necnon Chriſtiani exercitus generali
„ Capitaneo, de quo poſt obitum claræ me-
„ moriæ Joannis Regis Francorum, quem
„ dicti exercitus Capitaneum feceramus,
„ nondùm deliberavimus, cùm tempus erit
„ transfretandi, mandare curabimus, quòd te
„ ac ſubditos tuos habeant commendatos, à
„ tuis & tuorum offenſia penitùs abſtinendo.
Hactenus literæ.

1099 Poſt hæc verò Carolus Occidentis & Romanorum Imperator, profectus Avenionem ſalutaturus Pontificem, cùm eo tractatum habuit de inſtauranda Religione in Aſia, de abigendis prædonum turmis ſocialibus, quæ tunc temporis Galliam maximè & Italiam atterebant, ac inde traducendis in Orientem, ut arma verterent in Turchas: & tandem de tractatu habendo cum Ungariæ Rege pro tranſitu exercitus Cruceſignatorum, concluſione firmatâ inter Pontincem & Imperatorem, quòd ſi præfatus Ungariæ Rex aditum ipſum per ſuum Regnum præbere vellet, Imperator commeatus neceſſarios præberet: Sin verò, ut conſcenſâ claſſe navigarent in Aſiam, illam ſuis ſumptibus in Veneto, & aliis Italiæ portubus conducturus. Quæ omnia continentur in Pontificis literis, datis ad Carolum Francorum Regem, apud eundem Raynaldum, ad Annum Domini MCCCLXV. ſub num. 2. quæ ſic ſe habent.

Urbanus Epiſcopus &c. Chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Francorum Illuſtri.

1100 „ Sicut novit regia Celſitudo, cha-
„ riſſimus in Chriſto filius noſter Carolus
„ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus,
„ & Bohemiæ Rex, ut Chriſtianiſſimus Prin-
„ ceps, nuper ad Apoſtolicam Sedem acce-
„ dens, nobis ſui ſancti propoſiti, quod ha-
„ bet ad pacem & tranquillitatem totius po-
„ puli Chriſtiani, ſpecialiter regni tui, & ad
„ depreſſionem infidelium, exaltationemque
„ Catholicæ Fidei, & recuperationem etiam
„ Terræ Sanctæ, & alia ad bonum publicum
„ arcana detexit: noſque cum ipſo ſuper iis
„ votis ardentibus concurrentes, & pluriès
„ conferentes, communi voluntate decrevi-
„ mus, ut ad pravarum comitivarum deva-
„ ſtantium dictum Regnum, & nonnullas

alias

„ alias partea ejuſdem Chriſtiani populi to-
„ talem exierminationem de dicto toto Po-
„ pulo, priùs efficaciter intendatur; ita quòd
„ voluntariè pergant , vel inviti cogantur
„ ad partes Turchorum , vel aliorum infide-
„ lium proficiſci .

1101 „ Præfatuſque Imperator eredens
„ indubiè, quòd chariſſimus in Chriſto filius
„ noſter Ludovicus Rex Ungariæ Illuſtris
„ per ſuum Regnum gentibus dictarũ comi-
„ tivarum tutum dabit tranſitum , offert eaſ-
„ dem gentes, à terminia tui Regni uſque ad
„ ingreſſum dicti Regni Ungariæ propriis
„ expenſia , quantùm ad victualia pro homi-
„ nibus dumtaxat , ita quòd ipſe gentea de
„ earum animalibus ſibi providere habeant
„ conductarum ; Sic tamen , quòd gentes
„ ipſarum ad ſuum conductum non recipiet,
„ donec de voluntate præſati Regis Unga-
„ riæ habeatur certitudo plenaria , & fidan-
„ cia opportuna . Pro quibus habendia, nos
„ & Imperator præfatus dilectum filium no-
„ bilem virum Arnulphum Dominum de
„ Audentia Mareſcallum tuum ad jam di-
„ ctum Regem Ungariæ pro habendo ejua in
„ hac parte conſenſu , ac fidancia dictia gen-
„ tibua tribuenda , providimus de proximo
„ deſtinandum . Si verò idem Rex Ungariæ
„ in tranſitu dictarum Gentium per idem
„ ſuum Regnum minimè conſentiret , ordi-
„ navimus noa & Imperator præfatus , quòd
„ Gentes ipſæ per mare ad partea ultramari-
„ naa Orientia per Venctorum & aliorum de
„ partibus Italiæ navigia (quòd tamen erit
„ tardiùs & difficiliùa) conducantur : & pro
„ expenſis conductionia hujuſmodi Impera-
„ tor jam dictus magnificè offert medietatem
„ omnium proventuum ſui Regni Bohemiæ
„ obventurorum tribus annis proximè ſe-
„ cuturis.

1102 „ Quare præmiſſa duximus tuæ
„ Serenitati intimanda , ut interim ſic te
„ cum ipſis Gentibus in tuo Regno exiſten-
„ tibus ſtudeas concordare , ipſoſque ad re-
„ ceſſum diſponere, quod redeunte Mareſcial-
„ lo præfato , gentes ipſæ versùa Aleman-
„ niam , ſi dictus Rex Ungariæ ad hoc con-
„ ſenſerit ; alioquin versùa Italiam arripiant
„ iter ſuum . Datum Avenione v. Idus Junii,
„ Anno III. *Hactenus literæ*,

1103 Hujuſmodi porrò expeditoni non modici impedimenti erant diſſidia exorta inter Cypri Regem, & Januenſes, qui memores antiquarum injuriarum , quas præfatus Rex in Cypro eia intulerat armia & bello , de eis ulciſci meditabantur : ad quas componendas intentus Urbanus, Venctorum Duci negotium commiſerat ; cùmque nihil proficere potuiſſet , juſſit Beato Petro Conſtantinopolitano Patriarchæ , ut ipſe perſonaliter Genuam proficiſceretur , operamque daret pro conciliandia prædictis Genuenſibus cum antefato Rege , datis literis ad Gabrielem Adurnum, tunc Genuenſium Ducem , ad Senatum , & univerſum populum , hortans per eaa, ut obliti antiquarum injuriarum, novum cum Rege Cyprio inirent fœdua : Petrus verò Pontificiis obtemperans mandatis , Genuam ſe contulit , ubi , licèt ab exordio malè exceptus , nec ſinè injuriia , Divina tamen adſiſtrice gratiâ , ſedatis civium animia , rem omnem compoſuit, renovatia inter Cyprium Regem & prædictoa Genuenſea antiquia fœderibus . Quod accipiens Urbanus, ſummè gratulatus , ſolicitavit ipſum Cypri Regem ad transfretandum , datis ſequentibus literis .

Urbanus Epiſcopus &c. Chariſſimo
in Chriſto Filio Petro Rege
Cypri Illuſtri .

1104 „ Per literas Venerabilis Fratris
„ noſtri Petri Patriarchæ Coſtantinopolitani,
„ Apſtolicæ Sedia Legati , nuper non abſque
„ multa noſtri cordis exultatione percepi-
„ mus, inter ſublimitatem & dilectoa filios
„ nobilem virum Gabrielem Adurnum Du-
„ cem , & Commune Civitatis Januenſia fore
„ concordiam reformatam, magnamque mul-
„ titudinem Nobilium & aliarum armigera-
„ rum gentium , tecum transfretaturarum
„ contra hoſtea fidei , ad te de Alemania,
„ aliiſque partibus adveniſſe noviſſimè , ac
„ jugiter advenire : propter quòd , ſi veritas
„ ſuffragetur relatis , ſpem jam deficientem
„ reſumimus de ultramarinis negotiis fœli-
„ citer proceſſuris .

1105 „ Et quia inſtat tempus tui & gen-
„ tiùm prædictarum receſſus, Domino fa-
„ vente , fœlicia , hortamur te , quòd ulte-
„ rius illum non differaa , nè gentes ipſæ ni-
„ miâ expectatione graventur , & (quòd ab-
„ ſit) transfretandi propoſito reſipiſcant ,
„ dictiſque negotiis ex dilatione proveniat
„ impedimentum . Noa ſiquidem ſperamus
„ in Domino , qui gratiâ ſuâ deſideria devo-
„ ta proſequitur, quòd iter & actua tuæ
„ Celſitudinis & dictarum gentium proſpe-
„ rabit , noſque , prout honeſtè poterimus,
„ tibi favoribua Apſtolicia aſſiſtemus . Da-
„ tum Avenione ſecundo Kal. Maii, Anno III.
Hactenus literæ .

1106 Petrus itaque Cypri Rex Pontificis monitia obtemperans , firmatâ cum Januenſibus pace , propriis expenſis cum copiia contra Mahumetanos , & Turchos , transfretare decrevit : & è Venetiis ſoluit cum claſſe , præmiſſis antea nonnullia , in Rhodum Inſulam , mente ſua nulli aperta , & in Rhodum ipſum primùm appulit , unà cum Sedis Apoſtolicæ Legato . Hæc narrat Philippua è Mazeriis in Vita Beati Petri Thomæ , inquiens : „ Rex de pace propter paſſagium
„ gaviſua, fideles, quos habere poterat , con-
„ gregavit in expenſia propriis , & ſine ad-
„ jutorio alicujus Principis , vel Communi-

ta-

Digitized by Google

„ tatis Chriſtianorum. Legatus verò exer-
„ citum Regis in miniſterium Crucis & Do-
„ minicæ paſſionis piè conſortabat, omnibus
„ transfretandis Venerabile ſignum Crucis
„ dabat, peccatores abſolvebat, & oratio-
„ nibus continuis & Divino Officio median-
„ tibus, inſtitutiones Divinas transfrerendis
„ piè & devotè declarabat. *Et paulò infra.*
„ Rex autem, Deo operante, & Legato con-
„ ſulente, pluribus navibus armatorum &
„ ferè quincentorum equorum onoratis, in
„ Rhodum ante præmiſſis, in tertio Anno
„ à receſſu Regni ſui cum duabus Galeis
„ ſolis de Venetiis verſùs plagam Orienta-
„ lem receſſit. *Et paulò poſtea.* Rex verò
„ Legato aſſociatus, vento proſperante, in ſa-
„ tis brevi tempore Rhodũ applicuit, & à Ma-
„ giſtro Hoſpitalis magnificè receptus fuit.

1107 Rhodi porrò cùm conſiſteret, venit
ad eum exercitus Cypri ſexaginta videlicet
navigia inter Galeas, uſceria, & alia navi-
gia armatorum militum, ſagittarum, bali-
ſtarum in bona quantitate onerata, Duce
Antiochiæ Principe ejus fratre: operâ porrò
Apoſtolicæ Sedis Legati complures nobiles
ea in Inſula Cruce recepta, præfato Regis
exercitui adaucti ſunt. Adveniente inde
receſſus termino, Rex de loco inimicorum
fidei invaſuro ſecretè in conſilio ventilato, ut
idem Auctor teſtis oculatus ſcribit, Deo au-
xiliante, Legato benedicente, propoſuit
Soldanum Babyloniæ, Sanctam Civitatem
Hieruſalem & ejus hæreditatem occupantem,
non ad caudam, ſed ac caput invadere, &
verſùs Alexandriam ſuum Dei exercitum di-
rigere, & vale faciens Magiſtro Hoſpitalis,
Galeam aſcendit, iter verſùs præfatam diri-
gens Civitatem, cunctis in ipſo itinere pate-
facto ſecreto, menteque aperta ſua. Cùmque
inopinatè Alexandriam Rex cum exercitu
appuliſſet, conſternati Sarraceni poſt horam
pugnæ, ad littus maris terga vertentes, Chri-
ſtianis eos perſequentibus, intra Civitatem
fugerunt; Atque à Crucesignatis circum-
vallata Civitate, brevi tempore turpè à Pa-
ganis relicta, in poſſeſſionem devenit Chri-
ſtianorum: Verùm milites hac ſibi à Deo col-
lata non rectè uſi victoria, ex qua lata via
univerſum Ægyptum occupandi patefacta eis
fuerat, ſpoliis onuſti non ſine Chriſtiani no-
minis dedecore, relicta Civitate, immò &
ipſomet Cypri Rege, ad propria reverſi ſunt:
Et quidem non Regis culpâ, ut nonnulli pu-
tarunt, ſed ipſorum dumtaxat militum, prout
Petrarcha lib.8. Senil. Epiſt.8. & lib.13.
Epiſt.2. ſcribit ad Joannem Boccatium, ubi
ait: „ Petrus Cypri Rex Alexandriam cœpit
„ in Ægipto: magnum opus & memorabile,
„ noſtræque Religionis in immenſum am-
„ plificandæ fundamentum ingens, ſi quan-
„ tùm ad capiendam, tantùm ad ſervandam
„ Urbem animi fuiſſet. Qui ſibi certè non
„ defuit, ut fama eſt, niſi quòd comitatus
„ ejus ex tranſalpinis maximè gentibus col-
„ lectus, melioribus ſemper ad principia re-
„ rum, quàm ad exitus, illum in medio cla-
„ riſſimi operis deſerentes, ut qui pium Re-
„ gem non pietate, ſed commoditate ſeque-
„ rentur, collectis ſpoliis abiere, priùque voti
„ impotem avari voti compotes facere. *Et in*
„ *alia Epiſtola cit. ait:* Vicit avara barbaries,
„ vicit vilis amor prædæ, vicit interrum-
„ pendæ paululùm metus voluptatis: virtus
„ nuda & incomitata ſuccubuit. Itaque onu-
„ ſti præda, ad quam ſolam venerant Reli-
„ gione ſimulata, onerati autem, obrutique
„ dedecore abjerunt. *Hæc ille.* Rem tamen
fusè recenſet Philippus è Mazeriis, in Vita
Beati Petri cap.16. qui ejuſmodi interfuit
expeditioni: ubi inter plura, quid actum ſit à
Rege poſt captam Civitatem, referens, ait:
„ Civitate capta victorioſiſſimus Rex pro
„ cuſtodia Civitatis tenuit conſilium gene-
„ rale, ſed adjutores & Dei ſervitores pau-
„ cos, aut nullos invenit, Rex vero cum
„ lacrymis milites magnos, parvos, & me-
„ diocres, ut ſecum remanerent, piè implo-
„ rabat: ſed ipſe de hoc Regi excuſantes,
„ & Crucem Sanctam relinquentes, de re-
ceſſu promptos inveniebat. *Hæc ibi.* Extat
porro apud Bolandum tom.2. die 29. Janua-
rii, Epiſtola Sancti Petri, Apoſtolicæ Sedis
Legati, data ad Papam, & Imperatorem, ubi
& ſimilia tradit. Cæterùm Urbanus Papa
ante ejuſmodi geſta, poſt concordatos cum
Rege Cypri Genuenſes, ſolicitavit Græco-
rum Imperatorem, nondùm reconciliatum, ad
optatam unionem, ut hac via junctis Græ-
corum & Latinorum armis, Turci debella-
rentur. Exhibet Raynaldus literas ad An-
num Domini MCCCLXV. ſub num.22. ſic
ſe habentes.

Magnifico Viro Calo Joanni Imperatori Græ-
corum Illuſtri, gratiam in præſenti,
per quam obtineat gloriam
in futurum.

1108 „ Licèt tua Serenitas, ac Clerus,
„ & Populus Græciæ à gremio Sacroſanctæ
„ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ, extra cu-
„ jus obedientiam non habetur ſalus, damna-
„ biliter devietis, nihilominùs tamen, quia
„ cenſemini ejuſdem Eccleſiæ filii, quamvis
„ ſalutis propriæ prodigi, in Regionem lon-
„ ginquam per inobedientiam abeuntes, ve-
„ ſtrum omnium filialem reditum ad dictam
„ Matrem veſtram, & cunctorum fidelium
„ tantò deſiderabiliùs affectamus, quantò re-
„ motiores ab illius uberibus facti eſtis; ad
„ hocque non ſolùm vos invitamus eloquiis,
„ ſed & factis inducimus, prout nobis ab il-
„ lo, qui omnium habet potentiam, poſſibi-
„ litas miniſtratur.

1109 „ Cogitamus ſiquidèm ſæpiùs, &
„ cogitata in deliberationem & factum pro-
du-

Digitized by Google

„ ducere procuramus, quomodò infidelium, præſertim Turcharum abominabilium, qui tuum penè totum deſtruxerunt & occupaverunt Imperium, impietati & potenti tyrannidi reſiſtatur; quomodòque inclyta Civitas Conſtantinopolitana præcipuè, & & aliæ partes Græciæ adhùc tuo parentes Imperio, ab eorundem impiorum incurſibus defendantur. Et quia ex certis impedimentis generale paſſagium Occidentis Chriſtianorum non poteſt moderno tempore (quod dolenter referimus) proſperari; certam unionem quorundam fidelium cum apparatibus galearum, & armigerarum gentiſi, præſertim ad informationem & ſupplicationem dilectorum filior. Magiſtri & Conventus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ac Nobilium Virorum Marchionis Montis Ferrati, & Ducis, & Communis Civitatis Januenſis, ad expellendos eoſdem Turchos de dicto Imperio providimus faciendam; eamque de proximo certis receptis reſponſionibus, ut inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Cypri Illuſtrem, dictoſq; Ducem, & Commune diſcordantes invicem, concordia reformetur, firmari & ad actum duci, Auctore pacis adjuvante, ſperamus.

1110 „ Eapropter Celſitudinem tuam hortamur in Domino, quatenùs prudenter recogites quantarum miſeriarum calamitas Græcis evenerit, poſtquàm ab unitate dictæ univerſalis Eccleſiæ diſceſſerunt; inquantiſque tu, & ipſi ſitis ſpiritualiter & temporaliter periculis conſtituti; & tu, ac iidem Græci diſponatis firmiter Univerſitati fidelium aggregari, quorum orationum ſuffragia, & auxiliorum remedia proculdubiò ſentietis: Et ſi pro hoc, ut te optare percepimus, ad Apoſtolicam Sedem accederes (quòd utinam facto perficias, tantumque bonum & gaudium ſit ad noſtra tempora reſervatum) lætificabis profectò Eccleſiam univerſam, noſq; perſonam tuam inclytam lætantiſſimè videbimus, & congruis honoribus curabimus honorare, ac de conſervatione & augmento Imperialis Sublimitatis, & ſtatus tui Imperii ſtudebimus providere. Dat. Avenione Kalendis Julii, Anno III. *Hactenus literæ.*

1111 Interea Palæologus, ſive hujuſmodi literis excitatus, ſive famâ Occidentalis expeditionis permotus, timens, nè in Græcos rebelles arma Latini verterent, ſive pietatis ſtimulo ductus, Legatos miſit ad Urbanum pro unionis negotio jam incœpto perficiendo, quos humaniter ſuſcepit Ponſifex, ipſiſque auditis, ad Imperatorem per Amadeum Sabaudiæ Ducem ferendas & contradendas ſequentes, ab eodem Raynaldo ad Annum Domini MCCCLXVI. ſub num. 1. recitatas fecit literas.

Magnifico Viro Calo Joanni Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1112 „ Si antiquæ tuæ devotionis propoſitum fervore charitatis ignitum, de reductione videlicet populi tui ad obedientiam & unitatē S. Rom. Eccleſiæ (quòd per Imperiales Nuncios & literas Sedi Apoſtolicæ reſeraſti) adimplere deſideras, & tua verba operum efficacià demonſtrare, tempus congruum, quo Latinorum potentia Imperii tui finibus appropinquat, & hoſtium Chriſti ſæva tyrannis incipit conculcari, miſeratione illius, qui non vult populo tuo iraſci perpetuo, cernimus adveniſſe: In hoc quippè, ut eædem literæ innuunt, tuus æſtuabat animus, tua hoc ſupplicatio poſtulabat.

1113 „ A' parte ſiquidem terræ chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Regem Ungariæ Illuſtrem, devotiſſimum & potentiſſimum utique Principem, ad eorundem hoſtium exterminium aſpirantem, eiſdem finibus vicinaſſe cognoſcis; & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petsum Regem Cypri Illuſtrem cum nonnullorum Nobilium Latinorum auxilio, competentem in Mari habere potentiam, & jam mirabiliter triumphare de hoſtibus non ignoras; & (quòd tuo culmini æſtimamus fore gratiſſimum) dilectus filius Nobilis Vir Amadeus Comes Sabaudiæ conſanguiueus tuus, lator præſentium, de quo meritò confidere poteris, multa Nobilium comitiva ſtipatus, ad illas partes ſpiritu devotionis accedit, ad noſtri militaturus obſequium Redemptoris. Per quorum Regum & Nobilium, ac aliorum Occidentalium, qui veriſimiliter imitabuntur eoſdem, geſta magnifica & devota ſperamus in illo, cujus negotium agitur, Fidem exaltari catholicam, & impiorum Sarracenorum, & Tuchorum abominabilium, tuorum capitalium hoſtium cervicoſam potentiam edomari.

1114 „ Quid ergò tu, tuuſque populus expectatis, cùm acceptabile tempus, & dies ſalutis vobis miſericorditer indulgentur, quibus veſtrarum animarum ſalus, quæ extra unitatem unius Sanctę, Apoſtolicæque Eccleſiæ non habetur, proveniet; & Græcorum libertas & gloria, potentia & divitiæ, quæ poſt inobedientiæ devium miſerabiliter corruentes nunquam in eo potuerunt reſurgere, illo juvante, qui eſt Trinus & Unus, unitatemque renatorum in ſua Fide diligit & injungit, inſtaurationis ſuſcipient fœlix initium & ſtabile firmamentum. Revertimini itaque in ſinceritate cordium & voluntate non ficta ad gre-

„ gremium Eccleſiæ prælibſtæ, tempuſque
„ vobis datum à Domino agnoſcatis : Nua
„ enim, ſi hoc feceritis, in chariſſimoa habe-
„ bimus filios, & devotionem veſtrſm Apo-
„ ſtolicis favoribus & auxiliia, prout pote-
„ rimus paternâ diligentiâ proſequamur, nè,
„ ſi (quod sbſit) in obſtinats duritia elege-
„ ritis perdurare, cogamur, ſecundùm Apo-
„ ſtolum, vos hsbere ut Publicanos & Ethni-
„ cos, etſi â quocumque fideli, vel infideli
„ vos moleſtsri contigerit, abſciſſos ab uni-
„ verſali Eccleſiæ corpore non poterimus,
„ ſicut nec debebimua sdjuvare. Super qui-
„ bus Imperiali Magnitudini pleniùa expo-
„ nendis, dicto Comitl fidem velia plena-
„ riam adhibere. Datum Avenione VIII.
„ Kalendas Februſrii, Anno IV. *Haſtenus literæ*.

1115 Attamen veritus Pontifex ſubeſſe in Græcis dolum, cùm ſæpiùa Apoſtolicæ Sedi illuſiſſent, conſueviſſentque pietatem ſimulſre, quotiès è re ipſis videretur; prudentiâ utendum ratus, priùa coſdem Græcos ad Romanæ obſequium revocandos cenſuit, quam Ludovicus Ungariæ Rex turcico ſe accingeret bello; atque ideò datia literis, ſignificavit eidem Ludovico, ſe illius ſacramentum de expeditione ſuſcipiends in Græcorum grstiam, in annum proximum protrahere, ac interea, ut aliò arma deduceret, monuit. Literæ verò Pontificiæ sd hunc modum ſe habent.

Urbanus Epiſcopus &c. Chariſſimo in Chriſto filio Ludovico Regi Ungariæ Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

1116 „ Licèt, fili chariſſime, plurimùm
„ habeamus acceptum, quòd negotlum de-
„ fenſionis Græcorum, ad finem reductionis
„ eorum ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ unita-
„ tem, modis debitis proſequsris, decet ta-
„ men & expedit, hoc its prudenter & ma-
„ turè fieri, ut non tendat ad noxam, quod
„ agitur ad ſalutem. Sanè eum, ſicut in an-
„ tiquis Chronicis, & Scripturis sliis reperi-
„ tur, iidem Græcl cum dicta Eccleſia in trs-
„ ctatibus per eam cum eiſdem habitis, do-
„ loſè ac frsudolenter inceſſerint, illudendo
„ fallsciter Eccleſiæ memorstæ; & ex hujuſ-
„ modi præteritis, de ſimilibus futuris ſit ve-
„ riſimiliter præſumendum (præſertim quia
„ iidem Græci non videntur ex devotionis
„ zelo & purs voluntate, ſed coacti pro ha-
„ bendo tuo ſuccurſu venire velle ad hujuſ-
„ modi unitstem) cum eis eſt cum mul-
„ ta msturitate, & cautelæ ſtudio proce-
„ dendum,

1117 „ Et quis de re ardua sgitur, &
„ ipſiua executio eſt adeò difficilis & prollxs,
„ quòd infra modicum tempus compleri non
„ poterit, ut optatur, ſi tua Celſitudo vo-
„ viſſet, ſeù juraſſet prædictia Græcis, ſeù
„ eorum Imperatori, infra certum terminum
„ de proximo præſtare ſuccurſum, nos præ-
„ miſſorum conſideratione inducti, votum &
„ juramentum hujuſmodi uſque ad annum à
„ data præſentium computandum, auctori-
„ tate Apoſtolica tenore præſentium ſuſpen-
„ dimus ad cautelam, Placet tsmen nobis,
„ quòd dicto Imperatori, ac ejus filiis, re-
„ ductis ad hujuſmodi unitatem, eia interim
„ de aliqua armigers gente ſuccurras, ſi tibi
„ expediens videatur; tuaque msgnificentis
„ bonis operibus ſemper intenta, interim
„ vacare poterit sliis operibus pietstis. Nul-
„ li ergò &c. Dst. Avenione x. Kalend. Julii,
„ Anno IV.

CAPUT XX.

De Ioannis Paleologi congreſſu cum Ludovico Ungariæ Rege pro unionis negotio; de ejus Legatione ad Urbanum, & Fidei apud Schiſmaticos propagatione.

1118 EOdem tempore, quo ſuprarecenſita pro unione Græcorum agebsntur, Ludovicus Ungariæ Rex, vir piua ac Fidei propagandæ zelator, contra Stratimirum ſchiſmaticum, Bulgariæ Principem, Exercitum duxit, quo victo & capto, brevi univerſam occupsvit Bulgarism, inde cum debellsto & vincto Principe in Ungariam revertitur, quem ad Gemlechium Zagabrienſis Diœceſis Csſtrum, adhibitia Cuſtodibus relegavit; licèt poſtea cùm in manus Ludovici juraſſet, ſe perpetuam fidem & obſequium Regi Pannonlæ præſtiturum, dimiſſua fuerit. Hæc quidem notst Benfinius, Decad. 2. lib. 10. inquiens: „ In Bulgsriam, di-
„ tioni Pannonicæ ſubjectam, reluctsnte
„ Stratimlro eorum Principe, Exercitum Rex
„ eduxit, ubi bellum è ſententia geſtum eſt:
„ Siquidem Bodonium eorum Urbem primò
„ impetu obſeſſam, perbrevl obſidione occu-
„ pavit; Stratimirum cœpit, qui ſe vulgò
„ Imperatorem appellari juſſerat, deinde
„ vix trium menſium ſpatio univerſam Bul-
„ garlam in ſuam poteſtatem redegit. Stra-
„ timirus in Ungariam ductus sd Gemel-
„ chium Zagabrienſis Epiſcopl Caſtellum,
„ aliquandiù adhibitis Cuſtodibus relegatus
„ eſt. Deinde cùm in msnus Ludovici ju-
„ raſſet, ſe perpetusm fidem & obſequium
„ Regi Pannoniæ præſtiturum, magnificè do-
„ nstus, reddito Regno, dimiſſus eſt: qui
„ receptâ Bulgariâ, quoad vixit, pactas
„ conditiones, imperataque ſervavit. *Hæc ille.*

1119 Hujuſmodi ergò fœlicibus Ludovici progreſſibus, ac potentiâ territi finitimi Græci, ad devinciendum illum ſibi omnia ſtudia contulerunt: Hinc Palæologus Budam ad præfatum Regem perſonaliter ſe contulit, cum quo tractatum habuit de Græcorum unione cum Sancta Romana Eccleſia, ſpoponditque ſacramento ſe unà cum filiis Eccleſię Catholicę aggregatum iri, omnibuſq; Apoſtolicis imperiis pariturum, ſi Græcorum Imperium adverſùs Turcharum ſævitiam defendendum ſuſciperet. Annuit pius Rex Divinæ propagandæ gloriæ ſtudio accenſus, initoque contra Turchos fœdere, ut pacta & conventiones Apoſtolicâ confirmarentur auctoritate, de communi utriuſque aſſenſu, miſſa eſt ad Urbanum Legatio. At Pontifex recepta Legatione, nullâ interpoſitâ morâ, literas ad Palæologum fecit, quibus vehementiùs hortatus eſt, ut tam glorioſum opus, quo conſtanbiliret Imperium, & immortalitatem conſequeretur, ampliùs non extraheret, ac formulam orthodoxæ Fidei, quam eſſet profeſſurus, ijsdem inſeruit literis, quæ, ut à prælaudato Raynaldo ad Annum MCCCLXVI. ſub num. 4. ſunt exhibitæ, ad hunc modum ſe habent.

Magnifico Viro Joanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1120 „ Radicatum in corde tuo piiſſimæ intentionis propoſitum de reductione tua, tuorumque populorum Græcorum, ad Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ unitatem, argumentis probabilibus evidentiùs agnoſcentes, lætamur nimiùm in Domino, & proinde ſibi gratiarum actiones referimus, qui animo tuo ſic abundè gratiam ſuæ benedictionis infudit, ut fervore deſiderii tui laudabilis ſemper cum tempore ſuſcipiat incrementum, dùm vias & modos adinvenire conaris accomodos, quibus impletionem ejuſdem deſiderii conſequaris: Hoc enim tua ingens devotio Divinę claritatis lumine illuſtrata ſolicitare cœpit apud Apoſtolicam Sedem plurium annorum curriculis jam elapſis, & ut præſidium ad hoc efficaciſſimi mediatoris haberet, proprii limites exceſſit Imperii Chriſtianiſſimum & Deo amantiſſimum Principem, Chariſſimum videlicet in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Regem Ungariæ Illuſtrem in ejus Regno perſonaliter adeundo. Quis ergò non ſperet exitus fœlicis ſuccedere, dùm talia conſpexerit primordia proceſſiſſe? Quis credulas aures non præbeat, quis manus ad opera non extendat, ubi tanti negotii, Divinæ pietatis miſeratione diſpoſiti fictionem deceptoriam non formidat? Tantò enim nos per hoc ad Latinorum & Græcorum unionem fœliciſſimam delectabiliùs animamur, quantò id noſtris implendum temporibus ſpecialiùs à Deo recognoſcimus reſervatum.

1121 „ Sanè tam tu per nobilem virum Georgium Magnicartes militem Conſtantinopolitanum Cancellarium tuum, quàm præfatus Rex glorioſus ſacratiſſimæ Fidei propagator, Regis Regum beneplacitis ſe coaptans, per Venerabilem Fratrem noſtrum Stephanum Epiſcopum Nitrienſem Ambaſſiatorem ſuum nobis ſignificare curaſtis, quomodò tu eundem Regem in ſua Civitate Budenſi fraternis affectibus perſonaliter viſitaſti, & de reconciliatione tua, tuique populi cum præſata Romana Eccleſia, Matre omnium fidelium & Magiſtra, à cujus ſinu dicti populus pacis æmulo & invido charitatis longiſſimis deviarunt temporibus, mutuis ſtudiis, & affectibus tractaviſtis: ac tu eidem Regi promiſiſti ſolemniter, & ſacramento firmaſti, quòd tu, & nobiles Viri Emmanuel & Michael nati tui acceptaretis, faceretis, & adimpleretis ad honorem dictæ Romanæ Eccleſiæ, ac augmentum Catholicæ fidei omnia, quæ ſuper reconciliatione præfata tibi, & eiſdem filiis tuis mandaremus. De quo tam nos, quàm Fratres noſtri ejuſdem Eccleſiæ Cardinales, ac Romana Curia multo fuimus gaudio recreati, & ei, qui, ubi vult ſpirat, & dat ſpirituales fieri homines, devotas gratiarum agimus actiones.

1122 „ Eja ergò, fili, & illi gratias reddas humiliter, qui vota tua piiſſima gratioſè præveniendo aſpirat, & proſequitur adjuvando, inſta humiliter precibus, & opere ſatagas, ut in ſtudio bravium apprehendas, & indutus talari perſeverantiæ tunicâ perſeverantiæ præmium nanciſcaris, ac tui nominis glorieris effectu, ſi Domini gratia in te tantùm exuberet, quòd velut alter Præcurſor perfectam plebem parare Altiſſimo comproberis. O' quanta Chriſtianorum fœlicitas, quam nec lingua narrare ſufficit, nec capere intellectus, ſi tuis devotis, & continuatis operibus ſciſſus Templi Dei paries, uniatur; ſi per te quaſi alterum lapidem angularem fiant utraque unum, Latinorum videlicet & Græcorum populi reuniti, & oves errantes reducantur ad Caulam Dominicam, quæ (proh dolor!) luporum ſpiritualium & temporalium morſibus fuerunt hactenus nimiùm laceratæ, ſub utriuſque Paſtoris cuſtodia in uno ovili, extra quod non eſt ſalus, ſe gaudeant ſalubriter gubernari! O' quantus timor & tremor veniet ſupra corda ſæviſſima ferocium Ethnicorum, quando poſt reconciliationem prædictam dicto Rege,

„ alijſque fidelibus in tuum adjutorium aſ-
„ ſurgentibua videbunt reſurgere conculcatam jam per eos Græcorum potentiam,
„ & extinctam penè gloriam celebriùs renovari! Profectò ſperandum eſt, quòd iidem
„ hoſtes ante tuam, & dicti Regis athletæ
„ Chriſti fortiſſimi, facies non ſubſiſtant,
„ ſed aut, inſpirante Deo, convertentur ad
„ fidem, aut juſto Dei ſubvertentur judicio,
„ ut cedant locum cultoribus Trinitatis.
„ O' quantùm denique præmium animæ tuæ
„ comparabia in Cœlis, ſi de talento tibi
„ credito tantam, tamque gratam reddes Altiſſimo rationem, ut in extremo judicio
„ reperiaris lucrifactor tuæ, & aliarum innumerabilium animarum! Sicque duplici
„ immò omnimodà fœlicitate lætaria, ut in
„ terris glorioſè imperes, regnaturus demùm cum beatiſſimis Spiritibus in excelſis.

1123 „ Hæc tibi nota pleniſſimè ideò
„ Apoſtolicæ charitatis diligentia tuo intellectui ſub compendio repræſentat, ut
„ certiùs noſcas, tantò gratiorem nobia eſſe
„ reconciliationem hujuſmodi, quantò plura
„ bona ſpiritualia & temporalia ex ea conjecturis veriſimilibus proſpicimus evētura,
„ & ut Imperialia Serenitas ad coſummationem tam ſancti negotii eo animetur ardentiùs, quòd ad ipſam per Chriſti Vicarium
„ ſe noverit, eò reverentius ſuſcipiatis inſtructiones, monita & mandata ſalubria, quò
„ utiliora in conſpectu omnium luculentiùs
„ apparebunt.

1124 „ Ecce igitur, quod corde firmiter
„ credimus, & quod ore ſimpliciter confitemur, quodque per Sanctam Sedem Apoſtolicam aliàs tuis prædeceſſoribus intimatum, tibi planè proponimus & exponimus: nec in velamentis ænigmatum dogmata noſtra tegimua, ſed omninò verbis
„ explicitis & apertis notam eſſe volumus
„ univerſis profeſſionem fidei, quam tenemus, quamque à te, Clero, & populo tui
„ Imperii exigimus; ut eandem tu & ipſi
„ profiteamini, ſi ad noſtram, ut deſideramus, redire volueritis unitatem: ea inſuper, quæ circa ejuſdem Eccleſiæ Romanæ
„ primatum à te, ac ipſis Clero ac populo
„ recipi, & acceptari volumus, pleniùs &
„ apertiùs explicantes.

1125 „ Et quidem credimus Sanctam
„ Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum
„ Sanctum, Unum Deum omnipotentem,
„ totamque in Trinitate Deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem (*& cætera, ſicut
„ in formula Fidei Innocentii Papæ IV. aliarumque Romanorum Pontificum ad Græcos
„ tranſmiſſa, adjecta Articulo, de clara Beatarum Dei viſione ante Judicii diem, prout
„ ex formula fidei ad Orientales miſſa à Benedicto XII. indicata à nobis ſupra cap.* XI. *hujus partis; quibus ſubjungit Urbanus*).

„ Quare tuæ devotionis ardorem, & ſolicitudinis ſtudium in præmiſſia ad aditum
„ dignis laudum præconiis in Domino commendantes, te paterna charitate rogamus,
„ hortamur, & obſecramus in Domino,
„ quatenus, quod ardenter exoptas, & avidè
„ poſtulas, cum effectu recipias, receptum
„ in æternum cuſtodias, & cuſtoditum populis tuis ſtudeas purè, ſincerè ac ſimpliciter acceptandum, & perpetuis temporibus
„ obſervandum. Cæterùm, quia omnia in
„ præmiſſis tam arduis non poſſunt ſufficienter literis explicari, aliquos Viros diſcretos ad dictum Regem tranſmittimus, qui
„ Regem ipſum ſuper prædictis, & aliis, quæ
„ idem Rex tecum, quàm cum Clero & populo Græcorum habebit agere, plenariè
„ informabunt. Datum Avenione Kalendis
„ Julii, Anno IV. *Hactenus literæ*. Quibus
Pontifex alias adjecit cum forma præſtandi
ſacramenti, tùm ab ipſo Imperatore, cùm ab
aliis Græcis, tenoris ſequentis.

Urbanus Epiſcopus &c. Magnifico Viro Joanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1126 „ Circa proſecutionem ſalubria
„ negotii reconciliationis tuæ, tuorumque
„ natorum, necnon Cleri & populi Græcorum cum Sacroſancta Romana & Univerſali Eccleſia, cum Divinæ propitiationis
„ gratia faciendæ, paterna ſolicitudine intendentes, profeſſionem ſacræ Fidei, quam
„ & tenet & docet eadem Eccleſia, quamque
„ à te, aliiſque Græcis exigimus, hodiè per
„ alias noſtras literas duximus deſtinandam.
„ Et quia ad ſoliditatem & firmitatem ejuſdem negotii expedit, quòd tu, aliique
„ Græci poſt profeſſionem eandem præſtetis
„ debitum juramentum, & abjuretis omne
„ ſchiſma: formas hujuſmodi juramenti &
„ abjurationis, olim per claræ memoriæ Michaelem Palæologum Imperatorem Græcorum prædeceſſorem tuum in ſimili reconciliatione præſtiti ac factæ, & per te ac
„ eoſdem natos, necnon Clerum & populum
„ ſupradictos præſtandi & faciendæ ad tuam
„ ac eorum natorum, necnon Cleri, & populi certitudinem fecimus præſentibua annotari. Forma ſiquidem dicti juramenti
„ talis eſt.

1127 „ *Ego Joannes Palæologus Imperator Græcorum ſupraſcriptam Fidei veritatem, prout plenè lecta eſt & fideliter expoſita, veram, ſanctam, & orthodoxam Fidem
„ eſſe recognoſco: eam accepto, & corde, ac ore
„ profiteor, ipſumque, prout veraciter tenet, &
„ fideliter docet & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia, me inviolabiliter ſervaturum, & in ea omni tempore perſeveraturum,*

nec

,, *nec ab ea ullo unquam tempore receſſurum,*
,, *quoquomodò deviaturum, vel diſcrepaturum*
,, *promitto, primatum quoque ipſius Sanctæ*
,, *Romanæ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie*
,, *continetur, ad ipſius Eccleſiæ obedientiam*
,, *ſpontaneus veniens, fateor & recognoſco,*
,, *accepto, ac ſpontè ſuſcipio: & me omnia præ-*
,, *miſſa, tam circa fidei veritatem, quàm circa*
,, *ejuſdem Romanæ Eccleſiæ primatum & ipſo-*
,, *rum recognitionem, acceptionem, ſuſceptio-*
,, *nem, obſervantiam, & perſeverantiam ſer-*
,, *vaturum, præſtito corporaliter juramento,*
,, *promitto & confirmo. Sic me Deus adjuvet,*
,, *& hæc Sancta Dei Evangelia. Quòd ſi ali-*
,, *quid contra hæc ſentire, confiteri, aut aliàs*
,, *agere præſumpſero, me ſchiſmaticum & ana-*
,, *thematizatum eo ipſo recognoſco. Huic autem*
,, *ſcripto de mea recognitione, acceptatione,*
,, *profeſſione, ſuſceptione, promiſſione, ac jura-*
,, *menti præſtatione, ſpontè mea facto, lecta,*
,, *& perlecto, ſpontè ſubſcripſi, & ſigillum*
,, *meum apponi feci,*

1128 ,, Porrò à Prælatis erunt prædicta,
,, & alia exigenda, videlicet manualem obe-
,, dientiam & reverentiam exhibeant, & ſe ab
,, illa nullo unquam tempore receſſuros,
,, præſtito juramento, promittant: & nihi-
,, lominùs in eorum promiſſione veniat,
,, quòd nec contra ſuam profeſſionem aliquid
,, publicè prædicare, vel occultè ſuadere
,, præſumant. Forma verò abjurationis ſchiſ-
,, matis talis eſt.

1129 ,, *Ego Joannes &c. omne ſchiſma*
,, *prorſus abjuro, & ſupraſcriptam fidei veri-*
,, *tatem, prout plenè lecta eſt, & fideliter ex-*
,, *poſita, veram, ſanctam, catholicam, & or-*
,, *thodoxam Fidem eſſe recognoſco, eam ac-*
,, *cepto, corde, ac ore profiteor: ipſamque, pro-*
,, *ut veraciter tenet, fideliter docet, & præ-*
,, *dicat Sacroſancta Romana Eccleſia, me in-*
,, *violabiliter ſervaturum, nec ab ea ullo un-*
,, *quam tempore receſſurum, vel quoquomodo*
,, *deviaturum, vel diſcrepaturum promitto.*
,, *Primatum quoque ipſius Sacroſanctæ Roma-*
,, *næ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie conti-*
,, *netur, ad ipſius Eccleſiæ obedientiam ſpon-*
,, *taneus veniens, fateor, recognoſco, accepto,*
,, *ac ſponte ſuſcipio; & omnia præmiſſa, tam*
,, *circa fidei veritatem quàm circa ejuſdem*
,, *Eccleſiæ primatum, & ipſorum recognitio-*
,, *nem, acceptationem, ſuſceptionem, obſer-*
,, *vantiam, ac perſeverantiam ſervaturum,*
,, *præſtito in animam meam corporaliter jura-*
,, *mento, promitto, & confirmo. Sic me Deus*
,, *adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.* Da-
tum Avenione Kal. Julii, Anno IV. ,,

1130 Hiſce itaque cum literis remiſit
Urbanus Magnicartem ad Palæologum, cui
adjecit duos Apoſtolicæ Sedis Apocriſiarios,
Guillielmum ſcilicet Noleti, Cauſarum Sa-
cri Palatii Auditorem, ac Fratrem Rodul-
phum ex Auguſtiniana familia ea tempeſtate
florentem, ut ipſorum opera & ſtudia cun-
cta ex ſententia abſolverentur, negotiumque
optatæ Græcorum unionis rxecutioni de-
mandaretur, ipſomet interea Pontifice ſedulâ
ſolicitudine incumbente, ut auxilia adversùs
Turchas in præfatorum Græcorum ſubſidium
mitterētur, datis hac de re literis ad Carolum
Romanorum Imperatorem, ad Comitem Pa-
latinum, aliosque Principes, necnon ad
Epiſcopos Nicolaum Strigonienſem, & Tho-
mam Colocenſem, excitante pariter per En-
cyclicas literas univerſos Regni Ungariæ
Chriſtifideles ad Crucem accipiendam, Præ-
ſulibus ejuſdem Regni conceſsâ facultate Cru-
cē prædicandi, conſuetis Indulgentiarum pro-
poſitis præmiis; cui Crucesignatorum exer-
citui, ut poſtulaverat, præfecit ipſum Un-
gariæ Regem Ludovicum, ut innuunt literæ
eidem datæ, exhibitæ à Raynaldo ad Annum
præfatum, ſub num. 10. tenoris videlicet ſe-
quentis.

Urbanus Epiſcopus &c. Chariſſimo
in Chriſto filio Ludovico Regi
Ungariæ Illuſtri.

1131 ,, In publicam notionem omnium
,, penè Chriſtifidelium, præſertim Orienta-
,, lium, noſcitur deveniſſe, quòd impiorum
,, Turchorum hoſtium Chriſtiani nominis
,, rabies, ipſos fideles in eadem unitate dictæ
,, Eccleſiæ perſiſtentes impugnantium, re-
,, troactis temporibus ſic excrevit, ſic feri-
,, tatem ſui furoris armavit, quòd eorum
,, viribus, quas fortiores fecit ſua crudelitas,
,, conglobatis, nonnullas Inſulas, Civita-
,, tes, Caſtra, Villas Caſalia, & loca eo-
,, rundem fidelium preſumptuoſis conatibus
,, occuparunt, & nonnulla ex eis detinent
,, occupata; alia verò cremarunt incendio,
,, ſeù aliàs crudeliter deſtruxerunt, eorum in-
,, colis utriuſque ſexus profeſſoribus ſacra-
,, tiſſimæ Fidei aliis inhumaniter ferro pe-
,, remptis, aliis profugatis, & aliis in mi-
,, ſeriam infœliciſſimæ captivitatis abductis,
,, & adſcriptis, tam abominabilis nationis
,, perpetuæ ſervituti; depopulatiſque non-
,, nullis Inſulis, aliiſque terris de partibus
,, ultramarinis, in quibus iidem fideles de-
,, gebant, ſic eorum ſemper aſcendit ſuper-
,, bia, ſic auſus deteſtabiles, non invenien-
,, tes validum obicem, augmentantur aſ-
,, ſiduè, quòd à certis citrà temporibus Re-
,, gnum Cypri, quod colitur à fidelibus præ-
,, libatis, ingredi, & prædari tentarunt,
,, nonnullos utriuſque ſexus exinde Chri-
,, ſticolas aſportantes, & quaſi licenter &
,, intrepidè curſitantes per maria, nonnullis
,, remotorum ab eis fidelium finibus appro-
,, pinquant, ſuam extollentes damnandam
,, audaciam & cultorum Chriſti nomen &
,, gloriam deprimentes in graviſſimam noſtri
,, Redemptoris injuriam, ac inæſtimabile
,, damnum, & niſi talibus obſiſtatur conati-
bus

Digitized by Google

,, bus, in magnum periculum populi Chri-
,, ſtiani.

1132 ,, Quæ omnia tu acceptiſſimus Deo
,, Princeps, quem Deus igne devotionis ac-
,, cendit, illuſtravit victoriis, & potentiâ
,, roboravit, piè conſiderans, ac in tanta mi-
,, ſeria & periculo conſtitutis charitativâ
,, tuâ humanitate compatiens, ſpiritu con-
,, ſilii & fortitudinis inductus & etiam con-
,, fortatus (ſicut per Venerabilem Fratrem
,, noſtrum Stephanum Epiſcopum Nitrien-
,, ſem Ambaſſiatorem tuum, propter hæc ſpe-
,, cialiter ad Sedem Apoſtolicam deſtinatum,
,, nobis ſignificare curaſti) ad ulciſcendum
,, tot & tantas dicti Redemptoris injurias,
,, ac ſubveniendum ejſdem fidelibus, qui
,, perſecutiones & impugnationes dictorum
,, Turchorum jugiter perferunt, & eorum
,, præſemptuoſa molimina reprimendum, &
,, exterminandum eos, ſi cum Deo auxilio
,, poteris, diſpoſuiſti cum beneplacito &
,, licentia dictæ Sedis pro illo, qui pro te di-
,, gnatus eſt mori, te tradere periculis & la-
,, bori, ac largitam tibi à Deo potentiam in
,, obſequium exponere largitoris, cum gran-
,, di multitudine tuorum ſubditorum, &
,, nonnullorum aliorum fidelium contra Tur-
,, cos eoſdem magnificè proceſſurus: Nobiſ-
,, que humiliter ſupplicaſti, ut tibi aſſumen-
,, di cum forti brachio hujuſmodi negotium,
,, & illud, prout devotioni tuæ miniſtrabit
,, Altiſſimus, proſequendi licentiam, ac om-
,, nibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui te-
,, cum, vel Ducibus, ſeù Capitaneis à te con-
,, tra præfatos Turchos, qui eoſdem fideles
,, in eadem unitate dictæ Eccleſiæ perſiſten-
,, tes (ut præſertur) impugnant, mittendis
,, devotè acceſſerunt, ut in hujuſmodi bello
,, Dominico, eò promptiores reddantur,
,, quò majori gratia ſe proſpexerint præ-
,, miandos, illam plenam Indulgentiam, quæ
,, per dictam Sedem dari ſolet transfretanti-
,, bus in Terræ Sanctæ ſubſidium, concede-
,, re dignaremur.

1133 ,, Nos igitur lætati ab intimis de
,, tua devotione & magnanimitate tam gran-
,, di, ac hujuſmodi tuum ſanctum propoſi-
,, tum Apoſtolicis coadjuvare favoribus in-
,, tendentes, tuis ſupplicationibus inclinati,
,, de fratrum noſtrorū conſilio dictam licen-
,, tiam auctoritate Apoſtolica tenore præ-
,, ſentium elargimur: Indulgentiam verò
,, præfatam conceſſimus, prout in aliis no-
,, ſtris literis inde confectis pleniùs contine-
,, tur. Nulli ergo &c. Datum Avenione Kal.
,, Julii, Anno VI. *Hactenus literæ*.

1134 At Rex Ludovicus zelo propogandæ Fidei magis, ac magis ſuccenſus, dùm talia contra ejuſdem fidei hoſtes parabat, ad veritatis agnitionem deducere quoque Bulgaros non ſolùm ſchiſmate à S. Romana Eccleſia ſciſſos, verùm & turpiſſimis hæreſibus fœdatos, ſedulo ſtudio ſatagebat, incumbens, ut Apoſtolici Operarii in eam Provinciam mitterentur, quorum operâ univerſi Bulgarorum Populi pulſis erroribus, & quovis abjurato ſchiſmate, Chriſto iterùm conjungerentur. Primi quidem ad hoc opus ſelecti fuere octo viri Religioſi ex meo Seraphico Ordine aſſumpti, de Vicaria Boſnæ, qui brevi tempore taliter fructificarunt, ut ſpatio quinquaginta dierum ultra ducenta hominum millia in Ovili Chriſti deduxerunt. Teſtis eſt Beatus Antoninus 3. par. titul. 24. cap. 2. §. 20. ubi ait: ,, Anno verò
,, ſequenti (*nimirum MCCCLXVI.*) fuit
,, facta magna hæreticorum converſio per
,, Fratres Minores baptizatorum in Bulgaria
,, contigua Regno Ungariæ & Vicariæ Boſ-
,, nenſi, acquiſita re armorum per Chriſtia-
,, niſſimum ejuſdem Regni Regem, ut patuit
,, per literas Generalis tranſmiſſas diverſis.
,, Qui inter cætera refert, quòd ad petitio-
,, nem Chriſtianiſſimi Regis Ungariæ, Vica-
,, rius ipſius Generalis miſerat octo ex fratri-
,, bus ſuis ad quandam patriam, Regno ac
,, Vicariæ contiguam: qui infra quinqua-
,, ginta dies ultra ducentorum millia homi-
,, num baptizarunt, qui in ſcriptis ſunt re-
,, dacti: nec tamen adhùc tertiam partem
,, illorum converterant, ſed ſperabant in
,, brevi convertendos: unde concluſivè pete-
,, bat mitti, voluntarios tamen ad conver-
,, ſionem illius Gentis. *Hæc Antoninus*.

Literas porrò Miniſtri Generalis, quarum præfatus Baetus Antoninus meminit, exhibet noſter Wadingus ad Annum Domini MCCCLXVI. ſub num. 16. quas datas refert Miniſtro Provinciali Provinciæ Sancti Patris Franciſci, in feſto Portiunculæ legendas univerſæ Fratrum multitudini, & ſunt tenoris ſequentis, videlicet.

Chariſſime Miniſter.

1135 ,, Heſterna die ab Inclyto Rege
,, Ungariæ Ludovico, & à Vicario Boſnæ
,, quaſdam literas, omni ſpiritus jucunditate
,, pleniſſimas, lętus accepi. Grandis prorsùs
,, meditationibus exardeſcere cœpit ignis,
,, & ſuccenſi fervoris prodire favillæ & ani-
,, matio quædam potens & valida ad conver-
,, ſionem infidelium populorum. Illis ſiqui-
,, dem literis intimatum eſt mihi, quòd re-
,, center per ſervos ſuos Fratres noſtri Ordi-
,, nis Vicariæ Boſnenſis, tam magna & mi-
,, rabilia Dominus operatur, ut quamvis
,, multi ſint numero, nullo tamen modo
,, ſufficiant currentes ad ſacræ regeneratio-
,, nis lavacrum baptizare, & miniſtrare ho-
,, minibus Sacramenta. Unum è pluribus in-
,, timare cupivi: Ad petitionem Chriſtianiſ-
,, ſimi ac devotiſſimi Regis Ungariæ Vica-
,, rius meus Boſnæ ad illam patriam, Regno
,, & Vicariæ contiguam, octo Fratres noſtri
,, Ordinis ſibi ſubditos deſtinavit; qui infra
quin-

,, quinquaginta dies ultra ducenta millia
,, hominum baptizarunt. Et nè fortè de
,, numero ſcrupulus oriatur, juſſu Regia
,, omnes baptizati in ſcripturam publicam
,, ſunt redacti; illius tamen regionis, ut ſcri-
,, bitur, necdùm partem tertiam converte-
,, runt, ſperant tamen firmiſſimè aperiri eis
,, oſtium fidei, Domino Jeſu Chriſto, quid-
,, quid è reſiduum fuerit in caulam Domini-
,, cam congregante. Currunt cum ſuis genti-
,, bus Principes infideles, juvenes & vir-
,, gines, ſenes cum junioribus turmatim
,, confluunt ad Baptiſma, hæretici ſimiliter
,, & ſchiſmatici ad veritatem Fidei orthodo-
,, xæ, ad unitatem ſacroſanctæ Romanæ Ec-
,, cleſiæ revertuntur. Ipſorum etiam Sacer-
,, dotes atque Calogeri ſub jugo fidei ef-
,, ficiuntur humiles, qui in ſua hæreſi nimis
,, antea fuerant pertinaces, ædificare volue-
,, runt loca noſtræ Religionis quamplurima,
,, ut fructus virtutis, unitatis & fidei per-
,, ſeveret.

1136 ,, Igitur lætentur Cœli, & exultet
,, terra, omnis lingua Dominum glorificet.
,, Terra ſiquidem mota eſt, & Cœli diſtilla-
,, verunt à facie Dei Sinai, pluentes his die-
,, bus ſolitò abundantiùs pluviam bonam,
,, quam ſegregavit Dominus hæreditati ſuæ,
,, hæreditati utique Fratrum Minorum, ut
,, non reperiatur vacua in eis lux Chriſti,
,, ſed eorum manibus repleatur multitudine
,, Gentium converſarum. Unum eſt tamen,
,, quòd ſpirituali huic gaudio doloris acu-
,, leum intermiſcet: Meſſis quidem multa,
,, ſed operarii valdè pauci. Ecce regiones jam
,, albæ ad meſſem, ſed non ſunt, qui ſufficien-
,, ter metant, & fructum in vitam æternam
,, valeant congregare. Propterea mihi inti-
,, matum cum fletibus, quòd ſi numerus
,, Fratrum non augeatur, immenſus fidei fru-
,, ctus negligitur, atque dimittitur, & per-
,, duntur animæ, pro quibus Salvator pretio-
,, ſum Sanguinem ſuum fudit. Perditur tota
,, illa Bulgaria populoſa, quam Rex ille
,, invictiſſimus Ungarorum dudùm potenter
,, obtinuit, & præcipuè Civitas illa Bindin
,, famoſa noſtris & magna, & ubi Fratres
,, in copioſiore numero deſtinantur. Patare-
,, ni & Manichæi ſunt ampliùs ſolitò diſpoſiti
,, baptizari, & ad Chriſtum verum lumen
,, converti, ſi non deficerent, qui viam hujus
,, luminis demonſtrarent. Piiſſimus Rex præ-
,, fatus cernens de multis nationibus ac re-
,, gnis multos in eodem ſancto propoſito ad-
,, miratione repletur & gaudio devotè poſtu-
,, lans, ut ex ipſis Fratribus partium diver-
,, ſarum ad duo millia tranſmittantur, quos
,, valdè religioſè collocare diſponit, adeoque
,, zelo fidei Catholicæ, & converſionis in-
,, fidelium fideliſſimus Rex effervet, ut etiam
,, proprium corpus vellet exponere, &
,, pro converſione Gentium ſeipſum totum
,, dare.

1137 ,, Igitur exurgant viri Religioſi,
,, imitatores filii Dei, & fideles filii Beati
,, Franciſci, & ad laborem meſſis viriliter ſe
,, accingant, in exultatione metant, & in
,, labores ſeminantium fideliter introeant,
,, ut qui ſeminant, & qui metunt pro granis
,, puriſſimis in horreo Domini congregatis
,, panem ſuaviſſimũ in regno Domini & men-
,, ſa Chriſti glorioſè manducent. Tu verò
,, miniſter omnibus Fratribus convenienti-
,, bus ad Sacram Indulgentiam Portiunculæ,
,, præſentes literas diſtinctè & intelligibiliter
,, legi facias, ſeù legas, eoſque quantùm va-
,, leas, ferventer & efficaciter exhorteris, ac
,, conſtanter inducas ad capiendum fructum
,, tantæ ſalutis, ut cum omni promptitudine
,, ſe diſponant, eiſque ex parte mea denun-
,, cies; ut ſi qui ſpiritu Dei tacti, illùc vo-
,, luerint proficiſci, ad meam præſentiam de-
,, beant alacriter & ſecurè venire, ut obe-
,, dientiâ, & benedictione perceptâ, ſuum
,, jactantes cogitatum in Domino inſpiratio-
,, nem dictam liberiùs & ſecuriùs exequan-
,, tur. Vale in Domino, & ora pro me. *Hacte-
nus Miniſtri Generalis literæ.*

1138 Interea Urbanus Papa de repetenda
,, Urbe Roma conſilium init, licèt Carolo
,, Francorum Rege, aliiſque Principibus,
,, Aulicis, & Cardinalibus contradicenti-
,, bus, quorum ſuperatis obſtaculis, die ulti-
,, ma menſis April. Anni Dñi MCCCLXVII.
Caroli Imperatoris Occidentis XXII. Imperii
Joannis Palæologi XXVII. ſui Pontificatus V.
currente Indictione v. receſſit Avenione, Ro-
mam profecturus. De qua profectione plura
ſcribit Petrarcha lib. 7. Rerum Senilium, &
lib. 9. Epiſt. 1. Auctor. porrò vitæ Urbani
apud Boſquetum accuratè hanc deſcribit
profectionem; ait namque: ,, Circa princi-
pium Anni MCCCLXVII. ivit ad Montem-
,, peſſulanum cauſâ videndi & viſitandi Mo-
,, naſterium, quod in honorem Sanctorum
,, Benedicti & Germani à ſolo ſuis magnis
,, ſumptibus ædificaverat. *Et poſt aliqua ſub-
,, jungit.* Eodem anno, die ultima menſis
,, Aprilis præfatus Papa receſſit Avenione,
,, greſſus ſuos dirigens versùs Romam: &
,, cùm applicuiſſet Maſſiliam, declinavit ad
,, Monaſterium Sancti Victoris, cui dudùm
,, præfuerat. *Et infra.* Die vigeſima dicti
,, Menſis (*ſcilicet Maii*) idem Urbanus Pa-
,, pa de Maſſilia exiens, intravit mare cum
,, mirabili apparatu Galearum, & aliorum
,, naviglorum, de quibus honorificè valdè
,, ſibi providerant Joanna Regina Siciliæ,
,, Veneti, Januenſes, & Piſani, iterque
,, ſuum perſequens, die quarta ſequenti proſ-
,, perè applicuit Januæ, ubi fuit tam in Por-
,, tu, quàm Civitate per Ducem & Cives
,, ſolemniter receptus.

1139 ,, Et quia pro tunc erant dies Ro-
,, gationum, inſtabatque dies Aſcenſionis
,, Domini, ibidem per illos remanere decre-
vit:

Digitized by Google

„ vit: Et interim equitando per dictam Civi-
„ tatem, Eccleſiam majorem viſitavit, &
„ demùm pro ſua manſione deſcendit ad Do-
„ mum S. Joannis Hjeroſolymitani, in cujus
„ Eccleſia in dicta die Aſcenſionis Domini
„ ſolemniter celebravit: & in craſtinum
„ iter ſuum continuando, abinde diſceſſit,
„ relicto ibidem Domino fratre Marco de
„ Viterbio, tituli Sanctæ Praxedis Preſbytero
„ Cardinali, pro ſedandis guerris & diſſenſio-
„ nibus, quæ pro tunc vigebant inter dictam
„ Civitatem & Bernabonem de Vice-Comi-
„ tibus Mediolani & (Divino ſibi aſſiſtente
„ præſidio) pervenit fœliciter ad Portum,
„ ſeù plagam Corneti die quarta menſis Junii
„ ſubſequentis, circa ortum Solis. Ubi mare
„ exiens, ſibi obviam habuit D. Ægidium
„ Alvari Hiſpanum, Epiſcopum Sabinenſem
„ Cardinalem, tunc Sedis Apoſtolicæ Lega-
„ tum in Provinciis illis, comitatum ferè
„ omnibus Nobilibus & Magnatibus Terra-
„ rũ Eccleſiæ, ac Prælatis & aliis quampluri-
„ mis armatis, aut inermibus, prout eo-
„ rum cujuslibet conditio, ſeù qualitas exi-
„ gebat.

1140 „ In littore autem parata fuerunt
„ tentoria tam de pannis ſericis, quàm fron-
„ dibus, ſeù ramis Arborum virentium ma-
„ gna amœnitatis decora: quæ cùm dictus
„ Pontifex fuiſſet ingreſſus, ac in ipſis ali-
„ qualiter conveniſſet, parato ibidem Alta-
„ ri, Miſſam cum nota ſolemniter fecit co-
„ ràm ſe decantari: Qua finita, equm aſcen-
„ dit, venitque Cornetum horâ prândii, ad
„ domum Minorum declinando, ubi manſit
„ uſque in craſtinum diei inſtantis Ponte-
„ coſtes, in qua ipſe ibidem ſolemniter cele-
„ bravit: Veneruntq; ad eum ſolemnes Nun-
„ cii Romanorum, pro eorum parte ſibi ple-
„ num dominium Urbis offerentes, ac claves
„ S. Angeli, per ipſos priùs detenti, ſecum
„ deferentes. Abinde autem recedens, die
„ nona dicti menſis intravit Viterbium, ubi
„ fuit cum magno gaudio, & ſolemnitate
„ receptus. Venerunt ed eum ibidem paulò
„ poſt tam Domini Cardinales, qui poſt
„ eum per terram iter ſuum profecuti fue-
„ rant, quàm univerſaliter Nobiles & Ma-
„ gnates, Prælati, & Communitates par-
„ tium Italiæ de ſuo adventu gaudentes.

1141 Pergit inde Auctor enarrare de Le-
gatis miſſis à Joanne Palæologo pro unionis
Græcorum negotio, quos cùm adhùc Viterbii
cōſiſteret, Pontifex recepit: „ Dicto Urbano,
„ *inquit*, adhùc Viterbii exiſtente, venerunt
„ ad ipſum memoratus Amadæus Comes Sa-
„ baudiæ, Patriarcha Conſtantinopolita-
„ nus, & aliqui alii viri notabiles miſſi pro
„ parte Imperatoris Conſtantinopolitani,
„ pro ſui parte eidem Papæ promittentes,
„ ipſum reditorum ad Romanæ Eccleſiæ
„ unitatem; & ſuper hoc breviter perſona-
„ liter venturum ad ipſum Papam. Qui Pa-
„ pa de Viterbio recedens, die XVI. menſis
„ Octobris Romam intravit, occurrente ſibi
„ Clero & Populo Romano, ipſumque ſo-
„ lemniter recipientibus cum magno gaudio,
„ ac demùm laudantibus de jucundo adventu
„ ſuo. Poſtquàm verò in Eccleſia Beati Petri
„ ſuam fecit orationem, in Cathedra Papali
„ fuit more ſolito collocatus; declinavitque
„ ad Palatium ſuum dictæ Eccleſiæ conti-
„ guum, quod priùs vetuſtate ac habitatio-
„ ne quaſi conſumptum & diruptum ſaltem
„ quo ad tecta, opere mirabili fecerat reno-
„ vari. *Hectenus Auctor*.

1142 De Joannis Palæologi Legatione,
quæ ſolemniſſima fuit, ad Urbanum Papam,
agit idem Pontifex in literis datis ad Joan-
nam Siciliæ Reginam, ubi recenſet octo No-
biles Viros Palæologum deſtinaſſe, adlectis
eis Amadæo Sabaudiæ Duce, & Paulo Patri-
archa Conſtantinopolitano, qui ex Smyrnenſi
Archiepiſcopatu per obitum Beati Petri, ad
eam evectus fuerat dignitatem: Certiorat-
que eandem Reginam de proximo adventu
præfati Imperatoris, prout ab ipſis Legatis
acceperat; unde admonet, nè qua eidem
Imperatori Mare Siculum ſulcaturo, ſuiſque
pariter comitibus, injuria inferretur. Lite-
ræ verò, prout à Raynaldo ad hunc Annum
MCCCLXVII. ſub num. 8. exhibitæ, ſunt
tenoris videlicet ſequentis,

Urbanus Epiſcopus &c. Chariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

1143 „ Ad notitiam tuæ Serenitatis de-
„ ducimus, quòd Magnificus vir Joannes
„ Palæologus Imperator Græcorum Illuſtris,
„ necnon Prælati Clerus, Cologeri Nobiles,
„ & Populi Græciæ cupientes, ut aſſerunt,
„ ad obedientiam & unitatem Sanctæ Ro-
„ manæ Eccleſiæ remeare, octo Ambaſſia-
„ tores ſolemnes ſtatuum diverſorum unà
„ cum Venerabili Fratre noſtro Paulo Pa-
„ triarcha Conſtantinopolitano, & dilecto
„ filio Nobili Viro Amadæo Comite Sabau-
„ diæ, propter hoc ad nos venientibus, ad
„ Sedem Apoſtolicam deſtinarunt: obtulit-
„ que ac pollicitus eſt Imperator præfatus,
„ ſe in menſe Maii proximo futuro, pro
„ facienda ſua, ſuique populi reconciliatione
„ cum dicta Eccleſia, ad Sedem præfatam
„ cum nonnullis Prælatis, aliiſque Clericis
„ & Religoſis, ac Nobilibus & Plebeis per-
„ ſonaliter acceſſurum, vel eo impedito
„ (quòd abſit) ſuum primogenitum tranſ-
„ miſſurum.

1144 „ Quare cùm ex dicta obedientia
„ & reconciliatione, ſi eam fieri contingat,
„ Domino juvante compleri, ſalus multa-
„ rum aliàs pereuntium animarum Chriſtia-
„ nitatis augmentum, & tutela fortiſſima,
„ infidelium repreſſio, aliaque multa ſpiri-
tua-

Digitized by Google

„ tualia, & temporalia bona ſint probabiliter
„ proventura ; omneſque fideles Chriſti,
„ præſertim perſonas ſublimes, ad hoc de-
„ ceat favores & auxilia impertiri, Sereni-
„ tatem tuam rogamus & hortamur attentè,
„ mandantes, quatenùs vigilanter provideas,
„ quòd dictis Imperatori, & ejus primoge-
„ nito, aliiſque Græcis & gentibus, qui cum
„ eis, vel eorum altero, ad Sedem venient
„ memoratam, per terram, vel pee mare Re-
„ gni Siciliæ nulla injuria, damnum, aut im-
„ pedimentum aliud irrogetur ; ſuper hoc
„ publicam proclamationem gravium ban-
„ norum & pœnarum comminatione ac infli-
„ ctione per dictum Regnum, ubi expedire
„ cognoveris, fieri faciendo &c. Datum Ro-
„ mæ apud S.Petrum VIII. Idus Novembris,
„ Anno VI. *Hactenus litera*.

1145 Adjecit eodem tempore literas ad Elenam Græcorum Imperatricem, & ejuſdem argumenti ad Andronicum, Emmanuelem, & Michaelem Imperatoris filios, quibus excitavit pronos eſſe ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obſequium, atque ut conſtantes perſtarent in propoſito, paternamque æmularentur pietatem. Scripſit porrò Cantacuzeno, qui Monaſticum Habitum, è Solio ejectus, aſſumpſerat, ut præfati ſumus, quatenùs & ipſe, qui multò pollebat in Clero auctoritate, & dùm Sceptrum tenebat, eandem unionem cum Clemente VI. tractaverat, eidem operi auxilium prẹberet. Quẹ verò datẹ ſunt ad Imperatricem ſic ſe habent.

Urbanus &c. Illuſtri Principiſſæ Elenæ Imperatrici Græcorum, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1146 „ Lætati ſumus ab intimis in iis,
„ quæ Venerabilis frater noſter Paulus Pa-
„ triarcha Conſtantinopolitanus, & Am-
„ baſſiatores Magnifici Principis Palæologi
„ Imperatoris Græcorum Illuſtris, Conſor-
„ tis tui, ad Sedem Apoſtolicam deſtinati, de
„ tua prudentia, aliiſque virtutibus retule-
„ runt. Illudque lætificavit, præcipuè men-
„ tem noſtram, quòd (prout à Patriarcha &
„ Ambaſſiatoribus præfatis audivimus) non
„ ſolùm optas Latinorum & Græcorum ſan-
„ ctiſſimam & amabiliſſimam unionem ; ſed
„ ad hoc devotẹ tuæ operationis ſtudium ar-
„ denti animo impendiſti, præfatum Impe-
„ ratorem & aſſiſtentes eidem ad proſequen-
„ dum & perficiendum unionem hujuſmodi
„ providis tuis perſuaſionibus inducendo.

1147 „ Gaudemus itaque, quòd in te
„ mulierem fortem invenimus, in qua cor
„ meritò poteſt confidere Viri tui, cujus
„ utriuſque hominis ſalutem & gloriam ar-
„ denter deſideras, & ſtudioſè procuras. Ea-
„ propter tuam Excellentiam & prudentiam
„ attentiùs exhortamur in Domino, quate-
„ nùs in hujuſmodi tua laudabili voluntate
„ & operatione perſiſtens, præfatum Con-
„ ſortem, ac inclytos natos tuos (quibus
„ prudenter ſatagis Regnum recuperare ac
„ ſtabilire terrenum) & nihilominùs acqui-
„ rere ſempiternum, ac Clerum & populum
„ Græcorum ſolicitare non deſinas, ut ne-
„ gotium unionis præfatæ puris animis, ac
„ efficacibus ſtudiis proſequatur ; Nam Sa-
„ croſanctam Romanam Eccleſiam, quæ non
„ claudit redeuntibus gremium, reperient
„ non ſolùm juſtam & piam, ſed (quantùm
„ ſecundùm Deum poterit) favorabilem &
„ etiam gratioſam. Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum VIII. Idus Novembris, Pon-
„ tificatus noſtri Anno VI. *Hactenus literæ ad Imperatricem*. Ad Cantacuzenum verò ſcripſit ad hunc modum.

Urbanus &c. Prudenti Viro Cantacuzeno Ordinis S.Baſilii, olim Imperatori Græcorum gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

1148 „ Audivimus ſæpiùs te fore Virum
„ multâ prudentiâ, & etiam literarum divi-
„ narum ſcientiâ redimitum, olimque Græ-
„ corum Imperium multo tempore guber-
„ naſſe, & poſt relictam Coronam Imperii ad
„ auſteritatem vitæ, Ordinem videlicet Sācti
„ Baſilii tranſmigraſſe; multamq; Calogerorū,
„ ac Cleri & Populi Græcorum habere ſeque-
„ lam, propterquòd in perfectione tractatus
„ unionis eorundem Grẹcorum & Latinorum
„ præ cæteris poſt Imperiale culmen poteſt
„ exiſtere fructuoſus; ſicut in iis, quæ in
„ tractatu prædicto apud Conſtantinopolim
„ geſta ſunt, ultimò aſſeris extitiſſe.

1149 „ Quare diſcretionem tuam requi-
„ rimus & hortamur attentè, quatenùs Ma-
„ gnificum virum Joannem Palæologum Im-
„ peratorem Græcorum Illuſtrem, Generum
„ tuum, ac Calogeros, necnon Clerum &
„ Populum prælibatos ad faciendum unio-
„ nem præfatam, ex qua innumera ſpiritua-
„ lia & temporalia bona provenient, dictum-
„ que Imperatorem ad veniendum propterea
„ ad Sedem Apoſtolicam, ut promiſit, pro-
„ vidis tuis conſiliis & inductionibus jugi-
„ ter exhorteris ; proindè dictorum Impera-
„ toris, & Imperii ſtatui in præcipitium ca-
„ denti, quotidiè ſuccurſurus, ac glorio-
„ ſum nomen in ſæculo, & in excelſis etiam
„ præmium recepturus. Datum, ut ſupra.
Hactenus ad Cantacuzenum.

1150. Cùmque major ferè Cleri & Populi pars eandem unionem exoptare videretur, Patriarchæ quoque Orientis, Philothæus ſcilicet Conſtantinopolitanus, Niſon Alexandrinus, & Lazarus Hieroſolymitanus eidem unioni adhærerent, prout ex ipſorum literis ad Pontificem datis, idem Urbanus ad

univerſos Archimandritas & Calogeros peculiares eodem tempore fecit literas, alias porrò ad antedictos Patriarchas, admonens, ut in pio conſiſterent propoſito, Patriarchas verò hortatur, ut unà cum Imperatore Romam profecturo, & ipſi quoque proficiſcerentur. Fragmentum literarum, quas dedit Archimandritis & Calogeris, exhibet Raynaldus ad prædictum Annum, ſub nom. 10. ſic ſe habens.

Prudentibus Viris univerſis, Archimandritis, aliiſque Calogeris, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

1151 ,, Audivimus jucundanter, quòd
,, vos, ſeù magna pars veſtrum, non abſque
,, gratia divinæ inſpirationis inducti, jamdudùm
,, de reconciliatione, ac unione Græcorum
,, faciendà cum Sacroſancta Romana
,, Eccleſia, Matre, ac Magiſtra cunctorum
,, Chriſtifidelium, apud Conſtantinopolim
,, ageretur, præfato Imperatori, & aliis tractatoribus
,, hujuſmodi ſancti negotii fideli,
,, ac provido conſilio ſuaſiſtis, ut omninò
,, præfatam facerent unionem; propterquòd
,, ipſe, ac vos, necnon Clerus, & Populus
,, Civitatis Conſtantinopolitanæ eoſdem, &
,, alios Ambaſſiatores ad Sedem Apoſtolicam
,, deſtinaſtis; & idem Imperator obtulit ſe
,, cum pluribus veſtrum, ac prædictorum
,, Cleri & Populi ad dictam Sedem de menſe
,, Maji proximè futuro perſonaliter acceſſurum
,, &c. *Hæc ad præfatos Urbanus.* Patriarchis
,, porrò ſcripſit, ut ſequitur.

Prudentibus Viris Philothæo Conſtantinopolitanam, Niphon Alexandrinam, & Lazaro Hieroſolymitanam Patriarchales Eccleſias, more Græcorum, regentibus, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

1152 ,, Salutaris intentionis veſtræ pro-
,, poſitum ſuper reductione Græcorum ad
,, Sacroſanctę Romanæ, ac univerſalis Eccle-
,, ſię unitatem Nobis tam per literas veſtras,
,, quàm per Venerabilem fratrem noſtrum
,, Paulum Patriarcham Conſtantinopolita-
,, num, ac providos Viros Nilos Metropo-
,, litis, & Theodorum Megatarſtophylatas,
,, Nuncios veſtros, latores præſentium, re-
,, ſeratum audivimus cum multa lætitia.
,, Proindè devotas gratias referentes Altiſſi-
,, mo, qui tam laudandum propoſitum ve-
,, ſtris mentibus inſpiravit, rogamus vos &
,, hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quate-
,, nùs in dicto propoſito immobiliter perſi-
,, ſtentes, lumen, quod in vobis eſt, in co-
,, gnoſcendo utilitatem veſtram, & aliarum
,, innumerabilium animarum & corporum,
,, ex reductione præfatà indubiè proventu-
,, ram, non abſcondatis ſub modio, ſed ſu-
,, per candelabrum veſtræ ſinceræ prædica-
,, tionis & operationis cunctis Græcorum
,, Populis oſtendatis, ut in ipſius claritate
,, per ſemitam mandatorum Domini gradian-
,, tur; Voſque tantò plùs apud ipſum Domi-
,, num laudari, ac altiùs ſuper plura conſti-
,, tui mereamini, quantò plures manipulos
,, de credito vobis agro colligeretis, & ad
,, aream Domini afferetis, quantòque de da-
,, tis vobis talentis datori reportabitis majùs
,, lucrum.

1153 ,, Cæterùm valdè gratum habebi-
,, mus, quòd cum Magnifico Viro Joanne
,, Palæologo Imperatore Græcorum Illuſtri,
,, & cum aliis multis Viris literatis & auten-
,, ticis de Clero & Populo Græcorum ad
,, Sanctam Sedem Apoſtolicam Matrem &
,, Magiſtram cunctorum Fidelium, ad quam
,, idem Imperator venturum ſe obtulit, ve-
,, niatis, ubi vos libenter videbimus & con-
,, dignis honoribus proſequemur; ac (dante
,, Deo) tollentur ſchiſmata, & aliàs ſaluti
,, dictarum providebitur animarum. Datum
,, Romæ apud S.Petrum VIII. Idus Novem-
,, bris, Anno ſexto. *Hactenus literæ ad Patriarchas.*

1154 Apparet namque ex eis, præfatos Patriarchas ſpecialem ad Urbanum deſtinaſſe Legationem, miſiſſeque ad hoc munus obeundum Nilos Metropolitis, & Theodorum Megatarſophylitas, quos Pontifex recenſet, ut liquet in ipſius Epiſtolæ exordio. Porrò ſcripſit univerſis Fratribus ex Prædicatorum & Minorum Ordinibus in ultramarinis partibus conſtitutis, quatenùs pro negotio præfatæ unionis ad requiſitionem Pauli Patriarchæ Conſtantinopolitani Latinorum, omne conſilium, auxilium & favorem exhiberent. Quas literas recitat ex Regeſto Vaticano noſter Wadingus ad Ann. MCCCLXVII. ſub num. 5. ſic ſe habentes.

Dilectis filiis univerſis Fratribus Prædicatorum, & Minorum in ultramarinis partibus conſtitutis, ad quos preſentes &c.

1155 ,, Tractatum reconciliationis Grę-
,, corum cum Sancta Romana Eccleſia Ma-
,, tre & Magiſtra cunctorum Chriſtifidelium,
,, à qua ipſi Græci ſunt damnabiliter ſepa-
,, rati, jamdiù fuiſſe inchoatum, vos cre-
,, dimus non latère, cujus optatum finem
,, tantò ardentiùs deſiderare debetis, quan-
,, tò pleniùs noſcitis ex hoc proventurum
,, indubiè lucrum innumerabilium pereun-
,, tium animarum. Eapropter, licèt tanti
,, boni vos avidos, & cooperatores etiam,
,, prout vobis poſſibile redditur, æſtimemus,
,, ut tamen ad hoc eò promptiores ſitis, quò
,, ad id per Apoſtolica ſcripta fueritis ex-

cf-

Digitized by Google

„ citati, vos hortamur in Domino per ea-
„ dem ſcripta mandantes, quatenùs Vene-
„ rabili Fratri noſtro Paulo Patriarchæ Con-
„ ſtantinopolitano, latori præſentium, ejuſ-
„ modi pium negotium multis laboribus,
„ ſumptibus, & periculis proſequenti, ad
„ omnem ejus requiſitionem in dicto nego-
„ tio veſtris conſiliis, auxiliis, & favoribus
„ devotâ promptitudine aſſiſtatis. Datum
„ Romæ apud S. Petrum VIII. Idus No-
„ vembris. *Hactenus literæ.*

1156 Eâdem tempeſtate, divinâ gratiâ cooperante, in partibus Bulgariæ, Raſſiæ, & Boſnæ, augebatur converſorum numerus, & quoniam adhùc copioſa remanebat meſſis, Minoritæ, qui ut præfati ſumus, agrum illum excolebant, miſſis ad Romanum Pontificem Fratre Joanne de Reno, & Fratre Andrea de Peruſio, rogarunt, quatenùs dignaretur reſcribere, quòd ad animarum curam præficerentur Sacerdotes de Clero Sæculari, ipſi verò ſoli converſioni aliorum incumberent. Extant hac de re literæ Urbani datæ eidem Ludovico Ungariæ Regi, quas ex Regeſto Vaticano recitat Wadingus ad Annum Domini MCCCLXVIII. ſub num. 2. tenoris videlicet ſequentis.

Chariſſimo in Chriſto filio
Ludovico Regi Unga
riæ Illuſtri.

1157 „ Replevit ingenti gaudio men-
„ tem noſtram acceptiſſima Deo & nobis
„ relatio nuper per dilectos filios Joannem
„ de Reno, & Andream de Peruſio Ordinis
„ Fratrum Minorum, de Bulgariæ, Raſſiæ,
„ & Boſnæ venientes partibus nobis facta,
„ inter cætera continens, quòd inſpirante
„ illo, qui ubi vult ſpirat, ad tuam indu-
„ ctionem & cooperationem piiſſimam, ac
„ Fratrum dicti Ordinis in dictis partibus
„ commorantium, prædicationem multa mil-
„ lia perſonarum utriuſque ſexus, relicto
„ damnabili ſchiſmate, aliisque erroribus,
„ quibus erant, & fuerant omni tempore
„ involuti, ad lumen veræ Fidei, ac unita-
„ tem & obedientiam Sacroſanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ, Matris & Magiſtræ cunctorum
„ fidelium, redierunt, de quo non ſolùm
„ nobis, ſed univerſæ congregationi fide-
„ lium talia ſentientium, quam tanta mul-
„ titudine augeri procuraſti, devotiſſimis
„ ſtudiis, & Cœleſti etiam Curiæ ingentem
„ lætitiam indidiſti. Nam ſi, teſtante veri-
„ tate, quæ Chriſtus eſt, ſuper uno pecca-
„ tore pœnitentiam agente, Angelis Dei
„ ſit gaudium, quantò majùs illud exiſti-
„ mandum exiſtit, quòd de tantæ multitu-
„ dinis converſione noſcitur exoriri?
„ 1158 „ Proinde itaque Deo, à quo om-
„ ne datum optimum progreditur, gratias
„ referentes, & tuam Chriſtianiſſimam Se-
„ renitatem dignis laudum præconijs ex-
„ tollentes, plenis affectibus rogamus, &
„ hortamur eandem, quatenùs hujuſmodi
„ tua ſtudia laudanda continuans, Venera-
„ bilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo
„ Collocenſi, & Epiſcopo Cenadienſi, qui-
„ bus per Apoſtolicas literas committimus,
„ & mandamus, ut de Sacerdotibus, qui
„ curam gerant converſorum hujuſmodi,
„ ſolerter provideant, & ejſdem Fratribus
„ ad alios, cooperante Domino, conver-
„ tendos aſſiſtant, velis pro reverentia Dei,
„ & tuo & noſtro, & ineffabili præmio, ac
„ reverentia Apoſtolicæ Sedis dare conſi-
„ lium, auxilium, & favorem ad converſio-
„ nem aliorum ſchiſmaticorum, & hæreti-
„ corum, ac infidelium, quibus Regnum
„ tuum vicinum exiſtit, omnem quam po-
„ teris, prout de te ſperat Sancta Mater
„ Eccleſia, operam præbiturus. Datum apud
„ Montem Flaſconem ſecundo Idus Julii,
„ Anno VI. *Hactenus ad Ludovicum literæ.*

Et paulò poſt ſcripſit commendatitias pro iiſdem Fratribus Epiſcopo Boſnenſi, ad hunc videlicet modum ſe habentes.

Venerabili Fratri Epiſcopo
Boſnenſi.

1159 „ Cùm ſicut lætanter accepimus,
„ dilecti filii Fratres Minores in tua Diœceſi
„ conſiſtentes circa converſionem, & extir-
„ pationem hæreticorum, quorum multitu-
„ do in ea manere aſſeritur, continuis ſtu-
„ diis elaborent, decet fraternitatem tuam,
„ cui principaliter onus hujuſmodi conver-
„ ſionis, & extirpationis incumbit, eoſdem
„ Fratres, qui in tanto miniſterio tui coope-
„ ratores exiſtunt, in charitatis viſceribus,
„ ac opportunis auxiliis confovere. Quapro-
„ pter fraternitatem tuam hortamur attentè,
„ mandantes, quatenùs eiſdem fratribus, quos
„ fama religioſæ vitæ, & prædicationis in-
„ ſtantia multipliciter recommendant, ſin-
„ cera charitate pertractans, eis, præſertim
„ circa converſionem, & extirpationem hæ-
„ reticorum, efficaciter aſſiſtere non omittas
„ in hac parte, & aliàs in executione tui
„ Epiſcopalis officii te taliter habiturus,
„ quòd exinde à Deo præmium & favorem
„ Apoſtolicum pleniùs merearis. Datum
„ apud Montem Flaſconem XII. Kalendas
„ Auguſti, Anno VI.

1160 Attamen, inimico hominis ſuggerente, dùm hæc pro Græcorum reunione hæreticorum, aliorumvè infidelium converſione agerentur, quidam ſchiſmatici præpotentes Catholicos Catharenſes ſibi ſubjicere conabantur, ut jam ſubjectos, in ſuum trahere faciliùs poſſent errorem: cujus rei certioratus Urbanus, ipſiſmet Catholicis opem & auxilium poſtulantibus, ſcripſit Duci Venetorum, quatenus ob maritimas vires, quibus pol-

lebat, præſtò eſſet, & vi & armis à ſchiſmaticorum tyrannide liberaret. Literæ verò præfato Duci datæ ſic ſe habent.

Marco Cornario Duci Venetiarum.

1161 „ Dilectorum filiorum Civium, & Communis Civitatis Catharenſis piam querelam audivimus cum amaritudine mentis noſtræ, continentem, quòd licèt ipſi ſint inter hæreticos & ſchiſmaticos Albaniæ & Raſſiæ conſtituti, tamen prout notorium eſt, ſunt Catholici, in unitate & obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtentes: quòdque nonnulli nobiles & alii ex dictis hæreticis & ſchiſmaticis eos ſubjugare, & ad damnabilem ipſorum ritum adducere hoſtilibus aggreſſibus moliuntur; & quòd, niſi a te & aliis Chriſtifidelibus adjuventur, ſunt in maximo animarum & corporum, ac rerum periculo conſtituti: quare ſuper hoc Apoſtolici favoris præſidium implorarunt. Nos igitur eiſdem Civibus & Communi paterno compatientes affectu, nobilitatem tuam devotè requirimus, rogamus, & hortamur attentè, quatenùs omnibus ſubditis tuis diſtrictè præcipias, nè præfatis hæreticis & ſchiſmaticis per mare, vel terram contra jam dictos Cives, & Commune præbeant auxilium vel favorem: quinimò ipſos Cives & Commune per eorum defenſione ab hujuſmodi hoſtibus facienda, velis ob reverentiam Dei, ſuæque fidei, ac Apoſtolicæ Sedis, & noſtram in tantæ neceſſitatis articulo charitativis auxiliis & favoribus, de quibus eis commodè ſubvenire poteris, adjuvare; proinde à Deo præmium, & à nobis, dictaque Sede pleniorem benevolentiam obtenturus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum VIII. Kalendas Decembris.

1162 „ Verùm non diù poſt qui Catharenſes expugnare conabantur, & in ſchiſma inducere, divinâ opitulante gratiâ illuſtrati, in ſinum Sanctæ Matris & Univerſalis Eccleſiæ, abjurato ſchiſmate, & quovis ſepoſito errore, recepi humiliter poſtularunt, Strazimirus ſcilicet, Georgius, & Balſa Albaniæ Principes, miſsâ Legatione ad Urbanum, ſelectoque ad hoc munus obeundum Petro Epiſcopo Suacinenſi, ut ex Pontificiis literis eis datis liquidò conſtat, quorum tenor eſt, qui ſequitur.

Nobilibus Viris Strazimiro, & Georgio, ac Balſæ fratribus Zopinis Zentæ, gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

1163 „ Spiritus noſter exultavit in Domino, qui ſicut ex relatione Venerabilis Fratris noſtri Petri Epiſcopi Suacinenſis, latoris præſentium, deſtinati percepimus, miſericorditer dignatus eſt vobis tribuere intellectum, ut relictis ſchiſmatis, & errorum tenebris, & umbrâ mortis æternæ, in quibus hucuſquè manſiſtis, incipiatis animabus veſtris, & ſubditorum veſtrorum prudenter conſulere, & lumèn agnoſcere veritatis: intendentes ad obedientiam & devotionem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris & Magiſtræ cunctorum fidelium reverenter, & cordibus ſinceris accedere, in eiſque perpetuò remanere, ac à nobis qui, licèt immeriti, ſumus in terris Chriſti Vicarius, inſtrui qualiter debeatis in via mandatorum Domini ambulare. Dei iis igitur laudandis principiis Deo, qui vos ſua gratià prævenit, & (ſi pura intentio in mentibus veſtris vigeat) ſequetur indubiè, devotas gratias agimus, & vos plurimùm commendamus, intendentes vos, ſi noſtris, & dictæ Eccleſiæ mandatis devotè parebitis, in filios ſpirituales recipere & tenère, ac proſequi favoribus opportunis.

1164 „ Ut autem mereamini ad gratiam reconciliationis admitti, ac obtinere Apoſtolicæ Sedis benevolentiam & favores, à moleſtiis Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, aliorumque Catholicorum obedientium dictæ Romanæ Eccleſiæ, præſertim Civitatis Catharenſis, quam jamdiù à vobis, ſeu te, Georgi, hoſtiliter moleſtari percepimus, curetis penitùs abſtinere, ut in iis, & aliis veſtram intentionem puriſſimam oſtendatis. Super quibus & aliis per vos agendis in dictæ veſtræ reconciliationis negotio, præfatum Epiſcopum duximus informandum, cui ſuper iis, quæ vobis ex parte noſtra retulerit, velitis fidem indubiam adhibere. Datum apud Montem Flaſconem, Balneoregienſis Diœceſis, VIII. Kalendis Junii, Anno VI.

1165 Porrò ex aliis Urbani literis datis ad Archiepiſcopum Cretenſem, ejuſque Suffraganeos Epiſcopos, conſtat eadem tempeſtate, qua maximè ſedulum ſtudium adhibebatur pro Græcorum unione, procurante ipſomet Græcorum Imperatore, & annitentibus tribus ſuprarecenſitis Patriarchis, pauci Sacerdotes, & Calogeri Græcorum in Inſula Cretæ, auſo temerario antiquum ſchiſma renovare tentabant, ſuadendo alios, nonnullos decipiendo, quoſdam etiam ex nobi-

libus

libus impediendo, nè ab ipſis optata reconciliatio, & unio Sanctæ Matris & Univerſalis Eccleſiæ executioni demandaretur. Præfatæ ergò literæ, quibus & remedium opportunum tanto malo abhibere conatur pius Pontifex, prout à Raynaldo recitatæ ad Annum Domini MCCCLXVIII. ſub num.20. ad hunc modum ſe habent.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cretenſi, ejuſque Suffraganeis.

1166 „ Communis habet aſſertio, &
„ veriſimilitudo etiam aſtruit, quòd damna-
„ tum ſchiſma Græcorum, ex quo, dùm
„ Eccleſiam contempſerunt, & Catholicum
„ correctorem recipere, proh dolor! pullu-
„ lavit hæreſum multitudo, & pullulare non
„ ceſſat Calogerorum & Sacerdotum mali-
„ tia, intellectum depravans Laicorum ſim-
„ plicium, verſuta ſeductione confovit, &
„ adcò confovere non ceſſat, quòd cùm ali-
„ qui ſæculares etiam præpotentes volunt ad
„ gremium Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Matris & Magiſtræ fidelium cunctorum
„ accedere, à Calogeris & Presbyteris im-
„ pediuntur eisdem, ubi Catholicorum tem-
„ porale Dominium non exiſtit.
1167 „ Cùm itaque, ſicut gratanter
„ audivimus, in Inſula Cretenſi, in qua ve-
„ ſtræ conſiſtunt Eccleſiæ, dilecti filii Dux
„ & Commune Venetiarum ſuper Latinos
„ & Græcos pleniùs ſolito dominetur, &
„ Eccleſiaſtica Cenſura per auxilium brachii
„ ſæcularis poſſit meliùs ſolito executioni
„ debitæ demandari, propterquòd dictum
„ ſchiſma de præfata Inſula, Deo favente,
„ poterit (ut veriſimiliter ſperatur & cre-
„ ditur) modis accomodis extirpari, fra-
„ ternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta
„ mandamus, quatenus quilibet veſtrum in
„ ſuis Civitate & Diœceſi auctoritate noſtra
„ diſtrictè inhibeat, nè aliquis Scholaris,
„ ſeù Laicus literatus Græcos de Inſula ſu-
„ pradicta inſigniatur de cætero charactere
„ Clericali, vel promoveatur de cætero ad
„ quoſcumque Ordines, niſi per Latinum
„ Epiſcopum, aut Græcum Catholicum, per
„ cujus literas de ſua promotione faciat ple-
„ nam fidem, & ii, qui ex talibus fuerint
„ in Presbyteros ordinati, Miſſas, & alia Di-
„ vina Officia, juxta ritum, quem præfata
„ Romana ſervat Eccleſia, debeant celebra-
„ re, adiicientes quoque inhibitioni jam di-
„ ctæ, quòd nullus Calogerorum, ſeù Sa-
„ cerdos Græcus, præfatum ritum non ſer-
„ vans de cætero audeat confeſſionis audire,
„ vel Populo prædicare &c. Datum apud
„ Montem Flaſconem v. Kalendas Auguſti,
„ Anno VI. *Hactenus Urbani literæ.*

CAPUT XXI.

De Joannis Palæologi ad Urbem Romam acceſſu, ejuſque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reconciliatione; ac Urbani ſtudio pro Fidei Catholicæ per diverſas Mundi partes dilatatione.

1168 ANno Domini MCCCLXIX. Pontificatus Urbani Papæ V. Anno VII. Caroli Imperatoris Occidentis Anno XXIV. Joannis Paleologi Anno XXIX. Indictione VII. idem Palæologus, quemadmodùm per ſuos Legatos Pontifici promiſerat, perſonaliter cum multa Græcorum nobilium comitiva Romam venit, profeſſurus coràm Sanctiſſimo, vel ab eo Deputatis Catholicam Fidem, ac ſchiſma, & quemvis alium Græcorum errorem abjuraturus: ubi cumprimùm appulerit, magno cum honore exceptus fuit, non minùs ac ſi eſſet Romanorum Imperator, prout notat Auctor Scriptor Urbani Vitę apud Boſquetum, inquiens: *Anno prænominato, ſcilicet LXIX. ad dictum Urbanum Papam, Romæ exiſtentem, acceſſit Joannes Palæològus Imperator Græcorum, fuitque receptus honorificè, ac tractatus per dictum Papam, & Cardinales paulominùs, quemadmodùm ſi fuiſſet Imperator Romanorum: qui demùm fuit reductus ad Romanæ Eccleſiæ unitatem, juravitque eidem perpetuò obedire, ac fidem ipſius ſervare in futurum.* Ad excipiendam illius fidei profeſſionem ſelecti à Pontifice fuere D. Guillelmus Epiſcopus Oſtienſis, D. Bernardus, tituli Sanctorum Duodecim Apoſtolorum, & D. Franciſcus, tituli Sanctæ Sabinæ, Presbyteri Cardinales, necnon D. Raynaldus, tituli Sancti Hadriani, Diaconus Cardinalis. Excepta porrò fuit præfata Fidei profeſſio ab antedictis Dominis Cardinalibus, Apoſtolicæ Sedis Commiſſariis, coràm Domino Nicolao Cardinale, Arnaldo Archiepiſcopo Auxitano Camerario, & Raymundo de Pratis Notario Domini Papæ, aliiſque teſtibus, in Baſilica Principis Apoſtolorum die XVIII. menſis Octobris antefati anni, ut in publico Inſtrumento, quod ex Arce Sancti Angeli exſcripſit Raynaldus, ſuiſque in Annalibus ad hunc Annum, ſub num.2. inſeruit, ad hunc modum videlicet ſe habente.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

1169 „ Ego Joannes in Chriſto Deo fide-
„ lis Imperator, & Romæorum Moderator
„ Palæologus, Spiritus Sancti lumine illu-
ſtra-

Digitized by Google

,, ſtratus, volens ſaluti animæ meæ provide-
,, re, ſponte veni ad Sacram Urbem Roma-
,, nam, Sanctiſſimum Patrem Dominum Ur-
,, banum, divinâ providentiâ, Papam V. &
,, Sanctam Sedem Apoſtolicam viſitaturus,
,, ac ejuſdem Domini Papæ, vel alterius, ſeù
,, aliorum ab eo in hac parte deputatorum,
,, manibus recogniturus, & profeſſurus Fi-
,, dem Catholicam, quam Sacroſancta Ro-
,, mana & univerſalis Eccleſia profitetur, te-
,, net & docet, & circa perpetuam obſervan-
,, tiam ejuſdem fidei præfati Domini Pa-
,, pæ, ac ſuorum ſucceſſorum Romanorum
,, Pontificum mandatis plenariè & efficaciter
,, pariturus.

1170 ,, Ideòque in præſentia veſtrum,
,, Reverendiſſimi Patres, Domine Guillelme
,, Epiſcope Oſtienſis, & Bernarde Baſilicæ
,, Duodecim Apoſtolorum, ac Franciſce, ti-
,, tuli Sanctæ Sabinæ, Presbyteri, & Ray-
,, nalde Sancti Hadriani, Diacone, Cardina-
,, les Commiſſarii ſuper hoc à præfato Do-
,, mino Papa deputati, ac Venerabiles Viri
,, ejuſdem Sedis Notarii, & Teſtium infra-
,, ſcriptorum perſonaliter conſtitutus, profi-
,, teor & credo Sanctam Trinitatem, Pa-
,, trem & Filium, & Spiritum Sanctum,
,, unum Deum Omnipotentem, totamque in
,, Trinitate Deitatem coeſſentialem, & con-
,, ſubſtantialem, coæternam & coomnipo-
,, tentem, unius voluntatis, poteſtatis, &
,, majeſtatis; Creatorem omnium Creatu-
,, rarum, ex quo omnia, per quem omnia,
,, in quo omnia, quæ ſunt in Cœlo, & in ter-
,, ra viſibilia & inviſibilia, corporalia, & ſpi-
,, ritualia.

1171 ,, Credo Ipſum filium Dei Ver-
,, bum Dei æternaliter natum ex Patre, con-
,, ſubſtantialem, unius & ejuſdem omnipo-
,, tentiæ, & coæqualem per omnia Patri in
,, Divinitate, in tempore conceptum de Spi-
,, ritu Sancto, natum ex Maria ſemper Vir-
,, gine cum anima rationali, duas habentes
,, nativitates, unam ex Patre æternam, alte-
,, ram ex Matre temporalem: Deum verum
,, & hominem verum, proprium in utraque
,, natura atque perfectum; non adoptivum,
,, neque ſecundam phantaſiam, ſed verum &
,, unicum Filium in duabus & ex duabus,
,, Divina ſcilicet & humana, naturis; ſed in
,, unius ſingularitate perſonæ impaſſibilem &
,, immortalem divinitate; ſed in humanitate
,, pro nobis & ſalute noſtra paſſum verâ car-
,, nis paſſione, mortuum & ſepultum; & de-
,, ſcendiſſe ad Inferos, & tertiâ die reſurre-
,, xiſſe à mortuis verâ carnis reſurrectione,
,, die quadrageſimo poſt reſurrectionem cum
,, carne, qua reſurrexit, & anima aſcendiſſe
,, ad Cœlum, & ſedere ad dexteram Dei Pa-
,, tris, inde venturum judicare vivos & mor-
,, tuos, & redditurum unicuique, ſecun-
,, dùm opera ſua, ſive bona fuerint, ſive
,, mala.

1172 ,, Credo etiam Spiritum Sanctum
,, plenum & perfectum, verumque Deum ex
,, Patre & Filio procedentem, coæqualem &
,, coeſſentialem, & coomnipotentem & co-
,, æternum per omnia Patri & Filio. Credo
,, hanc Sanctam Trinitatem non tres Deos,
,, ſed unum Deum omnipotentem, æternum,
,, inviſibilem, & incommutabilem. Credo
,, Sanctam Catholicam & Apoſtolicam unam
,, eſſe veram Eccleſiam, in qua unum datur
,, Baptiſma, & vera omnium remiſſio pec-
,, catorum. Credo veram reſurrectionem
,, ejuſdem carnis, quam nunc geſtamus, &
,, vitam æternam. Credo etiam novi & ve-
,, teris Teſtamenti, ideſt Legis veteris &
,, novæ, Prophetarum, & Apoſtolorum
,, unum eſſe auctorem Deum & Dominum
,, omnipotentem.

1173 ,, Credo hanc eſſe veram Fidem
,, catholicam, & quòd hanc ſuper dictis ar-
,, ticulis tenet & prædicat Sacroſancta Ro-
,, mana Eccleſia, & propter diverſas hæreſes,
,, à quibusdam ex ignorantia & ab aliis ex
,, malitia introductas, dicit & prædicat eos,
,, qui poſt baptiſmum in peccata labuntur,
,, non rebaptizandos, ſed per veram pœni-
,, tentiam ſuorum poſſe conſequi veniam
,, peccatorum: quòd ſi verè pœnitentes in
,, charitate deceſſerint, antequam dignis pœ-
,, nitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfece-
,, rint, & omiſſis, eorum animas pœnis Pur-
,, gatorii poſt mortem purgari; & ad pœna-
,, rum hujuſmodi alleviationem & liberatio-
,, nem prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffra-
,, gia, ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleæ-
,, moſynas, & alia pietatis officia, quæ à
,, fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueve-
,, runt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta.

1174 ,, Credo etiam illorum animas,
,, qui poſt ſacrum Baptiſma ſuſceptum nul-
,, lam omninò peccati maculam incurrerunt,
,, illas etiam, quæ poſt contractam peccati
,, maculam, vel in ſuis manentes corporibus,
,, vel eiſdem exutæ, prout dictum eſt ſupe-
,, riùs, ſunt purgatæ, in Cœlum mox recipi:
,, illorum autem animas, qui in mortali pec-
,, cato, vel cum ſolo originali decedunt, mox
,, in Infernum deſcendere, pœnis tamen diſ-
,, paribus puniendas, eadem Sancta Romana
,, Eccleſia credit & firmiter aſſeverat; & quòd
,, nihilominùs in die Judicii omnes homines,
,, ante Tribunal Chriſti cum ſuis corporibus
,, comparebunt, reddituri de factis propriis
,, rationem.

1175 ,, Item credo, ſicut tenet etiam &
,, docet eadem Eccleſia Romana, ſeptem eſſe
,, Eccleſiaſtica Sacramenta: unum ſcilicet
,, Baptiſma, de quo dictum eſt ſupra: aliud
,, eſt Sacramentum Confirmationis, quod
,, per manus impoſitionem Epiſcopi confe-
,, runt, chriſmando renatos: aliud eſt Pœ-
,, nitentia: aliud eſt Euchariſtia: aliud eſt
,, Sacramentum Ordinis: aliud Matrimonii:
aliud

„ aliud eſt Extrema Unctio, quæ ſecundùm
„ doctrinam Beati Jacobi, infirmantibus ex-
„ hibetur. Sacramentum Euchariſtiæ ex azi-
„ mo ſacrificat Eccleſia Romana prædicta,
„ tenens & docens, quòd in ipſo Sacramento
„ panis verè tranſubſtantiatur in Corpus, &
„ vinum in Sanguinem Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti. De Matrimonio verò tenet, quòd
„ nec unus vir ſimul plures uxores, nec una
„ mulier ſimul habere permittitur plures vi-
„ ros, ſolutâ verò lege Matrimonii per mor-
„ tem alterutrius conjugum, ſecundas, &
„ tertias, & deinceps nuptias ſucceſſivè li-
„ citas eſſe dicit, ſi impedimentum canoni-
„ cum, & cauſa alia non obſiſtat.

1176 „ Ipſa quoque Sacroſancta Roma-
„ na Eccleſia ſummum & plenum primatum
„ & Principatum ſuper univerſam Catholi-
„ cam Eccleſiam obtinet, quem ſe ab ipſo
„ Domino in Beato Petro Apoſtolorum Pon-
„ tifice, ſeù vertice, cujus Romanus Ponti-
„ fex eſt ſucceſſor, cum plena poteſtate re-
„ cepiſſe, veraciter, & humiliter recogno-
„ ſcit. Et ſicut præ cæteris tenetur fidei ve-
„ ritatem defendere, ſic & ſi quæ de fide
„ ſubortæ fuerint quæſtiones, ſuo debent
„ judicio definiri; ad quam poteſt gravatus
„ quilibet in negotiis ad forum Eccleſiaſti-
„ cum pertinentibus, appellare. Sed & in
„ omnibus cauſis, ad examen Eccleſiaſticum
„ ſpectantibus, ad ipſius recurri poteſt ju-
„ dicium, & eidem omnes Eccleſiæ ſunt ſub-
„ jectæ: ipſarum Epiſcopi obedientiam &
„ reverentiam ſibi debent: apud quam ſic
„ plenitudo poteſtatis conſiſtit, quòd Eccle-
„ ſias cæteras ad ſolicitudinis partem admit-
„ tit, quarum multas, Patriarchales præ-
„ cipuè, diverſis privilegiis eadem Romana
„ Eccleſia honoravit; ſuâ tamen præcellente
„ dignitate & ſuperioritate tàm in generali-
„ bus Conciliis, quàm in quibuſcumque
„ aliis ſemper ſalvâ.

1177 „ Unde ſupraſcriptam fidei veri-
„ tatem, prout plenè lecta eſt, & fideliter
„ expoſita, veram, ſanctam, & orthodoxam
„ Fidem eſſe recognoſco, eam accepto, &
„ corde ac ore profiteor; ipſamque, prout
„ eam veraciter tenet & fideliter docet &
„ prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia,
„ me inviolabiliter ſervaturum, & in ea om-
„ ni tempore perſeveraturum, nec ab ea ullo
„ tempore receſſurum, ſeù quoquomodò de-
„ viaturum promitto, & abrenuncio omni
„ ſchiſmati. Primatum quoque ipſius Sa-
„ croſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prout in præ-
„ miſſa ſerie continetur, ad ipſius Eccleſiæ
„ obedientiam ſpontaneus veniens, fateor &
„ recognoſco, accepto, ac ſponte ſuſcipio,
„ & me omnia præmiſſa tàm circa fidei veri-
„ tatem, quàm circa dictæ Eccleſiæ Romanæ
„ primatum, & ipſorum recognitionem, ac-
„ ceptationem, ſuſceptionem, obſervan-
„ tiam, & perſeverantiam ſervaturum, præ-
„ ſtito corporali juramento, promitto, &
„ confirmo. Sic me Deus adjuvet, & hæc
„ Sancta Dei Evangelia. Quòd ſi contra hæc
„ aliquid ſentire, confiteri, aut aliud agere
„ præſumpſero, me ſchiſmaticum & anathe-
„ matizatum eo ipſo recognoſco, & ſeveri-
„ tati ſacrorum Canonum ſubjacere. Ad
„ certitudinem prædictorum & cautelam
„ majorem præſens juramentum expoſui,
„ & Inſtrumentum feci, Bullâ Aureâ mu-
„ nitum:

1178 „ Scriptum in antiqua Roma An-
„ no ab Incarnatione Domini MCCCLXIX.
„ Indictione VII. die XVIII. menſis Octo-
„ bris, ſupraſcripti Sanctiſſimi Patris & Do-
„ mini, Domini Urbani, divinâ providentiâ
„ Papæ V. Anno VII. præſentibus Domino
„ Nicolao Cardinale, & Reverendiſſimis in
„ Chriſto Patribus Dominis Dei gratiâ Ar-
„ naldo Archiepiſcopo Auxitano, Camera-
„ rio, & Raymundo de Pratis Notario præ-
„ fati Domini Papæ, ac Raymundo Foroju-
„ lienſi, Jacobo Aretino, & Bernardo Mar-
„ ſicano Epiſcopis; ac Venerabilibus Viris
„ Dominis Ebione de Mederio, & Petro de
„ Albiartz Clericis Cameræ, ac Gauſelmo
„ de Pradello Cappellano præfati Domini
„ Papæ, necnon Nobilibus Viris Dominis
„ Franciſco Catalufii de Janua, Domino In-
„ ſulæ Metelini, & Michaele Strongilo mili-
„ te, & Philippo Cichandelli Domicello,
„ Conſtantinopolitanis, ambobus ultimis
„ ſcientibus linguas & Grammaticas Græ-
„ cas & Latinas, teſtibus ad hæc ſpecialiter
„ vocatis & rogatis. Qui quidem Domini
„ Ebio, & Petrus Clerici Cameræ Apoſtoli-
„ cæ auctoritate Tabelliones, ſeu Notarii
„ rogati etiam fuerunt de præmiſſis confice-
„ re publicum Inſtrumentum. *Hactenus pro-
feſſio fidei Palæologi.*

1179 His ſolemniter peractis, Urbanus
Encyclicas dedit univerſis Chriſtifidelibus
literas, eos certiores faciens de præfati Prin-
cipis emiſsâ catholicæ Fidei profeſſione, &
Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ipſius recon-
ciliatione; hortans, ut eum tanquam Catho-
licum habeant, benevolentiâ complectantur,
ac etiam auxiliis fulciant: ſcribit namq; in eis:
„ Univerſitatem eandem rogamus & horta-
„ mur in Domino, quatenus præfatum Im-
„ peratorem, tanquam verum ejuſdem Eccle-
„ ſiæ filium, noſtris veluti ſuis patris præ-
„ ceptis in omnibus obedire paratum, in
„ dictis fide & obedientia permanentem re-
„ putetis Catholicum, ſicut nos etiam re-
„ putamus; ac ipſum habeatis charitativis
„ veſtris auxiliis & favoribus commenda-
„ tum: Nos enim ſperamus, quòd idem Im-
„ perator, prout ipſe nobis fuit pollicitus,
„ gratiâ Dei noſtriſque favoribus communi-
„ tus, circa converſionem & reductionem
„ aliorum in hujuſmodi ſchiſmate perſiſten-
„ tem talem ſolicitudinem adhibebit, quòd

ipſi

„ ipſi ſchiſmatici alliciantur, & dante Deo, efficaciter inducentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Ann VIII. *Hæc Pontifex.* Ubi notatur Annus VIII. cujus initium auſpicatur poſt VIII. Idus Novembris. Peculiares porrò literas ſcripſit Andreæ Contareno Venetiarum Duci, quibus hortatus eſt, ut contra Turchas eidem Imperatori auxiliares copias, prout ei poſſibile erat, mittere curaret: ſunt autem literæ tenoris ſequentis.

Urbanus Epiſcopus &c. Andreæ Contareno Duci Venetiarum.

1180 „ Sacroſancta Romana Eccleſia, Mater & Magiſtra cunctorum ſacra unda Baptiſmatis renatorum, exemplo illius boni Patris utique ſui ſponſi, qui filium prodigum à ſuo gremio deviantem progreſſum eminùs, longoque tempore commoratum in devio, ſed in humilitate ſpiritus redeuntem, paternâ Charitate ſuſcepit, ſedula imitatrix, filiorum deviantium reditum deſiderio materno deſiderat, anxiâque inquiſitione procurat, regreſſos amplectitur, & circumdat pretioſis fidei veſtimentis: lætatur ab intimis, lætantiumque parat convivium; cùm juſtus ex fide vivat, & olim devius cum aliis domeſticis ſit in Domo Domini convicturus.

1181 „ Hanc ſiquidem ingentem lætitiam nuper eadem Eccleſia ex Divina miſeratione ſuſcepit, cùm Chariſſimus in Chriſto filius noſter Joannes Palæologus Imperator Græcorum Illuſtris ad Sanctam Sedem Apoſtolicam in ſpiritu devotionis acceſſit, abjuravit omne ſchiſma, ac fidem Catholicam, quam tenet & docet præfata Eccleſia, profeſſus eſt ſecundùm formam, quam ſibi fecimus exhiberi: & de parendo deinceps mandatis Eccleſiæ corporaliter præſtitit juramentum: pièque ſperatur; quòd ſicut quondam Conſtantini Imperatoris converſio fuit cauſativa converſionis innumerabilium populorum, ſic ejuſdem Joannis Imperatoris exemplo, & opere, gratiâ favente Divinâ, infiniti populi, ſchiſma & errores Græcorum ſectantes, ad caulam Domini reducentur.

1182 „ Volentes igitur tuam, tuorumque Civium devotionem eximiam tantæ alacritatis eſſe participem, ut cum matre gaudenter filialiter gaudeatis, hæc tibi, & eiſdem Civibus duximus præſentibus intimanda, ut tu, & ipſi de tanti boni principio gratias agatis Domino Deo noſtro, eum deprecantes humiliter, ut omnes hæreticos, & ſchiſmaticos eruat ab erroribus univerſis, & dignetur ad eandem Matrem Eccleſiam revocare.

1183 „ Cæterùm, quia idem Imperator, utpotè Princeps Catholicus, à cunctis eſt Chriſtifidelibus de cætero confovendus, & ipſius Imperium ex ſæva devaſtatione & occupatione Turchorum hoſtium Crucis immanium quaſi ad extremum exterminium eſt deductum, tuo & aliorum Catholicorum auxilio noſcitur indigère; Nobilitatem tuam hortamur in Domino & rogamus attentè, quatenùs ob reverentiam Dei, fideique præfatæ augmentum, eidem Imperatori, in devotione ac obedientia dictæ Eccleſiæ perſiſtenti, contra dictos Turcos, velis de poſſibili tibi auxilio ſubvenire. Datum Romæ apud S. Petrum IV. Kal. Februarii, Anno VIII. *Hæc Pontifex*, qui totidem verbis conceptam aliam ſcripſit Epiſtolam Gabrieli Adurnio Genuenſium Duci, ipſumque pariter excitans ad auxilia ferenda eidem Imperatori in bello Turcico.

1184 Cæterùm, nè illuſoria tanti Principis videretur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reconciliatio, ad auferendam quoque cujusvis malæ ſuſpicionis maculam, nè ſub prætextu, aut quòd vera, aut non ſincera fuiſſet ejus reconciliatio, retraherentur Principes, & populi à ferendo neceſſario contra Turchos auxilia, idem Imperator, Pontifice ſuggerente, adhùc Romæ degens, publico alio ſcripto reconciliationē ſuam palàm facere curavit, quòd ex antiquis monumentis exſcripſit Raynaldus, & ſuis in Annalibus inſeruit ad Annum Domini MCCCLXX. ſub num. 1. quod eſt tenoris ſequentis.

1185 „ Nos Joannes in Chriſto Deo fidelis Imperator, ac Romæorum moderator Palæologus notum facimus univerſis præſentes literas inſpecturis, quòd cum die XVIII. menſis Octobris proximè præteriti in Sacra Urbe Romæ profeſſionem Catholicæ fidei per Reverendiſſimos Patres Dominos Guillelmum Epiſcopum Oſtienſem, & Bernardum Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum, ac Franciſcum tituli S. Sabinæ Presbyteros, & Raynaldum S. Hadriani Diaconum, Cardinales, per Sanctiſſimum Patrem Dominum Urbanum Divinâ providentiâ Papam V. ad hæc ſpecialiter deputatos, nobis exhibitam ſpontè fecerimus ſub certa forma, prout apparet per publicum inſtrumētum noſtrâ propriâ manu ſubſcriptum, noſtrâque bullâ aureâ communitum; & in eadem profeſſione inter alia contineatur talis articulus, videlicet: *Credo hanc eſſe veram fidem Catholicam; quòd hanc ſuper dictis articulis & prædicat Sacroſancta Romana Eccleſia &c.* Dicimus ad omnem ambiguitatem tollendam, nos credere & intelligere, Romanam Eccleſiam, cui nunc præeſt præfatus Dominus Papa, & ſui prædeceſſores Romani Pontifices præfuerunt, prout credimus, intelliguntur Catholici Chriſtiani in Occidentis patibus conſtituti. In cujus rei

Digitized by Google

„ rei teſtimonium præſentes literas noſtræ
„ aureæ bullæ munimine ſecimus communi-
„ ri, & nos hìc noſtra manu ſubſcripſimus.,
„ ut eſt moris. Datum Romæ die. . . . men-
„ ſis Januarii, Anno à Nativitate Domini
„ MCCCLXX. Indictione VIII. Pontifica-
„ tus dicti Domini Papæ Anno VIII. *Hactenus Imperatoris declaratio*: Quæ, ut apparet, facta pariter fuit ad tollendam quamvis æquivocationem, vel ſiniſtram interpretationem circa nomen Eccleſiæ Romanæ, nè forſaſsè aliqui pro Eccleſia Romana credidiſſent Imperatorem voluiſſe intelligere Eccleſiam Conſtantinopolitanam, jactantibus Græcis ſe Romanos appellari, & eſſe propter Romanum Imperium per Conſtantinum ad ipſos Græcos translatum. Deinde idem Urbanus ad iter ſe paranti Imperatori, conceſſit uſum Aræ ſubductulis, conceſſitque, ut ſacris ante lucis ortum à Sacerdote, Latino ritu dumtaxat, peragendis intereſſet, prout in ſequenti Brevi.

Urbanus &c. Chariſſimo in Chriſto filio Joanni Imperatori Græcorum Illuſtri.

1186 „ Eximiæ devotionis ſinceritas,
„ quam ad nos & Romanam geris Eccleſiam,
„ non indignè meretur, ut petitionibus tuis
„ (illis præſertim, quæ ex devotionis fervo-
„ re prodire conſpicimus) quantùm cum
„ Deo poſſumus, ſavorabiliter annuamus.
„ Hinc eſt, quòd nos tuis devotis ſupplica-
„ tionibus inclinati, ut liceat tibi habere
„ altare portatile cum debita reverentia &
„ honore, ſuper quo in locis ad hoc con-
„ gruentibus & honeſtis poſſis per proprium,
„ vel alium Sacerdotem, Latinum dumtaxat
„ & aliàs idoneum, Miſſam & alia Divina ſe-
„ cundùm ritum, quem eadem Romana ſer-
„ vat Eccleſia, ſinè juris alieni præjudicio in
„ tua præſentia facere celebrari, devotioni
„ tuæ tenore præſentium indulgemus. *Nul-*
„ *li ergo &c.* Datum Romæ apud S. Petrum
„ Idibus Februarii, Anno VIII.

1187 Porrò attentâ tanti Principis reconciliatione, præfatus Pontifex, ut univerſi Græci adhùc in ſchiſmate detenti, exemplum Imperatoris ſectantes, eidem Sanctæ Eccleſiæ reconciliarentur, excitavit per ſuas paternales literas univerſum Clerum Conſtantinopolitanum, alioſque in cæteris Græciæ partibus commorantes Eccleſiaſticos, ſic ſcribens.

Univerſis Eccleſiarum & Monaſteriorum Prælatis quocumque nomine nuncupentur, ac Clero & Calogeris Conſtantinopolitanæ Civitatis, cæterorumque partium Græciæ, gratiam in præſenti, per quam obtineant gloriam in futuro.

„ 1188 „ Lætata eſt Sacroſancta Romana
„ Eccleſia Mater, & Magiſtra cunctorum
„ fidelium, quòd Chariſſimus in Chriſto fi-
„ lius noſter Joannes Imperator Græcorum
„ Illuſtris ad maternum acceſſit gremium, à
„ quo deviabat per damnabilis ſchiſmatis
„ execrabilem ſciſſionem, pièque ſperat,
„ quòd ſicut inclytus Cōſtantinus Chriſtia-
„ niſſimus Imperator, qui Conſtantinopo-
„ litanam Urbem glorioſè conſtruxit, per
„ ſuæ converſionis exemplum, & ſtudium
„ fidem Catholicam in Occidentis primò,
„ & Orientis demùm partibus dilatavit: ſic
„ idem Joannes ejus (Deo ſavente) erit &
„ operum laudabilium imitator.

1189 „ Sed majoris gaudii eſſet dicta
„ Eccleſia exultatione perfuſa, ſi vos, qui
„ eſtis ad animarum curam & aliàs ad Dei
„ obſequium deputati, pollentes ſcientiâ,
„ & Religioni vacantes, derelicto inveterato
„ ſchiſmate, cui damnabiliter & pertinaci-
„ ter innitimini, ad unam ſanctam Catho-
„ licam & Apoſtolicam Eccleſiam, extra
„ quam non eſt ſalus, & ad Vicarii Chriſti &
„ ſucceſſoris Apoſtolorum Principis, veram
„ & puram obedientiam rediretis, ut ſicut
„ ipſe unus & principalis eſt Paſtor, ſic
„ unus eſſet ovile, cujus oves eum cogno-
„ ſcerent, & audirent amabilem & ſalutife-
„ ram vocem ejus, in illoque tutè reconditæ
„ à lupinis morſibus indubitabili cuſtodiâ
„ ſervarentur.

1190 „ O ſi Deus tantam gratiam con-
„ ceſſiſſet noſtris diebus, ut Orientalis & Oc-
„ cidentàlis Eccleſiarum unitatem longiſ-
„ ſimis, pròh dolor! ſciſſam temporibus
„ videremus! Tunc clauderemus conſolabi-
„ liter dies noſtros, & cum Beato Simeone
„ diceremus: *Nunc dimittis ſeruum tuum*
„ *Domine in pace: quia viderunt oculi mei ſa-*
„ *lutare tuum*; cùm deſiderabiliter fuiſſemus
„ intuiti innumeros Græcorum populos dia-
„ bolica fraude deceptos, & devios, in re-
„ ctam ſemitam mandatorum Domini diri-
„ gere greſſus ſuos, & eliminatas hæreſes in
„ nonnullis ſic deviantibus, ut dolenter au-
„ divimus, ex hujuſmodi ſchiſmate pulla-
„ lantes, oppreſſoſque Græcos ab impia &
„ fœda natione Turchorum (juvantibus ſpe
„ probabili Fratribus Occidentalibus) libe-
„ rari, exterminari eoſdem Turchos de uni-
„ verſis partibus Romaniæ, & aut ad Chri-
„ ſtum converti (quòd nobis eſſet acceptiùs)
„ aut digna conculcatione ſubverti, & ter-
„ reri omnes Ethnicas nationes, ſicque Græ-

„ cas potentiam & gloriam, jam penè dele-
„ tas,ad Dei laudem & dilatationem ejuſdem
„ fidei reparari.
1191 „ Hæc ſiquidem ineffabilia bona ſpi-
„ ritualia & temporalia probabiliter eventu-
„ ra ſperamus, ſi cordibus puris, conſcien-
„ tiis bonis, & fide non ficta (à quibus aber-
„ rantes ſecundùm Apoſtolum quidem in
„ vaniloquium ſunt converſi, volentes eſſe
„ legis doctores, non intelligentes neque
„ quæ loquuntur, neque de quibus affir-
„ mant) ad dictum gremium redeatis, & ſa-
„ lubris imitationis exemplum commiſſis
„ veſtræ ſolicitudini populis præbeatis:
„ quòd ferventer & promptè debetis efficere,
„ cùm non ſolùm eadem Eccleſia vos ad hoc
„ non abſque tædio dilationis expectet, ve-
„ rùm etiam materna benignitate foràs pro-
„ grediens ardore Charitatis invitet, cogno-
„ ſcatis igitur pietatem ipſius, & ampleсti-
„ mini Charitatem, ad ejus magiſterium &
„ debitam obedientiam filiali confidentia
„ venientes in domo Domini exiſtatis, & (ut
„ ſperamus in Deo) ejus & Apoſtolicæ Se-
„ dis & Occidentalium ſuper vos & greges
„ veſtros ſpiritualiter & tempolariter auxi-
„ lium ſentietis.
1192 „ Cæterùm Synodum Latinorum
„ & Græcorum Eccleſiaſticorum Præſulum,
„ quam multi (ut audivimus) ſupervacuè
„ poſtulant, ex pluribus cauſis rationabili-
„ bus non conceſſimus ordinari, nè illa, in-
„ quibus ab Occidentalibus, & nonnullis
„ Orientalibus fidelibus diſſidetis (cùm ſe-
„ cundùm quod tenet & docet Sancta Ro-
„ mana Eccleſia, certa fore noſcantur, ut-
„ potè Sacræ Scripturæ teſtimoniis, & San-
„ ctorum Doctorum Latinorum & Græco-
„ rum eloquiis & ſententiis, & per fidem
„ Apoſtolicam comprobata) in dubietatis,
„ & curioſæ diſputationis ſcrupulum dedu-
„ cantur, & veterem fidem quaſi novellam
„ ſupervacuis diſcuſſionibus ſupponamus.
„ Benignè tamen parati erimus quoslibet
„ dubios, venientes ad dictã Sedem humili-
„ ter, de hujuſmodi teſtimoniis, eloquiis,
„ & ſententiis informare. Datum Romæ
„ apud S. Petrum VIII. Kal. Martii, An-
„ no VIII. *Hactenus Literæ*.
1193 Sed eodem tempore in Boſna hære-
ſis ſerpebat & ſchiſma, favente ipſomet Boſ-
næ Bano, qui etiam in proprium fratrem Ste-
fanum utpotè Catholicum, multis modis
ſævire non detractabat; de qua re certior fa-
ctus Urbanus, ſcripſit ad Ludovicum Un-
gariæ Regem quatenus & periclitanti Reli-
gioni in ea Provincia occurreret, & Stepha-
num à malis à fratre ei illatis alleviaret; qua-
re in præfatis literis inter alia ſcribit: „ Ba-
„ nus Boſnæ ſenior frater ejus (ſcilicet Ste-
„ phani) ſequens ſuorum progenitorum ve-
„ ſtigia deteſtanda, ac fovens, & defendens
„ hæreticos, ad illas partes, quaſi ad ſen-
„ tinam fœtidam, de diverſis Mundi par-
„ tibus confluentes ipſum Stephanum, abje-
„ cto amore fraterno perſequitur; & haсte-
„ nus graviſſimis damnis attrivit, ac partem
„ hæreditatis ſibi denegavit exhibere, *Hæc*
ibi. Poſtea in literis reſponſivis eidem Ste-
phano datis, inter plura, conſolatoriis uſus
verbis ait: „ Confortare igitur fili, habeq;
„ patientiam in adverſis, quæ ſuſtines amo-
„ re Divino; nam præter Apoſtolicæ Sedis
„ favores, & præfati Regis auxilium (*ſcili-*
„ *cet Ludovici*) Tibi Deo propitio congruo
„ tempore tribuenda, ſecundum ſententiam
„ Domini dicentis: *Beati ſunt qui perſecutio-*
„ *nem propter juſtitiam patiuntur*, cum nulla
„ ſit major juſtitia, quàm Fidem ſemper te-
„ nere Catholicam, ex qua juſtus vivit, &
„ pro ejus amore mala quælibet æquanimiter
„ tolerare, æterna præmia conſequeris. Cæ-
„ terum ſi, ut ſcripſit, ad Sacram Urbem
„ acceſſeris, videbimus Te libenter. *Hæc*
Urbanus. Datæ ſunt literæ Romæ apud San-
ctum Petrum XIX. Kal. Januar. Anno VIII.
Adeo autem furebat in Catholicos Banus il-
le, ut etiam Religioſis Minoritis, qui ad ex-
tirpandas hæreſes ibidem plurimum labora-
bant, omnem quæſtuationem interdixerit:
qui ut neceſſitatibus occurrerent ſuis coacti
fuere petere à Sanctiſſimo facultatem quæ-
ſtuandi extra fines illius Provinciæ, prout
ex conceſſionis literis, quas ex Vaticano Re-
geſto exhibet Wadingus ad annum Domi-
ni MCCCLXIX. ſub num. 5. palam fit: quæ
quidem literæ ſic ſe habent,

Dilectis filiis univerſis fratribus Ordinis fratrum Minorum profeſſoribus in partibus Boſnæ commorantibus præſentibus, & futuris.

1194 „ Excolentes vineam Domini Sa-
„ baoth, gratiis libenter Apoſtolicis com-
„ munimus, & piè concedentes eiſdem, per
„ quæ contra verſutas vulpium aſtutias ipſã
„ demolientiam vineam poſſint perſeverare
„ conſtantius, & fortius convaleſcant. Ex-
„ hibita quidem nobis pro parte veſtra peti-
„ tio continebat, quod vos in partibus Boſ-
„ næ ad prædicandum contra hæreticos,quo-
„ rum conſiſtit ibidem multitudo non modi-
„ ca, conſtituti adverſus ipſos, dimicantes
„ gladio verbi Dei eradicatio ipſorum infi-
„ ſtitis toto poſſe, quodque ipſi verſà vice
„ apud potentes & divites partium earun-
„ dem, quorum ſibi ſimulatis ſanctitatis
„ actibus favorem acquirunt, quantum poſ-
„ ſunt, impediunt ne vobis in dictis parti-
„ tibus eleæmoſyne tribuantur, & cùm ob-
„ ſtantibus Statutis veſtri Ordinis non li-
„ ceat vobis extra deputatam vobis Provin-
„ ciam eleæmoſynas petere ſæpe contigit in-
„ tolerabilem defectum in victu & veſtitu ne-
„ ceſſariis vos habere. Quare nobis humiliter
ſup-

„ ſupplicaſtis, ut Vobis in hac parte provi-
„ dere de opportuno remedio dignaremur.

1195 „ Nos igitur ne contra piætatem
„ impietas evaleſcat, & ex defectu tempo-
„ ralium, quæ illis profecto licet metere
„ qui ſpiritualia ſeminant, ab incepto (quod
„ abſit] miniſterio perſecutionis hæreſeos
„ deſiſtatis, veſtris ſupplicationibus beni-
„ gnum præbentes aſſenſum, Vobis ut ex-
„ tra Vicariam Boſnæ tàm in Ungariæ, quàm
„ Dalmatiæ & Chariæ partibus quaſcumque
„ eleæmoſynas petere ' recipere licitè valea-
„ tis, Statutis & ordinationibus Apoſtoli-
„ cis, & Ordinis prædicti, etiamſi de ipſis
„ in præſentibus de Verbo ad Verbum eſſet
„ ſpecialis facienda mentio. Non obſtanti-
„ bus quibuſcumque tenore præſentium in-
„ dulgemus, diſtrictius inhibentes fratribus
„ Ordinis & partium earundem, ne vos in
„ quæſtu eleæmoſynarum hujuſmodi impe-
„ diant quoquomodo, ac eis mandantes,
„ quod vos & veſtros ſocios benignè reci-
„ piant, & protegant, Nulli ergo &c. Da-
tum Romæ apud S. Petrum Idibus Decem-
bris, anno VIII. *Hactenus Urbani literæ.*

1196 Porrò Urbanus poſt reconciliatum antefatum Imperatorem, animabus errantium lucrandis, & Fidei Catholicæ propagaodæ intenſiori incumbens ſtudio & zelo, ad omnes fermè Orientis, ac Aquilonis Regiones Paganorum, ac Hæreticorum erroribus, exempla deceſſorum ſuorum ſequutus Minoritas deſtinavit Divini verbi diſſeminandi eruditos Miniſtros: quibus multa & magna indulſit privilegia, quæ hujuſmodi functioni videbantur accommoda, & neceſſaria. prout apparet ex literis datis apud Sanctum Petrum Nonis Decembris ſui Pontificatus Anno VIII. Incipientibus: *Cum hora undecima ſit diei ut exeant ad opus uſque ad Mundi Veſperam*: quæ cum ſint conceptæ iiſdem prorſus verbis, ac literæ datæ ab Innocentio IV. à nobis recitatæ Par. 4. hujus Operis Cap. 25. ſub num. 902. proindè eas recenſere omittimus. Similes recenſet Wadingus conceſſas ab Alexandro IV. ad annum MCCLVIII. ſub num. 1. Has porrò Urbani V. citat ſub anno Domini MCCCLXIV. ſub num. 3. eas tamen non recitat, ſe remittens ad recenſitas Alexandri IV. cum quibus omnino in re & verbis concordare fatetur. Cum verò ſub eodem num. 3. aliud Urbani V. Diploma iiſdem fratribus datum recenſeat, tanquam hujus commiſſionis argumentum certum, & nos ex eodem Wadingo excriptum dabimus, quod ſane ſic ſe habet.

Dilectis fratribus de Ordine fratrum Minorum, in Terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Tberorum, Alanorum, Gararorum, Gothorum, Scytharum, Ruthenorum, Jacobitarum, Neſtorianorum, Nubianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mochitorum, aliorumque non credentium Nationum Orientis & Aquilonis, ſeu quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus.

1197 „ Cum vos ad Terras Sarraceno-
„ rum, Paganorum, Græcorum, Bulgaro-
„ rum, Cumanorum, Yberorum, Alano-
„ rum, Gazarorum, Gothorum, Scytha-
„ rum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nu-
„ bianorum, Neſtorianorum, Georgiano-
„ rum, Armenorum, Indorum, Mochito-
„ rum, aliarumque non credentium Natio-
„ num Orientis, & Aquilonis, ſeu quarum-
„ cumque aliarum partium pro magnis, ar-
„ duiſque negotiis reſpicientibus exaltatio-
„ nem & augmentum Catholicæ Fidei deſti-
„ nemus, quia in deſideriis noſtris geritur,
„ ut ſubmotis impedimentis quibuslibet, eo-
„ rundem negotiorum proſecutioni liberè &
„ efficaciter, auctore Domino, Intendere
„ valeatis, omnes & ſingulos cujuſcumque
„ dignitatis, Ordinis, conditionis, vel ſta-
„ tus extiterint Eccleſiaſtici vel Mundani,
„ qui vobis vel familiaribus, & Nunciis ve-
„ ſtris quamdiu fueritis in proſecutione præ-
„ dicta impedimenta vel obſtacula, per ſe
„ vel per alios præſumpſerint miniſtrare,
„ quominus prædicta negotia liberè. & effi-
„ caciter proſequi, Deo favente poſſitis, ci-
„ tandi, quod infra certum terminum com-
„ petentem, quem eis ad hoc duxeritis præ-
„ figendum, Apoſtolico conſpectui perſo-
„ naliter præſentent, facturi ſuper his, &
„ recepturi quod juxta ipſorum demerita vi-
„ derimus expedire, vobis & cuilibet ve-
„ ſtrum auctoritate præſentium, concedi-
„ mus facultatem. Diem vero citationis &
„ præfixionis hujuſmodi, & quidquid ſuper
„ præmiſſis duxeritis faciendum, nobis per
„ veſtras literas harum ſeriem continentes,
„ ſtudeatis fideliter intimare. Datum Romæ
„ apud Sanctum Petrum Nonis Decembris,
„ Anno VIII. *Hactenus Diploma.*

1198 Cæterum in hac Miſſione idem Urbanus præfecit in Archiepiſcopum Eccleſiæ Cambalienſi in Tartaria fratrem Gullielmum Pratenſem Virum doctum ex eodem Minorum Ordine Sacræ Theologiæ Magiſtrum Pariſienſem, tranſlato ad Eccleſiam Sarraenſem fratre Coſma pariter Minorita, ac inſuper præfatum Archiepiſcopum præfecit Vicariæ Catayæ, ac ſub ejus obedientia ſubjecit univerſos fratres illuc profecturos, prout ex Pontificiis literis ad eum datis liquet, quas Wadingus ex Regeſto Vaticano exriptas

exhibet ad annum Domini MCCCLXX. ſub num.2. ad hunc videlicet modum ſe habentes.

Venerabili fratri Guilelmo Archiepiſcopo Cambalienſi.

1199 ,, Zelus tuæ devotionis ingentis,
,, quem habes ad propagationem Catholicæ
,, Fidei, ac circumſpectionis induſtria, &
,, ſcientiæ domum, aliaque merita probita-
,, tis, quibus perſonam tuam fide dignorum
,, teſtimonio inſignitam audivimus, meritò
,, nos inducunt, ut Te in agendis dictæ Fi-
,, dei honoremus, & etiam fiducialiter onere-
,, mus.

1200 ,, Cum itaque Te ac nonnullos fra-
,, tres Ordinis fratrum Minorum profeſſores:
,, cujus profeſſor exiſtis, ad Terras Sarrace-
,, norum, Alanorum, Gararorum, Gotho-
,, rum, Scytarum, Ruthenorum, Jacobi-
,, tarum, Nubianorum, Neſtorianorum,
,, Georgianorum, Armenorum, Indorum,
,, Mochitarum, aliarumque non credentium
,, Nationum Orientis & Aquilonis intendi-
,, mus de proximo deſtinare: Te Caput, Du-
,, cem, & Gubernatorem eorundem, & alio-
,, rum quorumcumque fratrum dicti Ordinis
,, exiſtentium in dictis partibus, & profectu-
,, rorum ad eas, uſque ad beneplacitum Apo-
,, ſtolicæ Sedis tenore præſentium, auctori-
,, tate Apoſtolica conſtituimus, ac etiam de-
,, putamus, Tibi regendi, & gubernandi
,, eoſdem fratres, ac cum conſilio ex eis ma-
,, turiorum, de quibus Tibi videbitur, ad
,, Provincias & partes infidelium ad dictam
,, Fidem prædicandum mittendi, eoſque re-
,, vocandi; & ſecundum Regulam Beati
,, Franciſci, & etiam per cenſuram Eccleſia-
,, ſticam, & alia opportuna remedia punien-
,, di, & compeſcendi, ipſoſque ab omnibus
,, tranſgreſſionibus Regulæ ac Conſtitutio-
,, num Ordinis, ficut poteſt Generalis Mi-
,, niſter abſolvere, abſolvendi, & ſuper ir-
,, regularitatibus inde contractis etiam di-
,, ſpenſandi; nec non Vicarium Generalem
,, ejuſdem Miniſtri in Vicaria Cathai, ſi for-
,, ſan in ea hujuſmodi Vicarius Generalis
,, non eſſet, qui illam habeat poteſtatem,
,, quam prædictum Miniſtrum concedi hu-
,, juſmodi generalibus Vicariis conſuevit,
,, conſtituendi, quoties fuerit opportunum,
,, tribuentes plenam facultatem. Per hoc
,, autem privilegiis dicti Ordinis, aut aucto-
,, ritati, & officiis quorumcumque Vicario-
,, rum, & Prælatorum ejuſdem Ordinis in
,, eiſdem partibus conſtitutorum impoſterum
,, in aliis, quam in præmiſſis, non intendi-
,, mus derogare.

1201 ,, Inſuper omnibus privilegiis &
,, gratiis per prædictam Sedem conceſſis Fra-
,, tribus prælibatis, quamdiù Eccleſiæ Cam-
,, balienſi prædictæ præfueris, volumus te
,, gaudere, ſicut iidem Fratres gaudere poſ-
,, ſunt, ſeù poterunt in futurum. Teque tam
,, pro tua perſona, quàm tuis ſociis & oppor-
,, tunis familiaribus participare volumus
,, eleæmoſynas, & dona Fratribus ipſis jam
,, erogata, & impoſterùm eroganda, donec
,, de proventibus Eccleſiæ tuæ Cambalienſi
,, vivere poteris condecenter, declarantes
,, ex abundanti, quòd hujuſmodi facultas
,, per nos tibi conceſſa ad tuos ſucceſſores
,, Archiepiſcopos Cambalienſes nullatenùs
,, extendatur. Datum, ut ſupra. *Hactenus litera*, qui & alias ſtatim ſubnectit eidem datas, ſic ſe habentes.

1202 ,, Cùm te & nonnullos Fratres
,, Ordinis Fratrum Minorum, cujus profeſ-
,, ſor exiſtis ad partes Tartariæ, ad prædican-
,, dum Fidem catholicam deſtinemus. Nos
,, cupientes, quòd hujuſmodi negotium fœ-
,, liciùs proſperetur, ac de tua fraternitate
,, confiſi, tibi per te, vel alium, ſeu alios
,, aſſumendi, & ad dictas partes ducendi
,, duodecim Fratres dicti Ordinis, quos du-
,, xeris eligendos, cujuſcumque eorum Præ-
,, lati licentiâ non obtenta, non obſtanti-
,, bus Regulâ, & quibuſcumque ſtatutis di-
,, cti Ordinis contrariis, plenam licentiam
,, & facultatem tenore præſentium indulge-
,, mus. Datum ſecundo Kal. Aprilis, Anno
,, VIII. *Hactenus litera*. Alias ſcripſit Magno Camo Tartarorum, & alias univerſo populo Tartarorum, quas poſt Wadingum exhibet etiam Raynaldus ad Annum Domini MCCCLXX. ſub num.9. & num.11. Quæ datæ ſunt Magno Camo, ſic ſe habent.

Urbanus &c. Magnifico Viro Camo Regi Tartarorum, Deum diligere & timere.

1203 ,, Ad alti tui nominis titulum &
,, ſplendorem & culmen, ac decus accedit,
,, quòd tu, & aliqui prædeceſſores tui Reges
,, Tartarorum, ſicut glorioſa fama præam-
,, bula fide dignorum relatione didicimus,
,, ob Omnipotentis Dei Creatoris reveren-
,, tiam & honorem vos Chriſticolis ſub vo-
,, bis degentibus, veſtriſque ſubditis, qui ad
,, Fidem catholicam convolarunt, reddidi-
,, ſtis favorabiles, & benignos, eoſque be-
,, nevolâ & manſuetâ benignitate tractâſtis:
,, tua & ipſorum prædeceſſorum fama glorio-
,, ſa longè, latèque per Orbem commendatio-
,, nis titulo redimitur: & tu ſiquidem in eum
,, fidem habueris, & renatus fueris ſacri fon-
,, te baptiſmatis, Legemq; ſuſceperis & im-
,, pleveris Chriſtianam, requie ſempiternâ
,, ſupernorum Civium perfrueris.

1204 ,, Ecce igitur, quòd nos, qui ſub-
,, miſſis humeris onerosa ſolicitudine ex ſa-
,, lutaris & vigilis providentiæ ſtudio tuam,
,, tuique Regni ſinceram in Domino charitate
,, perpetem ſalutem appetimus, ejuſque fru-
,, ctum ſalutiferum & perennem tibi, Regno,
Re-

Digitized by Google

„ Regnicoliſque tuis prodeſſe jugiter cuplen-
„ tes ; ut præmiſſa propenſiùs, & efficaciùs
„ per Divinam Clementiam fœlici, ſucceſſi-
„ vaque proſperitate ſuccedant, Venerabi-
„ lem Fratrem noſtrum Guillelmum Archie-
„ piſcopum Cambalienſem Ordinis Fratrum
„ Minorum Profeſſorem (Virum quidem in
„ devotione ac Fide Chriſtiana fervidum,
„ excellentem, in Sacra Scriptura peritum,
„ expertum in opera & ſermone, virtutum
„ probitate probatum, famâ præclarum, à
„ nobis ex multis bonis & idoneis Religio-
„ ſis electum, & ad Cambalienſem Archie-
„ piſcopatum de Fratrum noſtrorum Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio
„ promotum) præſentium exhibitorem, cum
„ decenti & virtuoſa comitiva Fratrum dicti
„ Ordinis ad Eccleſiam ſuam Cambalienſem,
„ tuamque præſentiam, ac partes & Loca
„ tuorum Terræ & Dominii ſalubriter provi-
„ dimus deſtinandum, ut ipſe, & dicti Fratres
„ collaterales eidem, more Sanctorum Apo-
„ ſtolorum, qui diſpertiti ore Dominico, &
„ Spititus Sancti gratiâ illuſtrati, doctrinam
„ Evangelicam prædicando, Terræ cardines,
„ prout eis aſſignati fuerant, perluſtrarunt;
„ communiter & diviſim, prout eiſdem Ar-
„ chiepiſcopo, & Fratribus ex cœlicæ inſpi-
„ rationis oraculo viſum fuerit ſalubriùs ex-
„ pedire, Regnum & Terram prædicta, aliaſ-
„ que Regiones adjacentes circumeant & fre-
„ quentent, & juxta datam eis à Domino
„ ſapientiam, & doctrinam verbum Dei
„ evangelizare perſtudeant, & officioſa
„ promptitudine prædicare, ſermone præ-
„ dicationis hujuſmodi mentes illorum, qui
„ in tenebris ambulant, & adhùc præ ocu-
„ lorum caligine gloriam luminis non vide-
„ runt, radicaliter illuſtrantes, eoſque ad
„ dictam fidem rectam, perfectam & luci-
„ dam, Chriſti, Sanctorum & Sanctarum
„ miraculis veriſſimis comprobatam, dulci-
„ bus allectionibus convertentes; & tàm
„ ipſos, quàm alios ad fidem ipſam fœliciter
„ jam converſos, & Neophytos in eodem
„ pabulo refectionis æternæ; in ipſa fide ſpi-
„ raculo ſpiritalis gratiæ roborando.

1205 „ Hæc eſt enim fides rectitudinis,
„ ſalutis & meriti, qua ſacer ille ſupernus
„ rerum Conditor & Creator ſeminans, ter-
„ ram irrigavit, & quam ad omnes limites
„ machinæ mundialis profectò diffudit &
„ etiam propagavit; & quam Sacroſancta
„ Romana Eccleſia, Mater cunctorum Chri-
„ ſtifidelium, & Magiſtra, tenet & docet, extra
„ quam nullus omninò ſalvatur: per ſiquidem
„ iſtam innocens anima Chriſtiana perpetua,
„ lugubri & corruptibili corpore charior,
„ Cœlicorum agminum conſortio æterna-
„ liter aggregatur. Cùm igitur Beatorum
„ vita, ſeù præmium comparationem non
„ recipiat in divitiis, nec in hujuſmodi ſæ-
„ culi gazis, fœlix eſt ille, qui ſic terreſtria
„ deſerens languidùm Orbem tranſit, quòd
„ ad æternæ Beatitudinis gloriam provéha-
„ tur. Hanc equidem gloriam bravialem aſ-
„ ſequitur, qui hujuſmodi fidem ſuſcipiens
„ & agnoſcens, eam per beatorum operum,
„ & virtutum executionem obſervat; & li-
„ cèt per ipſius fidei ſemitas difficilis videa-
„ tur inceſſus, oculis tamen mentis, Fide
„ Catholicâ mediante, dùm eam credit, di-
„ vinæ omnipotentiæ majeſtatem & gloriam
„ Beatorum intellectualem intuetur.

1206 „ Magnitudinis itaque tuæ poten-
„ tiam attentè rogamus & hortamur in Do-
„ mino Jeſu Chriſto, quatenùs pro ejus re-
„ verentia & honore, à quo tanquàm à ſum-
„ mo culmine rerum cuncta deſcendunt, &
„ qui perſonam tuam creans, & conſervans
„ in eſſe, te ſuper tam excellens, caducum
„ tamen & temporale dominium conſtituit
„ imperantem, tibique innumeram & copio-
„ ſam populorum multitudinem ſubjugavit,
„ memoratos Archiepiſcopum, & fratres,
„ cum eos ad Regnum & terram tuam præ-
„ dicta, tuamque Provinciam pervenire con-
„ tigerit, vultu benevolo & ſereno recipias,
„ & à tibi ſubditis recipi facias & jubeas
„ gratulanter, ſicut quidam tui prædeceſſo-
„ res hactenus receperunt; eoſque manſue-
„ tudinis, ſerenitatis, & piæ devotionis affe-
„ ctu pertractes & facias pertractari, habeaſ-
„ que tam illos, quàm eandem Eccleſiam,
„ cunctoſque Chriſticolas in dictis Regno &
„ Terra morantes, necnon converſos Neo-
„ phytos, & (Deo propitio) convertendos
„ ad fidem eandem infra tui Dominii diſtri-
„ ctus & limites conſtitutos cum charitati-
„ væ ſinceritatis dulcore benigno favorabi-
„ liter & propenſiùs commendatos; eis in
„ his, quæ circa ſuſcipiendum per te (Deo
„ vivo & vero inſpirante) ſacri fontis baptiſ-
„ matis gratiam, Legemque Chriſti & alia
„ tuæ ſalutis accomoda duxerint explicanda,
„ prædicanda, & etiam conſulenda, ſtudio-
„ ſum auditum aperiens, & ferventem ac ſo-
„ licitum & attentum adhibens intellectum,
„ illaque recipiens tanquàm donum cœlitùs
„ derivatum & miſſum tenaciter in tui me-
„ moriali cellula cordis figas, credas firmi-
„ ter, operosè, fideliter, & perpetim exe-
„ quaris; ſiſque aliis tuis ſubditis ſalutis
„ ſpeculum & exemplar, ut ipſi unà tecum
„ ad ſimilitudinem tui, ad Altiſſimum con-
„ vertantur, dictamque Legem Chriſti ſu-
„ ſcipiant & obſervent, tecumque glorien-
„ tur nomine chriſtiano, & ſalvi fiant, nè
„ pereant in æternum, ita quòd Rex Regum
„ propitius Retributor omnium ad ſe con-
„ vertentium, Miſerator, & miſericordiarum
„ Dominus atque Pater, quem nil latet, &
„ quem cœleſtia & terreſtria fatentur, tui
„ miſereri dignetur, In omnibus affluenter
„ gratam viciſſitudinem rependens, conferat-
„ que tibi jugiter in hujuſmodi vitæ tempo-

re

Digitized by Google

,, re abundantiam pacis & gaudii, & poſt tui
,, corporis diſſolutionem humanam ad per-
,, petuæ fœlicitatis imperium te perducat, &
,, te glorificet in Supernis. Nos namque ad
,, eandem Romanam Eccleſiam tibi miſeran-
,, te clementiam Summi Patris exorare cu-
,, rabimus ſolicitudine paſtorali, ut nun-
,, quam in te deficiat fides tua, quam in tui
,, cordis armario duxeris infingendam; ſed
,, pro bonis, quæ feceris, centuplum dono
,, Dei in Terris percipias & in Cœlis, Da-
,, tum Romæ apud Sanctum Petrum VII.
,, Kalendas Aprilis, Anno VIII. *Hactenus li-
teræ ad Magnum Camum.* Quæ porro datæ
ſunt univerſo Tartarorum populo, ad hunc
videlicet modum ſe habent.

*Urbanus &c. Univerſo Populo Tartaro-
rum viam ſalutis agnoſcere.*

1207 ,, Altiſſimus rerum omnium provi-
,, dus Ordinator Dominus noſter Jeſus Chri-
,, ſtus, cujus imperio Reges regnant, Prin-
,, cipes dominantur in Terris, Beato Petro
,, Sanctorum Apoſtolorum Principi cœlicas
,, claves tradens, ut ligaret & ſolveret, de-
,, dit poſſe, ut quodcumque in Orbe ligaret
,, & ſolveret, ligatum & ſolutum remaneret
,, in Cœlis. Hujuſmodi ſiquidem Paſtorali
,, poteſtatis officio per eundem Dominum
,, noſtrum in Sanctum Petrum, alioſque Ro-
,, manos Pontifices eidem B. Petro quamdiù
,, Mundus extiterit, canonicè ſuccedentes,
,, circumſpecta diſpoſitione transfuſo, eos
,, ſuper omnem terram ſuos vices gerentes, &
,, ſucceſſores hujuſmodi conſtituit, Apoſto-
,, latus officium, & poteſtatis privilegium
,, ſucceſſivis temporibus poſſeſſuros; videli-
,, cet nos, qui, quamquàm inſufficientibus
,, meritis, memorato Beato Petro, divina
,, promiſſione ſuccedimus, & locum, & vi-
,, cem ſuperni Paſtoris & Domini quarumli-
,, bet animarum obtinentes in terris, prom-
,, ptis deſideriis, & vigilis providentiæ ſtu-
,, diis, prout debitum officii noſtri Paſtora-
,, lis expoſcit, intendimus, & internis affe-
,, ctibus affectamus, oves ſcilicet, quamli-
,, bet creaturam humanam extra Sacroſanctæ
,, Romanæ Eccleſiæ gremium deviantes, chri-
,, ſtianæque Fidei neſcias & ignaras, ac erro-
,, neas ab eadem, ſalubribus hortamentis in-
,, ducere, & nè lacerentur & devorētur lupi-
,, nis à morſibus, illas ad caulam reducere ſal-
,, vicę manſionis, eaſq; ſatagimus & curamus
,, paterno favore adducere ad unionem, &
,, reconciliationem Eccleſiæ ſupradictæ.
1208 ,, Sanè cùm iſta bona, Pneumatis
,, almi gratia præunte valeant cum ejus ir-
,, rigante clementia & copioſiore miſericor-
,, dia effectualiter pervenire, ſi hujuſmodi
,, creaturis dictam fidem ignorantibus, &
,, deviis ab eadem, ſermo catholicus præ-
,, dicetur, ipſæque prætactæ fidei articulis &
,, Regulis mellitis vocibus imbuantur, ut ex
,, hoc Regum Altiſſimo lucrifaciamus ani-
,, mas earundem, ipſiſque ſalutis æternæ præ-
,, mium procuremus, nos operoſa ſolicitu-
,, dine curavimus ad vos & partes veſtras,
,, perſonas Religioſas, ſpe, Fide, & Chari-
,, tate præfulgidas, in ſacra Pagina ſufficien-
,, ter inſtructas & expertas, Deo gratas, &
,, nobis acceptas pro veſtræ ſalutis, quàm
,, ferventer optamus, impetrandis à Domi-
,, no profectibus, deſtinare ad prædicandum,
,, & evangelizandum, itaque vobis ſermo-
,, nes & verba ſalutifera Jeſu Chriſti, voſque
,, ad Supremæ Majeſtatis gratiam miſeran-
,, tem, ſuamque fidem rectiſſimam ſuaviter
,, convertendos, & favendos in illa, Vene-
,, rabilem Fratrem noſtrum Guillelmum Ar-
,, chiepiſcopum Cambalienſem Ordinis Fra-
,, trum Minorum Profeſſorem, Deum dili-
,, gentem & timentem, in Divina & huma-
,, na ſapientia & ſcientia illuſtratum, facun-
,, dum, morigeratum, probatum, aliiſque
,, probitatis meritis multipliciter inſigni-
,, tum, & à nobis ex multis viris Religioſis
,, devotis & virtuoſis electum, & de Fra-
,, trum noſtrorum dictæ Romanæ Eccleſiæ
,, Cardinalium conſilio ad Archiepiſcopa-
,, tum Cambalienſem promotum, cum ho-
,, norabili comitiva Fratrum dicti Ordinis,
,, jamdiù in Divinis officiis expertorum, in
,, Sacra Scriptura literatorum, Fidei zelo,
,, aliiſque virtutum muneribus præditorum
,, ad vos, quos ipſe Deus Pater benignitatis,
,, veritatis & luminis immenſa ſua bonitate
,, plaſmavit, ac proprii ſanguinis effuſione
,, redemit, & jugi ſuæ ſapientiæ proviſione
,, gubernat, ad partes tranſmittentes eaſ-
,, dem, ut vobis & ſibiipſis proficiant ad
,, ſalutem, univerſitatem veſtram ſinceris
,, ſuaſionibus, & accenſis intrinſecè, chari-
,, tatis dulcedine plenis requirimus, mone-
,, mus rogamus, & propenſiùs exhortamur
,, in Domino Jeſu Chriſto, quatenus vos,
,, quorum hucuſquè mentales oculi tetra
,, caligine per perfidos ſpiritus tenebrarum
,, & mortis in Idololatriis ac inanibus ſuper-
,, ſtitionibus fuerunt obducti, ſolicitè ve-
,, ſtram memoriam excitantes & reducentes
,, ad illam, quòd Deus Omnipotens proto-
,, plaſtum, ex quo omnes homines traxe-
,, runt originem ſuam, inenarrabili Majeſta-
,, te formavit, ac in terreſtris Paradiſi deli-
,, ciis collocavit, & quòd inibi ſibi boni, &
,, mali cognitio data fuit, & quòd eſtis ad
,, ſimilitudinem Dei facti, quòdque creatu-
,, ra non poſſet ſuo Creatori pro meritis reſ-
,, pondere; excuſſis primitùs à veſtris cordi-
,, bus repribus, & urticis damnabilis cæci-
,, tatis, veſtræ intelligentiæ oculos elevatis,
,, & conſideratione perſpicua cogitetis, quòd
,, ipſe vos de limo terræ creavit & paſcit aſſi-
,, duè, ac vivitis per eundem, & quòd, cùm
,, vult, cujuſlibet carnis figmenta diſſolvit,
quòd-

„ quòdque ſacræ Paginæ teſtimonio com-
„ probetur, quòd omnis Spiritus Deum lau-
„ dat, omniaque animantia & inanimata
„ Dominum benedicunt pro ipſius Crea-
„ toris reverentia & honore, & ut ſibi red-
„ datis humanæ gratitudinis holocauſtum,
„ ob noſtræ contemplationis intuitum, qui
„ vos Deo vivo & vero conjungere cupimus
„ & etiam laboramus, veſtro ſtatui & ſaluti
„ providè conſulentes, eoſdem Archiepi-
„ ſcopum & Fratres, quotiès eos ad vos de-
„ clinare contigerit, recipere procuretis hu-
„ militer & benignè cum honorificentia re-
„ verenti, eoſque ſinceræ charitatis officio
„ pertractetis; & ad gremium univerſalis
„ Eccleſiæ Chriſti Sponſæ, quam ſuo pretio-
„ ſiſſimo Sanguine dedicavit, extra quam
„ veri ſacrificii non eſt locus, in humilis &
„ veræ contritionis ſpiritu redeuntes, eo-
„ rundem Archiepiſcopi atque Fratrum ſer-
„ monibus, prædicationibus, & verbis ſalu-
„ bribus vigilem præbeatis auditum, & in-
„ tellectum aperiatis auctum ad hauriendum
„ ex ore ipſorum verba ſalutis: & quæ pro
„ veſtræ perfectione ſalutis docuerint, in-
„ ſtruxerint, & prædicaverint, veſtræ me-
„ moriali cellulæ firmiter imprimatis, men-
„ tes veſtras & corda ſtudioſa promptitudine
„ diſponentes ad ſuſcipiendam ſacri fontis
„ gratiam baptiſmalem, legemque Chriſti,
„ doctrinam Evangelicam, & Fidem catho-
„ licam Domini noſtri Jeſu Chriſti, uti om-
„ nium fidelium Magiſtra, Eccleſia Romana
„ tenet & prædicat, docet, profitetur &
„ credit.

1209 „ Etenim ipſa fides eſt, per quam
„ innocens anima Chriſtiana perpetua, poſt-
„ quam à lugubri & corruptibili humanita-
„ tis corpore fuerit diſſoluta, Cœlorum ag-
„ minibus æternaliter aggregatur: & cùm
„ fidem ſuſceperitis, & veſtris cordibus im-
„ preſſeritis, eam firmiter & perpetuò tena-
„ cibus obſervantiis cuſtodite, ut in die miſ-
„ ſionis extremæ, ideſt, ſecundi adventus
„ dicti Domini noſtri Salvatoris, qui tunc
„ judicaturus advenict, prout ante venerat
„ judicandus (ante cujus Tribunal tunc om-
„ nis homo ſurrecturus in propria carne ſta-
„ bit, vel æternæ vitæ præmia, vel perpe-
„ tuæ mortis, prout geſſit, ſupplicia ſecun-
„ dùm merita, vel demerita recepturus)
„ poſſitis unà cum aliis Catholicis Chriſtia-
„ nis de cætero, tanquam fortia membra
„ Chriſti unius ovilis effecti, & viventes in
„ fide prædicta virtuoſa opera faciendo,
„ æternæ beatitudinis, quam ipſe Salvator
„ obtinet ex natura, eſſe participes & con-
„ ſortes, ejus præſentiam glorioſam, lætiſſi-
„ mam quidem bonis, & terribilem malis &
„ impiis, facietenus inſpecturi.

1210 „ Propulſis igitur ſuperſtitioſis er-
„ roribus univerſis, quibus vos Sathan in-
„ ſtinctu fraudolento ſeducit, ut ab ejus ſitis
„ nexibus funditùs liberi, & mereamini poſt
„ vitæ præſentis excurſum Cœlica Palatia
„ introire, digna laudum præconia repetitis
„ vocibus Altiſſimo devotæ mentis affectu
„ cum gratiarum actionibus reſonate, qui ad
„ vos Archiepiſcopum, & Fratres prædictos
„ dignatus eſt per ſuam miſericordiam deſti-
„ nare: cujus gloria Cœli & Terra ſunt ple-
„ ni, quique manum aperit, & implet omne
„ animal benedictione, & cunctis in hac
„ valle lacrymarum ambulantibus, & dictæ
„ fidei Jeſu Chriſti conjunctis, abundantiam
„ in bonis temporalibus gratioſa copioſitate
„ largitur.

1211 „ Nos inſuper Omnipotentiam
„ Majeſtatis Altiſſimi, eſſentialiter in Cœlis
„ & potentialiter in terris utique permanen-
„ tis, regnantis, & principantis, cuncti-
„ potenter & æternaliter in utriuſque, aſſi-
„ duis devotis affectibus exoramus, ut corda
„ & intelligentias veſtras illuſtret ad ſuſci-
„ piendam gratiam baptiſmatis ſupradicti,
„ ipſamque Chriſti Legem, & ad eam cre-
„ dendam firmiter, & perpetim adimplen-
„ dam: quia ſine illis nullus omninò ſalva-
„ tur, & per illas eritis ſalvi, & efficiemini
„ gloriæ ſempiternæ per gratiam interce-
„ dentibus meritis cohæredes. Quod ut vo-
„ bis concedat Retributor Altiſſimus cum
„ Patre, Sanctoque Spiritu ſine principio,
„ & ſine fine vivens & regnans apud Divi-
„ nam Majeſtatem hactenùs inſtantiis devo-
„ tæ flagitationis inſiſtimus, & ſuper hoc pio
„ prædicto ſtudio, ipſo Deo auctore, inſiſte-
„ re proponimus in futurum. Datum Romæ
„ apud Sanctum Petrum VII. Kal. Aprilis,
„ Anno VIII. *Hactenus literæ ad univerſum
Tartarorum populum*. Reſcripſit quoque Ur-
banus cæteris Principibus, Imperatoribus, &
Tartarorum Regibus, aliarumque Nationum
Orientis, & Aquilonis, ſequentes literas.

*Magnificis Principibus univerſis Imperatori-
bus & Regibus Tartarorum, aliarumque
Nationum Orientis, & Aquilonis
Deum diligere & timere.*

1212 „ Tunc verum & unum Deum re-
„ veremini, & gratum ei, qui eſt Rex Re-
„ gum & Dominantium Dominus, præſtatis
„ obſequium, cùm illos, qui chriſtiana profeſ-
„ ſione cenſentur, ſive in regionibus veſtris
„ commorantes, ſive aliundè declinantes,
„ benignè tractatis, & eis favorem impendi-
„ tis opportunum. Quare ſingulis veſtrum
„ circa omnes & ſingulos Chriſtianos, ſive
„ antiquos, ſive novellos in Fide catholica, in
„ veſtris Imperiis atque Regnis morantes,
„ ſeù per eam tranſitum facientes, vos exhi-
„ bere debetis favorabiles & benignos, ut ex-
„ inde præfatus Deus, per quem Reges re-
„ gnant, & Principes dominantur, vos pro-
„ ſperitatis votivæ ſucceſſibus efficiat glo-
„ rioſos.

1213

1213 „ Nos igitur, qui, licèt indigni,
„ Divinâ diſponente Clementiâ, Beato Pe-
„ tro Apoſtolorum Principi, & Vicario Do-
„ mini noſtri Jeſu Chriſti ſuccedimus in Apo-
„ ſtolatus officio, & debemus æternam ſalu-
„ tem animarum omnium Nationum noſtris
„ & aliorum ſtudiis procurare, ſalutem ve-
„ ſtram & ſubditorum veſtrorum ſincerâ ze-
„ lantes in Domino charitate, Venerabilem
„ fratrem noſtrum Guillelmum Archiepiſco-
„ pum Cambalienſem Profeſſorem Ordinis
„ Fratrum Minorum, virum utique religio-
„ ſæ vitæ & converſationis honeſtæ, litera-
„ rum ſcientiâ præditum, amatorem Legis
„ Divinæ & Chriſtianæ Fidei zelatorem,
„ quem nuper ſuis meritis exigentibus de
„ fratrum noſtrorum conſilio Sanctæ Roma-
„ næ Eccleſiæ Cardinalium in Cambalienſis
„ Eccleſiæ promovimus Archiepiſcopum &
„ Paſtorem, & nonnullos Fratres Ordinis
„ ejuſdem ad partes veſtras pro prædicando
„ gentibus Imperiorum & Regnorum veſtro-
„ rum hujuſmodi Legem, ac Fidem, ac gen-
„ tes ipſas ad præfatam Fidem, per quam
„ ſolam ſalvantur animæ, Divinâ coope-
„ rante gratiâ, convertendas duximus deſti-
„ nandos.

1214 „ Quocircà veſtram Magnificen-
„ tiam rogamus & hortamur in Domino,
„ quatenùs pro reverentia ipſius Dei, qui
„ creavit Cœlum & Terram, quique vos vi-
„ vere facit & regnare permittit, præfatum
„ Archiepiſcopum ad dictam ſuam Camba-
„ lienſem Eccleſiam accedentem, ac Fratres
„ præfatos, cùm ad vos & partes veſtras per-
„ venerint, jucundis recipiatis aſpectibus, &
„ humana benignitate tractetis, & à veſtris
„ ſubditis tractari mandetis, habentes ipſos
„ Archiepiſcopum, & Fratres ſavorabiliter
„ commendatos, plenamque libertatem con-
„ cedentes eiſdem, ut in Imperiis & Regnis
„ veſtris prædictis hominibus, habitationi-
„ bus & Incolis eorundem prædictam chri-
„ ſtianam Fidem liberè valeant prædicare, ac
„ ipſos habitatores & incolas ad eundem
„ Dominum Jeſum Chriſtum, Fidemq; præ-
„ fatam convertere, & etiam baptizare, ac
„ de ipſius Fidei regulis & articulis plenariè
„ informare, ut vos ex hoc divinam gratiam
„ uberiùs mereamini, & in præfatis Imperiis
„ & Regnis veſtris poſſitis glorioſiùs & fœ-
„ liciùs imperare. Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum VII. Kalendas Aprilis, An-
„ no VIII. *Hactenùs literæ ad Tartarorum Principes*. Cæterùm prædictoa Fratres in Tartarorum terras proficiſcentes, plurimùm commendavit Bailo Venetiarum, in Regia Conſtantinopolis Urbe commoranti, cui ſequentes literas dedit.

Dilecto filio Nobili Viro Bailo Conſtantinopolitano pro dilectis filiis Nobili Viro & Communi Venetiarum.

1215 „ Regis Regum & Dominantium
„ Domini, regnantis in Cœlis, qui corporali-
„ ter inter homines degēs, B. Petro ſuo in ter-
„ ris Vicario, & in ejus perſonam ſucceſſori-
„ bus dixit, ut paſcerent oves ſuas, vices,
„ licèt immeriti gerentes in terris eiſdem,
„ illas paſcere pabulo verbi Dei & alias,
„ quæ non ſunt de ovili Dominico, in illud
„ inferre, prout nobis ex gratia Divina con-
„ ceditur, procuramus, & tamen hoc per nos
„ ipſos nequimus efficere, alios interdùm
„ aſſumimus, quos ad hoc idoneos repu-
„ tamus.

1216 „ Cùm itaque olim in partibus
„ Tartariæ ſuperioris, Spiritus Sancti gra-
„ tia illuſtrante, per miniſterium nonnullo-
„ rum Profeſſorum Ordinis Fratrum Mino-
„ rum converſa fuerit ad Fidem catholicam
„ populorum gentilium multitudo, quos
„ iidem Fratres & alii ſuccedentes eiſdem in
„ fide ipſa dùm viverent, jugibus, prædica-
„ tionibus & exhortationibus ſpiritualibus
„ nutrierunt, iidemque Fratres ferè omnes
„ naturæ debitum perſolviſſe dicantur; Nos
„ ad conſervandam & confirmandum in fide
„ prædicta jam converſos, & dante Domino,
„ convertendos alios, nonnullos Fratres
„ ejuſdem Ordinis, latores præſentium, ad
„ dictas partes providimus deſtinandos.

1217 „ Quocircà Nobilitatem tuam
„ exhortamur in Domino, & rogamus atten-
„ tè, quatenus ob reverentiam Dei, & Apo-
„ ſtolicæ Sedis, ac noſtram, necnon propa-
„ gationem dictæ fidei, ſine qua ſalus non
„ proveniet animarum, eoſdem Fratres, cùm
„ ad te declinaverint, benignè ſuſcipiens, &
„ charitativè pertractans, eis, qui amore
„ noſtri Salvatoris & zelo ſalvandarum ani-
„ marum, tam longinqui & periculoſi itine-
„ ris onus aſſumpſere ferventer, tuis fideli-
„ bus conſiliis, & auxiliis opportunis aſſiſtas,
„ ſic acturus cordialiter & efficaciter in præ-
„ miſſis, quòd exinde Divinum præmium,
„ & dictæ Sedis potiorem benevolentiam
„ conſequaris. Datum Romæ apud Sanctum
„ Petrum VIII. Idus Februarii, Anno VIII.
Hactenus literæ ad Bailum Venetiarum. Sed & alioa octo Religioſos Minoritas, præter ſupra recenſitos, miſſos fuiſſe eodem tempore in Tartariam, indicant ſequentes, exhibitas à Wadingo, Pontificiæ literæ.

Dilectis filiis univerſis & ſingulis Vicariis,
Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, ac
fratribus Ordinis Minorum, cæteriſ-
que Chriſtifidelibus, ad quos præ-
ſentes pervenerint.

1218 „ Cùm dilecti filii Franciſcus de
„ Interamne, Antonius, & Paulus de Burgo
„ Sancti Sepulchri, ac Gonſalvus, & Al-
„ phonſus de partibus Hiſpaniæ, necnon
„ Petrus de Montepoliciano, & Bernardus
„ de Romana, ac Antonio de Sancti Angeli
„ Provinciis, Ordinis Fratrum Minorum Pro-
„ feſſores, latores præſentium, ad Tartarias,
„ aliaſque infidelium partes, ad prædican-
„ dum Fidem catholicam gentibus de noſtro
„ beneplacito proficiſcantur ad præſens,
„ univerſitatem veſtram hortamur attentè,
„ vobiſque filii Vicarii, Miniſtri, Cuſtodes,
„ Guardiani & Fratres per Apoſtolica ſcripta
„ mandamus, quatenus prænominatos Fra-
„ tres, cùm per loca veſtra tranſibunt, ob
„ reverentiam Dei, ac noſtram, benignè ſu-
„ ſcipiatis, ac tractetis in Domini charitate.
„ Datum Romæ apud S. Petrum VIII. Idus
„ Februarii, Anno VIII.

1219 Eodem pariter tempore ad Sanctæ Romànæ Eccleſiæ unionem acceſſit nobiliſſima Vidua quondam Alexandri Principis in Vallachia uxor, cujus ope altera ejus filia Bulgariæ Imperatrix, abjurato ſchiſmate, & ipſa quoque eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſe univit. Hinc Urbanus horum habitâ notitiâ, gratulatorias eidem Principiſſæ literas fecit, gratias quoque referens de ſacris quibuſdam ornamentis, ac calicibus miſſis ad Apoſtolorum Baſilicas, hortanſque inſuper, ut curet alteram ejus filiam Serviæ Reginam ad eandem reducere Sacroſanctam Romanam Eccleſiam. Exhibentur literæ à Raynaldo ad hunc Annum MCCCLXX. ſub num. 5. ſic ſe habentes.

Urbanus &c. Nobili Mulieri Claræ relictæ
quondam Alexandri Weyda in Wala-
chia Viduæ, ſalutem &c.

1220 „ Lætamur in Domino, dilecta
„ filia, ſibique gratias agimus ex intimis no-
„ ſtri cordis, quòd ſicut fide digna relatione
„ didicimus, tu Spiritus Sancti lumine illu-
„ ſtrata, & per eximiæ devotionis opera, &
„ multiplicium virtutum exercitium jugiter
„ Altiſſimo famularis: & inter alia Chariſ-
„ ſimam filiam noſtram in Chriſto Imperatri-
„ cem Bulgariæ illuſtrem natam tuam, à
„ ſchiſmate ac erroribus hæreticalibus, in
„ quibus diutiùs fuerat, retraxiſti. Verùm
„ quia habere diceris alteram natam, videli-
„ cet Ancham Reginam Serviæ illuſtrem,
„ adhùc in ſimilibus ſchiſmate, ac erroribus
„ permanentem, charitatem tuam excita-
„ mus, ac hortamur attentiùs & rogamus,
„ quatenùs, ut multos lucrifacias Dño Jeſu
„ Chriſto, dictam Reginam, aliaſque utriuſq;
„ ſexus perſonas, ſchiſmate, ac hæreſibus ma-
„ culatas, ad præfatæ Fidei, extra quam non
„ eſt ſalus, coneris convertere puritatem.
„ Cæterùm devotionem tuam ex eo, quòd
„ Beatos Apoſtolos Petrum & Paulum, eo-
„ rumque Baſilicas, & nos etiam de Calici-
„ bus aureis & paramentis pretioſis pro Di-
„ vinis obſequiis honoraſti, dignæ commen-
„ dationis attollere præconio, liberalitati tuæ
„ providæ gratiarum referimus actiones.
„ Datum Romæ apud S. Petrum XIV. Kal.
„ Februarii, Anno VIII. *Hactenus literæ.*

1221 Cùm porrò Latiſlaus alter Wallachiæ Princeps, adhùc in veteri ſordeſceret ſchiſmate, pius Pontifex, ut eum ad veritatis tramitem, & ad verum Chriſti ovile traduceret, ſua non omiſit ſtudia: ad hoc namquè datis literis, maximè eſt hortatus, laudans primùm de illius zelo in repellendis Turchorum conatibus, inde dolenter admonens non eſſe in ſtatu ſalutis, licèt adverſùs Chriſtiani nominis hoſtem viriliter pugnet, quoniam extra Romanam Eccleſiam non eſt ſalus, à qua ipſe per ſchiſma ſejunctus & ſciſſus eſt. Itaque Urbanus ſic ei ſcripſit.

Urbanus &c. Nobili Viro Latiſlao Waydæ
Valachiæ, gratiam in præſenti, per quam
obtineat gloriam in futuro.

1222 „ Fide dignorum relatione per-
„ cepimus, quòd licèt ejuſdem Paſtoris, vi-
„ delicet Domini noſtri Jeſu Chriſti fidem
„ profitearis, tamen extra ovile præfatum,
„ ſcilicet gremium, & obedientiam Sacro-
„ ſanctæ Romanæ, ac Catholicæ, & Apoſto-
„ licæ Eccleſiæ Matris & Magiſtræ cuncto-
„ rum fidelium, extra quam non eſt ſalus,
„ ex antiquo ſchiſmate in te à tuis antiquis
„ prædeceſſoribus derivato moraris, & mul-
„ tiplicibus erroribus involutus exiſtis.

1223 „ Nihilominùs, quia credens for-
„ tè, te in ſtatu ſalutis exiſtere, impios Tur-
„ chos catholicæ Fidei hoſtes pro Dei & præ-
„ fatæ Sedis reverentia perſequeris, & tuos
„ reputas inimicos. Sed dolemus ab inti-
„ mis, ſi non certas legitimè, cùm nonniſi
„ certamen exercenti legitimũ corona ætcr-
„ ni præmii, ſecundùm decorem gentium tri-
„ buatur: tantòque ferventiùs tuam ſalu-
„ tem ſiſcimus, quantò ſi in toto corde tuo
„ convertaris ad Dominum, futurus victo-
„ rioſior Chriſti pugil veriſimiliter exiſti-
„ maris.

1224 „ Quare magnificentiam tuam hor-
„ tamur in Domino, & obſecramus per vi-
„ ſcera miſericordiæ Dei noſtri, quatenus
„ relictis ſchiſmate & erroribus univerſis,
„ per inſtructionem Catholicorũ & religio-
„ ſorum virorum (quorum multi in tuo Do-

,, minio, præſertim ex operatione dilectæ
,, in Chriſto filiæ nobilis mulieris Claræ No-
,, vercæ tuæ, non ſolùm Catholicæ, ſed cla-
,, ris dictæ fidei & virtutum meritis inſigni-
,, tæ, moram trahere aſſerunt) ad ovile præ-
,, fatum ſecurus advenias, in eo cum aliis
,, Chriſtifidelibus perpetuò permanſurus,
,, & ſalutis æternæ præmia recepturus; nos
,, enim, ſi hoc fideliter & ſincerè effeceris,
,, te ut Filium dilectiſſimum habere propo-
,, nimus; ac tibi in tuis & Terræ tuæ nego-
,, tiis Apoſtolicæ Sedis favoribus aſſiſtere
,, gratoisè. Datum Romæ apud S. Petrum VI.
,, Idus Aprilis, Anno VIII.

1225 Interea excolentibus Minoritis vineam Domini in partibus Moldaviæ, Divinâ cooperante gratiâ, Latzko illius Dux & Princeps, agnitâ fidei veritate, abjuratis erroribus & ſchiſmate, in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ gremium ſe recipi optabat: Et quoniam in Eccleſiæ Halecenſi in Ruſſiæ partibus ſita ſchiſmaticus tunc præerat Epiſcopus, poſtulavit præfatus Dux pro Fidei catholicæ incremento, ut oppidum ſuum Ceretenſe ejuſdem Halecenſis Diœceſis, erigeretur in Civitatem, ac ibidem præficeretur Epiſcopus Catholicus, miſſis ad Pontificem Fratre Nicolao de Melſac, & Fratre Paulo de Swidinicz ex Minorum Ordine, qui omnia ei expoſuerant. Annuit poſtulatis Urbanus, atque eam Provinciam Pragenſi Archiepiſcopo, & Wratiſlavienſi, ac Cracovienſi Epiſcopis demandavit, datis infraſcriptis literis, à Raynaldo exhibitis ad hunc annum ſub num. 7.

Urbanus &c. Archiepiſcopo Pragenſi, & Wratiſlavienſi, ac Cracovienſi Epiſcopis.

1226 Nobilis Vir Latzko Dux Molda-
,, vienſis partium ſeù nationis Walachiæ, no-
,, bis per dilectos filios Nicolaum de Melſac,
,, & Paulum de Swidinicz Ordinis Fratrum
,, Minorum profeſſores, notificare curavit,
,, quòd ipſe, & ſuus populus, Ducatus, ſeù
,, Terræ Moldavienſis, licèt Chriſtianitatis
,, nomine glorientur, tamen ipſi & eorum
,, progenitores ſchiſmatici fuerunt hactenus
,, & exiſtunt: ſed quorumdam Fratrum Mi-
,, norum prædicationibus, & doctrinis in-
,, ducti, abnegare volunt omne ſchiſma, pro-
,, fiterique ſanctam Fidem, quam Catholica
,, & Apoſtolica Eccleſia tenet, docet, &
,, prædicat; ac nobis & ſucceſſoribus noſtris
,, Romanis Pontificibus, & Sanctæ Romanæ
,, Eccleſiæ, humiliter obedire, ac intendere
,, de cætero, prout alii Catholici Principes
,, & Populi obediunt, & intendunt: Nobiſ-
,, que idem Dux humiliter ſupplicavit, quòd
,, Oppidum ſuum Ceretenſe Halecenſis Diœ-
,, ceſis ſpatio magno Terrarum diffuſæ (cui
,, præeſt Epiſcopus ſchiſmaticus, cujus Ec-
,, cleſia Halecenſis eſt in Ruſſiæ partibus
,, Schiſmaticorum videlicet conſtituta, uti-
,, que inſigne, ac incolarum multitudine co-
,, pioſum & aliàs aptum decorari inſignibus
,, Civitatis) in Civitatem erigere, ac Civi-
,, tatis inſignire vocabulo, & eidem Epiſco-
,, pum præficere Catholicum, qui ipſos Du-
,, cem & populum inſtruat & conſervet in
,, dicta Fide catholica, & alia opportuna cir-
,, ca hæc facere dignaremur.

1227 ,, Nos igitur ad ſalutem animarum
,, prædictarum Ducis, & populi contra Cru-
,, cis hoſtes aſſerentium jugiter ſe pugnare,
,, quos ab erroribus & ſchiſmate prædicto
,, revocare cupimus: augmentumque præ-
,, fatæ fidei plenis affectibus aſpirantes, ſed
,, de præmiſſis nobis expoſitis notitiam non
,, habentes, fraternitati veſtræ, de quorum
,, fidelitate & circumſpectione in his & aliis,
,, plenam in Domino fiduciam obtinemus,
,, de fratrum noſtrorum conſilio per Apoſto-
,, lica ſcripta committimus & mandamus,
,, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum
,, per vos, vel alium, ſeù alios Viros fideles
,, catholicos & prudentes, ſi præſatos Lat-
,, zkonem & populum repereritis velle firmi-
,, ter, purè, ſimpliciter, humiliter & reve-
,, renter Fidem catholicam ſuſcipere præliba-
,, tam (quos, ſi oporteat, ad hoc veſtris
,, doctrinis, & prædicationibus inducatis,
,, & per alios viros Catholicos ipſa Fide
,, peritos procuretis induci) poſtquam ipſi,
,, ſeù aliqua pars eorum, de qua veſtræ diſ-
,, cretioni videbitur expedire, abnegaverint
,, omne ſchiſma, & eandem Fidem devotè
,, ſuſceperint, & eam profeſſi fuerint, ſecun-
,, dùm formam, quam vobis ſub bulla noſtra
,, tranſmittimus, dictum Oppidum Cereten-
,, ſe, ac totam prædictam terram ſeù Duca-
,, tum Moldavienſem ab omni poteſtate, do-
,, minio, ſuperioritate, & juriſdictione or-
,, dinaria, & diœceſana, & ſubiectione Epiſ-
,, copali præfati Epiſcopi Halecenſis, ſeù
,, gerentis ſe pro Epiſcopo Halecenſi, ac Ec-
,, cleſiæ Halecenſis, & cujuslibet alterius
,, perſonæ Eccleſiaſticæ, in ipſius oppido, &
,, terra, ſeù Ducatu quamcumque ſpiritualem
,, ſeù Eccleſiaſticam poteſtatem, ſive juriſ-
,, dictionem prætendentis ſe habere, & ejus
,, Eccleſiæ ſeù dignitatis totaliter in perpe-
,, tuum eximatis, & etiam liberetis; Conſti-
,, tuentes, & ordinantes, quod ſolùm & im-
,, mediatè Sanctæ Apoſtolicæ Sedi in ſpiri-
,, tualibus ſubſit: & deinde præfatum oppi-
,, dum in Civitatem erigatis & Civitatis vo-
,, cabulo decoretis, ac totam dictam terram,
,, ſeù Ducatum Moldavienſem, in quantùm
,, ad præſatum Ducem pertinet, eidem Civi-
,, tati pro Diœceſi aſſignetis & etiam depu-
,, tetis, & ipſam Diœceſim certis terminis
,, limitetis: Et ſi Eccleſia ibidem ſit ad hoc
,, congrua, illam in Cathedralem & Epiſ-
,, copalem etiam erigatis &c. Datum apud
,, Montem Flaſconem nono Kalendas Au-

gu-

Digitized by Google

„ guſti, Anno VIII. *Hactenus literæ.*

1228 Subjungit Raynaldus, in præfatis Apoſtolicis literis injunctum fuiſſe præfatis Epiſcopis, ut Fratrem Andream de Cracovia ex Minorum Ordine præficerent in Epiſcopum Moldaviæ, utpotè virum literarum eruditione, ac pietate inſignem. Cæterùm paucis elapſis diebus idem Urbanus formam profitendi catholicam Fidem pro recipiendis in ſinum Sanctæ Eccleſiæ ſchiſmaticis & hæreticis ſub Pontificia Bulla, cujus in prærecitatis literis mentionem fecit, expedivit, mandans, ac præcipiens univerſis Operariis Apoſtolicis, ac Catholicis, & Eccleſiaſticis Viris, ut eâ formâ in reconciliandis prædictis uterentur ſchiſmaticis & hæreticis; quæ quidem ad hunc ſe habet modum.

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

1229 „ Ad propagationem Catholicæ
„ Fidei, ſuper cujus cuſtodia fuimus (licèt
„ inſufficientibus meritis) à Domino depu-
„ tati, & quorumlibet gloriantium nomine
„ chriſtiano, ſed deviantium à gremio Sa-
„ croſanctæ Romanæ ac Catholicæ & Apo-
„ ſtolicæ Eccleſiæ Matris & Magiſtræ cun-
„ ctorum Chriſtianorum fidelium, cui au-
„ ctore ipſo Domino præſidemus, reductio-
„ nem ad obedientiam. & reverentiam ipſius
„ Eccleſię Paſtorali ſolicitudine intendentes,
„ viam & formam omnibus hujuſmodi deviis
„ tenemus oſtendere, per quas ſalubriter ad
„ dictum gremium poſſint accedere, in eo-
„ que perpetuò commorari.

1230 „ Sanè, cùm, ſicut accepimus,
„ nonnulli Reges & Principes, & alii Chri-
„ ſtiani, tam Clerici, & Eccleſiaſticæ Perſonæ
„ Religioſæ, & etiam Sæculares, quàm Lai-
„ ci, qui extra obedientiam dictæ Eccleſiæ,
„ extra quam non eſt ſalus, damnabiliter
„ permanſerunt hactenus, & permanere no-
„ ſcuntur, ad dictæ Eccleſiæ redire, ſeu ve-
„ nire deſiderent unitatem, ac obedientiam
„ & reverentiam debitam & devotam; Nos,
„ volentes eos dictę Fidei profeſſionem, quam
„ dehent facere, ſalutari edocere doctrinâ,
„ infraſcriptam formam, quam in talibus
„ ſervare conſuevit dicta Eccleſia, præſenti-
„ bus fecimus annotari; volentes, ac man-
„ dantes, quòd quilibet, qui fuerit, ſeu eſt
„ ſchiſmaticus & præciſus à præfatæ Eccleſiæ
„ unitate, & ad eam redire voluerit, dictam
„ profeſſionem in manibus alicujus Prælati,
„ vel Clerici, aut Religioſi catholici, & præ-
„ fatæ Eccleſię communionem habentis, fa-
„ ciat in ipſa forma, quæ talis eſt.

1231 „ *Ego talis &c. profiteor & credo*
„ *Sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, &*
„ *Spiritum Sanctum, unum Deum omnipoten-*
„ *tem*, & cætera, prout in formula Fidei à
„ Palæologo emiſſa, & ſupra à nobis exhi-
„ bita, uſque ad illa verba, *ſemper ſalva.*
„ *Undè ſupraſcriptam Fidei veritatem, prout*
„ *plenè ſcripta & lecta eſt, & fideliter expoſita,*
„ *veram, ſanctam & orthodoxam Fidem eſſe*
„ *recognoſco, eam accepto, & corde ac ore pro-*
„ *fiteor, ipſamque, prout eam veraciter tenet,*
„ *& fideliter docet & prædicat Sacroſancta Ro-*
„ *mana Eccleſia, me inviolabiliter ſervaturum,*
„ *& in ea omni tempore perſeveraturum, nec*
„ *ab ea ullo unquam tempore receſſurum, &*
„ *quoquomodò deviaturum promitto; & abre-*
„ *nuncio omni ſchiſmati. Primatum quoque*
„ *ipſius Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prout*
„ *in præmiſſa ſerie continetur, ad ipſius Eccle-*
„ *ſiæ obedientiam ſpontaneus veniens, fateor*
„ *& recognoſco, accepto & ſpontè ſuſcipio; &*
„ *me omnia præmiſſa tam circa Fidei verita-*
„ *tem, quàm circa ejuſdem Romanæ Eccleſiæ*
„ *primatum & ipſorum recognitionem, acce-*
„ *ptationem, ſuſceptionem, obſervantiam, &*
„ *perſeverantiam ſervaturum, præſtito corpo-*
„ *rali juramento, promitto & confirmo. Sic me*
„ *Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*
„ *Quòd ſi contra hæc aliquid ſentire, confiteri,*
„ *aut aliàs agere præſumpſero, me ſchiſmaticum*
„ *& anathematizatum eo ipſo recognoſco, ac ſe*
„ *veritati ſacrorum Canonum ſubjacere. Nulli*
„ *ergo &c.* Datum apud Montem Flaſconem
„ Kal. Auguſti, Anno VIII.

1232 His expeditis literis, Urbanus remiſit in partes Raſciæ, Lithuaniæ, & Vallachiæ Fratrem Nicolaum de Melſat ſupramemoratum, datâ ei facultate aſſumendi viginti quinque Fratres ejuſdem Minorum Ordinis, ſecum ducendos ad partes illas pro Evangelicæ doctrinæ propagatione, & ad effectum ſchiſmaticos & hæreticos illarumvè partium in gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reducendi, prout indicant literæ Pontificiæ eidem datæ, & recitatæ à Wadingo ad præcitatum Annum, ſub num. 12. ſic ſe habentes.

Dilecto filio Nicolao, dicto Malſat, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori.

1233 „ Ad excolendam Dominicam vi-
„ neam in partibus Raſciæ, Lithuaniæ, &
„ Vallachiæ, quas Schiſmatici & Gentiles
„ habitant, multos mittendos Operarios ne-
„ ceſſarium exiſtimantes, illos ad hoc aptos
„ & promptos per perſonas diſcretione & fi-
„ delitate pollētes recipi cupimus, & Apoſto-
„ lica ſolicitudine procuramus. De tuis igi-
„ tur circumſpectione & fidelitate nobis fide-
„ digno teſtimonio commendatis, gerentes
„ in Domino fiduciam pleniorem, tibi vigin-
„ ti quinque Fratres Ordinis Minorum, cu-
„ jus profeſſor exiſtis, quos vitâ, diſcretio-
„ ne, literaturâque idoneos ad hoc fore pu-
„ taveris, & de quibus cum perſonis ejuſ-
„ dem Ordinis, vel aliis quibuſcumque, te
„ valeas informare, de quibuſcumque Na-
„ tionibus & Conventibus aſſumendi & re-

„ cipiendi, ac ducendi, ſeù mittendi ad eaſ-
„ dem partes, in quibus moram longam tra-
„ xiſſe aſſeris, eiſdemque Fratribus, poſt-
„ quàm per te aſſumpti fuerint & recepti, ad
„ eaſdem partes proficiſcendi, in eiſque mo-
„ randi pro propagatione, & conſervatione
„ Catholicæ Fidei fideliter laborando, quo-
„ rumcomque ſuorum Prælatorum, ſeù Su-
„ periorum licentia minimè requiſita. Non
„ obſtantibus Regulâ, & Conſtitutionibus
„ præfati Ordinis, & aliis contrariis qui-
„ buſcumque, plenam concedimus tenore
„ præſentium facultatem. Dat. apud Mon-
„ tem Flaſconem ſecundo Nonas Auguſti,
„ Anno VIII.

1234 Deindè paulò poſt ſimilem facultatem conceſſit Fratri Antonio ex eodem Ordine, Epiſcopo Melevitano, ut pariter poſſet pro ſuo libito ſeligere viginti quinque alios Fratres Minores, ad effectum eos in partibus Georgiæ, & aliis deſtinandi, causâ verbum Dei prædicandi, hæreticos ad rectam fidem, & Gentiles traducendi, atque Schiſmaticos adducendi in ſinum Sanctæ Romanæ & Matris Eccleſiæ. Extant literæ eidem Epiſcopo datæ XVII. Kalendas Septembris, pariter apud Montem Flaſconem, incipientes: *Ad excolendam Dominicam vineam in Georgianæ, & aliis partibus, quas Schiſmatici, & Infideles habitant*, & in cæteris iiſdem prorsùs verbis & ſententiis conceptæ, ſicut ſuperiùs recenſitæ. Notat Raynaldus ex Vaticano Regeſto, eodem tempore etiam quatuor Epiſcopos ex eodem Minorum Ordine, Religionis latiùs proferendæ cupidiſſimos, & ad fundendum pro Chriſto ſanguinem paratos, ab eodem Urbano in Albaniam, aliaſque vicinas Provincias amandatos, quos plurimùm commendavit tùm Archiepiſcopo Dyrrachienſi, tùm Strazimiro, Georgio, & Balſæ Zupania Geuciæ, quos Fidem orthodoxam, abjurato ſchiſmate, amplecti decreverant, cùm etiam univerſis Albaniæ Catholicis, quorum non meminit noſter Wadingus; quoniam fortaſsè authentica illa Vaticana monumenta à Raynaldo reperta, ei non occurrerunt.

1235 Cæterùm nec Fidei profeſſio emiſſa à Palæologo, nec multi Nobiles Viri, & Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ eadem tempeſtate amplexi ſunt orthodoxam Fidem, nec labor tot & tantorum Apoſtolicorum Virorum, ſatis fuere, ut univerſa Græcia eidem Imperatori ſubjecta, rectam amplecteretur Fidem, & eidem Sanctæ Romanæ & univerſali reconciliaretur Eccleſiæ, reluctantibus adhùc diverſis Epiſcopis, & pluribus de populo etiam Nobilibus, prout infra, ſub Pontificatu Gregorii XI. fuſiùs oſtendemus. Et quidem Cantacuzenus olim Græcorum Imperator, poſteà Monachus Sancti Baſilii, qui apud Monachos & Clerum plurimùm ſcientiâ præexcellere videbatur, nondùm errores à Palamo evulgatos, de diſtinctione reali Divinorum Attributorum, ac de increato Thaborico lumine, evacuaverat, ſicut apparet in ſcripto edito à Paulo Latino Conſtantinopolitano Patriarcha, miſſo ab Urbano pro Græcorum unione, edito poſt congreſſum habitum cum præfato Cantacuzeno, quod ſic ſe habet;

Paulus, miſeratione divina, Patriarcha Conſtantinopolitanus, omnibus in Chriſto fidelibus &c.
& infra.

1236 „ Nè poſteros veritas rerum prætereat, oportere cenſui, quæ inter Imperatorem Cantacuzenum, & me diſputari
„ contigit, ſcripturæ tradere. Quoniam enim
„ ad D. Papam Urbanum V. & ejus Cardinales nonnulli Græci retulerunt, com-
„ memoratum Imperatorem Cantacuzenum,
„ & Eccleſiam Græcorum multas ſuo dogmate divinitates inducere ſupereminentes &
„ remiſſas, eò quòd aſſerant, quæ Deo inſunt realiter inter ſe differre, & unum-
„ quodq; horum Deitatem diſtinctam in infinitum à Divina ſubſtantia diſtare; cùm
„ noſſe verùm hujus doctrinæ cuperem, Conſtantinopoli degens, quandò ad Imperatorem Palæologum à commemorato Summo
„ Pontifice miſſus fui, quæſivimus iſtud ſcire,
„ non autem potuimus verbo, vel re aliquid
„ certi de hac opinione & impia doctrina
„ comprehendere: quapropter & coactus ſum
„ verbis aſperis eos inſectari, & veluti qui-
„ buſdam argumentis provocare. Tandem
„ Imperator ipſe Cantacuzenus de hac opinione mecum verba fecit, quamvis autem
„ à principio videretur mihi non rectè ſenti-
„ re, qui ex ejus verbis eum diſtinctionem
„ realem ponere ſuſpicabar; tamen poſt ali-
„ quos dies ſermone protracto dixit, ſe non
„ ſentire realem diſtinctionem inter ea, quæ
„ Deo inſunt, ſed tantùm ratione & conce-
„ ptu mentis. Tunc veluti gavisus dixi, be-
„ nè eum dicere, & cum Beato Ambroſio
„ convenire. Poſteà dicta colloquia ſcriptis
„ mandavit, quibus nonnulla inſeruit, quæ
„ dubitationem pariunt, utrum rationis tan-
„ tùm, an etiam realem diſtinctionem eſſe
„ contendat; quæ profectò ſcripta Summo
„ Pontifici oſtendam, ut ea vel improbet,
„ vel confirmet. Deinde ſcripſit de lumine,
„ quod apparuit in Monte Thabor, aſſerens,
„ illud eſſe increatum, & non eſſe Dei eſſen-
„ tiam, ſed quandam divinam operationem,
„ quod nè auditu quidem ferendum eſt; ni-
„ hil enim eſt increatum præter Divinam eſ-
„ ſentiam, & omne increatum ſempiternum
„ eſt; nullum porrò ſempiternum viſibile eſt;
„ quæ enim cernuntur temporanea. Quare
„ ſi diceret, illud viſibile lumen ſymbolum
„ fuiſſe inviſibilis & increati luminis, utique
„ rectè ſaperet: dicere autem, lumen, quod
cor-

„ corporalibus oculis viſum eſt, eſſe increa-
„ tum, omninò extra terminos Fidei eſt con-
„ tra omnem rationem. Hæc igitur volumus
„ præſenti ſcripto eſſe manifeſta, ut rei veri-
„ tas in poſterùm conſervetur. *Hactenus Paulus apud Raynald. ad Ann. D. MCCCLXVII.* ſub num. 12. Et quidem in Hiſtoria ejuſdem Cantacuzeni lib. 2. cap. 40. hic error habetur inſartus.

CAPUT XXII.

De Urbani V. obitu; Gregorii XI. electione; ac aliquibus ejus geſtis in ſui Pontificatus exordio.

1237 EOdem Anno MCCCLXX. Urbani V. Pontificatus An. VIII. Caroli IV. Imperatoris Anno XXV. Imperii Joannis Palæologi Anno XXX. Indictione VIII. adveniente tempore æſtivo idem Urbanus Româ decedens, ad ſalubriorem Montis Flaſconis aerem ſe contulit, ac Viterbium declinans, mentem ſuam de rapetendo sd Civitatem Avenionis publicè aperuit, ut ita omnes Curiales sd hoc ſe diſponerent, indictis feriis à principio menſis Junii tunc inſtantis ad uſque principium menſis Octobris proximi futuri, prout notat Auctor Vitæ ejus apud Boſquetum. Et ſanè non ſine ingenti Romanorum dolore, aliorumque populorum, qui erga Apoſtolicam Sedem propenſiores erant maximè ſuſpicantes, nè alii ſucceſſores ad anteceſſorum exemplum à reſtituenda Urbi Sede Apoſtolica abhorrerent: Quare Romani miſſis sd eundem Pontificem compluribus ex ſuis Civibus, prefatum dolorem & metum eidem exponere ſecerunt: Quibus Urbanus conſolatorias dedit literas, quibus etiam eorum famæ conſulere voluit, nè locus eſſet ſuſpicandi ſuum receſſum occaſionatum fuiſſe, aut quia malè habitus fuiſſet à Romanis, aut quia ipſe abhorreret Romanos, prout in eis literis exhibitis à Raynaldo ad Annum Domini MCCCLXX. ſub num. 19. tenoris videlicet ſequentis.

Urbanus Epiſcopus &c. Dilectis filiis Populo Romano.

1238 „ Non dubitamus, dilecti filii,
„ quòd ſicut nobis multorum veſtrorum con-
„ civium, & aliorum fide dignorum relatio
„ pateſecit, vos qui ex noſtra præſentia in
„ Urbe pro tempore, aliiſque vicinis parti-
„ bus habita fidelibus affectibus lætati fuiſtis
„ audito pro certo, quòd nos sd partes ul-
„ tramontanas redire proponimus, corda
„ veſtra de futura Patris abſentia, gravi mæ-
„ ſtitia contabeſcunt; & quòd ex eo inter
„ alias veſtri doloris cauſas triſtamini, quòd
„ timetis exinde ſucceſſoribus noſtris Roma-
„ nis Pontificibus veniendi ad dictam Urbem
„ ſubtrahi voluntatem, quòd non perpetuò
„ (ut ſperabatis) ſed modico tempore, vi-
„ delicet triennio vobiſcum, & in eiſdem
„ vicinis partibus fuerimus commorati.

1239 „ Licèt igitur ex paternæ teneri-
„ tatis affectu, quem ad vos ſincerè gerimus
„ etiam nos de hujuſmodi doleamus acceſſu;
„ tamen ad conſolationem veſtram, ac no-
„ titiam, præſentiam, & memoriam futuro-
„ rum, eiſdem ſucceſſoribus, ac certis aliis
„ præſentibus & futuris tenore præſentium
„ atteſtamur, quòd nos & Fratres noſtri
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, no-
„ ſtrique familiares & officiales, aliique Ro-
„ manam Curiam, vobiſcum per triennium
„ & in locis circumvicinis in magna quiete
„ & conſolatione permanſimus; voſque com-
„ muniter, & diviſim nos & dictam Curiam
„ reverenter & favorabiliter tractaviſtis: &
„ quòd nec cauſa ſufficit, neque ſubeſt, ex
„ qua dictam Urbem corporaliter relinquere
„ debeamus, ſed ex certis cauſis non ſolùm
„ utilibus pro univerſali Eccleſia, ſed etiam
„ urgentibus, ad eaſdem ultramontanas par-
„ tes intendimus, dante Domino, remeara,
„ nihilominùs tamen vobiſcum ſemper men-
„ taliter erimus, quamdiù in devotione, &
„ obedientia noſtra & Eccleſiæ præfatæ eri-
„ tis, prout ſemper hactenus filiali perſeve-
„ rantia extitiſtis, voſque abſentes, ſicut præ-
„ ſentes, intendimus paternè ſovere, & in
„ iis, quæ decenter poterimus, conſolari.

1240 „ Ideoque filiationem veſtram hor-
„ tamur in Domino, mandantes, quatenùs
„ ſicut viri prudentes & fortes, de prælibato
„ noſtro receſſu ex his plenæ conſolationis
„ remedium aſſumentas, in unitate pacis, &
„ ſoliditate quietis continuè perſiſtatis, ut
„ bonus ſtatus dictæ Urbis, qui vigere de
„ præſenti dignoſcitur, non ſolùm perſeve-
„ ret jugiter, ſed votivum ſuſcipiat incre-
„ mentum: Et nos, ac iidem ſucceſſores no-
„ ſtri, ſi pro tempore, ſuadentibus cauſis uti-
„ libus, ad Urbem ipſam redire voluerimus,
„ ac veniendo propter ejus malum ſtatum
„ minimè retrahamur. Datum apud Mon-
„ tem Flaſconem VI. Kalendas Julii, Anno
„ VIII. *Hactenus literæ.*

1241 Non exprimit Urbanus ſui receſſus cauſam, eam verò indicat Auctor Vitæ ejus ſupramemoratus, quòd videlicet exorto diro bello inter Angliæ, & Franciæ Reges, Urbanus ad illud ſedandum, pacemque inter eos firmandam, perſonaliter adire voluiſſe: „ Au-
„ diebat mala *inquit*, quæ continuè fiebant,
„ & majora fieri ſperabantur occaſione guer-
„ ræ noviter ſuſcitatæ & exortæ inter Reges
„ Franciæ & Angliæ memoratos: quibus ut
„ obviare poſſet, multùm inerat menti ſuæ,
„ eratque intentionis (ſibi Domino favente)
„ circa hujuſmodi guerræ ſedationem totis
viri-

„ viribus laborare, & intendere etiam in „ propria ad dictos Reges accedendo perſo- „ na hac de cauſa, nbi aliàs ſuper hoc ſe non „ poſſe proficere reperiret. *Hæc ille*.

1242 Cæterùm nec hanc, nec quamvis aliam cauſam præfati receſſus à Deo probatam, ſatis indicat Divina illa revelatio Sanctæ Birgittæ, tunc viventis, divinitùs factæ, cujus meminit Sanctus Antoninus par.3. titul.XXIV. cap.XI. §.2. ubi de hac ſancta fœmina verba faciens, ait: „ In Monte Flaſco- „ ne Urbano Papa V. exiſtente, revelatio- „ nem ſibi factam à Dei Genitrice, in qua „ ſub mortis comminatione, futurique ju- „ dicii diſtrictione, Pontifici inhibebat, nè „ de Roma, vel Italia recedendo, Avenio- „ nem peteret perſonaliter, præſentavit: quod „ tamen Papa non implevit, undè & mala „ innumera ſecuta ſunt. *Hæc Antoninus*. Hinc Petrarcha lib.13. Rer. Senil. Epiſt.13. ad Franciſcum Brunum cauſam hujuſmodi receſſus in aulicos Pontificios refundit, à quibus Papa flecti ſinuit; ait namque: *Flecti ſe ſinuit peſſimam in partem, & ut malit hominibus placeret, Chriſto diſplicuit & Petro, boniſque omnibus*. Nam & Petrus Aragoniæ Rex, qui abjecto Regno Minoriticum habitum ſuſceperat, eundem Pontificem monuerat, nè Avenionem rediret, nè conflandi ſchiſmatis, quo innumera innocentium Chriſtianorum millia peritura forent, occaſionem daret, ut refert Alphonſus quondàm Epiſcopus Giennenſis & Eremita, apud Raynaldum, loco mox citato: Et ita apparet, Urbanum bonorum Virorum conſilium ſpreviſſe, & malorum aulicorum magis adhæſiſſe ſuggeſtionibus, ut innuit Petrarcha: ſed quoniam aliundè Vir bonus & ſanctiſſimus fuit, nonniſi deceptus hoc malum egit, de quo plurimùm doluit, ac pœnitentiam egit.

1243 Itaque, prout memoratus ejus Vitæ Scriptor adnotat, Urbanus conſtituto Vicario in Patrimonio, & in aliquibus circumadjacentibus Provinciis D.Petro de Stanno, ſive Stagno, quem unà cum D. Petro Corſino apud Montem Flaſconem, die ſexta præteriti menſis Junii Cardinalem creaverat, iter ſuum versùs Cornetum arripuit, ac, inquit: „ Mare „ intravit in Corneto die V. Septembris, ubi „ invenit Galeas, & navigia ad excellen- „ tiam, de quibus cum magna excellentia, „ & apparatu ſibi providerant Reges Fran- „ ciæ, & Aragonum, Regina Siciliæ, Civi- „ tas Avenionenſis, & Provinciales: ſicque, „ Divino ſibi aſſiſtente præſidio, iter ſuum „ continuando, Maſſiliæ fœliciter applicuit: „ & XXV. Avenione, ubi cum gaudio & exul- „ tatione maxima receptus eſt. *Hæc Scriptor*. Qui poſtea ſubjungit enarrans, quomodo cùm eſſet Avenione ſtatim operam dedit conciliandis præmemoratibus Regibus Angliæ & Franciæ, quòd tamen gravi infirmitate oppreſſus, indeque ſecuta morte, non implevit: „ Poſtquam rediit de partibus Ita- „ liæ, *ait*, tot aliter mente diſpoſuit in pro- „ pria laborare circa pacificationem dicto- „ rum Regum Francorum & Angliæ, ad quod „ etiam certa præparativa ordinavit; ſed ſa- „ tis citò magna infirmitas ipſum arripuit, „ ex qua ſentiens gravari, mortemque ſibi „ propinquam æſtimans, ad ea vacare deſti- „ tit. *Hactenus ille*.

1244 Verùm juxta Sanctæ Birgittæ factam revelationem poſt Urbani ab Italia receſſum brevi vitâ functus eſt: obiit namque paulò poſt, nimirum XIV. Kal. Januarias, hoc eſt, die XIX. menſis Decem. in ipſa Avenionenſi Civitate, ejuſdem ſui receſſus anni, videlicet MCCCLXX. labentis, ineunte ſui Pontificatus Anno IX. prout in literis datis à Dominorum Cardinalium Collegio ad Cardinalem Anglicum Epiſcopum Albanenſem, palàm conſtat: cum præfatæ literæ datæ leguntur die XIX. præfati menſis Decembris, eodem die, quo Urbanus ad Dominum migravit ſcribentibus in eis præfatis Dominis Cardinalibus: „ Hodiè ſiquidem, ſanctæ memoriæ „ Domino noſtro Domino Urbano Papa V. „ circa horam veſperorum ſublato de medio, „ gravis mœror in amara conſideratione ja- „ cturæ, quam pertulit univerſalis Eccleſia, „ omnium noſtrum mentes invaſit. *Hæc ibi*. In quo non diſcrepant ejus acta, ex Archivio Monaſterii Sancti Victoris, atque ex Regeſto Vaticano, exhibita à Raynaldo, in quibus legitur: „ Obiit die decima nona menſis De- „ cembris, circa horam nonam, Pontificatus „ ſui Anno Nono, in Camera domus babita- „ tionis Domini Cardinalis Albanenſis, ja- „ nuis patentibus & apertis omninò, ut qui- „ libet veniens ad videndum ejus finem fœ- „ licem, & catholicum, intrare poſſet: Si- „ gnum Sanctæ Crucis tenens in manibus, „ & veſtitus ſemper exiſtens, nec de illa in- „ firmitate jacuerat quomodolibet denuda- „ tus. *Hæc ibi*. Hinc corrigendus eſt Calviſius, qui Urbani obitum conſignat in die XXI. Decem. quemadmodùm & alii, qui in aliû diem præter deſignatum, obiiſſe tradunt.

1245 Porrò Urbani Vitæ Scriptor apud Boſquetum, non ſolùm obitum deſignat, ſed illius ſanctiſſimam præparationem ante præfatum obitum adnotat, inquiens: „ Ad illa, „ quæ animæ ſuæ ſalutem concernere pote- „ rant, totaliter ſe convertit, humiliterque „ & devotè ſæpiùs confeſſus eſt, & cætera „ Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcepit: Præſen- „ tibus etiam Camerario, Confeſſore, pluri- „ buſque aliis familiaribus ſuis, ac aliis mul- „ tis notabilibus perſonis, dixit & aſſeruit, „ ſe tenere, & credere firmiter, ſicque con- „ feſſus eſt ſimpliciter, quidquid Sancta ca- „ tholica & Apoſtolica tenet, docet, & „ prædicat Eccleſia: Et ſi per priùs dicendo, „ legendo, prædicando, aut diſputando, vel „ aliàs aliud quovis modo prædicaverat, vel di-

,, direxerat, totum id revocavit, voluitque
,, haberi pro non dicto, ſubmittens ſe & di-
,, cta ſua hujuſmodi correctioni, & determi-
,, nationi dictæ Sanctæ Matris Eccleſiæ, à
,, qua aſſeruit ſe nunquam deviaſſe ſcienter.
,, Tandem verò poſt multa bona & virtuoſa
,, opera in Dño requievit die XIX. menſis De-
,, cemb. Anno Domini MCCCLXX. Ponti-
,, ficatus ſui Anno IX. ſuitque ſepultus in
,, Eccleſia majori Avenonienſi, demùm
,, transferendus ad Monaſterium Sancti Vi-
,, ctoria Maſſilienſis, ubi vivens ſuam per-
,, petuam elegerat ſepulturam. magnis &
,, ſtupendis miraculis coruſcando; vacavit-
,, que Sedes XI. diebus. *Hæc ille*.

1246 Claruiſſe autem miraculis fatetur & idem Petrarcha mox citato, ubi ait: *Ut apud nos auditum eſt, ſanctitatis ejus fama nunc maximè celebratur, & miraculis claret, & ſubjungit: quod nulli ex prædeceſſoribus ſuit bis noviſſimis accidit*, In quo erat Petrarcha, quoniam & Benedictum XI. miraculis claruiſſe ſupra ſatis oſtenſum eſt. Tanta ſiquidem fama ſanctitatis ejus fuit, ex quotidiè poſt obitum ad ejus interceſſionem ſcatentibus miraculis, ut Waldemarus Daniæ Rex quinto poſt Anno poſtulaverit à Gregorio XI. ut memoratus Urbanus V. in Sanctorum Cathalogo inſcriberetur, ut indicat ipſemet Gregorius in redditis eidem Regi literis, ſub datis X. Kal. Septembris, ſui Pontificatus Anno V. in quibus inter alia ait: ,, Nobis ex-
,, poſita affectione ſincera, quam ad fœlicis
,, recordationis Urbani Papæ V. prædeceſſo-
,, ris noſtri memoriam habere dignoſceris,
,, Serenitatis tuæ inde grates referimus co-
,, pioſas, devotionem tuam plurimùm in Do-
,, mino commendantes: undè ſi noſtro tuiſ-
,, que temporibus canonizationem ipſius ve-
,, nire contingat, de ipſo te faciemus certio-
,, rem. *Hæc ibi*. Denique complura ejus clariſſima geſta deſcribit idem Auctor, ac apud Raynaldum ad hunc Annum ſub num. 21. relata habentur.

1247 Hic porrò Pontifex renovavit conceſſionem factam Religioſis Terræ Sanctæ ab Innocentio VI. prædeceſſore ſuo, ædificandi Monaſterium in Valle Joſaphat: & quoniam poſtulantibus præfatis Religioſis, ut pro conſtructione præfati Conventus, ac pro aliis neceſſitatibus, concederetur facultas aſportandi de terris Chriſtianorum ligna, ferramenta, claves, aliaque tùm pro conſtructione præfati Monaſterii, cùm pro reſtauratione Conventus Montis Sion, aliorumque locorum, Indulſerat Innocentius, Bullas tamen, ſuperveniente obitu, expedire minimè potuit, Urbanus præfatam conceſſionem confirmavit, expedita Bulla; quæ ex Archivio Sacri Montis Sion, ubi adhùc integra aſſervatur, à nobis tranſcripta, ſic ſe habet.

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Andreæ Chelbam, & Joanni Panber Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

1248 ,, Rationi congruit, & convenit
,, honeſtati, ut ea, quæ de Romani Pontifi-
,, cis gratia proceſſerunt, licèt ejus ſuperve-
,, niente obitu, literæ Apoſtolicæ ſuper illis
,, confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur ef-
,, fectum. Olim ſiquidem fœlicis recordatio-
,, nis Innocentius Papa VI. prædeceſſor no-
,, ſter, dilectis filiis Miniſtro Provinciali, &
,, Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ
,, Terræ Sanctæ, ſecundùm morem dicti Or-
,, dinis pro veneratione Sepulchri B. Mariæ
,, Virginis Glorioſæ in Valle Joſaphat con-
,, ſiſtentis, & loci ibi vicini, *Cavo*, vulgari-
,, ter nuncupati, in quo, ut aſſeritur, Sal-
,, vatore noſtro Domino Jeſu Chriſto nocte
,, ſuæ paſſionis orante ad Patrem, factus eſt
,, ſudor ejus tanquàm guttæ ſanguinis de-
,, currentis in terram, quemdam locum Fra-
,, trum dicti Ordinis, in quo Fratres ipſi
,, pro veneratione præmiſſa, & aliis divinis
,, ſervitiis commorari valerent cum neceſſa-
,, riis Officinis fundandi, & conſtruendi per
,, ſuas certi tenoris literas, plenam & libe-
,, ram duxit licentiam concedendam, prout
,, in ipſius literis pleniùs continetur.

1249 ,, Et deinde dicto prædeceſſori pro
,, parte ipſorum Miniſtri & Fratrum, ſup-
,, plicato, ut eis & vobis eorum nomine,
,, tam pro conſtructione hujuſmodi, quàm
,, etiam pro reparatione loci eorum de Mon-
,, te Sion dicti Ordinis, qui ſicut aſſeritur,
,, pro majori parte ruinam minatur, portandi,
,, ac portari faciendi ad partes illas ferramen-
,, ta, quæ in partibus ipſis commodè haberi
,, non poſſunt, licentiam concedere digna-
,, retur, idem prædeceſſor hujuſmodi ſup-
,, plicationibus inclinatus, portandi, & por-
,, tari faciendi prædicta, & alia ferramenta
,, pro fundatione, conſtructione & repara-
,, tione prædictis, ut præmittitur, opportu-
,, nâ, Conſtitutionibus, prohibitionibus, &
,, proceſſibus Apoſtolicæ Sedis, ſpirituales
,, & temporales pœnas, mulctas, & ſenten-
,, tias prolatas in deferentes, ſeù deferri fa-
,, cientes ferrum, ſeù lignamina, ad partes
,, eaſdem continentibus, nequaquam obſtan-
,, tibus, vobis videlicet, ſecundo Kalendas
,, Junii, Pontificatus ſui Anno X. de beni-
,, gnitate Apoſtolica conceſſit licentiam, at-
,, que dedit. Voluit tamen, quòd in mani-
,, bus Diœceſani loci, in quo navigium, ſeù
,, navigia, in quo, vel in quibus prædicta
,, deferenda ponentur, exiſterent, quòd præ-
,, miſſa, vel aliquod eorundem, in fraudem
,, non faceretis, præſtaretis corporaliter ju-
ra-

„ ramentum, alioqnin niſi juramentum hu- „ juſmodi præſtaretis, ut præſertur conceſ- „ ſionem ipſam haberi voluit pro non facta, „ ac etiam voluit, quòd ſuper hujuſmodi ju- „ ramenti preſtatione Diœceſanus prædictns „ duo coafici faceret publica Inſtrumenta, „ quorum alterum Cameræ Apoſtolicæ de- „ ſtinare deberet, penès ſe reliquo reſer- „ vato.

1250 „ Verùm, quia ipſius prædeceſſo- „ ris, ſuperveniente obitu, literæ Apoſtolicæ „ ſuper dicta conceſſione confectæ non fue- „ runt, nos, nè propterea dictæ conceſſionis „ effectu fruſtremini, volumua & Apoſtolica „ auctoritate decernimus, quòd dicta con- „ ceſſio per eundem prædeceſſorem, ut præ- „ mittitur, vobis facta à prædicta die, vi- „ delicet ſecundo Kalendas Junii, perinde „ ſortiatur effectum; ac ſi ipſius prædeceſſo- „ ris literæ ſuper ea, ſub ipſius diei data, „ confectæ fuiſſent, prout ſuperiùs enarra- „ tur; quòdque præſentes literæ ad proban- „ dum plenè conceſſionem antedictam ubi- „ que ſufficiant, nec ad id probationis alte- „ rius adminiculum requiratur. Nulli ergò „ omninò hominum liceat hanc paginam no- „ ſtræ volnntatis & conſtitutionis infringere, „ vel ei auſu temerario contraire. Si quis „ autem hoc attentare præſumpſerit, indi- „ gnationem Omnipotentis Dei, & Beato- „ rum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe no- „ verit incurſurum. Datum Avenione VI. „ Idus Novembris, Pontificatus noſtri An- „ no primo. *Hactenus literæ*, quas etiam exhibet Wadingus in Regeſto Pontificio, ad Tom. 4. Annalium, ſed ex Regeſto Va- ticano.

1251 Cæterùm præfatum Monaſterium in dicta Valle Joſaphat nunquam ædificari potuit, Sarracenis ipſis ab initio fortaſsè re- luctantibus, ac inde proceſſu temporis, ſpectata difficultate ibidem, & extra Urbis mœnia tutè conſiſtendi propter Latronum in- curſiones, intermiſſa intentione; Certè ſub Urbani V. Pontificatu, & poſt factam ante- fatam conceſſionem, univerſi Religioſi Mi- nores, qui tunc Hieroſolymis in Conventu Sacri Montis Sion Deo famulabantur, nu- mero duodecim ab impiis Sarracenis truci- dati fuerunt, quorum, præter noſtra monu- menta, meminit Sanctus Antoninus par. 3. titul. 24. cap. 9. §. 21. ubi agit de 23. Miniſtro Generali noſtri Minorum Ordinis Thoma de Bononia, inquiens: *Hujus Generalis tempore duodecim Fratres, qui habitabant in Monte Sion, fuerunt capti per Sarracenos cum multis aliis Chriſtianis & martyrio coronantur*. Hunc porrò Miniſtrum Generalem electum in Ca- pitulo Generali Aſſiſii, die ſexta Junii, Anni MCCCLXVII. Urbani V. Pontificatus An- no V. notat Wadingus ad præfatum Annum ſub num. 6. dictum Thomam de Farignano Mutinenſem, ſecundùm aliquos, ſecundùm alios, Bononienſem. Et inſuper præfatorum Religioſorum necem refundit in Annum Dñi MCCCLXIX. quadriennio poſt captam à Rege Cyprio Alexandriam; ait namque ſub num. 10; „ Captâ ante quatuor Annos à Pe- „ tro Rege Cyprio Urbe Magnâ & opulen- „ tiſſima Alexandriæ in Ægypto, Fratres „ duodecim, qui tunc Hieroſolymis com- „ morabantur, & alii Chriſtiani in carcerem „ conjecti ſunt, ubi ſub hoc tempore carce- „ ris incommodis, & moleſtiis, multisque „ verberibus perierunt, præter unum ſolum, „ qui reliquis ſupervixit aliquot annis, atque „ hunc tādem ſecretò fidei hoſtes interemere. *Hactenus ille*. Itaque hac attenta perſecutione contra Religioſos Minoritas habitatores Hie- ruſalem, intermiſſum opus ædificandi præ- fatum Monaſterium verosimile eſt; nam licèt occiſorum loco alii non diù poſt ſubſtituti fuerint, compoſitis rebus cum Rege Cyprio, Rhodiis, Venetis, & Liguribus, quod eve- nit ad extrema vitæ Urbani tempora, ut ex quadam ab eo pro commercio cum Ægyptiis edita conſtitutione, à Raynaldo ad Annum MCCCLXX. ſub num. 20. citata apparet, & conſtat etiam ex diverſis conceſſionibus Gre- gorii XI. Urbani ſucceſſoris iiſdem Fratribus Terræ Sanctæ; attamen fortè non viſum fuit conveniens ampliùs agere cum Sarracenis de conſtructione præfati Monaſterii, proinde- que opus planè intermiſſum. Sed hæc obiter ad aliquam noſtrarum rerum in Urbe Hiero- ſolyma notitiam.

1252 Hiſtoriam noſtram ergò proſequen- tes, abſolutis, ex more, Urbani funeribus, Domini Cardinales Conclave ingreſſi, de ſuc- ceſſoris electione tractaturi non diù diſtu- lerunt, electo communi omnium ſuffragio die XXX. ejuſdem menſis Decembris Petro Rogerii, Clementis VI. ex Fratre Nepote, Natione Lemovicenſi, Diacono Cardinali Sanctæ Mariæ Novæ, cùm eſſet Annorum XL. qui Gregorius XI. nuncupari voluit: de qua electione ejus Vitæ Scriptor apud Boſ- quetum, relatum à Raynaldo, ſic ſcribit: *Gre- gorius Papa XI. natione Aquitanicus, de loco de Malamonte, Diœceſis Lemovicenſis oriundus, poſt dictum Urbanum V. fuit Avenione electus in Papam die penultima menſis Decembris, Anno Domini MCCCLXXI.* inchoando no- vum annum, non à Kalendis Januarii, ſed à die Natalitiarum Domini XXV. videlicet men- ſis Decemb. ſed apud Labæum par. 2. tom. XI. Concilior. Scriptor Vitæ Gregorii notat An- num MCCCLXX. ſumens novi Anni exor- dium à Kalen. Januariis; ait namque: „ Gre- „ gorius Undecimus, natione Lemovicenſis, „ antea Petrus Belliſortis vocatus, XVII. æta- „ tis ſuæ anno Cardinalis per Clementem VI. „ Patruum ſuum creatus, virtutum merito, „ omnium conſenſu ſupremum Eccleſiæ gra- „ dum conſcendit III. Kalendas Januarii, „ Anno Domini MCCCLXX. tempore Ca- ro-

,, roli IV. Imperatoria. *Hæc ille*. In die porrò præfatæ electionis concordant ejus literæ ad Carolum Francorum Regem, quæ leguntur datæ eodem ſuæ electionis die, in quibus inter plura ait: ,, Sanè fœlicis recordationis ,, Urbano Papa V. prædeceſſore noſtro de ,, præſentis valle miſeriæ ad ſupernam Pa- ,, triam evocato, Venerabiles fratres noſtri ,, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Sacroſan- ,, ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, pro fu- ,, turi ſubſtitutione Paſtoris convenientes in ,, unum ſub deliberationis magnæ conſilio, ,, quam tanti negotii qualitas exigebat, licèt ,, potuiſſent in alios conſentire majorum me- ,, ritorum claritate conſpicuos, & plurium ,, virtutum titulis inſignitos ad tantæ admi- ,, niſtrationis præcellentiam digniores; ta- ,, men ad perſonam noſtram dirigentes una- ,, nimiter vota ſua, nos tunc Sanctæ Ma- ,, riæ Novæ Diaconum Cardinalem ad Celſi- ,, tudinis Apoſtolicæ ſpeculam, ſicut Domi- ,, no placuit, hodiè per viam Sancti Spiri- ,, tus evocarunt &c. Datum Avenione III. ,, Kalendas Januarii ſuſcepti à nobis paſtora- ,, rali officii, Anno primo. *Hæc ibi*. Undè apparet, poſt Urbani V. obitum Sedem vacaſſe diebus dumtaxat XII. computatis & Urbani obitus, & Gregorii electionis diebus, qui ſi demantur, ſequitur Sedem vacaſſe diebus decem.

1253 De ejus vita, moribus, ſcientia, & geſtis, præfatus Vitæ ejus apud Boſquetum Auctor, plura brevi complectens, ait: ,, Hic ,, quamquàm eſſet ſatis juvenis, quandò fuit ,, factus Cardinalis, cùm nondùm attingeret ,, octodecim annos ſuæ ætatis; tamen erat ,, totus ingenioſus & aptus, ac ſtudio litera- ,, rum valdè intentus: volenſque in eis pro- ,, ficere ampliùs poſt promotionem ſuam ad ,, ſtatum hujuſmodi, accerſitis ſibi notabili- ,, bus Eccleſiaſticis, quos ſecum continuè ha- ,, buit, audiendo & legendo circa legalem ,, ſcientiam diutiùs inſudavit, & adeò in ipſa ,, profecit, quòd unus de profundioribus & ,, ſufficientibus totius Orbis in ea fuit effe- ,, ctus. Demùm ſe convertit ad Canones, ,, Theologiamque, ac Philoſophiam natura- ,, lem, in quibus ſe adeò notabiliter profun- ,, davit, quòd in collationibus & Conciliis, ,, ac aliis actibus ſuo ſtatui congruentibus, ,, in quibus de pertinentibus ad hujuſmodi ,, facultates actum fuit, ſufficientiſſimè pero- ,, ravit; tùm circa deciſionem etiam Cauſa- ,, rum diligenter inſtitit, habuitque in iſta ,, tam juris, quàm facti experientiam tan- ,, tam, quantam quicumque alius ſtatus fui. ,, In expeditione verò negotiorum ſibi com- ,, miſſorum, aut aliorum, quæ ſecum, aut ,, per eum tradenda occurrerunt, admodùm ,, peritum, gratum, benignum & manſue- ,, tùm ſe habuit, quòd de ipſo univerſaliter ,, omnes ſecum agere habentes, multùm re- ,, manſerunt contenti: Et cùm eſſet humilis, ,, modeſtus, circumſpectus & liberalis, ac ,, aliis multis virtutibus dotatus, omnes tam ,, ſæculares Principes, quàm Prælati, & ut ,, plurimùm quicumque ad ipſum recurſum ,, habentes eum potiſſimè dilexerunt. *Hæc ille*.

1254 In ſui ergò Pontificatus exordio veſtigiis ſui prædeceſſoris inhærens, incœptum Urbani negotium pro pacificandis, componendiſque Angliæ, & Franciæ Regibus, ut ipſis pacificatis, ad reprimendam in Oriente Turcharum ferociam valida ex Occidente ſubmitterentur auxilia, animum adjecit, creatis Apoſtolicæ Sedis Legatis ad hoc munus præſtandum Simone tituli Sancti Xiſti, & Joanne tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyteris Cardinalibus, expedito eis diplomate, in quo cauſam tanti negotii ab eo ſuſcepti allegans, ait: ,, Propter guerras quæ ,, quotidiè nimiùm invaleſcunt, animus no- ,, ſter dolet non immeritò vehementer, & eò ,, potiùs intima cordis noſtri amaricant acer- ,, biùs, & durioris punctionis affligunt acu- ,, leo, quò periculoſas hujuſmodi diſcordia- ,, rum, & guerrarum circumſtantias nobis ,, intentioris conſiderationis diſcuſſio effica- ,, ciùs repreſentat. Attendimus etenim pater- ,, næ ſolicitudinis ſtudio incommoda immen- ,, ſa, quæ ingerunt; & commoda, piaque Dei ,, negotia, quæ impediunt, & utinam non ,, extinguant. Quis enim dubitat, quòd ex ,, talibus diſcordiis atque guerris, non ſolùm ,, Babylonicus hoſtis, ſed etiam alii Reges, ,, & Reguli Agareni de partibus Africæ ad ,, occupandas terras Chriſtianorum. & Reli- ,, gionem Chriſtiani nominis extinguendam ,, ſumpſerunt, ſicuti facti experientia docuit, ,, audaciam transfretandi, & quòd continuè ,, arctiores ſolito, & pernicioſiores moleſtias ,, inferre Chriſtianorum Regibus, atque Re- ,, gnis & populis machinantur? *Hæc & alia ibi* apud Raynald. ad An. Dñi MCCCLXXI. ſub num. 1.

1255 Et licèt hujuſmodi Legatio effectum non fuerit ſortita ſuum, ipſiſmet Legatis neque inter ſe concordantibus, non deſtitit tamen pius Pontifex alios, & alios ſucceſſivè ad præfatos Reges mittere alterius conditionis Nuncios, ut notat vitæ ipſius Scriptor ,, apud Boſquetum, inquiens: ,, Tandem, li- ,, cèt diutiùs circa hoc laborioſè & diligen- ,, ter inſtiterint, nihil proficere potuerunt, ,, tum quia inimicitię erant inter ipſos Reges ,, nimiùm induratæ, tùm etiam quia ipſi Car- ,, dinales videbantur partiales potiùs exiſte- ,, re, quàm tractatores; & meritò, cùm pri- ,, mus Angliæ, ſecundus Franciæ Regum ,, prædictorum Cancellarii & familiares per ,, priùs extitiſſent. Hoc etiam non obſtante, ,, dictus Gregorius Papa ſucceſſivè ſimili de ,, cauſa ad dictos Reges plures alios Nuncios, ,, alterius tamen ſtatus & conditionis miſit, ,, immò & quamdiù Eccleſiæ præfuit, conti-

,, nuè aliquos notabiles inter eos habuit circa
,, tractatum hujuſmodi laborantes]. *Hactenus Auctor præfatus*. Cæterùm ſtudium præfati Pontificis pro componendis in Europa Principum diſſidiis, ad effectum ſubveniendi Chriſtianis Orientalibus ſub Turcharum & Sarracenorum tyrannide gementibus, ſatis demonſtrant literæ ejus, datæ Joanni Captali de Bucch, exhibitæ à Raynaldo ad prælaudatum Annum, ſub num.8. ſic ſe habentes.

Joanni Captali Bucch.

1256 ,, Clamant ad Chriſti Vicarium
,, Chriſtianos quoque Principes, & alios No-
,, biles, partes Orientis gravibus ſubjectæ pe-
,, riculis, & quaſi totali objectæ diſcrimini:
,, Clamat etiam Terra Sancta per immūdiſſi-
,, mos Sarracenos occupata violenter ab olim
,, detenta viliter, & ipſorum viliſſima con-
,, trectatione polluta, eis ſua vulnera dete-
,, gunt, ab ipſis opem medicantis deſiderabi-
,, liter expectando.
1257 ,, Sanè nuper, dum ea, quæ de ſta-
,, tu miſerabili partium earundem per diver-
,, ſos Nuncios & literas intelleximus; dùm
,, etiam illa, quæ dilecti filii Ambaſſiatores
,, Civitatis Januenſis, propter hoc ad nos
,, ſpecialiter deſtinati, de hujuſmodi ſtatu
,, miſero dictarum partium nobis retulerunt,
,, audivimus, acerbi doloris aculeo fuimus in
,, intimis ſauciati. Habebat enim eorum aſ-
,, ſertio, quòd Turchi & alii Crucis Chriſti
,, inimici, in grandi multitudine congregati,
,, hujuſmodi partes Orientis gravibus guer-
,, rarum turbinibus affligunt, devaſtant &
,, conſumunt ad abolendum de partibus illis
,, Chriſtianum nomen & cultum; immò ad
,, omninò exterminandum exinde modicum
,, Chriſtianitatis ardenti deſiderio affectan-
,, tes; quòd niſi eorundem impiorum poten-
,, tiæ & malitiæ per Chriſtifideles in proximo
,, Martii paſſagio potenter reſiſtatur, vix in
,, partibus illis reperiri poterit, qui invocet
,, nomen Chriſti, & timetur veriſimiliter,
,, immò à pluribus pro firmo tenetur, quòd
,, prædicti Turchi & alii infideles ad inva-
,, dendum Siciliam, & per conſequens alias
,, Chriſtianorum terras ſe præparant: propter
,, quòd præfati Januenſes, diris partium præ-
,, dictarum tribulationibus intima cordis
,, compaſſione condolentes, & volentes eas
,, cum aliorum Chriſtifidelium auxilio op-
,, portunæ ſubventionis remedio conſolari,
,, bonis & perſonis propriis non parcentes,
,, ad transfretandum in hujuſmodi proximo
,, Martii paſſagio magnum apparatum fa-
,, ciunt Galearum: ſed non credunt in præ-
,, miſſis aliquatenùs poſſe reſiſtere, niſi per
,, alios fideles adjuventur. O' quàm acerba
,, nobis eſt horum memoria! quàm amara
,, conſideratio hæc & alia tam grandia fide-
,, lium diſcrimina reputans!
1258 ,, Dum enim hæc anxia mente re-
,, volvimus, dum conſideratione ſolicita me-
,, ditamur, zelus noſter velut ignis accenditur,
,, erumpunt lacrymæ conceptæ amaritudinis
,, indices, quia circa promptitudinem acce-
,, lerandi in tanto ſuccurſu noſtrorum im-
,, menſitati votorum nequaquàm, prout vel-
,, lemus, poſſibilitatis menſura concurrit,
,, impedientibus variis ciſmarinarum par-
,, tium turbationibus; & præſertim gravi diſ-
,, cordia, quam inter chariſſimos in Chriſto
,, filios noſtros Eduardum Angliæ, & Ca-
,, rolum Francorum Reges Illuſtres pacis
,, æmulus, invidus charitatis, jamdiù eſt, ſuſ-
,, citavit: pro qua ſedanda duos ex Venera-
,, bilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ
,, Eccleſiæ Cardinalibus, videlicet Simonem
,, tituli Sancti Xyſti, & Joannem tituli San-
,, ctorum Quatuor Coronatorum Presbyte-
,, ros Cardinales, Apoſtolicæ Sedis Nuncios
,, ad ipſos Reges duximus deſtinandos.
1259 ,, Nè igitur, dilectiſſime fili, par-
,, tes Orientis irreparabiliter corruant, &
,, irrecuparabiliter in manus incidant imma-
,, nium Barbarorum, ad pietatem tuam du-
,, ximus recurrendum; eam rogantes & ob-
,, ſecrantes in Domino Jeſu Chriſto, ac in
,, remiſſione tibi peccaminum ſuadentes,
,, quatenus præmiſſā piā, qua decet, me-
,, ditatione conſiderans, eundem Regem An-
,, gliæ, ac etiam dilectos filios Joannem
,, Ducem Lancaſtriæ, & Edmundum Co-
,, mitem Cantabrigiæ ipſius Regis Angliæ,
,, filios, quibus ſuper hoc ſcribimus, ad
,, bonam & perpetuam pacem & concordiam
,, cum dicto Rege Francorum faciendam,
,, & ad providendum de aliquali ſuccurſu,
,, prout eis videbitur, in hujuſmodi pro-
,, ximo paſſagio, cùm pro transfretare vo-
,, lentibus per dictos Januenſes quamplu-
,, rima navigia præparentur, inducas; ita-
,, quòd tantis malis breviter obvietur, &
,, dante Domino, qui pacis eſt auctor, hu-
,, juſmodi pacem factam eiſdem partibus
,, Orientalibus celeriter ſuccurratur: Nos
,, enim quamplures Principes & Magnates
,, pro ſuccurſu celeri requirimus, eis ſemper
,, hoc efficaciter ſcribendo. Quidquid autem
,, magnificentiæ tuæ videbitur in præmiſſis,
,, nobis reſcribere quantociùs non poſtpo-
,, nas. Datum apud Villamnovam Avenio-
,, nenſis Diœceſis Kal. Auguſti, Anno I.
Hactenus literæ.

1260 Ad hæc verò ſolicitavit pariter Gregorius Andream Contarenum Ducem Venetorum, & Ludovicum Flandriæ Comitem, ut arma ſumerent in infideles, auxilia Orientalibus Chriſticolis ſub Amuratis Turcorum Principis tyrannide & ferocia ad extremum extii redactis, ſed fruſtrà inſonavit Pontifex, obturatis illorum auribus. Nutantibus eodem tempore rebus Cypriis ſub Petro Rege adhùc puerò, ac Reginâ Eleonorâ il-

Digitized by Google

illiùs matre, licèt illuis Regni adminiſtratio penès ipſam Reginam, cum conſilio Joannis, & Jacobi à Liſiniano patruorum Regis eſſet, placuit tamen Pontifici eò mittere Fratrem Pettum Aragonium Minoritam, Petri Regis Aragoniæ Patruum, Eleonoræ verò Cypri Reginæ patrem & genitorem, ut ſuâ præſentiâ, ſuiſque conſiliis præfati Cypri Regni conſolidaretur ſtatus. Extant hac de re Pontificiæ literæ datæ Joanni de Leſignano, ſivè Liſiniano prædicto, Antiocheno Principi, exhibitæ à Wadingo ex Vaticano Regeſto, & inſertæ ſuis in Minorum annalibus, ad hunc annum, ſub numero 9. ſic ſe habentes.

Dilecto filio Nobili Viro Joanni de Liſignano Principi Antiocheno.

1261 „ Cùm dilectum filium Petrum de Aragonia, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, ad Regnum Cypri pro ipſius Regni proſpero ſtatu, & tranquillo, dante Domino, diſponendo, de Fratrum noſtrorum conſilio præſentialiter deſtinemus, magnificentiam tuam rogamus, & hortamur attentè, tibi nihilominùs, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus per tres annos à die, qua idem Petrus de Civitate Barchinonenſi pro accedendo ad partes Cypri recedet, uſque ad ipſius reditum computandum, ſingulis diebus pro ſuis & familiarium ſuorum expenſis, prout circumſpectioni tuæ videbitur de redditibus dicti Regni provideas, in præmiſſis taliter te habendo, quòd devotionis promptitudinem non immeritò commendare poſſimus. Datum Avenione ſecundo Nonas Junii, Anno I. *Hactenus literæ.*

1262 Cùm verò præfatus Pontifex accepiſſet, in partibus Ruſſiæ numerum Fratrum Minorum, qui pro ſchiſmaticorum & hæreticorum converſione laborabant, valdè fuiſſe diminutum, nè ex deficientia operariorum Apoſtolicorum & meſſis Evangelica minueretur, facultatem conceſſit Fratri Nicolao de Croſna Ruſſiæ Vicario vocandi ad ſe triginta Fratres præfati Minorum Ordinis, vitâ & moribus commendabiles, de quavis Provincia, & quibuſcumq; nationibus, prout ei viſum fuerit, & qui ſpontè ad eaſdem partes accedere voluiſſent, abſque ulla obtenta, vel petita ſuorum ſuperiorum licentia, prout in Apoſtolicis literis eidem Vicario datis, & exhibitis à Wadingo ad præcitatum annum ſub num. 6. liquet, quæ ad hunc modum ſe habent.

Dilecto filio Nicolao de Croſna Vicario Ruſſiæ Ordinis Fratrum Minorum.

1263 „ Exhibita nobis pro parte tua, & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum, commorantibus in partibus ſchiſmaticorum Ruſſiæ petitio, continebat, quòd numerus Fratrum ejuſdem Ordinis, qui ad converſionem ſchiſmaticorum, & conſervationem, ac inſtructionem fidelium ibidem inhabitabant, eſt multipliciter diminutus in grande diſpendium Catholicæ Fidei, & turbationem & periculum animarum fidelium prædictorum. Quare nobis fuit ſupplicatum, ut providere ſuper hoc de Apoſtolicæ proviſionis remedio dignaremur.

1264 „ Nos igitur, qui Fidem ipſam ubique propagari cupimus, & prout poſſumus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ triginta Fratres Ordinis ſupradicti, vitâ & moribus commendabiles, de quibuſcumque nationibus, de quibus tibi videbitur, quique ſpontè ad eaſdem partes voluerint proficiſci abſque licentia obtenta, vel petita ſuorum Prælatorum ſemel tantùm recipiendi, eoſque ad dictas partes Ruſſiæ moraturos in eis ad Dei & Fidei ſervitium conducendi, non obſtantibus Regulâ, & Conſtitutionibus Ordinis, aliis contrariis quibuſcumque, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Avenione XVI. Kal. Decembris, Anno I.

1265 Sed & in partibus Aquilonaris Tartariæ, ubi pariter & meſſis multa, & operarii pauci reperiebantur, providere non deſtitit pius Pontifex pro fidei incremento, atque nominis Chriſtiani dilatatione: Petente namque Fratre Franciſco de Podio earundem partium Tartariæ Vicario, qui præſentialiter coràm Pontifice inſtitit, conceſſit, ut duodecim Fratres moribus & vitâ commendabiles, qui ſpontè ad eaſdem partes proficiſci voluiſſent, abſque pariter obtenta, vel petita ſuorum Superiorum licentia, ſecum aſſumere & ducere poſſet, prout ex ejuſdem Pontificis literis ab eodem Wadingo ſimiliter relatis ad annum prædictum, ſub num. 10. fit evidens: quæ quidem tenorem continent ſequentem, videlicet.

Dilecto Filio Franciſco de Podio Vicario Tartariæ Aquilonaris, Ordinis Fratrum Minorum.

1266 „ Probatæ tuæ devotionis zelus, quem habes ad Fidem catholicam, quam ut teſtimonio fide digno percepimus in Orientis & Aquilonis partibus, ad converſionem ſchiſmaticorum & infidelium, aſſi-

„ aſſiſtente tibi Divinâ gratiâ, fructuosè hactenus prædicaſti, & prædicare proponis, non indignè meretur, ut votis, iis præſertim, quæ augmentationem Fidei præfatæ reſpiciunt, liberaliter annuamus. Cùm itaque tu in noſtra præſentia conſtitutus, nobis expoſueris, quòd in dictis partibus meſſis eſt multa, operarii verò pauci, & propterea ſupplicaveris, quòd tibi ducendi & mittendi ad partes eaſdem aliquos Fratres Ordinis Fratrum Minorum, cujus Profeſſor exiſtis, ad prædicandum verbum Dei eiſdem ſchiſmaticis & infidelibus, & converſos jam ad dictam Fidem ejuſdem verbi pabulo nutriendum, licentiam concedere dignaremur.

1267 „ Nos tuis ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ, de qua gerimus fiduciam pleniorem, duodecim Fratres Ordinis præfati, vitâ & moribus commendabiles, de quibuſcumque nationibus, de quibus tibi videbitur, quique ſpontè ad eaſdem partes voluerint proficiſci, abſque licentia obtenta, vel petita ſuorum Superiorum, vel Prælatorum, ſemel tantùm recipiendi, eoſque ad dictas & alias infidelium partes, de quibus tibi videbitur, moraturos in eis ad Dei, & Fidei præfatæ ſervitium ducendi, & mittendi. Non obſtantibus Regulâ, & Conſtitutionibus ejuſdem Ordinis, etiam ſi ſint auctoritate Apoſtolica confirmatæ, necnon privilegiis eidem Ordini conceſſis, & aliis quibuſcumque contrariis, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Avenione III. Kal. Januarii, Anno I.

CAPUT XXIII.

De Gregorii XI. ſolicitudine in componendis Chriſtianorum Principum Diſſidiis; & promovendi neceſſaria adversùs ferocientes Turchos auxilia; necnon agendi pro Schiſmaticorum, & Infidelium converſione.

1268 PRævalente in Aſia & Europa Amurathe Turchorum Rege, vi & armis Civitates, Caſtra, loca, Provincias integras ſuę ſubjiciente ditioni, nō ſinè Chriſtiani nominis dedecore, Chriſtianis interea Principibus, quorum erat debita ferre aduersùs barbaram Amurathis potentiam auxilia, diſſidiis mutuis, & pugnis ſibi invicem mordentibus, Gregorius perſpiciens dolenti animo, quanti detrimenti Chriſtianis erant rebus præfata diſſidia, in eis ſedandis & componendis ſedulum adhibuit ſtudium & operam: Cùmque ea tempeſtate Januenſium in mari potentia plurimùm polleret, horum viribus ad debellandos præfatos Turchos uti meditabatur Gregorius; verùm Civium diſcordiæ id aſſequi haud permittebant: nam propter inſolitas exactiones & vectigalia ſupramodùm inviſa omnibus & exoſa reddita Gabrielis Adurni Ducis Reipublicæ adminiſtratio, populari tumultu exauctoratus fuit, ſubſtituto Dominico Campofulgoſio, vel Campofregoſo, præ cęteris à plebe mirificè dilecto: Huic verò nihil antiquiùs, neque è re ſua magis, uti putabat, neceſſarium, quàm ut capita, & præcipuos quoſque Fliſcæ Gentis Lavaniæ Comites, ex quorum muncipiis popularibus quamplurima inferebantur damna, acri bello perſequeretur. Illi verò ad reſiſtendum parati, advocato in auxilium Joanne Fliſco conſanguineo, tunc Epiſcopo Vercellenſi, & per hunc inito fœdere cum Bernabone, & Galeatio de Vice Comitibus Mediolanenſibus, atque potentiſſimis Italiæ Tyrannis, Civitatem ipſam Principem oppugnare, & expugnare aggrediuntur. At Pontifex paterno ſtudio, & ea qua potuit diligentia, eos in concordiam revocare curavit, ſelecto Apoſtolico Nuntio, qui Pontificio nomine diſſidentes partes componeret: Quod munus contulit Fratri Thomæ Farignano Miniſtro Generali Ordinis Minorum, datis literis Nicolao Carolo, & Antonio de Fliſco principalibus, item ad Archiepiſcopum Januenſem, & ad plures alios potentes in Januenſi Republica Cives; Quas dedit Nicolao Carolo, & Antonio de Fliſco, prout à Wadingo ad Annum MCCCLXXI. ſub num.2. ſunt exhibitæ, ad hunc ſe habent modum, videlicet.

Dilectis filiis Nobilibus Viris Nicolao Carolo, & Antonio de Fliſco Lavaniæ Comitibus.

1269 „ Nuper moleſtè, & ad modum diſplicenter audivimus, inter dilectos filios nobilem virum Dominicum de Campofregoſo, Ducem, Conſilium, & Commune Civitatis Januenſis, & quoſdam alios Cives dictæ Civitatis, & vos ipſos, & alios de domo veſtra fore diſſenſionem, ac diſcordiam ſuſcitatam. Nos igitur ad bonum pacis, & concordiæ inter cætera noſtræ mentis deſiderabilia, & ad bonum ſtatum, & tranquillitatem dictæ Civitatis, quam ſincerè diligimus, veſtræque domus, quam intra noſtræ dilectionis præcordia ſingulariter confovemus, præcipuum & validum habentes affectum, & reformidantes charitate paterna mala, quæ poſſent ex hujuſmodi diſcordia provenire, Nobilitatem veſtram rogamus attentè, ac in Domino exhortamur, vobis ſinceris conſiliis ſuadentes, quatenus ad ſummum pacis auctorem, & bonum patriæ, mentis veſtræ oculos dirigentes, & provida meditatione penſantes, quot & quanta ex diſſenſione,

& di-

„ & diſcordia hujuſmodi vobis, veſtræque
„ patriæ, & aliis gravia mala, & pericula
„ poſſunt contingere. Vos ad reformandam
„ concordiam, & uuitatem cum prædictis
„ veſtros animos effectualiter diſponatis, pro
„ cujus effectu votivo, Auctore Domino, con-
„ ſequendo dilectum Filium Thomam Sacræ
„ Theologiæ Magiſtrum, Ordinis Fratrum
„ Minorum Generalem Miniſtrum, Apoſto-
„ licæ Sedis Nuncium, virum utique excel-
„ lentium virtutum, pacis & coucordiæ ac
„ honoris, & ſtatus, & veſtræ domus, ut
„ accepimus zelatorem, ad partes illas præ-
„ ſentialiter deſtinamus, cujus pro parte no-
„ ſtra precibus & exhortationibus acquieſce-
„ re, ſuiſque relatibus credere, & annuere
„ velit veſtra devotio cum effectu. Datum
„ Avenione VIII. Idua Octobris, Anno I.
Hactenus literæ.

1270 Scripſit eodem tempore ejuſdem tenoris, & iiſdem verbis alias literas Dominico de Campofregoſo, Duci, Conſilio & Communi Civitatis Januenſis: Cùm inde accepiſſet, Epiſcopum Vercellenſem cum copiis miſſis à Beruabone & Galeatio de Vice Comitibus Mediolanenſibus prædictis Civitatem Januenſem expuguare iucœpiſſe: egrè id ferens, præfato Epiſcopo hortatorias, & præceptorias fecit literas, ut ab incœpto deſiſteret, præmouens exitium præfatæ Civitatis, nec in bouum ceſurum ſuæ familiæ, nec Eccleſiæ, nec Italiæ, nec cujuis orbis parti, quoniam ſub Galeatii & Bernabonis poteſtate, ſemel capta, Civitas redigeretur, ampliareturque ex hoc illorum Tyrannidea in exterminium gentis ſuæ, ac aliorum Civium, immò & Italiæ Principum, & Dominii Sanctæ Romauæ Eccleſiæ. Scribit namque.

*Venerabili Fratri Joanni Epi-
ſcopo Vercellenſi.*

1271 „ Moleſtè audivimus, Venerabilis
„ Frater, quòd licèt ignorare non debeas,
„ quòd Civitas Januenſis ſtatum proſperum
„ & liberum affectamus, tamen hoſtibus
„ Romanæ Eccleſiæ, ſeù non diligentibus
„ ſtatum ejus adhærens, cum eorum gente
„ armigera, dictam Civitatem impugnas,
„ ex quo ipſa Civitas in manus eorum-
„ dem hoſtium poſſet veriſimiliter deveni-
„ re, qnod abſit, quia in magnum peri-
„ culum dictæ Eccleſiæ, ſuorumque de-
„ votorum præcipuè, & etiam nou ſolùm
„ Italiæ, ſed aliarum Orbis partium redun-
„ daret, ac tu, & tui fiualiter fruſtraremini
„ ſpe coucepta, quinimmò ſtatus tuorum
„ celerem ex hoc poſſet pati ruinàm, de
„ quibus per te geſtis, tantò turbamur acer-
„ biùs, quantò perſonam tuam teneriùs di-
„ ligimus, quantòque accuratiùs deberes à
„ noſtris, & dictæ Eccleſiæ diſplicentiis,
„ præſertim tam gravibus præcavere. Ea
„ propter Fraternitatem tuam hortamur at-
„ tentè, diſtrictè mandantes, quatenus ab
„ hujuſmodi adhæſionibus & impugnatione
„ prorsùs abſtineas, & per tuos conſangui-
„ neos realiter abſtineri procures, ac inter
„ eos, & dictam Civitatem, ſicut utriuſque
„ expedit, pacem & benevolentiam ſtudeas
„ reformare, ſeù facere reformari: Nos enim
„ dilectum filium Nobilem Virum Ducem
„ Januenſem, ut idem faciat, & ut te, tuos,
„ ac vobis adhærentes, taliter ſecuros reddat,
„ quòd nulla tibi, & eis noxia novitas in-
„ feretur, per noſtras literas, & Nuncios
„ exhortamur. *Datum Avenione II. Idus Novembirs, Anno I.*

1272 Sed ſimul ſcripſit Guillelmo Epiſcopo Comaclenſi, & Petro Retrocini Præpoſito Eccleſiæ Aquenſi, & Cappellano Pontificio, quibus jam in mandatis dederat, ut perſoualiter in ſuccurſum præfatæ Januenſis Civitatis proficiſcerentur, eos inſtruens de modo ſe gerendi in hujuſmodi uegotio, ut nimirùm periclitaute Civitate, ac Duce promittēte aſſecurare nobiles Fliſcos, eorumque ſequaces & amicos, taliter quòd contra ipſos nullam noxiam aut novitatem eſſet facturus, habito conſilio & tractatu cum antefato Fratre Thoma, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, exhiberent præfato Duci auxilium militum Eccleſiæ Romanæ, & fœderatorum cum ipſa. Inſuper, quòd ſi præfatus Dux vellet coufidere de Epiſcopo Albinganenſi, certiorem facerent, Pontificem illùc eum miſſurum. Literæ ergo ſic ſe habent.

Venerabili Fratri Guillelmo Epiſcopo Comaclen. & dilectis filii Petro Retrocini Præpoſito Eccleſiæ Aquen. & Cappellano noſtro, vel eorum alteri.

1273 „ Negotia Civitatis Januenſis adeò
„ deteriori audivimus, quòd de ipſius ſta-
„ tu plùs ſolito dubitamus. Undè volumus,
„ quòd cùm eritis in prædicta Civitate, ſi ve-
„ rum ſit, quòd aſſeritur, videlicet, quòd
„ Venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus
„ Vercellenſis dictam Civitatem cum gen-
„ tibus uobilium virorum Bernabonis, vel
„ Galeatii fratrum de Vicecomitibus mili-
„ tum Mediolan. quos ad hoc idem reputa-
„ mus, impugnet, ut videatis ex hoc dictæ
„ Civitatis periculum imminere, & dilectus
„ Filius nobilis vir Dux Januenſis velit di-
„ lectos Filios Nobiles de Fliſco, de quorum
„ genere eſt Epiſcopus ſupradictus, eorum-
„ que amicos & ſequaces taliter aſſecurare,
„ quòd contra ipſos nou faciet noxiam novi-
„ tatem, nec permittet eorum amicos in
„ Civitate memorata malè tractari, præ-
„ habito ſuper hoc colloquio cum dilecto
„ filio Thoma Ordinis Fratrum Minorum
„ Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nun-
„ cio, ſi vobis & ei videbitur expedire, of-
„ feratis dicto Duci auxilium gentis noſtræ

& col-

,, & colligatorum cum Romana Eccleſia nu-
,, per conductæ, & eo caſu ipſam gentem,
,, vel partem ejus faciatis remanere pro ali-
,, quo tempore in dicta Civitate, vel diſtri-
,, ctu ejuſdem. Nos enim ſuper boc vobis,
,, & utrique veſtrum in ſolidum tribuimus
,, tenore præſentium poteſtatem.

1274 ,, Præterea dicatis, & offeratis ei-
,, dem Duci, quòd ſi velit confidere de Ve-
,, nerabili fratre noſtro Joanne Epiſcopo Al-
,, binganenſi, & credat, quòd ipſe Epiſco-
,, pus poſſit pro ipſorum Ducis, & Civitatis
,, ſtatu favorabiliter operari, parati erimus
,, eum ad dictam Civitatem confeſtim tranſ-
,, mittere, & in aliis, quæ circa hoc poteri-
,, mus, dare operam efficacem. Ipſi enim Epi-
,, ſcopo Albinganenſi taliter intentionem no-
,, ſtram expreſſimus, quòd credimus, eum
,, fideliter operaturum, ut inchoatis novita-
,, tibus, & paratis periculis obvietur, ſi con-
,, cedatur ſecuritas prælibata. Et ſi dictus
,, Epiſcopus Vercellenſis, cui ſcribimus,
,, quòd omninò ab hujuſmodi impugnatione
,, deſiſtat, in ſua duritie perſeveret, cùm tem-
,, pus non patiatur hoc nobis reſcribi, ei
,, comminando ſignificetis, quòd ſi noſtris
,, mandatis obedire contemnat, contra ipſum
,, taliter procedamus, quòd ſibi cedat ad pœ-
,, nam, & aliis in ſimilibus ad terrorem. *Da-*
,, *tum Avenione ſecundo Idus Novembris An-*
,, *no primo*.

1275 Pendente inde pacis tractatu, Joannes Epiſcopus Vercellenſis antefatus ſollicitavit novum fœdus inire cum Nobilibus Viris Marchionibus de Carreto, ac contra præfatos Jannenſes eos concitare procuravit. Id quod Pontifex non ſine animi mœrore accepit, qui protinùs, ut tanto occurreret malo, ſcripſit præfatis Marchionibus, admonens, nè talia faciant, & ſibimetipſis conſulant, quoniam hujuſmodi bellum in eorum perniciem cedere poterat, anhelantibus Conſiliariis, ut ipſi in bello debilitati, faciliùs ſubiiciantur, & ſub illorum redigantur poteſtate. Literæ verò exhibitæ à Wadingo ad Annum Domini MCCCLXXII. ſub num. 6. ad hunc modum ſe habent.

Dilectis filiis nobilibus Viris Emmanueli, & Aleramo Marchionibus de Carreto.

1276 ,, Cum diſplicentia multa percepi-
,, mus, quòd vos, qui manetis in pace, guer-
,, ram voluntariam intenditis dilectis filiis
,, Duci, & Communi Januen. ſuſcitare, vos
,, & veſtros per hoc magnis damnis, & pe-
,, riculis exponentes, ac magnum generan-
,, tes in Mari & terra Reipublicæ detrimen-
,, tum. Nos igitur ſtatui veſtro paternæ di-
,, lectionis affectu conſulere, ac obviari ma-
,, lis hujuſmodi cupientes, Nobilitatem ve-
,, ſtram affectuosè rogamus & hortamur in
,, Domino, quatenus abſtinere velitis à tam
,, noxia novitate, nec credatis cōſiliis directè
,, vel indirectè, vobis datis, aut dādis impoſto-
,, rum per aliquot, qui vos, & Januenſes eoſ-
,, dem deſiderant ſubjugare, & ſi guerram
,, ipſam jam movère cœpiſtis, ab ea vos retra-
,, here per conſilium & operationem Vene-
,, rabilis Fratris noſtri Anglici Epiſcopi Al-
,, banenſis, & dilecti filii Thomæ Ordinis
,, Fratrum Minorum Generalis Miniſtri, Apo-
,, ſtolicæ Sedis Nuncii, nunc exiſtentis in Ja-
,, nua, providè ſtudeatis. *Datum Avenione*
,, III. *Idus Martii*, *Anno Secundo*. Duci
,, porrò & Communi Civitatis Januenſis eo-
,, dem tempore ſcripſit, ut infra.

Dilectis filiis Nobili Viro Dominico de Campofregoſo Duci, ac Conſilio, & Communi Civitatis Januenſis.

1277 ,, Tractatu pacis inter vos, & di-
,, lectos filios Nobiles de Fliſco, auctore Do-
,, mino, reformandæ pendente, ſecundùm pro-
,, ſpera & adverſa, quæ diverſis temporibus
,, ſentimus, cor noſtrum interdùm recepit
,, de ſpe bona lætitiam, & interdùm triſti-
,, tiam ex timore adverſi ſucceſſus aſſumpſit,
,, ſed noviſſimè intellecto, quòd non ſolùm
,, ſperatur optata concordia, ſed ex eo, quod
,, dilecti filii Nobiles Viri Marchiones de
,, Carreto dicuntur diſponi ad movendum
,, vobis guerram in Riparia Occidentis, ma-
,, jor in illis partibus commotio formidatur,
,, & ſic veſtri Civitas & diſtrictus damnoſis
,, nimiùm & periculoſis incurſibus præme-
,, rentur. Nos igitur de his dolentes ab in-
,, timis, & quia cortina cortinam trahit,
,, majora ex prædictis pericula pertimentes
,, pro tantorum evitatione malorum, non
,, pudet nos noſtra paterna precamina ſæpiùs
,, iterare: veſtram igitur filiationem obnixiùs
,, deprecamur & hortamur in Domino, qua-
,, tenùs præmiſſis conſideratis ad faciendam
,, dictam cōcordiam vos reddatis ſolito prom-
,, ptiores, & ſuper hoc conſiliis Venerabilis
,, Fratris noſtri Anglici Epiſcopi Albanenſis
,, zelatoris veſtri ſtatus proſperi, ſi adhùc vo-
,, biſcum ſit, fiducialiter intendatis. *Datum*
,, *Avenione* III. *Idus Martii Anno Secundo*.
Denique ſcripſit ſuper eodem negotio præfato Fratri Thomæ, Apoſtolicæ Sedis Nuncio, ſubjectas literas.

Dilecto filio Thomæ, Ordinis Fratrum Minorum, Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1278 ,, Nuper dolentem audivimus,
,, quòd dilectis filiis Nobili Viro Duci, ac
,, Communi Civitatis Januenſis nova guerra
,, per dilectos filios Nobiles Viros Marchio-
,, nes de Carreto diſponitur ſuſcitari, pro-
,, pter quòd dictæ Civitati eò magis poteſt
im-

„ imminere periculum, quòd adverſarios ſuos
„ lethaliùs lædunt duo ſimul colligati, Reſ-
„ publicæ, atque partes ipſæ ex hoc magnum
„ diſpendium veriſimiliter patientur. Quare
„ diſcretionem tuam rogamus, & hortamur
„ attentiùs, mandantes, quatenùs ad obvian-
„ dum hujuſmodi periculis, juxta traditam
„ tibi à Deo prudentiam, viis & modis, qui-
„ bus meliùs poteris, ſtudeas vigilantiùs la-
„ borare, antequàm partes ipſæ, quibus ſcri-
„ bimus ſecundùm formas incluſas, præſen-
„ tibus provocatæ, laboribus & expenſis à
„ bellorum congreſſibus difficiliùs retrahan-
„ tur. *Datum Avenione Idibus Martii Anno Secundo.* Scripſit denique & eodem modo Anglico Epiſcopo Albanenſi; Sed & eidem Thomæ reiteravit literas menſe Aprilis, mittens ad eum Fratrum Angelum de Bibena ejuſdem Minorum Ordinis Procuratorem Generalem, & Apoſtolicæ Sedis Nuncium, ſcribens ut infra.

Dilecto filio Thomæ Sacræ Theologiæ Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1279 „ Novit tua diſcretio quantum pa-
„ cis negotium inter dilectos filios Nobilem
„ Virum Ducem, Conſilium, & Commune
„ Civitatis Januenſis, & Nobiles de domo de
„ Fliſco, inſidet cordi noſtro, noſque etiam
„ novimus, quantùm ſolicitudo tua vigila-
„ verit, & diligens ſtudium tuæ induſtriæ
„ laboraverit in prædictis. Ideóque breviter
„ ſine multis exhortationibus tuæ diſcretioni
„ mandamus, quatenùs in laboribus hujuſ-
„ modi pii proſequendi negotii tua perſeve-
„ rantia non frangatur, ſed illud ſæpè prom-
„ ptioribus ſtudiis proſequaris. Circa quæ
„ dilectus filius Angelus de Bibena Sacræ
„ Theologiæ Magiſter, tui Ordinis Procura-
„ tor Generalis, Apoſtolicæ Sedis Nuncius,
„ ex noſtra parte tibi aliqua refert, cujus re-
„ latibus credere velis, & annuere cum effe-
ctu. *Datum Avenione* XII. *Kal. Maii, Anno Secundo.*

1280 Dum verò Pontifex paterna & anxia ſolicitudine ad pacem diſſidentes & concordiam excitare curabat, & ipſum Legatum ad id procurandum ſedulo ſtudio admonebat, Domino Auctore pacis cooperante, eodemque Legato omnem operam adhibente, præfati Nobiles Viri Dominicus de Campofregoſo, Conſilium, & Commune Civitatis Januenſis cum Nobilibus Viris domus de Fliſco Comitibus Lavaniæ in concordiam redacti ſunt, ſtipulatis & firmatis quibuſdam inter eos pacis articulis: Cujus rei certioratus per præfati Apoſtolicæ Sedis Legati literas Gregorius, exhilaratus, tam Legato, quàm Communi Civitatis Januenſis, ac Comitibus Lavaniæ Domus de Fliſco, literas ſuam expri-mentes lætitiam dedit, quas ſicut & priores ex Vaticano Regeſto exhibet Wadingus ad prælaudatum Annum, ſub num. 3. & num. 4. ſcribens in primis Legato, ut infra, videlicet.

Dilecto Filio Thomæ Sacræ Theologiæ Magiſtro Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1281 „ Cum lætitia mentis gratias agen-
„ tes Deo, literas tuas ſignificantes pacem,
„ & concordiam inter dilectos filios Nobi-
„ lem Virum Ducem & Commune Civitatis
„ Januenſis, ac Nobiles de domo de Fliſco,
„ Divino adjutorio reformatas, accepimus,
„ & Capitula ipſius concordiæ audivimus
„ diligentèr, & circa hæc cum exhibitione
„ gratiarum ſcribimus Duci, & Communi,
„ aliiſque Nobilibus ſupradictis, quorum
„ omnium literas, quas tibi cum præſentibus
„ mittimus, eis facies aſſignari, tuque etiam
„ eis pro parte noſtra gratias exhibebis.
„ Quantò autem in hoc pio & arduo nego-
„ tio tua diſcretio laboraverit, quotq; anxie-
„ tates & tædia proinde receperis, & quibus
„ induſtriæ, ac ingenii tui acumine uſus ſis
„ pro effectu votivo hujuſmodi concordiæ
„ conſequendo, conſideratione noſtra, &
„ grata mente complectimur, ac multipliciter
„ in Domino commendamus. Tu igitur ſi
„ quid ad hujuſmodi negotii præſtationem
„ reſtare videris, animo indefeſſo proſeque-
„ re, & prædictos Ducem, & Commune, ad
„ quos dilectionem ſingularem habemus, &
„ intendimus ipſam per effectum operis de-
„ monſtrare ad ipſorum ſtatum liberum con-
„ ſervandum, validis pro parte noſtra per-
„ ſuaſionibus exhorteris. *Datum Avenione* VI. *Nonas Maii, Anno Secundo.* Communi verò Civitatis Januenſis & Duci, ſcripſit ut infra.

Dilecto filio Nobili Viro Dominico de Campofregoſo Duci, Conſilio, & Communi Januenſi.

1282 „ Semper illi ſit honor & gloria,
„ qui pro ſingulari & hæreditario bono pa-
„ cem omnibus reliquit in terris, & ex cujus
„ miſeratione conſenſum eſt, ut inter vos, &
„ dilectos filios Nobiles Viros de domo de
„ Fliſco, pax & concordia reformata ſit,
„ vobiſque gratias uberes agimus, qui ob
„ noſtram & Apoſtolicæ Sedis reverentiam,
„ ejuſdem Sedis Nuncio mediante ad refor-
„ mationem ipſius veſtros animos benigniùs
„ inclinaſtis, & in committendo vobis aliqua
„ circa ſingularem confidentiam, oſtenditis,
„ ex qua concordia ſperamus indubiè, quòd
„ Civitas veſtra à multis periculis præſerva-
„ bitur, eidemque multa proſperitatis, ho-
no-

„ noris & commodorum provenient incrementa, ad quæ conſervanda, & augenda parati ſumus, quantùm cum Deo poterimus, occurrentibus caſibus, favores impendere ſpeciales. *Datum, ut ſupra.* Et ejuſdem tenoris ſunt literæ datæ Nicolao, Carolo Antonio de Fliſco Comitibus Lavaniæ, & Joanni Epiſcopo Vercellenſi.

1283 His rebus compoſitis, novi tumultus excitati ſunt in partibus Pedemontis, novumque bellum paratum inter Marchionem Montisferrati, & Joannem Epiſcopum Vercellenſem, aſcitis hinc inde in ſocietatem, Marchionibus de Carreto, & de Cava, necnon Nobilibus de Cotonato, de Solerio, de Riccis, de Malaballis, de Alſeriis, de Peiletis, de Scarampis, de Aſinariis, de Guttuariis, de Cartaranis, aliiſque pluribus: Hinc Pontifex, cui in corde erat, ut pax ubique inter Chriſtianos populos firmaretur, habitâ hujus rei notitiâ, ſtatim & ſine ulla mora deſtinavit ad præfatos Nobiles eundem Fratrem Thomam Apoſtolicæ Sedis Nuncium, ad effectum componendi partes diſſentientes, vitandi causâ pernicioſum illud paratum bellum, datis literis eidem Fratri Thomæ, à præfato Wadingo exhibitis, tenoris ſequentis, videlicet.

Dilecto filio Generali Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum.

1284 Nuper diſplicenter accepimus, „ Inter dilectum filium Nobilem Virum ſecundum Ottonem Marchionem Montisferrati, ex parte una, & Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Vercellen. necnon dilectos filios Nobiles Viros Marchiones de Carreto, de Ceva, & illos de Cotonato, ac Nobiles de Riccis, de Solerio, Malaballis, de Alſeriis, de Pailetis, de Scarampis, de Aſinariis, de Guttuariis, de Cartaranis, & nonnullos alios Nobiles Cives & homines Civitatis Aſtenſis, ejuſque comitatus, & diſtrictus, procurante pacis æmulo, gravem eſſe diſcordiam, quæ non ſolùm eis, ſed circumpoſitæ patriæ gravia pericula comminantur, quæ nos anxiè cogitantes, ac cupientes illis, prout tenemur ex debito Paſtoralis officii, per tuum miniſterium obviare, de cujus affectibus bonum pacis ineſſe experientiâ certâ cognovimus, & de cujus induſtria probata in magnis plenè confidimus, ad partes illas pro hujuſmodi inter dictas partes ſupputanda diſcordia, & concordia reformanda ſub fiducia ejus, qui concordiam in ſuis parat, providimus deſtinandum.

1285 „ Ideo diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ad partes eaſdem, quòd multipliciter affectamus, te perſonaliter conferens, ſtudeas, ſicut bonus operator & diligens, hujuſmodi amputare diſcordiam, ſtudeas pacem, bonorum omnium matrem, inter præfatas partes reformari, ut præſtante ipſo pacis auctore, ejuſdem diſcordiæ tribulis, interveniente concordia, omninò ſuccifis noſtris in hac parte deſideriis, ſatisfiat, vel eo caſu, quòd impeditus, de quo plurimùm doleremus, illùc accedere non valeres pro præmiſſis adimplendis, dilectum filium Procuratorem dicti Ordinis illùc mittas. Ut autem in iis eò efficaciùs proſpereris, quò majori fueris per nos poteſtate munitus, tibi, & per te dictum Procuratorem tractandi, & firmandi pacem & concordiam inter dictas partes, ipſorumque auxiliatores, & eis adhærentes, necnon pacem, & concordiam hujuſmodi faciendi auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Impeditores quoque, turbatores, fractores, & violatores pacis & concordiæ hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet & rebelles, cujuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali vel quavis alia præfulgeant dignitate, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus, vel quibusvis aliis communiter, vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, aut eorum terræ interdicto Eccleſiaſtico ſubiici nequeant, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. *Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. Diœceſis, ſecundo Nonas Junii, Anno Secundo.* Eodem die ſcripſit ſecundo Ottoni Marchioni Montisferrati, & inde ſimiliter Nobilibus de Aſinariis, de Guttuariis, & de Cartaranis, eiuſdem tenoris literis, videlicet.

Dilecto filio Nobili Viro ſecundo Ottoni Marchioni Montisferrati.

1286 „ Cùm dilecto filio Miniſtro Generali Fratrum Ordinis Minorum noſtris demus literis in mandatis, ut ad partes Pedemontis pro earum pacifico & tranquillo ſtatu, & pro bona concordia inter te, & Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Vercellenſem, & dilectos filios Nobiles Viros Marchiones de Carreto, & de Ceva, ac Nobiles de Cotonato, de Solerio, de Riccis, de Malabellis, de Alſeriis, de Peiletis, & de Scarampis, de Aſinariis, de Guttuariis, & de Cartaranis, ac nonnullos alios Nobiles reformanda, ſi commodè poſſit, perſonaliter accedat, vel dilectum filii Procuratorem dicti Ordinis illùc mittat, Nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, quatenus pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, ad bonam concordiam tuum inclines animum, præ-

pa-

„ pares & mentem, ac eidem Generali, ſeù
„ Procuratori in iis, quæ ſuper præmiſſis pro
„ parte noſtra tibi dicet, adhibeas plenam
„ fidem. *Datum apud Pontem Sergiæ, Ave-*
„ *nionenſis Diœceſis, ſecundo Nonas Junii,*
„ *Anno ſecundo.*

1287 Interea Gregorius, quoniam à Bernabone, & Galeatio de Vice Comitibus Mediolanenſibus, qui ut reguli ſe habebant, diverſæ Civitatis, Terræ, & Loca Eccleſiaſticæ ditionis, vi & armis, injuſtè fuerant occupatæ, ſimilia quoque diverſorum Italiæ Principum terræ paſſæ erant pericula, pro ſecuritate locorum Eccleſiæ Romanæ, aliorumque Principum ligam tractavit adversùs præfatos occupatores cum aliis Italiæ Principibus, atque primùm firmata cum Amadæo Comite Subaudiæ, & Marchione Montisferrati, curavit in eamdem ligam traducere Ducem, & Commune Civitatis Januenſis, pro cujus tractatu delegavit Apoſtolicæ Sedis Nuncios antefatum Fratrem Thomam, & Guillelmum Epiſcopum Senenſem, pariter Minoritam, datis eidem Fratri Thomæ ſubjectis literis, à Wadingo pariter ad eundem Annum exhibitis.

Dilecto filio Thomæ, Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali, Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1288 „ Cùm nuper inter Eccleſiam Ro-
„ manam, & dilectum filium Nobilem Vi-
„ rum Amadæum Comitem Sabandiæ, pro ſe
„ ac dilecto filio Nobili pupillo Marchione
„ Montisferrati, cujus idem Comes conſo-
„ brinus, & tutor exiſtit, facta ſit liga con-
„ tra Bernabonem & Galeatiũ de Vice Comi-
„ tibus fratres, & optemus dilectos filios
„ Nobilem Virum Ducem, & Commune Ja-
„ nuenſ. in hujuſmodi fore liga, & propte-
„ rea Venerabilem Fratrem noſtrum Guillel-
„ mum Epiſcopum Senenſem ad Civitatem
„ Januenſem præſentialiter deſtinemus, ad
„ alias partes poſtmodùm pro aliis Eccleſiæ
„ prædictæ negotiis profecturum, dictus-
„ que Comes propter hoc ad dictam Ci-
„ vitatem Ambaxiatores ſuos debeat deſtina-
„ re, volumus, & tuæ diſcretioni præſen-
„ tium tenore mandamus, quatenus proſe-
„ cutionẽ hujuſmodi ligæ ſolicites, juxta poſ-
„ ſe, cum Epiſcopo & Ambaxiatoribus me-
„ moratis. Quòd ſi Epiſcopus ipſe non po-
„ terit in dicta Civitate, quantùm fuerit ex-
„ pediens, remanere, tu omiſſis ſeù dilatis
„ aliis negotiis, quæ tibi injunximus, hu-
„ juſmodi negotium proſequaris, donec fina-
„ le reſponſum fuerit tibi datum. Cæterùm,
„ ut iidem Dux, & Commune ad hujuſmodi
„ ligam promptiores ſe reddant, obligatio-
„ nem, per quam ipſi dant certum tributum
„ Fratribus ſupradictis, parati ſumus irrita-
„ re, & viribus vacare, ac ipſos Ducem &
„ Commune abſolvere à juramento ſuper hoc
„ præſtito per eoſdem; & ſi præfati Dux &
„ Cõmune ad hoc intendere noluerint, formã
„ obligationis eorum, qua ſunt obligati di-
„ ctis fratribus, ut præfertur, habere & nobis
„ deſtinare procures. *Datum Avenione* VII.
Julii, Anno Secundo. Extant apud eundem Wadingum aliæ ejuſdem argumenti Pontificiæ literæ, ſcriptæ eidem Fratri Thomæ, & ſimùl Guillelmo Epiſcopo Senenſi, ſub V. Idus Julii, & XV. Kal. Auguſti, cùm poſtea antedictus Frater Thomas promotus fuiſſet ad Patriarchatum Gradenſem. Ad componendas inſuper diſcordias inter Fridericum de Aragonia, Inſulam Siciliæ Regentem, & Joannam Reginam Jeruſalem & Siciliæ, miſſus eſt eodem Anno Frater Ubertinus de Coroliano Minorita, quem idem Fridericus Legatum & Ambaxiatorem ſuum ad Gregorium miſit, prout literæ Pontificiæ eidem Friderico datæ indicant, quæ ſic ſe habent.

Dilecto filio Magnifico Viro Friderico de Aragonia, Inſulam Siciliæ Regenti.

1289 „ Dilectum filium Ubertinum Or-
„ dinis Fratrum Minorum Profeſſorem, Sa-
„ cræ Theologiæ Magiſtrum, Nuncium &
„ Ambaxiatorem benignè recepimus, & pru-
„ denter & eleganter per eum pro parte tua
„ expoſita audivimus diligenter, & ſtatim
„ illa, quibusdam ex Venerabilibus Fratri-
„ bus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
„ dinalibus debitis modis & formis commiſi-
„ mus ordinanda, & ſperamus, quòd gratiâ
„ divinâ favente, tuæ reconciliationis nego-
„ tium, & alias circa illud opportuna ad de-
„ bitum & votivum conſummationis effe-
„ ctum de proximo deducentur, & credimus
„ ad præſentiam tuam eundem Ambaxiato-
„ rem, qui prudenter, ac modeſte ſolicitis-
„ que ſtudiis tua negotia proſequutus eſt,
„ continuoque proſequitur, in brevi taliter
„ expeditum remittere, quòd debebis merito
„ contentari. Tuam igitur Nobilitatem bona
„ ſpes foveat, & in præfatæ Eccleſiæ devo-
„ tione, bonaque diſpoſitione roboret, &
„ confirmet; ſperantem cum magno nectare
„ deguſtare jamdiù à labiis tuis remota ſua-
„ cia ubera jam dictæ Eccleſiæ Matris tuæ.
„ Nos enim qui eidem Eccleſiæ, licet imme-
„ riti præſidemus, intendimus in tempore de-
„ bito ad te ſinum Apoſtolicæ benignitatis
„ expandere, tuamque Nobilitatem proſequi
„ favoribus gratiæ ſpecialis. *Datum Avenio-*
ne ſecundo Idus Julii Anno Secundo.

1289 Itaque poſt diuturna bella procurantibus concordiam nobiliſſimis ex utraque parte viris, pax tandem firmata eſt, recepta ex parte Friderici procuratorio nomine & ſubſcripta à præfato Urbertino de Coroliano, prout in proœmio præfatorum Capitulorum,

apud Raynaldum ad hunc Annum ſub num.5.
habetur, ubi dicitur, „ Capitula pacis inita,
„ jurata, & firmata inter Illuſtriſs. Domi-
„ nam Joannam Reginam Jeruſalem & Sici-
„ liæ ex parte una, & Magiſtrum Ubertinum
„ de Coroliano Ordinis Minorum Procura-
„ torem & Ambaxiatorem Illuſtriſs. Domini
„ Regis Trinacriæ ex parte altera, olim tra-
„ ctata, & ordinata, & jurata & firmata in-
„ ter dictam Dominam Reginam ex una par-
„ te, & Petrum de Mauro, ac Judicem Bar-
„ tholomæum de Papaleone de Maſſena Pro-
„ curatores, ut ſupra tunc dicti Domini Re-
„ gis ex parte altera, ſunt hæc, videlicet.
„ In primis voluerunt dictæ partes, quod
„ omnis tractatus intelligi debeat, & ſit re-
„ ferendus Domino noſtro Summo Pontifici,
„ & Apoſtolicæ Sedi, à qua Domina Regina
„ tenet Regnum, & eſt Vaſſalla pro illo, &
cætera. Ad hæc porrò ortâ controverſiâ inter
Luſitanum, & Aragonium Reges ſuper Re-
gnis Caſtellæ & Legionis, eam pariter ſeda-
re curavit Pontifex, ab utriſque deinde con-
ſtitutus arbiter.

1290 Inter hæc verò, Avenionem de par-
tibus Boſnæ venit Frater Berengarius Minori-
ta Petri de Aragonia Conſanguineus, à Ludo-
vico Rege Ungariæ & Vicario Ordinis Fra-
trum Minorum Boſnenſi miſſus, poſtulaturus
à Summo Pontifice facultatem accipiendi
nonnulla Loca, ſive in præfato Boſnæ, & Raſ-
ſiæ Provinciis conſtruendi Monaſteria pro
Fratrum prædicti Ordinis habitatione, nè
defectu ſufficientis numeri operariorum Apo-
ſtolicorum Evangelica meſſis detrimentum
pateretur: quæ quidem multa videbatur pro-
pter ſchiſmaticorum, & hæreticorum nume-
rum copioſum, operarii verò pauci: Cui pe-
tioni benignè annuit Gregorius, datis infra-
ſcriptis literis, à præfato Wadingo exhibitis
ad prædictum Annum, ſub num.21. ſic ſe ha-
bentibus.

Vicario Boſnæ Ordinis Fratrum Minorum.

1291 „ Decet providentiam Apoſtolicæ
„ Sedis, quæ catholicæ Fidei defenſionem &
„ propagationē præcipuo ſtudio ſatagit pro-
„ movere, ut illis petitionibus benigniùs an-
„ nuat, quæ hujuſmodi defenſionem, & pro-
„ pagationem reſpicere dignoſcuntur. Sanè
„ exhibita nobis pro parte chariſſimi in Chri-
„ ſto filii noſtri & Chriſtianiſſimi Principis
„ Ludovici Regis Ungariæ Illuſtris, ac tui
„ & dilectorum filiorum Fratrum Ordinis
„ Minorum in Vicaria partium Boſnæ, in
„ quibus pro Ordine ipſius Vicarius exiſtis,
„ degentium petitio continebat, quòd in eiſ-
„ dem Raſſiæ ac Baſarat, & aliis partibus
„ eis vicinis, multi ſchiſmatici, & hæretici
„ commorantur, & quòd ibidem converten-
„ dorum meſſis eſt multa, operarii verò pau-
„ ci, propter quòd expedit in partibus ipſis
„ eſſe plura loca, in quibus Prædicatores ver-
„ bi Dei, ac defenſores & propagatores ejuſ-
„ dem fidei moram trahant. Quare pro dicta
„ parte fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut
„ tibi recipiendi, fundandi, & conſtruendi
„ hujuſmodi quamplura loca in eiſdem parti-
„ bus licentiam concedere dignaremur.

1292 „ Nos igitur hujuſmodi ſupplica-
„ tionibus inclinati, ac benignum præben-
„ tes aſſenſum, Diſcretioni tuæ, de qua in
„ his, & aliis gerimus in Domino fiduciam
„ ſpecialem per te, vel alium, ſeu alios, in
„ territorio Fori de Bonrich, ſpectante ad
„ nobilem Virum Nicolaum de Altamanich,
„ ſub dominio Regis Raſciæ duo loca, & in
„ Contrata de Glas ſub dominio dicti Regis
„ Ungariæ unum, & alia novem loca in præ-
„ dictis Boſnæ, & Raſciæ, ac Baſarat Civita-
„ tibus, & partibus quibuſcumq; quarumcum-
„ que, & etiā ſi nullorum Diœceſium exiſtant,
„ in quibus ſint hæretici, vel ſchiſmatici cum
„ conſilio Diſcretorum dicti Ordinis reci-
„ piendi, fundandi, & conſtruendi cum ſin-
„ gulis Eccleſiis, vel Cappellis, ſeu Orato-
„ riis, Campanilibus, Campanis, & Cœme-
„ teriis, & aliis neceſſariis Officinis in ſin-
„ gulis eiſdem locis pro uſu & habitatione
„ Fratrum dicti Ordinis, & ipſis Fratribus
„ in eis commorandis, jure Parochialium
„ Eccleſiarum, ſi quæ in eiſdem Civitatibus,
„ & partibus ſunt, vel erunt pro tempore,
„ & alterius cujuſcumque in omnibus ſem-
„ per ſalvo, ac Conſtitutione fælicis recor-
„ dationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſo-
„ ris noſtri prohibente, ut Religioſi Ordi-
„ num Mendicantium loca de novo minimè
„ recipiant abſque licentia dictæ Sedis ſpe-
„ ciali, faciente plenam & expreſſam de pro-
„ hibitione ejuſmodi mentionem, & quibuſli-
„ bet aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis
„ contrariis, nequaquàm obſtantibus, aucto-
„ ritate Apoſtolica, plenam & liberam te-
„ nore præſentium licentiam elargimur. Et
„ nihilominùs tibi, & eiſdem Fratribus ea-
„ dem auctoritate cōcedimus, quòd tu, & ipſi,
„ & alii Fratres dicti Ordinis, qui in eiſdem
„ locis, ut præmittitur, conſtruendis, pro
„ tempore fuerint, gaudeatis omnibus & ſin-
„ gulis gratiis, privilegiis, exemptionibus &
„ libertatibus, quibus in aliis antiquis locis
„ ejuſdem Ordinis gauderetis, & gaudere
„ poſſetis. Nulli ergò &c. *Datum Avenione*
„ xv. *Kal. Julii, Anno ſecundo.*

1293 Deinde eodem tempore, ſub datis
x. Kal. Julii literas dedit Gregorius univerſis
& ſingulis Miniſtris Provincialibus, Cuſtodi-
bus, & Guardianis Minorum Ordinis publi-
candas Aſſiſii, & recitandas in feſto Portiun-
culæ, quibus mandat, nè Religioſi præfati
Ordinis adire volentes ad partes Boſnæ uſque
ad numerum ſexaginta, habita atteſtatione
de illorum idoneitate ſubſcripta à duobus fal-
tem

tem teſtibus , nullatenùs Impedire audeant ,
diteraſque & licentiam ſub excommunica-
tionis pœna contravenientibus , concedant:
„ Cæterùm, cùm annuatim (inquit inter alia
„ Gregorius) in Kalendis Auguſti ad Eccle-
„ ſiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula Aſſiſi-
„ natæ Diœceſis , pro Indulgentia ibidem
„ obtinenda , ſoleant multi Fratres dicti Or-
„ dinis cum ſuorum licentia Miniſtrorum ,
„ de diverſis partibus Mundi confluere , pro-
„ pterquòd de bona ipſorum vitâ & intẽtione
„ eſt veriſimiliter pręſumendum, dilectis filiis
„ Miniſtro Provinciæ Sancti Franciſci , &
„ Cuſtodi Aſſiſii Ordinis præfati , ſimiliter
„ præſentium auctoritate mandamus , quòd
„ Miniſter , & in ejus abſentiam , vel defe-
„ ctum , Cuſtos præfati , vel alterius eorum
„ Vicariis , illis Fratribus , qui ad dictam
„ Indulgentiam in Kalendis Auguſti proximè
„ ſecuturis accedent , & ad dictas partes Boſ-
„ næ ire voluerint, ut præfertur , quoſque ad
„ hoc noverit , vel teſtimonio fide digno ſal-
„ tem duorum Fratrum ſæpèdicti Ordinis re-
„ pererit eſſe idoneos , auctoritate noſtra hu-
„ juſmodi licentiam cum opportunis ſuper
„ hoc literis largiatur . Alioquin , qui ſecùs
„ fecerit , culpam inobedientiæ, & hujuſmodi
„ excommunicationis incurrat ſententiam
„ ipſo facto . Et nè plures, quàm ſint neceſſa-
„ rii Fratres ad dictas partes accedant , vo-
„ lumus & præfato Vicario Boſnæ , ac dile-
„ cto filio Berengario de Aragonia , ejuſdem
„ Ordinis Profeſſori, Nuncio præfati Vicarii
„ Boſnæ , ſuper hoc ad Sedem Apoſtolicam
„ deſtinato , in virtute ſanctæ obedientiæ , &
„ ſub ſimili pœna excommunicationis man-
„ damus , quòd ultra numerum ſexaginta
„ Fratrum ejuſdem Ordinis inter Literatos
„ & Laicos vigore præſentium recipere non
„ præſumant . *Datum Avenione x. Kal. Julii*
„ *Anno Secundo* .

1294 Cæterùm quoad res Orientales ,
Turcharum potentia in dies augmentum
ſumebat , atque Græcorum Imperium attere-
batur : & cum adhùc inter ſe Galliæ & An-
gliæ Reges diſſentirent , Caſtellæ quoque &
Aragoniæ mutuo ſe bello impeterent ; Italia
motibus plena , & Germania inquieta exiſte-
rent , nec proinde ſperandum ab hujuſmodi
Regnis , Imperio , Provinciis , & partibus au-
xilium , ut optabat Pontifex , & rei neceſſitas
exigebat ; ideoque ad Ludovicum Ungariæ
Regem plurium Regnorum acceſſione, bellica
virtute florentiſſimum cogitationes ſuas con-
vertit , ac pio ſtudio accendere niſus eſt , ut
expeditionem in Turchas compararet , peri-
cula quoque exponens , quæ imminerent ipſi
Ungarico Regno , niſi maturè ad reprimen-
dos barbaros conatus proſiliret , datis ſubje-
ctis literis , à Raynaldo recitatis ad hunc An-
num, ſub num. 28. videlicet .

Gregorius Epiſcopus &c. Ludovico Regi Ungariæ Illuſtri .

1295 „ Audi , fili chariſſime , verba pa-
„ tris ſalubria, audias, maturè conſideres , &
„ conſiderata, ſtudeas adimplere : cùm illa ti-
„ bi ſuadeant quidquid honoris & gloriæ ,
„ quidquid ſecuritatis & commodi, quidquid-
„ vè perpetui præmii valeas adipiſci . Die-
„ bus ſiquidem non longè præteritis , multi-
„ plicati rumores de diverſis partibus ad Se-
„ dem Apoſtolicam perduxerunt, quòd impii
„ Turci atroces hoſtes Chriſtiani nominis ,
„ ſuper nonnullas partes Græciæ in gravi
„ multitudine irruentes, ſubactis quibus Ma-
„ gnatibus Regni Raſciæ tunc in eis domi-
„ nantibus , & earundem partium populis
„ profeſſione Chriſtianis , ſcilicet ſchiſma-
„ tum & hæreſum maculatione fœdatis , &
„ impietatis erroribus depravatis , lata terra-
„ rum ſpatia occuparunt , & uſque ad tui
„ Ungariæ , & præfatæ Raſciæ Regnorum ,
„ necnon Albaniæ & Sclavoniæ confinia per-
„ venerunt , & venire ad maritima , & por-
„ tus obtinere Maris Adriatici formidantur ,
„ propter quæ timor & tremor fidelibus par-
„ tium vicinarum incutitur , & deſolationis
„ earum proximum præparatur periculum, ac
„ maris & terræ conturbatio pertimetur .

1296 „ Eapropter , cùm ad obviandum
„ ſufficienter ingruenti turbini tantæ cladis
„ aliud , quàm tuæ prægrandis potentiæ va-
„ liturum non videatur remedium , cum præ-
„ ſenti tempore , quò Mundus plùs ſolito eſt
„ poſitus in maligno , de generali paſſagio in
„ hac parte nequeat provideri : devotiſſimam
„ Magnificentiam tuam , quæ inter omnes
„ Reges Catholicos conſuevit eſſe & perſe-
„ cutrix infidelium , & defenſatrix catholicæ
„ Fidei , omni, qua poſſumus affectione pre-
„ camur , quatenùs piè , gratèque recogno-
„ ſcens eximiam potentiam tuam , ad hoc à
„ Domino tibi datam , ut ea utaris ad defen-
„ ſionem ſui Populi , quem pretioſiſſimi cru-
„ oris ſui ſparſione redemit, & per hoc de ca-
„ duco Regno ſęculi conſcendas æternum, ad
„ occurendum potenter rabiei & præſumptio-
„ ni tam crudelis, tamq; execrabilis nationis,
„ tamquam Leo fortis & animoſus exurgas ,
„ ſpereſque in dextra Regis Regum in tuo
„ fideli populo , quòd de ipſis hoſtibus victo-
„ riam reportabis, & à tuis, aliorumq; fidelium
„ ſecuritati duraturo, Deo dante , efficaci re-
„ medio providebis, & pręter tui famoſi nomi-
„ nis adauctam gloriam æterni Regni diade-
„ mate potieris . Nos enim dilectum filium
„ Nobilem Virum Ducem Venetiarũ , ut tibi
„ (ſi indigueris) de copia Navigiorum ſub-
„ veniat , per noſtras literas exhortamur ,
„ alioſque poſſibiles favores Apoſtolicæ Se-
„ dis Magnitudini tuæ offerimus , cùm ad
„ hoc intendere volueris , promptis affecti-

,, bus impendendos. *Datum apud Pontem*
,, *Sergiæ Avenionenſis Diœceſis, Idibus Maii,*
,, *Anno Secundo.*

1297 Scripſiſſe porrò eodem tempore ad Reginam Eliſabetbam, ad Carolum Dyrrachinum, ad Archiepiſcopos Strigonienſem & Colocenſem, & ad Epiſcopum Vacienſem, ut Ludovicum Regem præfatum ad Turcicum bellum concitarent, ex Vaticanis monumentis refert idem Raynaldus; ſolicitavit inſuper Andream Cōtarenum Venetorum Ducem, quatenùs & ipſe, & ſuum Commune non negligerent viribus maritimis Turcis ſe opponere, quorum aucta potentia etiam ipſis exitium minitare poterat. Thebis inde ſolemnes Occidentalium & Orientalium Chriſtianorum indixit conventus pro ineundo fœdere adversùs eoſdem Turchos, quibus intereſſe juſſit Neopatriæ, & Nixienſem Archiepiſcopos, ſolicitatis per literas compluribus Orientalibus Magnatibus, ut ſaltem Oratores ad præfata Thebana mitterent comitia. Sed quoniam proximum exitium Græcorum Imperio per Turchas minitari videbatur, ideò Pontifex Palæologo admonere curavit, ut nondùm expectato exitu Thebanorum conventuum, quantas poſſet copias adversùs præfatos Barbaros comparare non negligeret, miſſo ad ipſum Archiepiſcopo Neopatrenſi cum ſubjectis literis.

Chariſſimo in Chriſto filio Joanni Palæologo Imperatori Græcorum Illuſtri.

1298 ,, Lacrymabili expoſitione Venerabilis Fratris Franciſci Archiepiſcopi
,, Neopatrenſis, latores præſentium, publi-
,, cæque famæ atteſtatione admodùm dolen-
,, ter audivimus, quòd impia gens Turcho-
,, rum, inimica & perſecutrix nominis Chri-
,, ſtiani, tuique Imperii occupatrix, in tanta
,, copia de ſuis finibus eſt egreſſa, & pecca-
,, tis exigentibus, noviter ſic prævaluit, quòd
,, nonnullos populos dicti tui Imperii uſque
,, ad fines Raſciæ, & Albaniæ, & Ducatus
,, Athenarum ſuæ perfidiæ ſubjugavit, & te-
,, net aſtrictos ſub ſua miſerabili ſervitute, &
,, tam potenter, tamque fortiter alias partes
,, Chriſtianorum impugnat & invadit aſſiduè,
,, quòd niſi obvietur eidem, de totali perdi-
,, tione dicti tui Imperii, aliarumque terrarū
,, fidelium ultramarinarum probabiliter per-
,, timetur.

1299 ,, Nos igitur in tantis Chriſtiani-
,, tatis periculis de opportunis providere re-
,, mediis cupientes, inter alia remedia (Deo
,, dante) ad hoc utilia ſuper reſiſtentia Tur-
,, cis prædictis facienda unionem, tuæ ma-
,, gnificentiæ, ac aliorum fidelium de dictis
,, ultramarinis partibus providimus & con-
,, ſulimus eſſe, quamcitò fieri poterit, fa-
,, ciendam; & ſuper his hoc certis Prælatis
,, ac Principibus & Magnatibus direximus
,, ſcripta noſtra. Quare Imperialem Celſitu-
,, dinem, de cujus intereſſe grandi agitur in
,, hac parte, requirimus & hortamur atten-
,, tiùs, ac totis cordis affectibus depreca-
,, mur, quatenus ad Civitatem Thebanen-
,, ſem, quæ aliquibus terris tuis vicina, &
,, ad hoc tuis Ambaxiatoribus, & aliis, qui
,, in hoc parte tanguntur, quibuſque ſcribi-
,, mus, magis accomoda reputatur, ad Kalen-
,, das menſis Octobris proximè ſecuturi tuos
,, Ambaxiatores, & Procuratores cum pleno
,, mandato ad tractandum & faciendam unio-
,, nem hujuſmodi cum Eccleſiarum Prælatis
,, ac Principibus & Magnatibus, qui in ipſa
,, unione ligari & contribuere voluerint, &
,, ad offerendum & promittendum certum
,, ſubſidium Gentis armigeræ, in mari, vel
,, terra tenendæ, eadem tua Serenitas velit
,, deſtinare.

1300. ,, Nos etenim Archiepiſcopo præ-
,, fato injunximus, quòd ad requirendum
,, ex parte noſtra te & eoſdem Prælatos &
,, Principes ac Magnates debeat perſonaliter
,, ſe conferre, vel mittere alium loco ſui:
,, & cùm ſit in mora periculum, & conventio
,, requirendorum hujuſmodi propter longam
,, eorum diſtantiam non poſſit citiùs commo-
,, dè fieri, eamdem Celſitudinem rogamus ex
,, corde, quatenus non expectata firmatione
,, unionis præfatæ, quamcitò poteris tuæ
,, Gentis ſubſidium contra eoſdem Turcos
,, mittere non retardes, ſic promptè, ſicque
,, magnificè ſuper his facturus, quòd tuis &
,, totius Chriſtianitatis damnis & periculis
,, providè obvies, & nihilominùs exinde à Deo
,, perenne præmium conſequaris. Nos etiam
,, de mittendo ad partes illas Apoſtolicæ Se-
,, dis Legato, & aliis opportunis exhibendis
,, remediis, dante Domino, curabimus provi-
,, dere. *Datum Avenione Idibus Novembris,*
,, *Anno ſecundo.*

1301 Dùm hæc agerentur, non modica orta eſt inter Genuenſes & Cyprios diſcordia, offenſi illi, quòd octo ex ſuis innoxii, ſub prætextu factæ ab eis in Regem conſpirationis è Turri, ipſo jubente Rege, præcipitati, occiſi fuerint, univerſa illorum cogitatio ad vindictam erat intenta: Quod cùm Pontifici innotuiſſet, amaro tulit animo, peroptimè proſpiciens quanti detrimenti eſſet rebus Chriſtianis in Aſia illaturum novum hoc bellum, & quantùm favorabile Turcis, qui ubique Chriſtianorum Terras invadere moliebantur: Quare ſtatim legationem decrevit ad Januenſes pro tractanda concordia, ſelecto ſæpefato Fratre Thoma Minorita, tunc Patriarcha Gradenſi, ut indicant ſubiectæ literæ, à Wadingo recitatæ ad hunc eundem Annum, ſub numero XVI. ſequentis videlicet tenoris.

Venerabili Fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1303 „ Propter diſcordiam nuper inter
„ dilectos filios Januenſes, & Cypriëſes exor-
„ tam, dilectis filiis Nobili Viro Duci, &
„ Conſilio Antianorum; ac Communi Civi-
„ tatis Januenſis ſcribimus, ſecundùm teno-
„ rem præſentibus incluſum. Quare frater-
„ nitatem tuam hortamur, mandantes, qua-
„ tenus apud dictos Ducem, Conſilium, &
„ Commune, ut noſtris precibus, eiſque
„ ſalubribus, annuant, omnimodam tuam
„ diligentiam ſtudeas adhibere. *Datum Ave-*
„ *nione* VI. *Kalendas Januarii, Anno II.* In-
ſertæ porrò litteræ, quarum meminit Ponti-
fex, fuere ſequentes.

Dilecto filio Nobili Viro Dominico de Campofregoſo Duci, ac Conſilio Antianorum, & Communi Civitatis Januenſis.

1304 „ Fide digna, ſed amara nimia,
„ quorundam relatio ad noſtrum perduxit
„ auditum, quòd hoſtis humani generis ſu-
„ ſcitator indeſinens ſcandalorum inter vos,
„ & Cyprienſes (quorum & nonnullorum
„ ultramarinorum fidelium unà nobiſcum
„ Confederationem adversùs impios Tur-
„ chos, ſacræ Fidei inimicos, perſequentes,
„ plùs ſolito Chriſtianos, tractari, & fieri,
„ per Apoſtolicas literas nuper vobis, & eis
„ ſuaſimus) grande ſcandalum ſuſcitavit,
„ propterquòd adeo provocati dicimini,
„ quòd diſponitis certas armare galeas, &
„ guerram facere Cyprienſibus prælibatis.
„ Nos igitur advertentes, quòd guerra ipſa
„ eſt nimiùm periculoſa vobis, & eiſdem
„ Cyprienſibus, aliiſque Chriſticolis, maxi-
„ mè iſto tempore, quo iidem Turchi con-
„ tra Chriſtianos eoſdem ſuas vires exten-
„ dunt, & (proh dolor!) dilatant potentiam;
„ quòdque Ambaxiatores eorundem Cy-
„ prienſium, ut fertur, jam fuerant Venetiis
„ ad Sedem Apoſtolicam profecturi, & quòd
„ forſan talia portant, quòd de eis poteritis
„ contentari, ac intendentes inter vos &
„ Cyprienſes præfatos, concordiam procu-
„ rare, Prudentiam veſtram rogamus & hor-
„ tamur attentiùs, vobis ſano conſilio ſua-
„ dentes, quatenus maturè conſiderentes præ-
„ miſſa, & quòd ſicut cortina cortinam tra-
„ hit, ſic ſcandalum ſcandala generat, & bel-
„ lum bella producit, ex quibus utræque
„ partes nimiùm patiuntur ab omni novi-
„ tate Cyprienſibus inferenda præfatis vel-
„ letis penitùs abſtinere. *Datum Avenio-*
„ *ne* VI. *Kalen. Januarias, Anno II.* At non
diù poſt, cùm accepiſſet Gregorius, ma-
gnum belli apparatum fieri à Januenſibus
contra Cyprienſes, interpoſuit & meditatio-
nem Regis Galliæ, & efficacioribus literis
excitavit prędictum Fratrem Thomam ad co-
operandum pro antedicta concordia, ad hunc
ſcilicet modum ſcribens,

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1304 „ Intelleximus diſplicenter, quod
„ dilecti filii nobilis Vir Dux, & commune
„ Civitatis Januenſis, aſſerentes nonnullis
„ Civibus ſuis gravem in Regno Cypri per
„ dilectum filium nobilem Virum Joannem de
„ Liſiniaco Principem Antiochenum, & gen-
„ tes ſuas fuiſſe factam injuriam, ad vindi-
„ ctam contra dictum Principem magnum fa-
„ ciunt apparatum. Nositaque conſideran-
„ tes, quod hoc fieri non poſſet abſque inva-
„ ſione dicti Regni, & ſi fieret, Chriſtifide-
„ libus illarum partium non modica detri-
„ menta, & ſcandala, & diminutio Fidei
„ Chriſtianæ, ac favor & vigor ejuſdem Fi-
„ dei, & Chriſtiani nominis hoſtibus ſequi
„ poſſent, ipſumque Regnum, quod in ipſo-
„ rum hoſtium faucibus ſitum exiſtit, & eſt
„ tamquam murus & vallum cæteris illarum
„ partium colentibus nomen Chriſti, magnis
„ damnis, & periculis poſſet exponi. Quod-
„ que non ſolum idem Princeps, qui feciſſe
„ injuriàm dicitur, ſed etiam chariſſimus in
„ Chriſto filius noſter Petrus Rex Cypri Il-
„ luſtris, qui juvenis eſt, purus, & inno-
„ cens, majorem exinde reciperet læſionem,
„ aliaque mala & pericula tàm animarum,
„ quàm corporum debent veriſimiliter formi-
„ dari, malis & periculis hujuſmodi deſide-
„ ramus remedium ahibere.
1305 „ Tua igitur fraternitas excitans
„ ingenii tui vires ex parte noſtra prædicta in
„ conſiderationem prædictorum Ducis, &
„ communis deducat, eoſdemque affectuo-
„ ſius roget, & efficaciter in Domino exhor-
„ tetur, ut pro Divina & noſtra, & Apoſto-
„ licæ Sedis reverentia, & pro evitatione tan-
„ torum malorum ab hujuſmodi apparatu, &
„ invaſione prorſus abſtineant, præſertim cum
„ nobis relatione innotuerit fide digna, quod
„ prædicti Rex & Princeps ad præſentiam
„ noſtram ſuos Ambaſciatores, quos expe-
„ ctamus in brevi, hac de cauſa mittant.
„ Noſque intendamus cum effectu interpone-
„ re partes noſtras, quod per dictos Regem
„ & Principem eiſdem Duci, & communi
„ fiat debita ſatisfactio, ſi quam in Regno
„ præfato Cives eorum injuriam paſſi ſunt.
„ Age igitur in hoc valenter, & provide, ita-
„ quod tanta mala, quæ ex hujuſmodi inva-
„ ſione ſequi poſſent, induſtriæ tuæ coope-
„ rante miniſterio, evitentur, & pax & con-
„ cordia ſubſequantur *Datum Avinione* XIII.
„ *Kal. Febr. Anno III.* His non contentus Gre-
„ gorius duos alios adjecit. Nuncios pro
præ-

,, præfata concordia tractanda, fratrem ſci-
,, licet Gulielmum Minoritam Epiſcopum
,, Narnienſem, & Joannem de Abbatibus
,, Cauſarum Palatii Apoſtolici auditorem, ut
,, aliæ tradunt Pontificiæ literæ eidem fratri
,, Thomæ datæ ſequentis tenoris.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1306 ,, Ad procurandam concordiam in-
,, ter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum
,, Petrum Regem Cypri Illuſtrem, ſuoſque
,, Regnicolos ex una parte, ac dilectos filios
,, Nobilem Virum Ducem, & Conſilium,
,, ac Commune Civitatis Januenſis, ſuper
,, exorta inter eos diſcordia ex altera: Vene-
,, rabilem fratrem noſtrum Guilelmum Epi-
,, ſcopum Narnienſem, & dilectum filium
,, Magiſtrum Joannem de Abbatibus Decre-
,, torum Doctorem Cappellanum noſtrum,
,, ac Apoſtolici Palatii cauſarum Auditorem;
,, Apoſtolicæ Sedis Nuncios, latores præ-
,, ſentium ad dictos Ducem, Conſilium &
,, Commune tranſmittimus de præſenti. Qua-
,, re cum multum habeamus cordi dictam
,, concordiam, fraternitatem tuam hortamur
,, attentè, mandantes, quatenus eoſdem
,, Nuncios tuis Conſiliis dirigas in agendis,
,, ac eis aſſiſtas favoribus opportunis. *Da-*
,, *tum Avinioni x. Kal. Maii, Anno III.*

1307 Dum hæc Summo Pontificis ſtudio agerentur, nova & non minus periculoſa diſſidia exorta ſunt inter Ludovicum Ungariæ Regem, & Albertum ac Leopoldum Auſtriacos, atque Andream Venetorum Ducem, & Franciſcum de Carraria in Civitate Patavina Imperialem Vicarium, quibus occurrere volens Gregorius pacificatorem deſtinavit eundem fratrem Thomam Patriarcham Gradenſem, cui ſubjectas ſcripſit literas.

Venerabili Fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1308 ,, In cunctos Chriſti fideles, præ-
,, ſertim ubi Reges & Principes tanguntur,
,, & magna poſſunt Chriſtifidelibus pericula
,, ex eorum diſſentionibus provenire, vige-
,, re pacem & concordiam cupientes, & de
,, Tuæ circumſpectionis induſtria in multis,
,, magnis & arduis comprobata; gerentes in
,, Domino fiduciam ſpecialem fraternitati
,, tuæ mandamus, quatenus pro pace & con-
,, cordia inter chariſs. in Chriſto filium no-
,, ſtrum Ludovicum Regem Ungariæ illu-
,, ſtrem & dilectos filios nobiles Viros Al-
,, bertum & Leopoldum Auſtriæ, & An-
,, dræam Contarenum Venetiarum Ducem,
,, ac Commune Venetiarum Caſtellanenſis
,, Diœceſis, & Franciſcum de Carraria mi-
,, litem Paduanum in Civitate Paduana Im-
,, perialem Vicarium, auctore Domino, re-
,, formandis interponas efficaciter ſolitæ tuæ
,, diligentiæ partes; ut tuo cooperante in
,, premiſſis miniſterio ſtudioſo, juxta deſiderii
,, noſtri votum, effectus pacis, & concor-
,, diæ laudabiliter ſubſequatur, nec tamen
,, putamus, quòd in accedendo propterea ad
,, eoſdem Regem, & Duces Auſtriæ, frater-
,, nitatem eandem oporteat liberare, ſed
,, exiſtimamus quòd in Venetiis, & in Civi-
,, tate Paduana prædictis, tractatus hujuſ-
,, modi concordiæ ſufficienter poſſit haberi,
,, & ſi Divina gratia fuerit, feliciter conſu-
,, mari. Nos enim eiſdem Regi, Ducibus,
,, & Communi, ac Franciſco ſcribimus in
,, forma, quam continent Cedulæ præſenti-
,, bus incluſæ, quibus literas, quæ dirigun-
,, tur eiſdem, facias prout tibi videbitur,
,, præſentari. *Datum Avinioni iv. Kal. Julii,*
,, *Anno III.* Quas diſſenſiones opera & ſtudio præſati Thomæ ſublatas, ſubſequentes Pontificis literæ eidem datæ ſignificant, quæ ſic ſe habent.

Venerabili fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Apoſtolicæ Sedis Nuncio.

1309 ,, Multum gratanter audivimus,
,, quòd te prudente, & ſolicitè operante in-
,, ter dilectos filios nobiles Viros Ducem &
,, Commune Venetiarum ex una parte, &
,, Franciſcum de Carraria militem in Civita-
,, te Paduana Imperialem Vicarium ex alte-
,, ra, eſt concordia reformata, de quo Deo
,, gratias agimus, & tuæ fraternitatis dili-
,, gentiam multipliciter commendamus. Vo-
,, lumus autem, quòd Capitula ſeu Copiam
,, inſtitutori dictæ concordiæ nobis deſtinare
,, procures. Et, ne, quod factum eſt ad prædi-
,, ctorum ſalutem, vertatur in damnum. &
,, periculum Eccleſiæ prælibatæ cum prædi-
,, ctis Duce, & Franciſco, & aliis ſolicitis
,, ſtudiis opereris, quod gentes partium
,, prædictarum diſpergantur, ne faciant co-
,, mitivas, præſertim dictæ Eccleſiæ, ſuiſq;
,, colligatis & fidelibus moraturas. *Datum*
Avinione III. *Idus Octobris, Anno III.*

1310 Prævalere conabatur ferè in univerſa Europa ea tempeſtate, diſſenſionis ſpiritus, pacis & concordiæ inimicus, nam & Romæ civilia jurgia eodem tempore: & pernicioſa quidem exorta ſunt, quæ univerſam Urbem turbia, & motibus repleverunt, quoniam non una erant cauſa & inter eoſdem, ſed diverſæ & plures, & inter diverſos Cives prænobiles & potentes, videlicèt inter Jordanum de Urſinis, & Geraldum Abbatem Monaſterii Majoris propè Turonem, Gubernatorem aliquarum Urbium dictionis Eccleſiaſticæ, ex una cauſa: Inter Populum Romanum Senatumve, & Lucam de Sabello

qui-

Digitized by Google

Domicello, ex altera cauſa; inter eundem Populum Romanum, & Comites Anguillariæ, alia de occaſione, & alia quoque inter præfatum Populum Romanum, & aliquos Eccleſiæ Miniſtros; Ad ea verò componenda diſſidia, parteſque pacificandas diſſentiones ſedulo ſtudio incubuit Gregorius, data tractandi ad concordiam reducendi commiſſione fratri Angelo de Bibiena Procuratori Generali in Curia Romana Ordinis Minorum, ſcribens Populo Romano ſequentes literas.

Dilectis filiis Populo Romano ſalutem.

1311 ,, His diebus dolenter auditis di-
,, ſcordia, ac guerra inter vos & dilectum fi-
,, lium nobilem virum, Lucam de Sabello
,, Domicellum Romanum exortis, & quæ
,, oriri videbantur inter vos, & dilectos filios
,, nobiles Viros Comites Anguillariæ, ſtatim
,, vobis & eiſdem nobilibus direximus ex-
,, hortatoria ſcripta noſtra, donec ſuper iis
,, aliquam perſonam idoneam mitteremus;
,, nunc dilectum filium Angelum de Bibiena
,, Ordinis fratrum Minorum in Romana Cu-
,, ria Procuratorem Generalē in Sacra Theo-
,, logia Magiſtrum, horum latorem, de no-
,, ſtra intentione ſuper iis informatum plena-
,, riè, ad veſtram & dictorum nobilium præ-
,, ſentiam deſtinamus, cui ſuper iis, quæ de
,, præmiſſis diſcordiis, & aliis, ſi quæ vos
,, tangentes orirentur, quod abſit, Vobis
,, ex parte veſtra narraverit, ſicut reverentes,
,, devoti, & obedientes filii, quod in pace
,, & tranquillitate degere continue affecta-
,, mus curetis fidem plenariam adhibere. *Datum apud Villam Novam Avinionenſis Diœceſis* VII. *Idus Septembris, Anno III.* Hactenus literæ datæ Populo Romano, cui biduo poſt adjecit & ſequentes.

Dilectis filiis Populo Romano ſalutem.

1312 ,, Tanta eſt dilectio, quam ad Vos
,, præcipuos noſtros, & Eccleſiæ Romanæ
,, filios gerimus, & geſſimus etiam in Mino-
,, ribus conſtituti, quòd cum aliqua ſiniſtra
,, relatio, quantumcumque fide digna nobis
,, de veſtra filiatione refertur, cùm non ſub-
,, ſit cauſa, quæ pateat, non poſſumus ei fidē
,, credulam adhibere; Sed quia interdum la-
,, tet morbus incognitus, qui non curatus à
,, principio ſumit augmentum, & difficul-
,, ter feram recipit medicinam, cùm audi-
,, verimus vos contra Officiales, & Terras
,, dictæ Eccleſiæ adeò fore turbatos, quòd
,, concepiſſe videmini contra Civitatem no-
,, ſtram Sutrium, & alias Terras ejuſdem
,, Eccleſiæ vobis vicinas facere noxiam novi-
,, tatem (quod abſit) dilectum filium An-
,, gelum de Bibiena Ordinis fratrum Mino-
,, rum in Romana Curia Procuratorem Ge-
,, neralem, in Sacra Theologia Magiſtrum,
,, harum latorem. Virum utique circumſpe-
,, ctum, & amatorem unitatis, & pacis de
,, noſtra intentione plenariè informatum, ad
,, vos providimùs deſtinandum, cui ſuper iis,
,, quæ de præmiſſis vobis ex parte noſtra nar-
,, rabit, velitis fidem plenariam adhibere.
,, *Datum apud Villam Novam Avenionenſis*
,, *Diœceſis* V. *Idus Septembris, Anno III.*

1313 In his porrò turbis capta occaſione, violato quovis fœdere, Bernabos & Galeatius in Italia Tyrannidem exercentes, prout ſuperiùs tetigimus, & adversùs Terras Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque etiam aliorum Principum bellum inferebant, ac vi, nullo tamen, niſi tyrannico jure ſibi ſubiicere conabantur, defenſores verò Pontificiæ juriſdictionis carcere, exilio, & morte, etiam ſi Eccleſiaſticos Monachos, ſivè Clericos, auſu ſacrilego plectabant; ac inſuper ſua laicali poteſtate hos, vel illos ſuis exuebant dignitatibus, aliis ſecundùm proprium beneplacitum ſubſtitutis, prout Gregorius in Conſtitutione contra eos lata, univerſis Chriſtifidelibus publicata, ſub datis Avenioni in Palatio Apoſtolico VII. Idus Januarii, ſuâ Pontificatus, Anno III. perſpicuum fit; Hinc ad impios horum Tyrannorum conatus refrenandos Pontifex, cæterorum Italiæ Principum fœdus adversùs eoſdem conſtabilire procuravit, petitis etiam à Germania auxiliis, & Ungaria. Tractavit hoc fœdus Pontificio nomine cum Januenſibus ſæpefatus Frater Thomas, licèt ſine fructu, vel propter bellum, quod in Cyprios parabant, diſcordia nondùm ſedata, nec eorum adhùc placatis animis, vel propter alias peculiares cauſas: undè Gregorius dum per literas præfati Thomæ accepit, Januenſes prædictos detrectare antedictum fœdus cum Pontifice inire, reſcripſit ad hunc modum.

Venerabili Fratri Thomæ Patriarchæ Gradenſi Sedis Apoſtolicæ Nuncio.

1314 ,, Literas tuæ fraternitatis beni-
,, gnè recepimus, & eas, & illas, quas di-
,, lecto filio Magiſtro Franciſco Bruni Secre-
,, tario noſtro direxiſti, perlegimus, & eis,
,, & tuam diligentiam commendantes, bre-
,, viter reſpondemus; quòd nos magis pro
,, bono publico, & defenſione, & augmen-
,, to libertatis, honoris & ſtatus Civitatis
,, Januenſis, quam ſemper ſincerè dileximus,
,, & diligimus, cum dilectis filiis Nobili
,, Viro Duce, ac Commune ejuſdem Civi-
,, tatis, ligam & confœderationem fieri af-
,, fectavimus, & optamus, quàm pro aliquo
,, noſtro & Terrarum Nobis, & Eccleſiæ
,, Romanæ immediatè ſubiectarum commo-
,, do ſpeciali: Si ergo liga hujuſmodi fieri
,, poſſet, ſatis eſſet nobis placitum, & ac-
,, ceptum: ſi autem id nequeat obtineri,

Di-

„ Divinæ providentiæ , quæ omnia rectè
„ providet & diſponit , relinquatur . Sed
„ illud , quod magis inſidet nobis, cordi eſt ,
„ quòd præfati Dux & Commune in vera
„ devotione , & dilectione Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ , ſicut fecerunt hactenus , & de
„ præſenti faciunt , perſeverent , nec tyran-
„ nis illis Immanibus adhæreant , aut faveant
„ ullo modo . Ad hoc igitur eos , quos be-
„ nè diſpoſitos eſſe putamus , fortiùs anima-
„ re procures , inter cætera notificamus eis,
„ quòd ſicut fide digna relatione percepi-
„ mus , de ipſorum Territorio ad Terras
„ Sarezanæ , & Lavenciæ , ac alias , quæ
„ per tyrannos eoſdem detinentur , victualia
„ in noſtrũ,noſtrarumq;gentium prejudicium
„ deferuntur . Et ex hoc ex parte noſtra ex-
„ horteris , & roges,ut ab hujuſmodi victua-
„ libus deferendis , & aliis favoribus præfa-
„ tis tyrannis , aut eorum fautoribus , &
„ gentibus , gentes ſuas prorsùs faciant ab-
„ ſtinere : eorum inſuper conſiderationi pro-
„ ponens , quòd per proceſſus , & ſententias
„ per Nos de Fratrum noſtrorum conſilio in
„ Conſiſtorio publico , & Chariſſimum in
„ Chriſto Filium Carolum Romanorum Im-
„ peratorem ſemper Auguſtum factas , & la-
„ tas , ipſorum tyrannorum fautores , com-
„ plices , & ſequaces , aut eis dantes conſi-
„ lium , auxilium , vel favorem , gravibus
„ pœnis, & ſententiis Spiritualibus, & Tem-
„ poralibus innodantur . Tua itaque frater-
„ nitas , ut ad propoſitum revertamur , ſi
„ videat quòd ad ligam hujuſmodi ſtatim
„ venire velint , advertens , quòd in hoc
„ tempus per excuſationes frivolas , & ficta
„ ſubterfugia non trahatur , effectum ligæ
„ hujuſmodi ſolitæ diligentiæ ſtudio proſe-
„ quaris . Alioquin prædictos Ducem &
„ Commune benè diſpoſitos , & firmatos ,
„ ſicut de eis ſemper ſperavimus , & ſpera-
„ mus , & etiam per effectum advertimus ,
„ in noſtra & ejuſdem Eccleſiæ devotione ,
„ ac dilectione dimittens , perfice iter tuum,
„ Nobis quid exinde feceris , reſcripturus .
Datum Avenione XIII. *Kalendas Februarii* , *Anno III.* Miſit quoque Gregorius ad Ludovicum Gonzagam Vicarium Imperialem in Civitate Mantuana pro liga, ſivè fœdere contra antedictos tyrannos ineunda , Fratrem Petrocinum de Mantua Minoritam Provinciæ Sancti Antonii Miniſtrum Provincialem , prout indicant ſubiectæ eidem Imperiali Vicario datæ literæ , videlicet.

Dilecto filio Nobili Viro Ludovica de Gonzaga Militi Mantuano, in Civitate Mantuana Imperiali Vicario .

1315 „ Sicut pluriès aliàs ſignificare cu-
„ ravimus , ita nunc quædam contingentia
„ iniquitatis filios Bernabonem , & Galea-
„ tium de Vice Comitibus de Mediolano ,
„ Eccleſiæ Romanæ, ac tuæ Nobilitatis com-
„ munes hoſtes , dilecto filio Petrocino de
„ Mantua Sacræ Theologiæ Magiſtro , Pro-
„ vinciæ Sancti Antonii Ordinis Fratrum
„ Minorum Miniſtro , eidem Nobilitati re-
„ ferenda duximus imponenda , cujus pro
„ parte noſtra relatibus adhibeas plenam fi-
„ dem . *Datum Avenione ſecundo Nonas Ju-*
„ *lii* , *Anno tertio* .

1316 Denique Inito cum diverſis Principibus fœdere contra Vice-Comites Mediolanenſes , atque conflato valido Exercitu ex Germanicis , Ungaricis, Gallis, atque Italis, ventum eſt ad prælium cum magna Tyrannorum clade , adeout infra duos menſes , ultra centum Caſtra per rebellionem , & alios modos prædictorum Tyrannorum ſubtracta eis fuerint , ut ſcribit Gregorius Philippo Tarentino Imperatori Conſtantinopolitano appellato. Qui quidem hujuſmodi clade attriti, & majora mala pertimeſcentes , fœderatorum Exercitu ad ipſum Mediolanenſem Statum ſe movente , ſecundùm Pontificis juſſionem , pacem poſtularunt , quæ à Pontifice primùm denegata fuit , cauſam & rationem adducens:
„ Quia iidem hoſtes , præſertim præfatus
„ Bernabos , qui pluriès Eccleſiæ memoratæ
„ pacem frangere non erubuit , & eſt noto-
„ rius fidefragus , pacem & promiſſa eorum,
„ niſi ad ipſorum commodum non obſervant,
„ non intendimus pacem habere cum ipſis ,
„ quia de ea confidere non valemus . *Hæc Gregorius* in reſponſivis literis , addens : *Nec facimus tot intolerabiles expenſas vobis notas , ut ad pacem deceptabilem deveniamus* . Licèt poſtea , ſciverit ſe ab ea ſententia traduci , ut clientes Eccleſiæ bello attritos levaret .

1317 Inter hæc tamen ſua , pro quanto infœlix illa & turbata temporis permittebat conditio , non omiſit ſtudia pro ſubveniendo Conſtantinopolitano Imperio , à Turcis attrito , redactâ penè Macedoniâ & Epiro ſub Amurathis Turcarum Principis tyrannide : Acceptâ namque Legatione Joannis Palæologi Græcorum Imperatoris , & audito miſerabili præfati Imperii ſtatu , conſilia inivit pro aliquali inſerendo ſubſidio ; ac primùm ſtatuit , ut duodecim Triremium claſſis extrueretur , quæ in Heleſponto, & Mari Ægeo Barbaros trajectu ex Aſia in Europam arcerent . Deinde eundem Legatum commendatum miſit ad univerſos ferè Reges & Principes Europæ , auxilia ab eis poſtulaturum , quemadmodùm etiam à ſuo Imperatore in mandatis habet . Ad hæc verò compaſſivam dedit ipſi Palæologo Epiſtolam , admonens ſimùl univerſa mala hæc in gentem Græcorum , juſto Dei judicio , evenire propter illorum in ſchiſmate pertinaciam . Literas exhibet Raynaldus ad Annum Domini MCCCLXXIII. ſub num. 2. quæ ad hunc modum ſe habent .

Gre-

Gregorius &c. Chariſſimo in Chriſto filio
Joanni Palæologo Imperatori
Græcorum Illuſtri,
ſalutem &c.

1318 „ Cum prægrandi amaritudine no-
„ ſtræ mentis relationibus continuatis audi-
„ mus, quòd impii Turci hoſtes ſanctiſſimi
„ chriſtiani nominis, ſpecialeſque tui culmi-
„ nis perſecutores & deſtructores tui Impe-
„ rii contra Chriſtianos aſſiduis ſucceſſibus
„ proſperantur; propterquòd Civitates Con-
„ ſtantinopolitana, & Theſſalonicenſis, &
„ aliæ Terræ, quas poſſides de præſenti, quaſi
„ ab eiſdem Turcis incluſæ, in magno dicun-
„ tur periculo remanere; ideòque Catholi-
„ cis, qui in illis ſunt partibus, & etiam
„ Græcorum, ſeù Romaniæ Populis, licèt à
„ Sancta Catholica, & Apoſtolica Eccleſia
„ ex antiquo ſchiſmate ſeparatis (ſpe tamen
„ concepta, quòd ad ovile Domini, & uni-
„ tatem Sanctę Sedis Apſtolicæ revertantur)
„ paterno compatientes affectu, ad reſiſten-
„ dum dictis Turcis, & defendendum terras
„ ultramarinas, quas iidem poſſident Chri-
„ ſtiani, certam unionem Galearum, de qua
„ tuæ Celſitudini aliàs ſcripſimus, & alia re-
„ media pro nunc poſſibilia, donec (ut ſpe-
„ ramus) ſedatis bellis Occidentalibus, me-
„ liora adhiberi poterunt, ſolicitè procura-
„ mus, ut per ea Turcis reſiſtant eiſdem, ac
„ Clerus, & Populi tui Imperii relicto dam-
„ nabili ſchiſmate, propterquòd (ut com-
„ munis eſt opinio) ipſi quaſi ad nihilum
„ ſunt redacti; & inimici Chriſti, videlicet
„ Sarraceni & Turchi, prævaluerunt, & præ-
„ valere non ceſſant aſſiduè contra eos, ad
„ unitatem dictæ Eccleſiæ devotis mentibus
„ unanimiter revertantur: Et ſi tu, & ipſi ve-
„ litis verè & purè ad hoc intendere, & in-
„ ciperetis dare operam efficacem, nos, ac
„ Principes Occidentis circa defenſionem
„ dictorum Populorum Romaniæ eſſemus
„ indubiè promptiores. Et quia tu, ac Cle-
„ rus, & Populus dicti tui Imperii, ſi ad hoc
„ diſponatis intendere, eſſetis forsàn conten-
„ ti per perſonas veſtræ nationis ſuper hoc
„ inchoare tractatum, nos contentaremur,
„ quòd dilecti filii Nobiles Viri Joannes La-
„ ſcari, Coloferos miles, & Demetrius Chi-
„ donii de Conſtantinopoli nobis noti, ſcien-
„ tes Græcam & Latinam Linguas (Viri uti-
„ que fideles, circumſpecti & literati) exi-
„ ſterent tractatores: Super quibus velis no-
„ bis, quòd tua Celſitudo, & ipſi Clerus in-
„ tendant, tuis, & ipſorum literis reſponde-
„ re. *Dat. apud Pontem Sergiæ Avenionenſis*
„ *Diœceſis* XI. *Kal. Julii, Anno tertio*.

1319 Sed quoniam vaſtatis Raſeiis, & Bulgaris variis cladibus affectis, Amurathes Ungariam invadere minitabatur, Ludovicus Rex, qui & Regno ſuo Poloniam quoque adjunxerat, omni vi tyranno reſiſtere decrevit: proinde miſsà ad Pontificem Legatione, poſtulavit, ut in ſuo Regno Apoſtolica auctoritate Crux contra Turchas prædicaretur, propoſitis Indulgentiarum præmiis, ſicut mos jam invaluerat; cujus votis annuit Gregorius, & Strigonienſi & Colocenſi in Ungaria, Geſnenſi in Polonia, Jadrenſi, Spalatenſi, Raguſino in Dalmatia Archiepiſcopis, eorumque Suffraganeis Epiſcopis Provinciam commiſit, ut Ungaros ad arma in Turchas expedienda inflammarent, Crucisque Symbolo inſignirent: datis literis, quarum initium, *Dudùm multorum fide dignorum*, ſub x. Kal. Aprilis, ſui Pontificatus Anno III. In quibus ultra in ſimilibus caſibus conſuetas conceſſiones, addidit certas preces à Sacerdotibus & Clero fundendas inter ſacra myſteria pro Divino auxilio conciliando; „ Porrò
„ deſiderantes, *ait*, intentè, quòd hujuſmo-
„ di negotium optatum ſortiatur effectum,
„ ac ejuſdem Regis, & aliorum Chriſtifide-
„ lium pia devotio adjuta ſuffragiis, circa pro-
„ ſecutionem dicti negotii efficaciùs robore-
„ tur, auctoritate præſentium ordinamus,
„ ut in ſingulis ſupradictis, & aliis etiam
„ Regularium Eccleſiis dictorum Regnorum
„ & Terrarum ejuſdem Regis, qualibet heb-
„ domada ſemel certa die pronuncianda po-
„ pulo, una Miſſa pro ſalute dicti Regis &
„ ſui populi, præfata proſecutione durante,
„ ſolemniter celebretur; ita quod in prima de
„ Trinitate, in ſecunda de Cruce, & in ter-
„ tia hebdomada de Beata Maria Virgine,
„ & ſic deinceps, Miſſæ hujuſmodi debeant
„ celebrari, niſi forſan id feſtivitatis alicujus
„ ſolemnitas impediret. *Hactenus ibi*. Cùmque etiam & Germania, ex Turchorum progreſſibus detrimentum pati potuiſſet, ibidem quoque in animo erat Pontificis, ut Crux prædicaretur, ſemel quòd Imperator & Bavariæ Dux in concordiam revocarentur: proinde prædicto Imperatori ſcripſit ſubjectas literas.

Carolo Romanorum Imperatori
ſemper Auguſto.

1320 „ Licèt, fili chariſſime, negotium
„ contra Turchos hoſtes nominis chriſtiani,
„ occupantes multas & magnas partes Ro-
„ maniæ, ac etiam Bulgariæ, quòd chariſſi-
„ mus in Chriſto filius noſter Ludovicus Rex
„ Ungariæ Illuſtris eiſdem Turcis vicinus,
„ tàm prompta voluntate, quàm urgnte ne-
„ ceſſitate, vult proſequi, ut nobis per ſuos
„ Ambaxiatores notificare curavit, ſit omni
„ laude digniſſimus, & non ſolùm Apoſtolicę
„ Sedis, ſed Principum, & aliorum fidelium
„ auxiliis pro reverentia Dei, & defenſione
„ Catholicæ Fidei muniendum, & ipſe Rex
„ petierit verbum Crucis, non ſolùm in ſuis
„ Regnis, ſed etiam in Alemannia prædicari;

,, Nos tamen conſiderantes dolenter, quòd in
,, dicta Alemannia ſunt plurimæ Principum
,, diſcordiæ, inter quos tua cum dilectis filiis
,, Ducibus Bavariæ fore dignoſcitur Celſitu-
,, do ; & quòd ex hujuſmodi prædicatione,
,, durantibus ipſis diſcordiis, fructus modi-
,, cus forſitan ſequeretur in vilipendium di-
,, ctæ prædicationis, & conceſſionis ejuſdem;
,, & quòd proſecutio dicti negotii non ſo-
,, lùm ad ipſum Regem, ſed etiam ad Impe-
,, rialem Magnificentiam dignoſcitur perti-
,, nere, ipſam prædicationem in eadem Ale-
,, mannia nondùm duximus concedendam.

,, 1321 ,, Quare, ſi Altiſſimus tuis in-
,, ſpiraret præcordiis, quòd ad hoc nego-
,, tium, pro reverentia Dei, & animæ tuæ
,, ſalute velles attendere, acceptiſſimum no-
,, bis eſſet, & prædicationem Crucis in non-
,, nullis partibus in tui culminis auxilium
,, concederemus libenter; & te aliis, quibus
,, poſſemus, favoribus Apoſtolicis munire-
,, mus. Ubi autem ad hoc nolles, ſeù non
,, poſſes intendere, devotam Serenitatem
,, tuam rogamus & hortamur attentè, qua-
,, tenùs providè cogitans, quòd ipſi Turci
,, contra Chriſtianos, quamvis ſchiſmaticos,
,, magnas habuerunt victorias, & amplas ter-
,, ras etiam occuparunt; & quòd olim qui-
,, dam infideles, videlicet Tartari, Regnum
,, Ungariæ invaſerunt, & Eccleſias & fideles
,, ipſius Regni miſerabiliter diſſiparunt; &
,, quòd, ſi dictus Rex non munitus potentià
,, neceſſarià in bello ſuccumberet, quod Deus
,, avertat, magnum Chriſtianitati poſſet pe-
,, riculum evenire, & ſtrenua Militia Teu-
,, tonica ſit ipſi Regi opportuna quampluri-
,, mùm, & in hoc non ſolùm agatur intereſſe
,, Regis præfati, ſed Fidei, & Fidelium, præ-
,, ſertim vicinorum Regno Ungariæ, inter
,, quos eſſe dignoſceris, digneris pro Dei ob-
,, ſequio, Animæ tuæ ſalute & gloria Celſi-
,, tudinis Auguſtalis propter hoc ſpecialiter
,, concordias pro te ipſo, & aliis reformare,
,, ut prædicatio dictæ Crucis fieri valeat fru-
,, ctuosè: Super quibus Venerabili Fratri
,, noſtro Agapito Epiſcopo Ulixbonen. Apo-
,, ſtolicæ Sedis Nuncio, latori præſentium,
,, velis fidem plenariam adhibere. *Datum*
,, *Avenione ſecundo Nonas Aprilis, Anno*
,, *tertio*.

1322 Cæterùm Græci in ſchiſmate obfir-
mati, Dei flagellum minimè advertentes,
dùm Pontifex pia ſtudia adhibere pro ſui Im-
perii ſalute totis viribus intendebat, ipſi con-
tra ad retrahendum ab illius obedientia, & in
ſchiſma traducendum eos, qui ſuæ nationis
ſub Latinorum dominio, & Eccleſiæ Roma-
næ unitos degebant, operam dabant, taliter
quòd in Inſula Cretæ, ubi Senatus Veneto-
rum decreto, cui ſubjiciebat, cautum erat,
nè Epiſcopi ſchiſmatici prorsùs moram face-
rent, ſolicitarentur plures Græci diſcedere
ab ea, extra ſacros Ordines ab Epiſcopis ſchiſ-
maticis ſuſcepturi, reverſuri inde in Inſulam
ad obfirmandos cæteros de Populo in ſchiſ-
mate, aut in ſchiſma trahendos: Cui malo
occurrens Gregorius, Duci Venetorum ſub-
jectas dedit literas.

Dilecto filio Nobili Viro Andreæ Contareno
Duci Venetiarum.

1323 ,, Lætamur in Domino, fili dilecte,
,, cùm de te, tuiſque Civibus, & Officialibus
,, actus laudabiles, præſertim circa extirpa-
,, tionem hæreſum & ſchiſmatum, ac amplia-
,, tionem catholicæ Fidei, noſtris auribus
,, referuntur. Nuper ſiquidem gratanter au-
,, divimus, quòd cùm olim per Antipatriar-
,, chas Conſtantinopolitanos hæreticos &
,, ſchiſmaticos, unus Epiſcopus, ſeù potiùs
,, anti-Epiſcopus hæreticus, & ſchiſmati-
,, cus, in Inſulam tuam Cretenſem ad præſi-
,, dendum in ſpiritualibus Græcis ſchiſma-
,, ticis tàm Clericis, quàm Laicis ejuſdem
,, Inſulæ pro tempore mitteretur, & reſide-
,, ret in ea; per quemdam Ducem Venetia-
,, rum tuum prædeceſſorem ſuit tam providè,
,, quàm catholicè ordinatum, ac ſub gravi
,, pœna ſtatutum, quòd ex tunc nullus talis
,, ſchiſmaticus Epiſcopus reciperetur in In-
,, ſula prælibata: & quòd poſt obitum cujuſ-
,, dam Macarii ſchiſmatici Epiſcopi ſic ob-
,, ſervatum extitit, prout etiam laudabiliter
,, obſervatur, & quòd etiam per eundem præ-
,, deceſſorem tuum ſub diverſis gravibus pœ-
,, nis fuit ſtatutum, quòd nullus ſchiſmati-
,, cus dictæ Inſulæ exiret de illa, à ſchiſma-
,, tico Epiſcopo, exiſtente extra ipſam In-
,, ſulam, quoſcumque Ordinis recepturus,
,, & quòd licèt hoc aliquandiù obſervatum
,, extiterit, tamen præſentialiter non ſerva-
,, tur; propterquòd nonnulli ſchiſmatici
,, ordinandi exeunt licenter de dicta Inſula,
,, & ab Epiſcopis ſchiſmaticis aliarum par-
,, tium ad Ordines ritu ſchiſmatico promo-
,, ventur, per quos inter Græcos dictæ In-
,, ſulæ ſchiſmata & hæreſes nutriuntur in
,, damnationem multarum animarum, & Fi-
,, dei catholicæ detrimentum.

1324 ,, Quare Nobilitatem tuam roga-
,, mus & hortamur attentiùs, quatenus ob
,, reverentiam Dei & zelum dictæ Fidei, ſine
,, qua non eſt ſalus; & ut iidem Græci ſub-
,, diti tui eò tibi fideliores reddantur, quò
,, tecum & cum aliis Latinis catholicis ſtri-
,, ctiori nexu profeſſionis ejuſdem fidei, tuæ
,, Nobilitati fuerint obligati; dictum ſanctum
,, ſtatutum per pœnas condignas facias in-
,, violabiliter obſervari, & quidquid potes
,, per te, tuoſque Officiales, quos habes in
,, dicta Inſula, pro converſione Græcorum
,, ſchiſmaticorum hujuſmodi, & tutela &
,, conſervatione illorum ex ipſis, qui ab eo-
,, rum erroribus jam dicuntur converſi, &
,, (dante Deo) cum tuo favore converten-

Digitized by Google

„ tur in poſterum, devotis & ſolicitis ſtudiis „ opereris, ut præfata Inſula inveterato „ ſchiſmate, ac hæreſibus expurgetur, tuque, „ ac tua Communitas proinde, præter lau- „ dem humanam, & majorem benevolentiam „ Apoſtolicæ Sedis & noſtram, æternum in- „ æſtimabile præmium reportetis. Et inſuper „ quia eadem Nobilitas & Concives tui de „ aliis utilibus modis tenendis in converſione „ dictorum Græcorum debent eſſe informati, „ plenariè de ipſis velis nos tuis literis infor- „ mare. *Datum Avenione VI. Kal. Novembris, Anno III.* Verùm quanto ſtudio, quantave diligentia uſus fuerit Gregorius pro traducendis præfatis Græcis in ſinum ſanctæ catholicæ, Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, præcipuè occaſione belli Turcici, quod illorum Imperium ad ultimum deducebat exitum, dicemus in VI. & ultima hujus Operis Parte.

INDEX RERUM
MAXIME' NOTABILIUM,
Quæ in Quinta Parte hujus tertii Tomi continentur.

A

ABaga Perſiæ Rex, in pluribus vir eſt prudens, in ſuſcipiendo verò ſacro Baptiſmate obſtinatus, pag. 33. Mittit Legatos in Concilio Lugdunen. ad Gregorium Pontificem, & cur? *ibidem*. Ejus mors, *ibidem*.

Abbatiſſa Monaſterii Sanctæ Claræ in Civitate Ptolemaydenſi ſuas Moniales à Sarracenis inſecutas, nè Virginitatis coronam deperdant, ad martyrium hortatur, 40.

Abbstiſſa Sanctæ Petronillæ Peruſii, venenum recentibus ficubus mixtum, imipiorum conſilio, Benedicto Papæ præſentat, 81. Non conſtat, à quibus ad hoc ſcelus patrandum inducatur, probabiliter tamen à Bonifacii hoſtibus judicatur, *ibid.*

Æneas Græcus, animas ſeparatas, & macnlis purgatas ante finale Judicium beari negat, 180.

Aldebrandus Clementi V. Pontificatum prænunciat, 221. Tholoſano Archiepiſcopatu pro Beneificis ei ante ſui ad Pontificatum aſſumptionem collatis inſignitur, *ibid.*

Amadæus Sabaudiæ Dux, Palæologi Græcorum Imperatoris conſanguineus adversùs Turcss magna Equitum cum comitiva sd bellandum pergit, 273. Literas Pontificis Palæologo præſentst, *ibid.*

Ambroſius Eleazarum mortem non timentem laudat, 52. Virgines, quæ, nè à Tyrannis violentiam in virginitate patiantur, morti ſe tradunt, multis exornat laudibus; Pelagiæ, & ejus uxoris exempla producit, *ibid.*

Amurathes Turcsrum Princeps Chriſticolis Orientslibus in partibus degentibus multas affert clades, 306. Raſcianos, & Bulgaros devaſtat, 321. Hungariam invadere cogitat, *ibid.*

Anagniæ Civitss rebellionem contra Pontificem excitstam ſequitur, 75. Reſipiſcens, arma in Pontificis hoſtes vertit, & in priſtina libertate Pontificem reponit, *ibid.*

Ancydinus optimè conrra Palami errores argumentstur, 237. Errores, quales, *ibid.* Rectè ſentit de Thaborics luce, *ibid.*

Andreas Canonicus Cartalenſis de Eugubio Nuncius ad Bertrsndum Archiepiſcopum Burdegslen. in Pontificem creatum, 89.

Andreas Archiepiſcopus Cæſareæ, Cappadociæ, animas ſeparatas ante finale Judicium, nec in Cœlo beari, nec in Inferno pœnis lui, aſſerit, 180.

Andreas de Peruſio Ordin. Minorum sd Pontificem Orator, 282. Epiſcopus Orientalibus in partibus creatur, 102.

Andreas Contareuus Venetorum Dux, 306.

Andreas Ordinis Prędicatorum unionem Eccleſiæ Græcæ cum Latina procurat, 137.

Andronicus ſenior Græcorum Imperator, Michaelem Palæologum patrem bonorificâ privat ſepulturâ, 13. Sublato patre, ei in Imperio ſuccedit; Schiſma renovare cogitat, 14. Joſephum ſchiſmaticum loco Joannis Bechi Patriarcham inthronizst, *ibidem*. Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere negat, 18. Renovato ſchiſmate, Chriſtisnos perſequitur, 21. Marinam claſſem dimittit, & cur? *ibid.* Multis cladibus corripitur, *ibid.* Oratores ſuo nomine in uxorem filii ſui Michaelis Catharinam Philippi filiam poſtulaturos ad Robertum deſtinat, 23. In anguſtia poſitus ob amiſſionis Regni periculum, auxilium poſtulat, 79. Suo tempore Eccleſia Græcorum, eorumque Imperium multas calamitates experitur, 101. Ejus cor multis torquetur anguſtiis, *ibid.* Coactè non filio, ſed æmulo nepoti Andronico Imperium reſignst, & cur? 131. *& ſequ.* Multss à Nepote Andronico patitur clades, 132. In bello Andronicum juniorem opprimere cogitat, ſed ejus fruſtratur mens, *ibidem*. Pacem ab Andronico nepote obtinet, ſimulque imperst, *ibidem*. Cum Andronico juniore ad Sapiētiæ Templum pergens, ex equo miſerabiliter cadit, 132. Hujuſmodi lapſus eſt omen admittenpi imperium, *ibid.* Anguſtiis oppreſſus, ad Romanæ Eccleſiæ unionem Græcos revocare curat, ſuamque mentem de unione conficienda Marino Ssnuto Nobili Veneto, & Navarræ Regi per Oratores aperit, 132. Quoad unionis negotium Marini Sanuti conſiliis adhæret, 136. Ad Carolum Galliæ Regem Oratores pro unione tractanda dirigit, *ibid.* Ut Eſaia Patriarcha in Manganio recludatur Monaſterio jubet, & cur? 137. In anguſtiis ex Andronici nepotis Civitatem ingreſſu poſitus, ad Deipsræ imaginem ejus auxilium poſtulaturus confugit, lacrymabileſque deprecationes emittit,

Digitized by Google

tit, & gratiam optatam reportat, 138. Sex annorum ſpatio cum nepte Andronico ante captam Regiam Urbem belligerat, 139. Mœrore correptus, utriuſque oculi viſione privatur; Hominibus odioſus redditur, *ibidem*. Ab Aulicis, & aliis multas patitur clades, *ibid.* Conſignata morte Andronici junioris, multas experitur anguſtias, & à quibus, 140. Ejus mora à multis oſtentis prævenitur, & oſtenta, quæ? 141. Ejus ſepultura, *ibid.*

Andronicus junior bellum habet cum Andronico Avo Græcorum Imperatori, & cur? 132. Non opprimitur in bello, ſicuti Avi in corde eſt, *ibid.* Univerſum arripit Imperium; 137. In Regia Urbe coronatur, 132. Suo tempore multa oſtenta apparent in Cœlo, & quid denotent, 137. Regiam Urbem armata manu occupare nititur, *ibid.* Fautores Andronici Avi ſibi conciliare ſtudet, & obtinet, *ibid.* Plures in ingreſſu Civitatis experitur difficultates, ſed tandem ingreditur, & qua arte & fraude, 138. Multas clades, & rumores Civitate ingreſſo excitat, *ibid.* Civitate capta, ut nullus Avo Andronico moleſtias afferat, magnanimè jubet, 138. Palatio Imperiali ingreſſo, Deiparam adorat, & dulciſſimis, ac filialibus verbis Avum Andronicum ſalutat, cumque carè amplectitur, & blandis verbis recreat, *ibid.* Potito Imperio, magno cum honore Eſaiam Patriarcham ſchiſmaticum in ſolium reſtituit, 139. Avo Andronico (aliquibus tamen conditionibus interpoſitis) Imperii inſigna geſtare permittit; Annuumque redditum pro ſe, & ſuorum victu concedit, & qualem? *ibid.* Andronici Avi Logothetam in exilium amandat, *ibidem*. Epiſcopos, Presbyteros, omneſque Avi ſtudioſos perſequitur, *ibid.* A' Turcico furore expugnatus, Bithyniæ Provinciam cum Nicæa Urbe amittit, *ibid.* Conſtantinopolim mœſtus pergit, ſuiſque obnoxius redditur in ſchiſmatis pœna, & ita, ſuis exigentibus peccatis, multas patitur clades, 140. Patriarchæ Conſtantinopolitano, ut Epiſcopos erga ſe conciliet, & interdictos abſolvat, imperat, *ibid.* Didymotichi in læthalem incidit morbum, ſalute deſperata, habitu religioſo veſtitur; in carceribus detentos, excarcerari mandat; data ejus morte, ut pro Imperii Domina ejus recognoſcatur uxor jubet, etſi filius ex uxore relicta gravida maſculus erit, ut acclametur Imperator vult, 140. Pro filii tutore (etſi contra matris mentem) Joannem Cantacuzenum decernit, nihil in ſua teſtamentaria diſpoſitione de Avo Andronico decernit; Ejus mater à Joanne Cantacuzeno variis afficitur cladibus; Sirigianum in filium adoptat, *ibid.* A' ſuis Aulicis habitu religioſo veſtiri cogitur; Antonius vult appellari, *ibid.* In corde unionem Eccleſiæ Græcæ cum Latina habet, & cur? 149. Conſilium de unione perficienda cum Archiepiſcopo Voſprenſi, & Ricardo Epiſcopo Cerconen. ad Pontificem proficiſcentibus habet, *ibid.*. Arma adversùs Martinum Zachariam Chii Præfectum movet, invadit, & Byzantium mancipatum mittit, 196. Simulatè cum Eccleſia Latina unionem cupit, *ibid.* Ad Pontificem Legatos unionem tractandi causâ deſtinat, 208. Ad Concilium Theſſalonicæ celebratum intervenit, habetque in eo concionem; Synodo abſolutâ ad Monaſterium Hodegenum pergit, in quo aliquibus elapſis diebus infirmitate correptus, moritur, 219. Ejus infirmitas qualis? *ibid.* Suo filio Joanni Imperium relinquit, eique tutorem decernit, *ibid.*

Angelus de Bibiena Ordinis Minorum in Romana Curia Procurator Generalis ad Populum Romanum Nuncius ad diſſidia componenda, 319.

Anglicus Epiſcopus Albanen. ad Januenſes pro pace tractanda Apoſtolicus Orator, 310.

Anibaldus Cardinalis, & Epiſcopus Tuſculanus ad Reges Galliæ, & Angliæ Nuncius Pontificius, 228.

Anichocaminis chriſtiana, & Tartarorum Regina, 44.

Animam B. Agnetis à corporis ergaſtulis ſolutam, immediatè ad Cœlum evolare, teſtatur S. Ambroſius, 176.

Animas ſeparatas ante finale Judicium eſſentiâ frui divinâ aſſerit idem S. Doctor, 174. Ejus rationes, *ibid. & ſeq.* B. Accholii exemplum adducit, *ibid.* Ejuſdem in quædam Apoſtol. verba expoſitio, *ibid.*

Animas ſeparatas ante carnis reaſſumptionem non beari aliquandò videtur ſentire idem Ambroſius, 174. Ex Apoſtoli tamen verbis animarum ſeparatarũ maculis mundatarum ante finale Judicium Beatitudinem concludit, 176.

Animarum rationalium immortalitas ſemper in Eccleſia Catholica credita eſt, 167.

Anna Auguſta accipiens, quòd Joannes Cantacuzenus Urbem Regiam occupare paratus ſit, Latinorum Galatæ incolentium auxilia petit & obtinet; ſed adhùc in anguſtiis degens aliquibus (licèt interpoſitis conditionibus cum Joanne Cantacuzeno) fœdus inire cogitat, 235. Conditiones, quæ? *ibid.*

AntiPatriarchæ Conſtantinopolitani ſchiſmatici Epiſcopum hæreticum ad prædicandum Græcis catholicis in Cretenſem Inſulam mittunt, 321.

Antoninus Sanctus Centuriatores de Nicolai III. pudicitia, & moribus malè ſentientes acriter reprehendit, 2. In conſignando anno creationis Benedicti XII. videtur errare, 159. De Chriſtianorum pigritia in Sy-

Syria conſervanda, cauſâ cujua deperditur, ſummoperè dolet, 62. Nicolai IV. virtntea commendat, 53. In electione Nicolai diſſentionis cxortæ inter Cardinales cauſam conſignat, & quam? 57. Clementia V. diem & horam conſecrationis deſcribit, 90. Aliquorum Hæreticorum errores in Concilio Viennen. celebrato damnatoa, ad octo reducit capita, 97. Ab aliquibua de Clementia V. moribus iniquè ſcribentibus decipitur, 110.

Antoninua de Valentia Ordinia Minorum Armeniæ Regia ad Pontificem Nunciua, 227.

Antoninus Epiſcopua Trebiſonen. Armeniæ Regis ad Pontificem Legatus, 230.

Antoniua Archiepiſcopus Hieropolitanna anguſtias, in quibua ad præſens Soldani Babyloniæ Imperinm reperitur, Pontifici exponit, 241. Viam facilem ad loca Sancta recuperanda proponit, *ibid.*

Apocaucua Imperatoria Cubiculi Præfectus vitâ functo Andronico, Imperii adminiſtrationem optat, inde multa civilia excitat diſſidia, 233.

Apoſtoli verba, *cupio diſſolvi, & eſſe tecum &c.* indicant, animas ſeparatas ante finale Judicium clarè eſſentiam videre divinam, 187.

Argo Tartarorum Rex ad Nicolaum IV. pro ſtabilienda in ſuo Regno Fide catholica Legationem deſtinat, 27. Capta Jeruſalem Civitate, votum de ſacro renaſcendo lavacro abſolvere penſitat; idquc Pontifici aperit, 37. An reverà votum adimpleat, certò non conſtat, 44.

Argo Abagę filius in carcerem à Tyranno recluditur; illæſus evadit; Tyrannum perſequitur, quem captum, ut ante ſe morti tradatur imperat, & vitâ functo, ejus loco regnat, 33. Confirmato à Cobila Magno Tartarorum Imperatore, ut Chaam appelletur, obtinet, *ibid.* Catholicorum Eccleſias reparat, *ibid.* Eſt prudena & doctus; Armeniæ Reges ad ſui obedientiam revocat, *ibid.* Rogatus à Pontifice ad Terram Sanctam recuperandam cor dirigit, ſed mortc correptus, rem ad effectum perducere non valet, *ibid.*

Argumenta probantia, Bonifacium non poſſe ſe Papatu abdicare, 69. *& ſeq.* Poſſe multia de cauſis, eſt conſtans ſententia, *ibid.*

Argumenta ex finalis Judicii capite ad probandum, animaa à corporibua ſolutas ante carnis reaſſumptionem non beari, nec pœnis lui, eorumque ſolutiones, quæ, 189. *& ſeq.*

Arnaldus de Telaugra Cardinalis, 9.

Arnaldus Cardinalis Legatua à Latere, Venetos Ferrariæ occupatores debellat, magna ſanguinis effuſione Venetorum, & Ferrarienſium Civitatem recuperat, 96.

Arnaldus de Triamno Aulæ Pontificiæ Segretarius, & adversùs Joannem Papam conjnratorum diligens Inquiſitor, 113.

Artantius Ordinis Minorum ad Uroſium Raſciæ Regem, Nnncius Pontificina, 109.

Athanaſiua Monachus Patriarcha loco Gregorii Cypri ſufficitur, 26. Eſt malefactorum vindex, *ibid.* Coactè Sedem dimittit, & Monaſterium repetit, *ibid.* Cauſam reſignationis producit, *ibid.* Imperatoris auxilinm adversùs ſuoa hoſtes, ut ſperat, non obtinet, 27. Ad Patriarchicum Thronum revocatur, & cur? 61. Iteròm Sedem relinquit, 100. Multas à Græcis patitur clades, *ibid.*

Athanaſius S. Doct. Græcua in verbis, & in recū Eccleſia concordat Latina, 155. Videtur negare animas ſeparatas, & maculis purgatas ante finale Judicium beari, 181. Ejuſdem ad Antiochi petitionea ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu reſponſiones, *ibid.* Ejus locutio eſt de Viſionc incompleta ante finale Judicium, *ibid.* Exemplum producit, & qnale? *ibid.* Ejus mens clarè explicatur, 182. Validiſſimis argumentis ſummam Dei ſimplicitatem oſtendit, 237.

Auguſtinus Sanctus de Papatus renunciatione à Marcellino emiſſa anceps videtur, 69. Quamcumque voluntariam mutilationem, & Catonis factum improbat, 49. Exemplo aliarum mulierum, ſeipſas necantium, Lucretiæ Romanæ mortem ſibimetipſi acceleratam reprehendit, & rationem affert, 50. Quomodò Clariſſæ Moniales Monaſterii Accon à Sarracenis inſecutæ, ſe gerere debent, innuit, *ibid.* Sui ipſius quacumque ſpectata cauſa interemptionem excludit, *ibid.* Eos, qui, jubente Deo, ſeipſos interimunt, à peccato exemptoa proclamat, 52. Super animarum a corporibus ſeparatarum ante finale Judiciū ſtatu dubitativè loquitur, 171. *& ſeq.* Ejus mentem clarè aperit, *ibid.* Suorum dictorum genuina expoſitio, & qualis? *ibid.* Antc carnis reaſſumptionem Sanctorum animas clarè eſſentiam divinam videre aſſeverat, 173. Plures diverſis in locis Sacræ Scripturæ expoſitionea de ſtatu animæ ſeparatæ ante finale Judicium producit, *ibid.* Explicando illa Christi verba Latroni in Cruce ſecum ſpiritū emittenti prolata, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, aſſerit animas à corporibus liberatas, & purgatas divinâ frui eſſentiâ ante finale Judicium, 185. Summam Dei ſimplicitatem nervoſis argumentis probat, & argumenta, quæ? 273.

Aulici Andronici junioria Græcorum Imperatoris Conſtantinum Deſpotam in carcerem conjiciunt, & cur? 140.

Auctores plures, & qui? exponentes illa Apoſtoli verba ad Philippenſes, *cupio diſſolvi, & eſſe tecum*, aſſerunt, Apoſtolum loqui de Beatitudine ab animabus à corporis ergaſtulis ſolutis & maculis mundatis ante finale Judicium accipienda, & qui-

dem

dam Apoſtolum loqui de fruitione formali non dubitant, 187.

Ayton Primus, Armeniæ Rex à Tartaris auxilia poſtulat, eiſque magna promittit, 24. Suo Nepoti Leoni Regnum relinquit, 35. Habitum ſuſcipit Præmonſtratenſem, & Religionem ingreditur, *ibid.* Etſi Religioſus arma ſumit, & à Regno Infideles viriliter expellit, à quibus necatur, ſed non in bello, *ibid. & ſeq.* Ejus corpus Aquitaniam translatum, miraculis coruſcat, 25.

Ayton Secundus, Armeniæ Rex, Leonis Secundi Armeniæ Regis filius, Patre vitâ functo ei in Regno ſuccedit, 36. Habitum Minoriticum ſuſcipit, & votum explet, *ibid.* Sana doctrina de duorum Aytonum varietate quoad Religionis ingreſſum, *ibid.* Primus Ayton Præmonſtratenſis, Secundus Minorita, *ibid.* Quoad hos Aytones Scriptorum opiniones conciliantur, *ibid.* Aytonis Secundi tempore ſub Leone patre univerſa Eccleſia Græca unitur Romanæ, 37.

Ayton alius Curchi Princeps Aytonis Secundi conſanguineus Habitu Præmonſtratenſi veſtitur, 36. Juſſu Clementis V. Orientalem deſcribit Hiſtoriam, 93.

B

Bajazethes Turcharum Princeps Philadelphis multas affert clades, in arctamq; reducit ſervitutem, 251.

Balſa Albaniæ Princeps, abjurato ſchiſmate, ſacro regeneratur lavacro, 284.

Banus Boſnæ ſchiſmati favet, adversùs fratrem Stephanum catholicum viriliter inſurgit, 290. Minoritas crudeliter perſequitur, *ibid.*

Barbaræ Nationes plures Romano Pontifici reverentiam exhibent, ſolemnemq; ad eum Legationem mittunt; pro utraque parte Nuncios mutuos habere cupiunt, 196. Doctum, & in Fide Chriſti eruditum Legatum, qui eos in iis, quæ ad veram Fidei agnitionem conducunt doceat, Pontifici humiliter petunt, 197. Eorundem Tartarorum, & Alanorum ad Pontificem literæ, *ibid.*

Barbari in Mœſiæ Provincia Chriſtianis magnas inferunt clades, 234. De Andronico Græcorum Imperatore, cum quo belligerant, victoriam reportant, & Thraciam devaſtant, 102. Maximas Romanis, & ſuo Imperio anguſtias afferunt, *ibid.* Armeniæ Regi leges obſervādas proponunt, & leges, quæ, 149. Vires Europæ Chriſtianorum timent, *ibid.*

Barlaamus Monachus, vir doctus, Andronici Græcorum Imperatoris Legatus, primò ad Franciæ Regem, dein ad Pontificem, 280. Super unionis tractatu Pontifici cor Imperatoris aperit, *ibid.* Expoſita, quæ? *ibid.* Plures Pontifici pro unione conficienda vias oſtendit doctas, *ibid. & ſequ.* In tali ambaſſiata ejus genuina mens, qualis? 210. Ejus poſtulata, etſi erudita fruſtrantur, *ibid.* Aliam Pontifici præſentat petitionem, *ibidem.* Ejus cor deluditur, & cur? *ibid. & ſequ.* Schedulam Pontifici porrigit, 213. Catholicè ſe gerit, 215. Inſectatur à Gregora, 216. Oppugnat novum & hæreticum circa lumen Thaboricum exortum dogmata, 216. *& ſeq.* Ejus argumenta duo validiſſima, & quæ, *ibid.* Causâ expugnandi & domandi quorundam Theſſalonicorum errores Monachorum Concilium congregari expoſtulat, 217. Gregora impediente, nil agit, 218. Quia fidei, & veritatis zelator ſe oſtendit, dicto in Concilio ab hæreticorum audacia damnatur; Pſeudoſynodo abſoluta, in Italiam rediens, Epiſcopatu Cyracienſi ornatur, *ibid.* Optimè contrà Palami errores argumentatur, 273. De Thaborica luce rectè & catholicè ſentit, *ibid.*

Bartholomæus de Podio, & Bartholomæus Abaliati Ord. Minorum, Epiſcopi à Joanne XXII. creantur Suffraganei, 22. In Perſides ad Fidem catholicam juſſu Pontificia propagandam proficiſcuntur, 115.

Bartholomæus Epiſcopus Elitenſis ad Gedemunnum Regem Apoſtolicus Nuncius, 141.

Bartholomæus Anconitanus ad Pontificem Imperatoris Nuncius, 243.

Bartholomæus Epiſcopus Traguirienſis Ordinis Minorum ad Raſciæ Regem Apoſtolicus Legatus, 253.

Bartholomæus de Meſſena ex parte Joannæ Siciliæ Reginæ Procurator Capitula confectæ pacis cum Friderico de Aragonia confirmat, 114.

Baſilii anima à corporis exuviis ſoluta ad Cœlum immediatè evolat, 183.

Bato Cingi filius magno cum Exercitu ad Aquilonenſes expugnandos viriliter inſurgit, 33.

Beguardorum, & Beguinarum errores in Concilio Viennæ celebrato damnantur 98. Errores quot, & qui? *ibid.*

Bella inter Europæ Principes exorta, Cruceſignatorum expeditionem adversùs Babyloniæ Soldanum impediunt, 242.

Bellarminus Irenæi textum ſuper ſtatu animarum ſeparatarum ante finale Judicium explicat, 170. Expendit quoque Ambroſi; dictum, 175. Ejuſdem expoſitio catholica, *ibid.*

Benedictus de Cunis Ordinis Prædicatorum ad Andronicum Græcorum Imperatorem Apoſtolicus Orator, 136. Iterùm ad Robertum Siciliæ Regem, *ibid.* Suſcipit Legationem Pontificis ad Andronicum pro Græcorum unione, 137. Cum quovis perſonarum genere communicandi faculta-

tem

tem à Pontifice obtinet, *ibidem*.

Benedictus de Zacharia Januenſis inter Palæologum Græcorum Imperatorem, & Petrum Aragonum Regem pacis mediator, 6.

Benedictus Cardinalis Cajetanus Cœleſtino Papæ abdicationem Pontificatus ſuadet, & cùr? 57. Exemplum renunciationis à Clemente facta proponit, *ibid.* Abdicatione facta à Cœleſtino, ei in Pontificatu ſuccedit, & Bonifacius vocari vult, *ibid.*

Benedictus XI. vel X. antea dictus Nicolaus de Treviſio Ordinis Prædicatorum, vitâ functo Bonifacio VIII. in Summum eligitur Pontificem, 77. In ſæculo eſt humilis conditionis, in Religione multis ornatus ſcientiis, *ibid.* Invictus, onus Pontificium ſuſcipit, *ibid.* Tanta in eo relucet humilitas, quòd Matrem ſericis indutam, agnoſcere recuſat, quam habitibus humilibus ornatam, carè amplectitur, *ibid.* Eccleſiæ Francorum Regem reconciliat, quem unà cum Columnenſibus à cenſuris à Bonifacio Papa ligatis abſolvit, *ibidem*. Partibus in Orientis ſchiſma, & errores omnes divellere curat, *ibid.* Archiepiſcopo Antibarenſi, ut auctoritate Apoſtolica ſchiſmati occurrat, facultatem elargitur, *ibid. & vide Epiſtola Benedicti XI.* Ad Græcos Nuncios non deſtinat Apoſtolicos, & quare? 79. Carolum Valleſium adverſus Andronicum Exercitum ad parandum ſolicitat, *ibid.* Receptis Caroli Nunciis, poſtulatis exhibitis annuit, 8. Scribit ad Epiſcopum Sylvanectenſem. *Vide Epiſtola Benedicti.* Proficiſcentibus, vel aliquo modo pro Terra Sancta recuperanda auxilium porrigentibus, magnas Indulgentias elargitur, 81. *& ſequ.* Dum Terræ Sanctę recuperationem aggredi cogitat, Peruſii ſibi venenum recentibus ficubus mixtum ab Abbatiſſa Sanctæ Petronillæ crudeliter præſentatur, & morte obviante ad Cœlum evolat, *ibid.* Sanctiſſimè vixit, & ſanctiſſimè moritur, *ibid.* Morte conſignata, ejus ſanctitas multis à Deo declaratur miraculis, 82. Inter Ordinis Prędicatorum Pontifices numeratur ſecundus, *ibid.*

Benedictus XII. antea dictus Jacobus Novellus, Joanne XXII. vitâ functo, Summum in Pontificem eligitur, 159. Sui in Pontificatus initio multa inſignia opera patrat, & quæ, 160. Ejuſdem coronatio, *ibidem*. Dat encyclicas literas, in quibus ſuam manifeſtat electionem, *ibid.* Pro poſſe ex non deciſa & declarata quæſtione de animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium exorta ſcandala ſedare curat, *ibid.* Tantùm inveniendi veritatem causâ quæſtionem de ſtatu animarum ſeparatarum ante finale Judiciũ Joannem XXII. agitare, non autem pro certo aliquid definire aſſeruit, 162. Suis literis teſtatur, Joannem dicere, & declarare, animas ſeparatas, & peccatis mundatas ante carnis reaſſumptionem beari, 166. Ante ſui ad Pontificatum electionem libellum, in quo aſſerit, animas ſeparatas ante finale Judicium beari, in lucem edit, 107. Super animarum ſeparatarum ſtatu ejus definitio & mens qualis, 190. 191. *& ſeq.* Magnis auditis cladibus Armenis à Babyloniæ Soldano inflictis ſummoperè dolet, 192. Scribit ad Armeniæ Reginam. *Vide Epiſtola Benedicti XII.* Suſceptis Armeniæ Regis Nunciis, audit Babyloniæ Soldanum in integrum Armeniæ Regnum devaſtare velle, graviter dolet, 193. Ad univerſos Chriſtianos ſuas dirigit preces, ut prædicto Regno auxilium præbeant, *ibid.* Armeniæ Regem à juramento vi Barbaris præſtito, abſolvit, 194. Accipit, Græcos ad unionis negotium perficiendum paratos eſſe, gaudet, *ibid.* Scribit ad Andronicum juniorem. *Vide Epiſtola Benedicti XII.* Apocriſiarios ad Robertum Regem deſtinat, & cur? 195. Ut pro poſſe ad unionem perficiendam Græcos inducat, ſolicitat Robertum, *ibidem*. Joannam Imperatricem Conſtantinopolitanam, ut cum ſuo viro Uroſio pro unione cum Eccleſia Latina perficienda agat, ſummoperè deprecatur, *ibid.* Eadem de cauſa per literas Aymonem Sabaudiæ Ducem hortatur, 196. Omni cum honore Imperatoris Tartarorum Legatos ſuſcipit, 197. Alios Apocriſiarios cum literis ad eundem deſtinat, *ibid.* Principibus chriſtianis ineundo, & redeundo Nuncios recommendat, *ibid.* Magnis cum muneribus Alanorum, & Tartarorum Legatos ad eos remittit, 200. Suam ad ipſos Legationem deſtinandam præparat, *ibi.* Pro Legatione quatuor Ordinis Minorum Religioſos decernit, *ibid.* Suſcipit Andronici Legatos, eoſque diligenter, priuſquàm ſuis poſtulatis annuat, interrogat, 208. Avenione ad Cœlum migrat, ejuſque obitus deſcribitur, 219. Ejus ſepultura, *ibid.* A' ſuæ vitæ Scriptoribus multis exornatur laudibus, *ibid. & ſequ.* Ejuſdem plura laudabilia opera, 220.

Berengarius Ordinis Minorum, Petri de Aragonia conſanguineus, Boſnæ Provinciæ Vicarius, Ungariæ Regis ad Pontificem Legatus, 314.

Berengarius Fredoli Biterrenſis Epiſcopus, 90.

Bernabon cum aliis Mediolanenſibus Civibus bellum habet cum Januenſibus, 309. Tyrannidem cum Galeatio in Italia crudeliter exercet, 319.

Bernardi Sancti ſuper animarum ſeparatarum ante finale Judicium opinio, qualis, 178. Aliquibus ſentire videtur non beari, niſi Judicio adimpleto finali, *ibid.* Ejus mens non refelli, ſed exponi debet, *ibid.* Exemplo Malachiæ, animas ſeparatas, & à pecca-

ca-

catis purgatas ante carnis reaſſumptionem clarè videre Deum probat, *ibid.* Hoc idem ſentit in Epiſtola ad Hibernenſes data,*ibid.* Alias pro hujus veritatis confirmatione rationes producit, *ibid.* Ejuſdem ſuper Sacræ Scripturæ locis mens, hac in materia qualis, & genuina, 180.

Bernardinus de Placentia, & Bernardus Moretti Ordinis Minorum à Joanne XXII.Suffraganei creantur Epiſcopi, 22. Ad propagandam Fidem Romanam in Perſides juſſu Pontificis proficiſcuntur, 115.

Bernardus Abbas ad Gedemundum Nuncius Pontificius, 141.

Bernardus de Grandiola Epiſcopus Diagorganenſis ad Trapezuntinum Imperatorem Joannis Papæ Apocriſiarius, 141.

Bernardus de Parma Canonicus Adverſanus, Legatus Pontificius ad Raſciæ Regem, 121.

Bernardus de Artiſia Pictavienſis commenſalis,& Cappellanus Joannis XXII. eidem venum parat, ipſomet Joanne teſte, 13.

Bernardus Delitioſi, vel Deliconſi Ordinis Minorum in Judicium adducitur, accuſatur, quòd Abbatiſſę Sanctæ Petronillæ Peruſii conſilium det pro veneno Benedicto Papæ præſentando, 82. Ejuſdem accuſatio non probatur, *ibid.* In multis aliis calumniatur, ſed validis rationibus ſe purgat, *ibid.* De aliquibus tamen, quia morte pręventus non ſe vindicat, *ibid.*

Bertrandus Galearum Chriſtianorum Infideles adverſus Dux, 237.

Bertrandus Guaſco Canevarum primò, ſecundò Burdegalenſis Archiepiſcopus, dein Pontifex creatur, 90.

Birgitta Sancta Pontifici revelationem ſibi à Dei Genitrice donatam, de non repetendo Avenionem, dum Romæ moratur, ſub mortis comminatione aperit,302. Ejuſdem revelatio adimpletur, *ibid.*

Bonagratia Ordinis Minorum Miniſter Generalis, juſſu Clementis VI. ad diverſos Orientales Principes, Joannem à Monte Corvino ejuſdem Ordinis Legatum mittit, 106.

Bonaventura Sanctus Eccleſię Doctor,& Cardinalis illa verba Salvatoris Latroni in Cruce prolata, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, expendit, 182. Ejuſdem expoſitio qualis ſuper ſtatu animarum ſeparatarum ante finale judicium, *ibid.*

Bonifacius VIII.antea dictus Benedictus Cardinalis Cajetanus, Cœleſtino abdicationem Pontificatus ſuadet, quia eidem ſuccedere ſperat, & Media cum Rege Carolo quærit, & obtinet, 57. Pontificatus honore inſignitus, Eccleſiæ jura in ſuo robore conſervat, & depravata reſtaurat, *ibid.* Coronatur Romæ, *ibid.* Nè occaſione abdicationis à Cœleſtino emiſſæ, aliquod in Eccleſia oriatur ſchiſma, arcto in loco Cœleſtinum recludit, & miſerabiliter adversùs eum ſe gerit, 58. In ſuæ creationis initio de Inferendo Græcis bello, Imperium Conſtantinopolitanum recuperandi causa, In corde habet, *ibid.* Nuptias Catharinæ Imperii Conſtantinopolitani hæredis cum Friderico Argonum Regis filio ſolicitat, & cur? 59. Scribit ad Catharinam. *Vide Epiſtola Bonifacii.* Ejus mens fruſtratur, & cur? *ibid.* Scribit ad nobiles Cives Januenſes utriuſque ſexus, ad Porchetum Ordinis Minorum Eccleſiæ Januenſis Archiepiſcopum. *Vide Epiſtola Bonifacii*. Magnam ſuffert perſecutionem, & à quibus? 74. Philippum Pulchrum Francorum Regem Eccleſiæ inimicum proclamat, 75. Galliæ Epiſcopos causâ celebrandi Concilium vocat, *ibid.* Duos Cardinales Columnenſes dignitate ſpoliat Cardinalitia, & quare? *ibid.* A' ſuis hoſtibus Palatio in Anagnię invaſus, & à domeſticis derelictus, præ oculis maximas habens clades, ut magnanimus ſe gerit, & quomodo, *ibid.* Mancipatur, & tribus diebus ab inimicis, licèt ſub honeſta,detinetur cuſtodia,76. Variis à ſuis familiaribus afficitur anguſtiis & cõtumeliis, *ibid.* A' ſervitute liberatus odioſa, Anagniâ diſcedit, & Romam remeat ſua cum familia, *ibid.* Injuriam ob vindicandam ſibi injuſtè illatam, Concilium contra Philippum Pulchrum congregare decernit, ſed gravi infirmitate,& poſtea morte præventus,nil agit, *ibid.* Vitâ functus, in Sancti Petri Eccleſia magnâ tumulatur cum pompa, *ibidem*. Ejus corpus trecentis elapſis annis poſt obitum, integrum, & incorruptum reperitur,de qua veritate publicum inſtrumentum conficitur, & ejuſdem corporis inſtructura deſcribitur, *ibid.*

Boſſidarius Nuncius Raſciæ Regis ad Pontificem, 252.

Brevia Clementis VI. quibus Fratribus Minoritis Sancta in Jeruſalem confirmat Loca, 223.

Brevia Innocentii VI. Fratribus Minoritis favorabilia in Sacro Monte Sion aſſervantur, & quæ? 246. 247. *& ſeq.*

Bulla Urbani V. profeſſionem Fidei continens, 299. Decernit, Pontificem poſſe ſe Papatu abdicare, 68.

Baydo poſt ejus conſanguineum Quægatum regnat, & ſacro regeneratur lavacro, 34. Mahumeti Legem inter Tartaros Sarracenis prædicare prohibet, ſed citò ad Cœlum migrat, 34.

C

CAydo Tartarorum Princeps, 31.

Calixtus Patriarcha menti Cantacuzeni opponitur, & ideò è Throno eiicitur, 258.

Calvini mendacia adversùs Joannem Papam pro-

prolata refellnntur, 167. Ejuſdem pro ſuia maledictis confirmandis rationes, *ibid.* Producit teſtimonium, *ibid.* Joannem Papam ſuum errorem ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium corrigere & abjurare aſſeverat, 267.

Calviſius aſſerit, Martinum IV. odio habere Gallos, 19. In conſignando Urbani V. mortis tempore aliis cum Scriptoribus errat, 302.

Camaris Faber, unà cum Caſtellano Conſtantinopolis Urbis Andronico juniori viã facilem, nt Urbem ingrediatur omni ſecluſa difficultate, præbet, 138.

Capechik Damaſci Cuſtos, Caſſano inſenſus, occultè ad Soldanum, ut ei Damaſcum, & aliaa Terras, quas Caſſanus, & Tartari occupant in Syria, ei conferat, deprecatur, & obtinet, 67. Rebellis efficitur, & omnia Tartaris Caſtra rebellare facit, *ibid.*

Capitula pacis inita & firmata inter Fridericum Siciliæ Regem, & Joannam Jeruſalem, & Siciliæ Reginam, 314.

Carbanda Tartarorum Imperator anteaquam ad Mahumeti tranſeat ſectam, Nuncios deſtinat ad Pontificem, eique pro recuperanda Terra Sancta ſimul cum tota Syria contra Sarracenos inſurgere ſpondet, 93. Terram, olim à Chriſtiania poſſeſſam, promittit, *ibid.*

Cardinales Viterbii in Nicolai III. ſucceſſoria electione inter ſeſe diſcrepant, 4. Simonem Cardinalem, natione Gallum, in Pontificem eligunt, *ibid.* Vitâ functo Honorio IV. electionem ſucceſſoris in longum protrahunt, & cur? 21. Cardinalium nomina Pontificem eligentium, *ibid.* In Benedicti XI. ſucceſſoris electione in duas dividuntur factiones, 85. Magnum Eccleſiæ detrimentum præbent, *ibid.* Ad Francorum Regem Curſores cum literis de Põtifice eligendo, ſecretum continentibus, mittunt, 86. Raymundum idem ac Bertrandum Burdegalen. Archiepiſcopum ex Regis conſiiio Pontificem abſentem creant, eiquc electionem cum omnium Cardinalium ſubſcriptione, & nominibus mittunt, 87. *& ſeq.* Circa Cardinalium numerum & ſubſcriptionem aliquis notatur error, *ibid.* Literas deprecatorias Pontifici, ut Peruſiũ pro coronatione veniat, dirigunt, 89. Clementis IV. & Gregori X. abſentibus crestis, Romã pro coronatione accedentibus, exempla præſentant, & cauſam oſtendunt, *ibid.* Itali Cardinales in Clementis V. electione decipiuntur, & quomodò, *ibid.* A' Pontifice Lugdunum, ut ſuæ interſint coronationi vocati, accedere ægrè ferunt, *ibid.* Clemente vitâ functo, in ſucceſſoris electionc inter ſe diviſi, & cur? 111. Lugduni in palatio vi recluduntur; brevi elapſo tempore Pontificem creant, *ibid.* Joannis XXII. morte conſignata, paucis interpoſitis diebus ritè & canonicè Papam eligunt, 159. Major Collegii Cardinalium pars Joannis Papæ ſuper animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium opinioni opponitur, 167. Vitâ functo Clemente VI. Conclave ingreſſi, agentes de ſucceſſoris electione, primò in Joannem Birellum corda dirigunt, ſed reſiſtente Cardinale Talayrando cogitatum retractant, 244. Unum ex Collegio in Papam creare decernunt, ſed ante electionem Pontificis multaa leges, à Papa eligendo juramento præſtito corporali, obſervandas decernunt, *ibid.* Leges, quę, *ibid. & ſeq.* Legibus conditis, cum Joanne Rege Galliæ de Pontificia clectione tractatum habent, & deinde Stephanum Albertnm Epiſcopũ Hoſtienſem in Pontificem creant, 245. In eligendo Innocentii VI. ſucceſſore inter ſe diſcordsnt, 264. Extra Conclave unanimi omnium conſenſu Guillelmum Grimoaldum Ordinia Sancti Benedicti in Papam creant, 274. Cardinales ad excipiendam Palæologi Græcorum Imperatoris Fidei profeſſionem, qui, & quot, 285. Vitâ functo Urbano V. Conclave ingreſſi, ſine diſcrepantia Petrum Rogeriũ Pontificem creant, 304. Benedicto XII. vitâ functo, paucis elapſis diebus Avenione palatiũ ingreſſi Pontificium, Petrum Rogerium Presbyterum Cardinalem, in Pontificem eligunt, 220.

Carolus II. Rex Neapolia Galeas contra Turcas mittit, 96.

Carolus Siciliæ Rex duorum Cardinalinm carcerationem à Viterbienſibus factsm approbat, 4. Nicolao Papæ infenſus eſt, *ibid.* Gallum cupit hahere Pontificem, *ibidem.* Jure fiduciario ab Eccleſia Siciliæ Regnum obtinet, 7. Accepto Crucis ſigno, in Terrę Sanctæ ſubſidium adversùs Sarracenos arma vertere cogitat, ſed obicem invenit, & nihil agit, 8. Pro Siculia domandis multa operatur, ſed ejus fruſtratur diligentia, 9. Infirmitate gravi correptus, magna cnm devotione Eccleſiæ ſuſcipit Sacramenta, & ad Cœlum migrat, 19.

Carolus Siciliæ Regis Caroli filina, vinctus in Cataloniam deducitur, 19.

Carolus Martellus Siciliæ & Hungariæ Rex pergit ad Cœleſtinum, & cur? 56. Abdicationem Pontificatus Cœleſtino non perſuadet, 57.

Carolus Valleſius Philippi Regia Francorum genitus, Comes Andegavenſis, pro Imperio recuperando Conſtantinopolitano expeditionis ad Græcos Dux, 91. Jus in Græcorum Imperium habet, 80. Mittit Nuncios ad Pontificem, & cur? *ibid.*

Carolus Hungariæ Rex ſine auxiliaribus Copiis, vel paucis adhibitis, de Uroſio, cũ quo belligerat, nobilem reportat triumphum, ſuiſque ſubmittit Legibus, 121. Eique, ut

San-

Sanctę Rom.Eccleſię obedientiam præſtet, imperat, *ibid.*

Carolus Francorum Rex, Andronici receptis Nunciis pro unione cum Romana Eccleſia tractanda,Pontifici totum cum Nunciis decretum notificat, 136. Suadet Papæ, nè Romam petat, 268.

Carolus Joannis Franciæ Regis filius, patre vitâ functo, ei ſuccedit in Regno, 268.

Carolus Occidentis, & Romanorum Imperator Avenionem ſalutaturus Pontificem petit, 270. Multa agit cum Pontifice, & quæ? *ibid.*

Carbanda chriſtianus ſuccedit in Regno Gazeno, 34. Matre vitâ functâ, fit Mahumethanus, *ibid.*

Caſſanus Perſiæ Rex magnum contra Syrios pro injuria ſibi illata Exercitum parat, eoſque ad nihilum redigere penſitat; A' Sarracenis præventus, rem ad effectum perducere non valet, 67. Priùs Paganus, poſtea baptizatur, 64. Filium monſtruoſum ſuſcipit ex muliere; A' Sarracenis malè edoctus, matrem cum filio igni tradere decernit, *ibid.* Legem Mahumeti perſequitur, Chriſtianos diligit, 44. Filium ſpurium exiſtimat, *ibid.* Suſcepto ex matris precibus baptiſmate, ſubitò mutatur, & ſpecioſus præ cæteris evadit; Caſſanus lætificatur, & quid agit ex ſubita mutatione, *ibid.* Ad Pontificem, & alios Catholicos Principes mittit Nuncios, eoſque de tanto miraculo certiorat, & Deo gratias agit, *ibid.* Auxilio ſibi à Regibus Armeniæ, & Georgiæ contra Sarracenos ſuis viribus adjuncto, Syriam cum Sancta Civitate Jeruſalem capit, 62. Nuncios ad Pontificem, & alios Principes mittit, & cur? *ibid.*

Catalani auxiliares Copias Conſtantinopolim,ut Andronico auxilium præbeant, contra Turcas dirigunt; Pugnant, & de Turcis victoriam reportant, poſtea in luctum vertitur cythara, & cur, 79.

Catharina Philippi Conſtantinopolitani Imperatoris filia? 23.

Centuriatores,tùm quoad annum, tùm quoad diem mortis Nicolai III. errant, 2. Maximas quoad ejus famam & ſanctitatem calumnias inferunt, & præcipuè ejus calumniantur pudicitiam, ſed tanquam perfidi & detractores à Nicolai Vitæ Scriptoribus redarguuntur, *ibid.* Martini IV. ſanctitatem obſcurant, 19. Reprehenduntur à multis geſta Martini V. enarrantibus, *ibid.* & *ſequ.*

Chaam idem ac Imperator & Rex, 32.

Chaam Tartarorum Princeps, ut Viros Latinos, in Fide catholica eruditos, ad eum unà cum ſuo Regno docendum à Pontifice per Nuncios eidem miſſos humiliter poſtulat, 30. Recipit Nuncium ſibi à Tartaris miſſum; audit,quòd eſt pro Domino habere cupiunt; pergit ad ipſos; accipit, alium Chaam Tartaros jàm habere; Revertitur ad Syriæ Regnum, 33. Chaam Tartarorum à Joanne de Monte Corvino Ordinis Minorum ſacro regeneratur lavacro, & Joannes vult vocari, 107. Ejus corpus triginta poſt elapſos annos ſub terra ſepultum, occaſione ejuſdem ad Civitatem Saray transferendi, integrum & incorruptum magna Tartarorum, & Chriſtianorum admiratione reperitur, 108.

Chaganus Nuncius Regis Argonis ad Nicolaum Papam, 41.

Chriſti verba in Cruce Latroni prolata, *Hodie mecum eris &c.* diverſimodè à Doctoribus explicantur, 170. & *ſeq.*

Chryſoſtomus expendens illa Chriſti verba, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, arguit, Latronem immediatè in Cœlum conſcendere, 9. Deum clarè videre, 186. Ejuſdem rationes, *ibid.*

Cingius Tartarorum Princeps Imperium dilatare cupit; Tres filios Joachim, Bato, & Gadagay ad diverſis in partibus belligerandum magnis cum Exercitibus mittit, 33. Fulmine percuſſus, moritur, *ibid.*

Clara vidua quondam Principis Alexandri uxor, abjurato ſchiſmate cum ſua filia Bulgariæ Imperatrice, ad Fidem catholicam convertitur, 297. Ad Baſilicam S.Petri pretioſa munera mittit, *ibid.*

Clariſſæ Ptolemaydenſes in Monaſterio Accon à Sarracenis inſequutæ, inſtinctu Sancti Spiritus ſe mutilant; à Sarracenis necantur, 40. Earum mors laudanda, & Deo grata, 53.

Clemens V. antea dictus Raymundus,ſeu Bertrandus, vitâ functo Benedicto XI. eligitur Summum in Pontificem, 87. Receptis literis per Nunciorum manus cum ſuæ electionis inſtrumento ſtatim ſuæ creationi conſentit; Cardinalium poſtulatis non acquieſcit, ipſoſque unà cum Franciæ, Angliæ, & Aragoniæ Regibus, ut ſuæ interſint Coronationi Lugdunum vocat, 89. Ejuſdem origo, patria, electio, coronatio, & dies, 90. Pontifex coronatus promiſſionibus Philippo Regi factis ſatisfacit, 90. Promiſſiones, quæ? *ibid.* Duas in Regis Franciæ gratiàm Bonifacii Conſtitutiones revocat; ipſumque Regem à multis cenſuris abſolvit, *ibid.* Agit cum Carolo Valeſiano pro Terra Sancta recuperanda, & cauſam exhibet, 91. Quomodocumque auxilium porrigentibus pro Terræ Sanctæ recuperatione, ſancta præmia promittit, *ibid.* Solicitat Venetos, eoſque hortatur ad hujus Belli ſocietatem, *ibid.* Agit idem cum Januenſibus, *ibid.* Gregorio Armenorum Patriarchæ, & aliis adversùs Sarracenos belligerantibus, auxilium ſpondet, eorumque calamitates commiſerat, 92. Receptis Nunciis cum literis, reſcribit ad Gre-

gorium Patriarcham, ad Leonem Armenorum Regem, ad Joannem Ordinis Minorum, & alios. *Vide Epiſt. Clementis V.* Vocat Templariorum, & Hoſpitalariorum Magiſtros, cum quibus agit pro facili invenienda via, ut Syriæ res reſtauret, conſiliumque pro expeditioue ducenda capit, 92. Carolum Siciliæ Regem, ut perſonaliter, vel unus ex filiis ſuis cum copils, juxta promiſſa, pro Terra Sancta recuperanda, inſurgat, hortatur, 93. Mandata ad eundem Carolum, quæ? *ibid.* Pro ſubſidio Militiæ omnes poſtulataa concedit decimas, 94. Archiepiſcopo Ravennati, & aliis Romandiolæ Epiſcopis, ut Crucem prædicent contra Sarracenos per ſe, vel per alios, mandat, *ibid.* Indulgeutiam Cruceſignatia elargitur, *ibid.* Fridericum Galliæ Regem contra Sarraceuoa excitat, eique totius Inſulæ Decimas hac de cauſa concedit, 95. Excommnnicationem in Andronicum Palæologum latam revocat, *ibid.* Ejus mena pro Sarracenis debellandis non ſtatim adimpletur, & cur? *ibid.* Venrtos excommunicat, ipſoſque debellat, & cur? 96. Nonaginta millia pro Terræ Sanctæ recuperatione florenorum ſolvit, *ibid.* Concilium generale Viennæ in Gallia convocat, & cur? Adſcribit in Catalogo Sanctorum Cœleſtinum V. *Vide Cœleſtinus V.* Multos Principes ſuis Encyclicis pro expeditlone & ſubventione Terræ Sanctæ ſolicitat, 99. Scribit ad Nicolsum Preabyterum Cardinalem. *Vide Epiſtola Clementis.* Sub ejus Pontificatu apud Tartaroa Fides propagatur, 102. Josnnem à Monte Corvino Ordinia Minor. in dominio Tartarorum creat Archiepiſcopum. *Vide Joannes à Monte Corvino.* Accepta per Thomam de Tolentino Tartarorum plurimorum converſione, ſeptem Epiſcopos Suffraganeos Ordin. Minorum inter Tartaros promovet, 102. Scribit ad Gonſalvum Generalem Ordinis Minorum, & quid? *Vide Epiſtola Clementis V.* Maximaa Fratribus Minoribus Sarracenorum ad Terras proficiſcentibus privilegia concedit, & quæ? 103. 104. *& ſeq.* Suſceptis gratanter Uroſii Legatis, ad eundem Nuncios remittit, quos maximè recommendat, 109. Ejus mora, locua, & ſepultura, 110. De hoc Pontifice multa indigna aliqui ex livore concepto ſcribunt, *ibid.* Extitit magnus Fidei zelator, omne proraùs extirpare ſchiſma curavit, 101. Defuncto, Sedea vacat annis duobua, menſibua tribus, & aliquibus diebus; Tolerat, ut Grœci pane fermentato in ſacrificio Miſſæ utantur, 109. Permittit, ut Rex hujuſmodi Miſſis interveniat, *ibid.* Carpentoraci ſuneratur, 111.

Clemena VI. antea dictus Petrus, Ord. Sancti Benedicti, tumulsto Benedicto XII. vel XI. Avenione paucis interpoſitis diebus à ſui anteceſſoris obitu, communi omnium conſenſu in Summum creatur Pontificem, 220. Ejuſdem patria, ſtatus, conditiones, & coronatio quę? *ib. & ſeq.* Scribit ad Frsnciæ Regem Benedicti mortem, & ſui in Pontificem crestionem porrigit, *ibid.* Eidem Poutificstus prænuncistur, & à quo, *ibid.* Pro beneficiis ante ſui crestionem ad Pontificatum ab Aldebrando acceptis dignitate Epiſcopali Tholoſsna eum inſignit, *ibid.* Ad ſupplices preces Alberti Siciliæ Regia, & Reginæ Sanciæ Frstribus Minoritis Montia Sion ſacra Loca confirmat, & auctoritativum confirmationia multa etiam privilegia continena inſtrumentum edit, *ibid. & ſeq.* Ejuſdem ad dictoa Fratres inſtructiones & privilegia per Bullam conceſſa, 222. Alia ejuſdem tenoris, 223. *& ſeq.* Suſcipit Græcorum Imperatoris Legationem, ſuis auditis cladibus, ut eos ad unionem perducat, auxilium contra Turcaa ſe præſtaturũ promittit, 224. Scribit ad Grœcorum Imperatorem, & alioa Eccleſiæ Principea. *Vide Clementis VI. Epiſtola.* Recipit Guidonis Armeniæ Regis Oratores, à quibus audit maximas prœſſuraa, quas Chriſtiani à Sarrscenica rabie in Armeniæ partibus patiuntur, ſummoperè contriſtatur, & hortatur Imperatorem ad omne auxilium Chriſtlanis præbendum, 227. Mittit literas per Oratores. *Vide Epiſtola Clementis VI.* Superioribua Mendicantium, ut Crucem per ſe, & ſuos Fratres contra Sarracenos prædicent, mandst, 231. Eiſqne dat literas. *Vide Clementis Epiſtola.* Inter Reges Franciæ, & Galliæ controverſiss exortas ſedare curat, 228. Mittit ad eos Oratores, *ibid.* Accipit mortem Legati Pontificis apud Smyrnam in bello, ſummoperè dolet; Loco ejua alium creat Legatum, 232. Ad petitionem Regis Franciæ revocat creatum Legatum, & aliũ decernit, *ibid.* Jsnuenſea, Piſanos, Anconitanos, Peruſiuos, Senenſes, & Florentinos ad viriliter contra Turcas inſurgendũ ſolieitat, 234. Recepto Nuncio à Delphino ſibi miſſo, ejus auditis expoſitis, per literaa eum, ut pro poſſe unionem Eccleſiæ Græcæ cum Latina curet, hortatur; Eique, ut ſocietatem cum Imperatrice, & ejus filio, non verò cum Joanne Cantacuzeno teneat, deprecatur, 234. Mandat Latinis Principibus, & præcipuè Delphino Viennenſi, nè Græcis bellum inferant, *ibid. & ſequ.* Latinis Turcarum treguam acceptare ſuadet, & cur? 235. Scribit ad Delphinum Viennenſem, *ibid.* Græcos præ cęteris diligit, *ibid.* Scribit ad Archiepiſcopum Cretenſem; De reportata victoria de Turcis gratulatur, 238. Receptis Nunciis Joannis Cantacuzeni, Græcorum Imperatoris poſtulatia auditia, ad eum Nuncioa cum literis inſtructivis remittit, 238. Du-

ci

Digitized by Google

ei Veneto Legatos remittit, 239. Scribit ad Joannem Imperatorem, ad Græcorum Patriarcham, eoſq; ad reintegrandam Eccleſiam Græcam cum Latina deprecatur, 239. Vitâ functis ſelectis Legatis Pontificia, ante aſſumptionem ſuæ ambaſſiatæ, alios Clemens creat, & ad Joannem Cantacuzenum cum inſtructionibus mittit, & Cantacuzeno auxilium promittit, 239. Occaſione reunionis Eccleſiarum de Synodo generali congreganda, ut faciliori & tutiori via ad optatum finem deveniatur, Joannis Cantacuzeni mentem approbat, multaſq; de pio propoſito hujuſmodi unionis perficiendæ ipſi gratias refert, 241. Ejus mens fruſtratur, & cur? 243. Solemne ad hoc Jubilæum donat, *ibid.* Ad decennnium Andream Dandalum Venetiarum Ducem cum Hugone Cypri Rege, & aliis ſociat, *ibid.* Grataanter recipit Nuncium Imperatoris; Ad eum reſcribit. *Vide Epiſtola Clementis.* Causâ ſedandi hæreſes exortas inter Armenos, ad eos Legationem mittit, 243. Legatis mandat, ut eundo & redeundo tractatum de unione perficienda cum Joanne Cantacuzeno habeant, *ibid.* Clemens morte præventus, nihil de unione concludit, *ibid.* Hac de cauſa Principum Philadelphiæ poſtulatis non valet ſatisfacere, 249. Ejus mora ab atro Cometa prænunciatur, 243. *& ſeq.* A' Scriptoribus ejus vitæ multis exornatur laudibus, 244. Ejuſdem ſepultura, & translatio, *ibid.* Ejus ſepulchrum à Calviniſtis demolitur; Cineres ejus magna verborum injuria lacerantur, & igni traduntur, *ibid.*

Clementem à Petro in ſui ſucceſſorem electum ſe Pontificatu abdicaſſe, ut aliqui exiſtimant, videtur falſum, 68.

Cobyla Mangonia Tartarorum Imperatoris frater, Mangone vitâ functo, ei in Imperio ſuccedit, ſacro regeneratur lavacro, 33. In Catay Regno Civitatem majorem vocatam *Jony* ædificat, ibique moratur *ibid.*

Cœleſtinus V. antea dictus Petrus de Murrone, Ordinis Sancti Benedicti, Nicolao Quarto vitâ functo, ei in Pontificatu ſuccedit, 56. Romanum Pontificem Papatu ſe abdicare poſſe decernit, 68. Suaſionibus Benedicti Cardinalis Papatum renunciat, 57. Magnas à ſuo ſucceſſore patitur anguſtias; In Fumonis Caſtro arctè recluditur, & miſerabiliter vivit, 58. Magnis affectus cladibus ex ſua carceratione, gravi infirmitate correptus, excarceratus ad Cœlum evolat, *ibid.* Ferentini in ſui Ordinis Monaſterio ſepelitur, *ibid.* Multa & mirabilia in ſuæ ſanctitatis atteſtatione Deus miracula patrat, *ibidem.* Sub nomine Petri Confeſſoris inter Sanctos à Clemente V. adſcribitur, 99.

Coloranus Aſſanus Conſtantinopolitanarum Copiarum Capitaneus, 239.

Colozanus Nuncius ad Pontificem, 92.

Columna quædam marmorea mirabiliter in Civitate Byzantii ex ſe tremula videtur, 131.

Concilii Tridentini ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium definitio, & quæ? 192.

Conciliabolum Theſſalonicenſe nil contra Monachorum Theſſalonicenſium errores (impediente Gregora ſchiſmatico) decernit, 218.

Concilium Nicænum mutilationem ſui ipſius prohibet, & mutilantibus pœnas aſſignat, 51.

Concilium Aquiſgranenſe ſub Stephano IV. celebratum quid decernat, 73.

Concilium generale ſub Clemente Viennæ in Gallia celebratum, 96. Examinatur Templariorum cauſa, *ibid.* Eſt occaſio differendi adversùs Andronicum generale paſſagium, *ibid.* Tribus abſolvitur ſeſſionibus, & quid ſancitum ſit, 99.

Concilium Provinciale Lugduni adversùs Templarios celebratur, & cur? 111. In eodem Templariorum errores damnantur, & eorum Religio deſtruitur, *ibid.*

Concilium in Gallia Viennæ celebratur, uſuram damnat, & pœnas Uſurariis aſſignat, 98.

Conradus Ord. Minorum de Saxonia ſchiſma deteſtatur, & Martyr efficitur, 27.

Conſtantia Regia Argonia uxor, Manfredi filia, 6.

Conſtans Armeniæ Baro Leonis filiam violenter rapit, & ſuo filio Aytoni in matrimonio copulat, eique Regnum tradit, 53. Barones Armeniæ interficit, & matrem in manus Tartarorum tradit, *ibid.* Invaditur à Soldano, *ibid.*

Conſtantinus Archiepiſcopus Maniſtanen. Nuncius ad Pontificem, 92.

Conſtantinus Fuſcomalus Andronici Nuncius cum literis ad Marinum Sanutum, 136.

Controverſia de Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale judicium, qualis, & ejuſdem explicatio, 160. *& ſeq.*

Cornelius Papa ſe Papatu abdicare in corde habet, 73.

Cyprianus Ordinis Minorum ad Uroſium Raſciæ Regem Apocriſiarius Pontificius, 29.

Cyprianus Animas ſeparatas ante carnis reaſſumptionem clarè Deum videre aſſeverat, 174. Cornelium ſe debere Papatu abdicare conſulit, 73.

Cyrillus Doctor Græcus in verbis, & in re cum Eccleſia Romana concordat, 135. Latronis animam à corpore ſolutam immediatè ad Cœlum evolare aſſerit, 135.

Da-

D

Damſcenus aſſerit, nedùm Beatam Virginem, ſed etiam cunctos Patriarchas in Cœlo eſſe, & beari, 189.
Damaſceni ſpontè ſe Caſſano ſubjiciunt, 62.
Damianus de Catara Nuncius Raſciæ Regis ad Pontificem, 253.
Daniel Armenus Ordinis Minorum Nuncius ad Pontificem, 230.
Dathanicatum Chriſtiana Regina Tartarorum nomen dat militiæ chriſtianæ, 44.
Decretum Pariſienſe, in quo Joannem XXII. ſuper Animarum ſeparatarum ante finale Judicium controverſia nihil de earum ſtatu pro certo definire apparet, ſed tantùm inveniendi gratia veritatem agitare quæſtionem, 164.
Demetrius Ordinis Minorum pro Fide tuenda Catholica Orientalibus in partibus Martyrium ſubit, 129.
Deus ſchiſmaticos Epiſcopos, & alios Chriſtianorũ perſequutores crudeliter punit, 15.
Didymus Doctor Græcus in verbis, & in re cum Eccleſia concordat Latina, 135.
Dionyſius Epiſcopus Orientalibus in partibus, 38.
Dionyſius Sanctus & Martyr Animas ſeparatas ante finale Judicium beari docet, 18. Ejuſdem pro hac veritate rationes, *ibid.* & *ſeq.* Ejus genuina mens, qualis, *ibid.*
Diploma Urbani V. continens inſtructiones à Fratribus Minoritis in terras Sarracenorum proficiſcentibus ſervandas, 291.
Diſſenſio inter Arſenii, & Joſephi Conſtantinopolim Patriarcharum ſectatores quoad Palæologi cadaveris ſepulturam orta, 14.
Dyſticon Aytonis Armeniæ Regis, & Religioſi Minoritæ, 25.
Doctrina Petri Joannis diſcipuli Abbatis Joachimi in Concilio Viennæ in Gallia celebrato examinatur, & anathematizatur, 97.
Dogma novum Conſtantinopoli circa lumen Thaboricum oritur, & quale, 216.
Dominicus Campo Fulgoſus, ſive Campo Fregoſus, Gabriele Adurno Januenſium Duce exauthorato, ejus ſubſtituitur loco, 380.
Dotonſchaton chriſtiana ex ſtirpe trium Regũ qui, Stella duce, Dominum natum adorant, 33. Uxor Alaonis, Sarracenorum Templa deſtruit, *ibid.* Mahumeti cultum prohibet, *ibid.* Jeroſolymitanum Regnum occupare cogitat, *ibid.*
Dulciniſtarum errores in Concilio Viennæ in Gallia celebrato damnantur, 97. Errores quot, & qui? *ibid.*
Durandus Epiſcopus Maldenſis de Pontificis mãdato ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium, ut veritatem inveniat, luculenter ſcribit, 183. Libellum ad Pontificem examinandum mittit, *ibid.* Sentit Animas ſeparatas, & maculis purgatas ante carnis reaſſumptionem clarè divinam videre eſſentiam, 184.

E

Edmundus Cantabrigiæ Comes, Angliæ Regis filius, 306.
Eduardus Angliæ Rex, & Cruceſignatorum Exercitus adversùs Sarracenos Dux, 41.
Egidius Ordinis Prædicatorum Patriarcha Gradenſis Nuncius ad Uroſium Raſciç Regem, 109.
Elchigenda Tartarorum Imperator dirigit ad Pontificem Nuncios, per quos benedictionem, & planam de Fidei veritate inſtructionem poſtulat, 148.
Elgagis Tartarorum Regina ſacro regenerstur lavacro, 28.
Emmanuel Magula Referendarius Eccleſiæ Philadelphiæ; & Emmanuel miles Philadelphiæ Ambaſſiatores ad Pontificem, 250.
Epigramma contra impium factum Ethnici Poetæ Collimachi, 50.
Epiphanius Sanctus aſſerit, Animas ſeparatas ante finale Judicium beari, 184.
Epiſcopi pluſquàm trecentũ ad celebrandum Viennæ in Gallia Gener. Concilium concurrunt, 96.
Epiſcopi Armeni, & alii ex Sarracenorum excurſione cladibus diverſis afflicti, ad Epiſcopum Caphenſem Latinum confugiunt, eique in omnibus, & per omnia obedientiam exhibent, 118.
Epiſcopus Ruthenſis cum magno Templariorum Magiſtro Legatus à Latere maximâ cum hominum multitudine in Terram Sanctam ad neceſſaria pro bello Sarracenis inferendo paranda, transfretat, 96. Ejus profectio à Maris tempeſtatibus impeditur, *ibid.* Ad Brunduſium pergit, Rhodii Inſulam cum Civitate capit, aliaſque adjacentes Provincias, Turcis fugatis, ſuo ſubdit dominio, *ibid.*
Epiſcopus Caphenſis ad Marinum Sanutum Andronici ſenioris Apocriſiarius, 133.
Epiſtola Alanorum, & Tartarorum Principum ad Pontificem, in qua ei ſua corda, poſtulando Viros in Chriſti Lege doctos, ut in Fide erudiantur catholica, aperiunt, & pacem, ac unionem cum Romana Eccleſia habere cupiunt, 197.
Epiſtola Andreæ de Perusio Ordinis Minorum Orientalibus in partibus Epiſcopi Suffraganei ad Guardianum de Perusio ejuſdem profeſſionis, qua Orientalis Eccleſiæ ſtatum, ſuaſque clades, & maximos labores notificat, 143. & *ſeq.*
Epiſtola Benedicti XI. vel X. ad Antibaren. Archiepiſcopum, in qua, ut Orientalis Eccleſiæ ſchiſma pro poſſe ſedare ſtudeat, ſum-

ſummoperè hortatur, 77. Altera ejuſdem ad Armeniæ Regem, qua ad ſolerter Chriſti Fidem ſuſcipiendam invitat, 79. Alia ejuſdem ad Carolum Francorum Regis Philippi natum, in qua ei de ſancto propoſito Sarracenos adversùs inſurgendi, ut Terram Sanctam ad Eccleſiæ Catholicæ obedientiam reducat, gratulatur, ſuiſque poſtulatis annuit, 79. Altera ad Sylvaneten. Epiſcopum, in qua ei jubet, ut bona Terræ Sanctæ addicta pro recuperationis Terræ Sanctæ ſubſidio derivet, 80. *& ſeq.*

Epiſtola Benedicti XII. In qua teſtatur, Joannem XXII. definiiſſe, ante finale Judicium Animas ſeparatas, à peccatis mundatas clarè divinam videre eſſentiam, & conſequenter beari, 166. Altera ejuſdem conſolatoria ad Armeniæ Reginam, in qua omne contra ſuos hoſtes auxiliū à ſe præſtandum promittit, 192. *& ſeq.* Alia ejuſdem ad cunctos Catholicos hortatoria, in qua eos ad auxilium Regi Armenię contra ſuos hoſtes præbendum ſolicitat, 193. Sacra prę-mia promittit auxilium dicto Regi contra Turcas porrigentibus; Inſularum Armeniæ Archiepiſcopis, & Epiſcopis Crucis ſignum contra Turcas prædicare præcipit, *ibid.* Alia ejuſdem ad Philippum Franciæ Regem, in qua unà ſecum ad porrigenda populis Armeniæ ſubſidia victualium inopia laborantibus hortatur, 193. Altera ejuſdem ad Armeniæ Regem, in qua eum à juramento, vi barbaris præſtito, abſolvit, 194. Ejuſdem altera ad Andronicum juniorem, qua ſancto in propoſito ad conſtanter perſeverandum pro unione perficienda cum Eccleſia Latina, alioſque inducendos hortatur, 194. *& ſequ.* Altera ejuſdem ad Robertum Siciliæ Regem cum inſtructionibus, 195. Alia ad Tartarorum Imperatorem, in qua ei ſummoperè gratulatur, & de benevolentia, quam ergà Chriſtianos exercet, ſummoperè regratiat, & Fidem Catholicam cū Apoſtolicis Nunciis recommendat, 197. Altera ad Alanos Principes, qua eis propagationem Catholicæ Fidei, ejuſdemque protectionem, & Nunciorum dilectionem ſuadet, profeſſioniſque Fidei formulam in literis inſerit, 198 Alia ad Fodim Jovens Alanorum Principem, qua Fidem Catholicam, & Apoſtolicos recōmendat Nuncios, ac de favoribus, quos Chriſtianis impendit, gratias refert, 199. *& ſeq.* Ejuſdem altera ad Principem Cusbec, & alios Nobiles ejuſdem argumenti, 199. Altera ad Fratres Ordinis Minorum Nuncios Apoſtolicos ad Tartarorum Principes, in qua Fidei Catholicæ propagationem ſummoperè recommendat, & maxima privilegia & inſtructiones porrigit, 201. *& ſeq.* Alia ejuſdem ad Tartarorum Imperatorem, in qua Viros Apoſtolicos ei miſſos recommendat, & ad Fidem Catholicam unà cum ſuo Populo profitendam invitat, 202. *& ſeq.* Aliæ ejuſdem argumenti ad Principes Alanos, 203. *& ſeq.* Altera ad Eliam Ordinis Minorum, qua jubet, aliquos Principes ſchiſmaticos ad Fidem inducere Catholicam, 204. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Usbec Tartarorum Imperatorem, in qua de beneficiis Catholicis & Apoſtolicis Nunciis collatis maximas refert grates, & plures inſtructiones literis inſertas porrigit, 206. Alia ejuſdem ad Ducem Tynisbec Principis Usbec primogenitum, qua ad Fidem ſuſcipiendam Catholicam hortatur, eiq; de beneficiis Chriſtianis impenſis gratias refert, 206. Altera ad Tartarorum Imperatricem ejuſdem tenoris, *ibid, & ſeq.* Altera ad univerſos Chriſtianos per Tartarię Imperium conſtitutos, qua Fidei Catholicę dilatationem ſummoperè recommendat, & formulam Fidei literis inſertam mittit, 207. Altera ejuſdem ad Philippum Franciæ Regem, in qua inſerit ſibi à Barlaamo Andronici Legato pro unione cum Eccleſia Latina expoſita, & reſponſa ad ipſum data, 213. Altera ejuſdem argumenti ad Robertum Siciliæ Regem, eique Barlaamum recommendat, 215.

Epiſtola Bonifacii VIII. ad Catharinam Conſtantinopolitanam Imperatricem, in qua ei matrimonium cum Friderico ob zelum recuperandi Conſtantinopolitanum Imperium ſuadet, 59. *& ſeq.* Ejus mens fruſtratur, & cur? 60. Altera ejuſdem ad nobiles Cives Januenſes, in qua ad ſeipſos pro Terra Sancta recuperanda parandos hortatur, omneque pro ejuſdem aſſecutione auxilium ſpondet, 63. Alia ejuſdem argumenti ad Mulieres nobiles Januenſes, 64. Altera ad Porchettum Spinolam Eccleſiæ Januenſis Archiepiſcopum Ordinis Minorum, qua mandat, ut congregato Januenſi Populo, Crucis verbum, vel per ſe, vel per alios prædicet, eoſque contra Sarracenos ad viriliter inſurgendum ſolicitet, 65. *& ſequ.* Alia ad Provincialem Ordinis Minorum Provinciæ Januen. in qua ei mandat, ut de Religioſis idoneis pro adminiſtratione Sacramentorum provideat, eoſque benedictione Apoſtolica faciat cum Claſſe Cruceſignatorum transfretare, 67.

Epiſtola Cardinalium Collegii ad Bertrandum Burdegalen. Archiepiſcopum, per quam ſuam ad Summū Pontificatum creationem præſentant; eumque ad benignè hujuſmodi electioni annuendum hortantur, & ut Peruſium coronandus accedat, ſolicitant, 89.

Epiſtola Clementis V. ad Carolum Valeſianum Siciliæ Regem, qua hortatur, ut adversùs Sarracenos pro Imperio recuperando Conſtantinopolitano ſe præparet, 91.

Alia

Digitized by Google

Alia ejuſdem argumenti ad Ducē & Commune Venetiarum, *ibid.* Similes dat ad Januenſes, 92. Altera ad Gregorium Armenorum Patriarcham, & ad alios adversùs Sarracenos pugnantes, in qua auxilium promittit, eorumque calamitates commiſerat, 92. *& ſequ.* Altera ad Archiepiſcopum Ravennatenſem, & alios Romandiolæ Epiſcopos, in qua mandat, ut Crucem contra Turcas prædicent, 94. *& ſeq.* Alia ad Andream de Peruſio Ordinis Minorum, in qua ſuam aſſumptionem ad Epiſcopatum Orientalibus in partibus notificat, eique ad illas partes Orientales causâ propagandi Fidem Catholicam, ut in vinea Domini cum Joanne de Monte Corvino Archiepiſcopo laboret, transfretare mandat, 102. *& ſeq.* Alia ejuſdem ad Tartarorum Regem, in qua eum ſolicitat, ut relićta veteri ſuperſtitione, Fidem amplectatur Chriſti, eique gratulatur, quòd Chriſtianos Sacerdotes diligat, 105. *& ſeq.* Alia ejuſdem ad Uroſium Raſciæ Regem, in qua Fidei Catholicæ formulam, à ſe, & à ſuo Populo profitendæ, aliaſque inſtructiones dirigit, 108. Commendat Latinos, *ibid.* Altera ad Legatos, qua poſtulatum vexillum concedit, 109.

Epiſtola Clementis VI. ad Joannem Græcorum Imperatorem, qua eidem contra Tartaros & Turcas, dummodò ex vero corde cum Eccleſia Romana unionem perficiat, auxilium præbere promittit, 224. *& ſeq.* Alias hortatorias ad Fidem Catholicam profitendam dat Principibus diverſis in Græcia conſtitutis, necnon Proceribus, Patriarchæ, & Epiſcopis, quibus Fidei Catholicæ protectionem recommendat, 223. Alia ejuſdem ad Janibec Tartarorum Imperatorem, qua eum ad omne pro poſſe auxilium, & properationem Chriſtianis porrigendum deprecatur, eoſque ſummoperè recommendat, mandatque, ut in ſignum bonæ amicitiæ, & confœderationis Oratores ad Sanctam deſtinet Sedem, 227. Altera ad Mediolenſem Archiepiſcopum, ſuoſque Suffraganeos, qua ad Crucis verbum adversùs Infideles per ſe, & per alios prædicare ſuis ſubditis, & eos ad viriliter contrà Turcas inſurgendum, inflammare mandat, 228. Ejuſdem argumenti ad diverſos Italiæ Principes dat alias literas, *ibid.* Altera ejuſdem ad Andream Dandalum Venetiarum Ducem, in qua de victoria contra Infideles reportata ſummoperè gratulatur, eique validas inſtructiones pro bono regimine porrigit, 230. Alias ejuſdem tenoris dat literas ad Franciæ Regem, ad Joannam Reginam, ad Normandiæ Ducem, & Eduardum Angliæ Regem, eoſque relićta in Europa adversùs Chriſtianos perſecutione, ad belli ſocietatem, & ad viriliter contra Infideles inſurgendū invitat, 230. Altera ejuſdem ad Guidonem Armeniæ Regem, in qua maximas gratias de protectione, quam Chriſtianis benignè donat, refert, eoſque maximè recommendat, *ibid. & ſeq.* Altera ad Patriarcham, Epiſcopos, & alios Chriſtianos Armeniæ, in qua errores in Armenia exortos enarrat; ipſiſque præcipit, ut pro poſſe eos divellere ſtudeant, eiſque inſtructiones porrigit,& quæ? 231. Altera ad Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum, In qua, ut per ſuos Fratres Crucis ſignum adversùs Infideles prædicare faciat, hortatur, 232. Alia ejuſdem ad Joannem Cantacuzenum Græcorum Imperatorem, qua ad benignè per Legatos monita & conſilia Apoſtolica ſuſcipienda hortatur, 239. Altera ad Coloranum Capitaneum Aſſanem, qua Apoſtolicos Nuncios ſummoperè recommendat, 240. Alia ejuſdem ad univerſos Chriſtianos in Paleſtinæ & Indiæ locis diſperſos, In qua ad perfectam inter ſe concordiam & unitatem habere hortatur, ipſiſque Fidei, ſuo Duce exemplo, propagationem in aliis recommendat, 241. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Hugonem Cypri Regem, qua de quadam ſibi notitia porrecta, ſummoperè regratiat, 242. Alia ad Joannem Cantacuzenum, in qua ad fiducialiter & ſinè ſuſpicione ſuum aperiendum cor circa unionis negotium ſuadet, 243. Ejuſdem argumenti dat literas ad Mattheum Cantacuzeni Joannis filium, ad Andronicum Aſſanem, ad Joannem, & Emmanuelem Andronici filios, *ibid.*

Epiſtola Gregorii XI. ad Joannem Copitalem Buch, in qua ad reconciliationem Angliæ, & Franciæ Regum, aliorumque Europæ Principum procurandam ſummoperè hortatur, & cur? 306. Altera ejuſdem ad Joannem de Liſignano Principem Antiochenum, qua, ut Petrum Aragonem Minoritam, dùm ad Cypri Regnum pergit,de expenſis provideat opportunis, mandat, 307. Alia ejuſdem ad Nicolaum Croſna Ordinis Minorum, Raſciæ Vicarium, in qua mandat providendo de numero Religioſorum ſufficienti ad Fidem in Raſciæ Regno propagandam, 307. Alteram ejuſdem tenoris facultativam dat Franciſco Ordinis Minorum, Tartariæ Vicario, 307. *& ſeq.* Alia ad Cives Januenſes, in qua eos ad pacem & concordiam invitat, 308. Altera deprecativa ad Epiſcopū Vercellenſem, qua eum, ut ab incœpto adversùs Januenſes bello abſtineat, ſummoperè deprecatur, 309. Alia ad Guillelmum Epiſcopum Comaclen. & ad Petrum Petroccini Eccleſiæ Aquenſis Præpoſitum, qua auxiliares inſtructiones pro Januenſibus dirigendis rebus porrigit, 309. *& ſeq.* Altera ad Emmanuelem, & Aleramum de Carreto Marchiones, in qua eos, nè fœdus adversùs

Ja-

Digitized by Google

Januenſes cum Epiſcopo Vercellenſi ineant, hortatur, 310. Alia ad Ducem, & Januenſe Commune, in qua eos ad habendam pacem invitat, 310. Altera ad Thomam Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem, & Januæ Nuncium, in qua ad pacem pro poſſe procurandam inter Januenſes, & ſuos hoſtes, hortatur, 310. *& ſequ.* Ejuſdem argumenti Anglico Epiſcopo Albanenſi dat literas, *ibid.* Altera ad Thomam Minorum Ordinis Miniſtrum Generalem, & Pontificis Nuncium, in qua ad omnimodè pacem inter Januenſes, & alios procurandam monet, 311. Altera ad Cives Januenſes, qua de concordia inita gratulatur, eiſque gratias refert, & favores ſpondet, 311. *& ſequ.* Ejuſdem argumenti dat Epiſtolas Vercellen. Epiſcopo, & aliis, 312. Altera ad Thomam Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem, & Pontificis Legatum, qua, ut ad componenda diſſidia inter Marchionem Montis Ferrati, & Epiſcopum Vercellen. exorta ſe conferat, ſolerter præcipit, 312. Alia ad Othonem Montis Ferrati Marchionem, qua cum Vercellen. Epiſcopo ad pacem habendam adhortatur. 312. Altera ejuſdem ad Thomam Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem, & Pontificis Nuncium, ut Januenſes ad ligam adversùs Bernabonem, & alios conficiendam inducat, eiq; inſtructiones præbet, 313. Alia ejuſdem argumenti ad eundem Thomam, & Senenſem Epiſcopum, *ibid.* Altera ad Fridericum de Aragonia, per quam ſpem de pace perficiēda cum Regina Joanna porrigit, 313. Altera ad Berengarium Boſnę Vicarium Ordinis Minorum, qua facultatem aliqua ædificandi Monaſteria concedit, 314. Alia ejuſdem ad omnes Provinciales, & Guardianos Ordinis Minorum, in qua mandat, ut in die Portiunculæ Aſſiſii legant & publicent omnibus Fratribus ſuas encyclicas literas, 314. *& ſequ.* Altera ad Ludovicum Hungariæ Regem, qua ad expeditionem adversùs Turcas mittendam hortatur, 315. *& ſequ.* Alia ejuſdem tenoris ad diverſos Principes, 316. Alia ad Thomam Patriarcham Gradenſem, qua præcipit, ut diſſidia inter Januenſes, & Cyprenſes exorta ſedare ſtudeat, 317. Altera ad Ducem, & Commune Januenſe, qua ad pacem cum Cyprenſibus habendam hortatur, 317. Altera ad Thomam Patriarcham Gradenſem, qua, pro poſſe Januanſes, & Cyprenſes componere mandat, 317. Altera ad eundem Thomam, qua duos miſſos Nuncios ad dirigendos & coadjuvandos hortatur, paciſque negotium inter Januenſes & Cyprenſes recommendat, 318. Altera ad ipſum Thomam, qua, ut diſſidia inter Hungariæ Regem, & alios Nobiles exorta ſedare ſtudeat, maximè hortatur, 318. Altera gratulatoria ad dictum Thomam de pacis obtento fine, inter Ducem Venetiarum, & Franciſcum de Carraria, *ibid.* Altera ejuſdem ad Populum Romanum, in qua ad pacem habendam hortatur, 319. Altera ad eundem Populum Romanum magis deprecativa ad pacem conficiendam, *ibid.* Altera ejuſdem ad Thomam Patriarcham Graden. ſem, in qua ad Januenſes ducendos, ligam ad perficiendam adversùs Bernabonem, inſtructiones inſerit, 319. Altera ad Ludovicum Gonzagam in Civitate Mantuana Vicarium Imperialem, qua ad fœdus adversùs Bernabonem, & alios conficiendum invitat, 319. Alia ejuſdem ad Palæologum, qua ſuas commiſerat calamitates, eique verba porrigit conſolatoria, 319. *& ſequ.* Alia ad Romanorum Imperatorem, in qua ad diſſidia inter Principes Bavariæ exorta componenda ſuadet, & ut auxilium, diſſidiis compoſitis, Ludovico Hungariæ Regi præbeat, & Crucis ſignum adversùs Turcas prædicare faciat, hortatur, 320. Alia ejuſdem ad Venetorum Ducem, qua, ut ab Inſula Cretenſi Antiepiſcopos expellat ſchiſmaticos, & omnes evellat errores, deprecatur, 321.

Epiſtola Hyabalaha totius Orientis Patriarchæ ad Benedictum Papam, qua ei de aſſumptione ad Summum Pontificatum gratulatur, & Fidei ſuæ, ſuorumque Epiſcoporum formulam mittit, & omnimodam reverentiam exhibet, 83. *& ſequ.* Hæc tamen Epiſtola ad Benedictum, quia morte præventum, probabiliter videtur, quòd pervenire nequeat, 85.

Epiſtola Innocentii VI. ad Clerum, & Populum Philadelphiæ, in qua contra Barbaros auxilium promittit, eoſque ad ſchiſma deteſtandum ſolicitat, 249. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Joannem Cantacuzenum, in qua ad unionē cum Ecclesia Romana perficiendam hortatur, 251. Altera ejuſdem ad dictum Joannem, qua multùm gratulatur de pia voluntate Eccleſiarum unionem perficiendi, & maximas refert grates, 252. Ejuſdem argumenti dat literas ad Joannem Aſſanem, & ad alium ejuſdem nominis Principem, eoſque ad protegendum, & unionis ſolicitandum negotium, ſuadet, *ibid.* Altera ejuſdem ad Hugonem Cypri Regem, qua ad Imperatori Græcorum adversùs Turcas auxilium præbendum monet, 252. Ejuſdem argumenti ad Joannem Valentem Januenſium Prætorem dat literas, ad Deodatum Magnum Rhodiorum Equitum Magiſtrum, *ibid.* Altera ejuſdem ad Stephanum Raſciæ Regem, qua ejus ſanctum laudat cor, eique Viros catholicos in Chriſti Lege eruditos ad Fidem orthodoxam propagandam ſuo in Regno mittit, & ſummoperè recommendat, 253. 254. *& ſequ.* Alia ejuſdem ad Joannicium

Serviæ Patriarcham, qua ad ſchiſma deteſtandum, & Fidem amplectendam Romanam hortatur, Viroſque Apoſtolicos commendat, 253. & ſequ. Altera ejuſdem ad Helenam Raſciæ Reginam, & Uroſium Regem ejuſdem tenoris, ac ad Stephanum Regem, & Serviæ Patriarcham, 156. Aliæ ad diverſos Principes, *ibid.* Aliæ ejuſdem ad omnes Raſciæ Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quibus Fidei Catholicæ propagationem recommendat, *ibid.* Altera facultativa ad Apoſtolicos Nuncios, qua ad Fidem Romanam tuendam, & dilatandam, ac quoſcumque divellendos errores hortatur, eiſque inſtructiones porrigit, 256. Alia ejuſdem ad Joannem Palæologum, qua maximè refert gratias, & pio de corde ſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam præſtare velle gratulatur, & Pontificis commendat Legatos, 260. 261. & ſeq. Altera ejuſdem ad Franciſcum Gattelluxium, qua maximas refert gratias de notitia per literas ſibi data, & Nuncios Apoſtolicos recommendat, 262. Altera ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, qua eum ad unionis negotium conſumandum hortatur, & in Nuncios Apoſtolicos amorem exercere deprecatur, 262. & ſeq. Altera ad diverſos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qua eos ad auxilium ſacræ Militiæ contra Turcas præſtandum ſummoperè monet, 263.

Epiſtola Joannæ Reginæ Neapolis ad Babyloniæ Soldanum, qua ſummoperè Religioſos Minoritas Sancti Sepulchri Cuſtodes, nè à ſuis ſubditis clades patiantur, efficaciter ſcribit, 246. & ſeq.

Epiſtola Joannis à Monte Corvino Ordinis Minorum Apoſtolicus Nuncius ad diverſos Orientis Principes, qua maximam Fidei Catholicæ propagationem inter Tartaros, Deo coadjuvante, per ipſum effectam, & clades magnas, quas à Tartaris patitur exhibet, 106. Altera ejuſdem ad Apoſtolicos Operarios in Perſarum Regno exiſtentes, qua ſui ſtatus conditionem manifeſtat, 107.

Epiſtola Joannis XXII. ad Oſcinum Armeniæ Regem, in qua Fidei Catholicæ formulam prolixè deſcribit, 115. & ſequ. Ejuſdem argumenti dat literas ad Catholicum Armenorum Patriarcham, alioſque Præſules, quos ad rectè Paſtorale munus exercendum ſuadet, 118. Alia ejuſdem ad Armenorum Archiepiſcopum, & Presbyteros per Caphenſem Diœceſim conſtitutos, in qua de tranſubſtantiationis articulo in Euchariſtiæ Sacramento, ac de ritu aquam vino miſcendam inſtructiones & congruentiales porrigit rationes, 118. & ſeq. Altera ejuſdem ad Albaniæ Viros nobiles, in qua ad obedientiam Summo exhibendam Pontifici hortatur, eiſque adversùs ſuos hoſtes auxilium promittit, 120. Altera ejuſdem ad Catholicos nobiles, quibus mandat, ut Uroſii ſchiſmati occurrant, & fœliciter obtinet, 120. Alia ad Fridericum Romanorum Imperatorem, qua ad viriliter magno cum Exercitu contra Uroſium inſurgendum ſolicitat, 120. & ſequ. Ejuſdem tenoris aliam dat Epiſtolam ad Wladislaum Loktektam Poloniæ Regem, ad Joannem Bohemiæ Regem, ad Luipoldum Auſtriæ, ad Henricum Corinthiæ Ducem, & ad alios Proceres, 121. Altera ejuſdem ad Uroſium Serviæ Regem, in qua quod diſpoſitus ſit, & paratus ad Fidem profitendam catholicam gratulatur, & gratias refert, ejuſdemque cum Philippi filia matrimonium approbat, & bonas ex tali conjunctione illationes prænunciat, Fideique catholicæ formulam in literis inſerit, 121. & ſeq. Altera ejuſdem ad Bertrandum Archiepiſcopum, & ſocios Apocriſiarios, in qua de modo ſe apud Uroſium gerendi, inſtructiones porrigit, Fideique formulam inſerit in literis, & juramentum ab Uroſio, & ſuis ſubditis præſtandum deſcribit, 122. Altera ejuſdem ad Georgium Georgianorum Regem, & ad ejuſdem Regni Barones, & Nobiles, qua bona ex Fidei catholicæ profeſſione reſultantia oſtendit, 123. Nobilium nomina, *ibidem.* Altera ejuſdem gratulatoria, ſimulque hortatoria ad Ambuſcanum Tartariæ in partibus Regem, in qua ad ſuum populum Fidem ad inducendum catholicam deprecatur, 124. Altera bimeſtri poſt ad eundem ejuſdem argumenti, & multas elargitur Indulgentias, *ibid.* Ejuſdem ad Muſayd Tartarorum Imperatorem, qua Apoſtolicos Viros, & Fidei catholicæ cultores ſummoperè recommendat, 125. Alia ad Zapam Begelay Tartarorum Imperatorem ejuſdem tenoris aliquibus adjectis verbis, 125. Altera ad Monachos Monaſterii Sancti Thaddæi, quos ad patienter pro Chriſti amore ferendos labores & calamitates hortatur, eiſque magnas elargitur Indulgentias, 126. Altera ad Epiſcopos Orientales, qua Fidei catholicæ unitatem ſummoperè recommendat, & verba conſolatoria, ac Petri auctoritatem, ſuorumque ſucceſſorum in Sede, & Fidei firmitatem oſtendit, pluraque alia ad Fidem, & præcipuè ad Sacramentorum ſubſiſtentiam & veritatem, necnon de ſtatu Animarum ſeparatarum ante finale Judiciū porrigit, 127. Eoſdem Epiſcopos ad firmiter credendum, & amplectendum ea, quæ Sancta Romana Eccleſia credit & docet, hortatur; ac numerum & diſtinctionem Sacramentorum deſcribit, 128. Alia ejuſdem ad Catholicos in Tartaria exiſtentes, qua ad firmiter, & ſolidè in veritate Fidei perſiſtendum hortatur, 129. Altera ejuſdem ad Archiepiſcopum, & Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum in Tartariæ Impe-

pe-

perio diſperſos, in qua facultatem confirmandi, & ad alias Prælaturas Epiſcopos transferendi occaſionibus diverſis præſentatis, & quo ad aliqua toleranda, eidem Epiſcopo impartitur, Catholiciſque Fidem recommendat catholicam, 129. Alia ejuſdem per Nuneios miſſa ad Robertum Siciliæ Regem, in qua ſuum ſuper unione Andronici cum Romana Eccleſia conficienda conſilium expoſcit, 136. *& ſeq.* Altera ad Archiepiſcopum Sancti Thaddæi, in qua obſervantiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Rituum, & præcipuè quo ad Sacramentum Confirmationis recommendat, eumque docet, à quibus talia Sacramenta adminiſtranda ſint, ſimplicibuſque Sacerdotibus Sacramenti Confirmationis adminiſtrationem prohibet, 130. Altera ejuſdem ad Raymundum Patriarcham Jeroſolymitanum, qua cum deprecatur, ut pro poſſe exortas hæreſes in Cypri Inſula cxtirpare ſtudeat, & hæreſes, quæ? 142. Ejuſdem argumenti dat literas ad Hugonem Cypri Regem, *ibid.* Alia ipſius ad Trabeſundarum Imperatorem, qua ad Fidem Romanam amplectendam invitat, Nuncioſque recommendat, 149. Altera ejuſdem ad Zachariam Arehiepiſcopum Sancti Thaddæi in Perſidis Imperio, qua ei de dilatata Fide ſuo interpnſito ſtudio partibus in illis gratulatur, & Nuncios recommendat, 146. Aliæ ejuſdem ad Catholicos in Perſidis Imperio conſtitutos, quibus & Fidem catholicam, & Nuncios commendat, 146. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Jeretannem Principem, univerſos Chriſtianos, Hungaros, Malachitas, & Alanoa, qua eis quot Jeretannes cum ſuo populo paratus ſit ſacro regenerari lavacro, ſummoperè gratulatur, eique & Chriſtianis cæteris Nuncium Apoſtolicum, & Fidei catholicæ propagationem recommendat, 148. Alia ejuſdem ad Elchigadam Imperatorem, in qna ſnis poſtnlatis annuit, eumque de protectione, quam in Fidei catholicæ favorem exereet, multùm regratiat, & ſummoperè Nuncios commendat, 146. Alia ejuſdem tenoris ad diverſos Reges, & Principes, 149. Altera ad Æthiopiæ Imperatorem cum Nuneiis, *ibid.* Ejuſdem argumenti ad Dnminum Haſcarinorum, eique, & aliis Chriſtianis Haſcarinis Nuncios Pontificios deſtinat, *ibidem*. Alias mittit literas ad Chriſtianos in partibus Aquilonaribus, & Orientalibus, ac in Imperio Usbec, & Elchigadaii, *ibid.* Alias dat ad diverſos, *ibid.* Altera ejuſdem ad Marſorianum Jacobitarum Patriarcham, qua ad ſuos populos ad Fidem catholicam confitendam revoeandos ſolicitat, Nuncioſque Apoſtolicos valdè recommendat, 149. Alia ejuſdem ad Joannem de Core Ordinis Prædicatorum, *ibid.* Ejuſdem alia ad Andronicum, in qua eum ſuis pnſtulatis annuere paratum eſſe certiorat, & ad omnes deteſtandos errores ſolicitat, adversùs Turcas omne auxilium promittit, 150. Altera ejuſdem ad Patriarcham, & Clerum, qua ad omne prorsùs ſchiſma deteſtandum hortatur, profectumque inde ſequuturum oſtendit, *ibid. & ſequ.* Altera ejnſdem ad Joannem Piſanum Andronici Conſiliarium, qua ad omne pro poſſe ſtudium adhibendum pro Andronico revocando cum cæteris ſibi ſubditis ad unionem, hortatur, eiqne multas refert gratias, 151. Alia ejuſdem ad Archiepiſcnpum Voſprenſe, & Riehardum Epiſcopum Cerconenſem, in qua eos, ut pro poſſe ad unionem Eccleſiæ Romanæ Andronicum, & cæteroa Græcos revocare ſtudeat, deprecatnr, 152. Alia ejuſdem ad Tartarorum Imperatorem, qua ad Fidem profitendam catholicam ſolicitat, & Nuncios Apoſtolicos recommendat, 153. Altera ejuſdem ad Sochum, ſeu Secedem Corum Regem, in qna ei multas refert gratias de benevolentia, qnam erga Catholicos exercet, eumque ad Fidem amplectendam Romanam invitat, bnnaq; inde proventura indicat, 154. Apoſtolicos Legatos in corde habere ſuadet, *ibid. & ſeq.* Alias ejuſdem argumenti mittit ad alios Reges Tartaros, 155. *& ſeq.* Altera ad Leonem Armeniæ Regem, qua Fidei catholicæ protectionem, & Nunciorum Apoſtolicorum valdè commendat, 156. Altera ejuſdem ad univerſum Tartarornm Populum, qua ad Fidem Chriſti allicit, Apoſtolicos Apocriſiarios commendat, 155. Altera ejuſdem tenoris ad Catholicum Armenorum Patriarcham, 156. Altera ejuſdem ad Andronicum Græcornm Imperatorem, qua ad negotium unionis cum Eccleſia Romana perficiendum ſolicitat, & bona exinde ſequutura præoſtendit, 157. Ad Joannem Conſtantinopolitanum alia, qua enm deprecatur, ut pro pnſſe Græcos deducere ad unionem cum Eccleſia Romana perficiendam ſtudeat, 157. Ad Francorum Regem alia, qua eum deprecatur, ut per Nuncins ſecretos Andronicum ad unionem perficiendam cnm Eccleſia Romana ſolicitet, *ibid.* Ipſius altera ad Franciæ Reginam, qna eam docet, quòd adhùc ſuper Animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu nihil definitum eſt, 172. Altera ad Philippum Franciæ Regem ejuſdem argumenti, *ibid. & ſeq.*

Epiſtola Jordani Ordinis Prædicatorum data in Tana Indiæ Civitate, & miſſa ad Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum in Tauris, & aliis partibus exiſtentibus, qua quatuor Fratrum Ordinis Minorum martyrium ſub Sarracenis paſſum deſcribit, eorumque nomina glorioſa adnotat, 129. Altera ejuſdem ad alios Religioſos eorundem Ordinum in partibus aliis conſtitu-

tos, quibus Fratrum Minorum martyrium ſub Barbaris paſſum repreſentat, ſuumque infœlicem ſtatum manifeſtat, 144. *& ſeq.*

Epiſtola Laurentii Celſi Venetiarum Ducis ad Babyloniæ Soldanum, qua Fratres Minoritas S. Jeſu Chriſti Sepulchrum in Jeruſalem cuſtodientes, ſummoperè recommendat, cumque à ſuis ſubditis aliquę clades inferantur ipſis Fratribus, nè permittat, hortatur, 249.

Epiſtola Marini Sanuti Nobilis Veneti ad Andronicum Conſtantinopolitanum Imperatorem, in qua quidquid operatua eſt ſuper unionia negotium cum Romana Eccleſia repręſentat, eique de bono corde conficiendi unionem valdè gratulatur, & pro poſſe ad ipſam conſumandam auxilium ſpondet, 133. Alia ejuſdem ad dictum Imperatorem, qua plura documenta pro unione perficienda porrigit, 134. Altera ejuſdem ad Andronicum Imperatorem ejuſdem cum prima argumenti, 135. Alia ejuſdem ad Imperatoria Turchimanum, qua ad conſtanter perſeverandum in ſaucto propoſito, de unione perficienda monet, 136.

Epiſtola Miniſtri Generalis Ordinis Minorum data ad Miniſtrum Provincialem Sancti Franciſci Provinciæ, die Portiunculæ univerſæ Fratrum multitudini legenda ex Pontificis mandato, 278. *& ſeq.*

Epiſtola Nicolai IV. ad Robertum Comitem Atrebatenſem Siciliæ Bajulum, qua ejus prudentiam laudat ſuper capiendo conſilio, quo ad Matrimonii tractatus reſolutionem Michaelis Palæologi cum Catharina, 23. Altera ejuſdem ad Tartarorum Argonem Regem, qua ſuum exprimit gaudium, & gratias multas de pia erga Sanctam Sedem voluntate, ſuo in Regno Fidem ſtabiliendi catholicam refert, 28. Altera ad eundem, qua de ſuſcipiendo baptiſmate ejus commendat propoſitum, *ibidem*. Altera ad Tuctanim Tartarorum Reginam, qua eidem ſummoperè de ſacro ſuſcepto baptiſmate gratulatur, *ibid.* Ejuſdem argumenti ad Elgagem aliam Tartarorum Reginam ſacro regeneratam lavacto dat literas, 29. Altera ad Sabadinum Archaon Tartarorum Regis Legatum, qua poſt ſuſceptum baptiſma, benedictionem elargitur, *ibid.* Altera ad Uroſium Regem Sclavorum, in qua Fidei catholicæ formulam inſerit, *ibid.* Altera ad Helenam Sclavorum Reginam, qua hortatur, nè ſuoa natoa differat ad Eccleſiæ cathol. unitatē revocare, *ib & ſeq.* Altera ad Cobylam Magnum Tartarorum Chaam, qua valdè ei gratulatur, ſimulq; gratiaa refert de ſtudio revocandi ſuum populum ad Fidem catholicam, & Viros Apoſtolicoa ipſi miſſoa, ſummoperè recommendat, 30. Altera ad Aytonem Armeniæ Regem, qua ejus cor de inducendo ſuum populum obedientię Sanctę Matris Eccleſiæ laudat, & Viros recommendat Apoſtolicos, & in literis Fidei catholicæ formulam iuſerit, 34. Altera ad Argonem Tartarorum Regem, qua gratiaa refert multas de pio corde revocandi ſuum populum ad Fidei catholicæ unitatem, 30. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Caydonem Tartarorum Patriarcham, qua, nè baptiſmum ſuſcipere differat, monet, 31. *& ſeq.* Alia ad Jolum Piſanum Laicum inter Tartaros Fidei propagatorem catholicæ, qua ſuadetur, nè opua tam Deo gratum deſerat Fidem dilatandi Romanam, 30. *& ſeq.* Altera ad Mariam Armeniæ Reginæ ſororem, qua ad fideliter in catholica Fide perſeverandum hortatur, & ut alios ad fidem amplectendam ſtudeat inducere, & benedictionem impartitur Pontificiam, 36. *& ſeq.* Altera ad Æthiopiæ Imperatorem, 37. *& ſeq.* Altera ejuſdem ad Jacobitarum Patriarcham, & Dionyſium Epiſcopum, qua ſummoperè Fidei catholicæ protectionem recommendat, 38. *& ſeq.* Ejuſdem ad Occidentales Principea Fidei catholicæ zelatorea, qua ad pro poſſe, & viriliter adverſùs Sarracenoa inſurgendoa pro Syria recuperanda ſolicitat, 41. Altera ad Argonem Tartarorum Regem, qua ne diutiùa differat ſacro regenerari lavacro, hortatur, & Nuncios recommendat Apoſtolicoa, *ibidem*. Alia ad eundem, qua de mittenda in Syriam chriſtiana Claſſe eum certiorat, & ad viriliter adverſùa Sarracenos inſurgendum hortatur, Viroſque Apoſtolicos commendat, 42. Alia ejuſdem ad Nicolaum Argonia Regis filium, qua ad conſtanter in Fide perſeverandum catholica monet, *ibid. & ſeq.* Alia ad Saronem pariter Argonis filium, qua ad ſacrum ſuſcipiendum baptiſma invitat, 43. *& ſeq.* Ejuſdem tenoris literaa dat ad Caſſanum tertium Argonis Natum, *ibid.* Alia ad Anichochaminim Tartarorum Reginam, in qua ejuſdem ſtudium in catholica Fide propaganda multùm commendat, eamque ad Saronem, & Caſſanum ſacro lavacro regenerandos, induecndos hortatur, & Viroa recommendat Apoſtolicos, 44. Altera ejuſdem ad Georgium Bulgarorum Imperatorem, qua ad Fidem ſuſcipiendam catholicam, alioſque ſuo duce exemplo inducendos hortatur, 45. Alia ejuſdem ad Bulgarorum Archiepiſcopum, qua mandat, ut pro poſſe curet Principem, & ſuos ſubditos ad Fidem reducere catholicam, 45. *& ſequ.* Altera ejuſdem ad Helenam Serviæ Reginam, qua eidem ſummoperè gratulatur, quòd conſtans & permanena in Fide perſeveret catholica, 46.

Epiſtola Petri Regis Aragoniæ ad Babyloniæ Soldanum, in qua Fratres Minoritas ſummoperè recommendat, & nè à ſuis ſubditis aliquas clades pati permittat, deprecatur, 248. Alia ejuſdem ad ſuum Conſulem in

Al:.

Digitized by Google

Alexandriæ, in qua de litera Babyloniæ Soldano miſſa in Fratrum Minorum gratia certiorat, & inſtructiones porrigit, 247.

Epiſtola Urbani Quinti ad Petrum Placentinum Archiepiſcopum Smirnenſem, qua ſui aſſumptionem ad Pontificatum notificat, de totque laboribus pro Fide propaganda catholica paſſis compatitur, ipſique ſavorabilem, & per omnia benevolum repromittit, 266. & ſequ. Ejuſdem paucis mutatis, argumenti dat Epiſtolam Ægidio Epiſcopo Sabinenſi in Italiam Legato, 267. Alia ejuſdem ad Joannem Franciæ Regem, qua Capitaneum Generalem Cruceſignatorum Exercitus conſtituit, & ad viriliter adversùs Turcas inſurgendum ſollicitat, 267. & ſequ. Altera ejuſdem ad Petrum Patriarcham Conſtantinopolitanum Sedis Apoſtolicæ Legatum, in qua generale paſſagium, & ſuam electionem ad Legationem Exercitus Cruceſignatorum fungendam, eique neceſſarias inſtructiones, & facultatem porrigit, 268. & ſeq. Altera ejuſdem ad Joannem Palæologum, in qua gratias refert multas, quòd unionem cum Eccleſia Latina habere optet, & Cruceſignatorum Exercitus valdè recommendat, 270. Alia ejuſdem ad Carolum Francorum Regem, qua de tractatu habito cum Carolo Romanorum Imperatore Exercitum adversùs Turcas mittendi, eum certiorat, 270. & ſeq. Altera ejuſdem ad Cypri Regem, qua adversùs Turcas transfretandum ſolicitat, 271. Altera ad Græcorum Imperatorem, qua ad unionem perficiendam ſolicitat, & ad viriliter unà cum Latinis ad inſurgendum adversùs Turcas invitat, 272. Ad Palæologum altera, qua ad unionem cum Eccleſia Latina vocat, & adversùs ſuos hoſtes auxilium ſpondet, & ſi renuit, ei clades minatur, 273. & ſeq. Altera ejuſdem ad Ludovicum Franciæ Regem, qua ſimulationem Græcorum antiquam proponit, & ſuadet, nè ità ſolerter Palæologo adversùs ſuos hoſtes auxilium præbeat, ſed peracta unione eum adjuvet, 274. Altera ejuſdem ad Palæologum, qua quòd paratus ſit unionem cum Eccleſia Latina peragere gratulatur, & ad perſiſtendum in tam laudabili propoſito deprecatur, 275. & ſeq. Fideique formulam literis inſerit, & alias cum forma Sacramentorum præſtandi à ſe, & ſuis ſubditis inſtructiones exhibet, *ibid.* & ſeq. Altera ad Ludovicum Hungariæ Regem, qua cum Cruceſignatorum Exercitu adversùs Turcas inſurgendi ſacultatem donat, ac magna elargitur ſacra premia, 277. & ſeq. Altera ejuſdem ad Joannam Neapolis Reginam, in qua Palæologi Legationem ſolemnem ſibi miſſam manifeſtat, eique inſtructiones in ipſius Imperatoris ad Romanam Curiam adventu pro ſuo paſſagio hortatorias porrigit, 280. & ſeq. Altera ejuſdem ad Helenam Grecorum Imperatricem, qua de ſtudio pro unione perficienda præſtito, ſummoperè regratiat, 281. Ejuſdem argumenti dat literas ad Imperatoria Natos, quibus excitat ad ſanctiſſimam unionem perficiendam cum Eccleſia Latina, *ibid.* Alia ad Joannem Cantacuzenum, qua ad auxilium pro unione conſumanda præbendum hortatur, *ibid.* Altera ad Archimandritas, & Calogeros Græcos, qua de pio corde ſe cum Eccleſia catholica uniendi gratulatur, & gratias refert maximas 282. Alia ejuſdem ad Patriarchas, qua ad unionem, & ad Sedem accedendum Apoſtolicam unà cum Palæologo invitat, & honores promittit, *ibid.* Alia ad Fratres Ordinis Prædic. & Minorum ultramarinis in partibus conſtitutos, qua ad omne pro unione perficienda conſilium præſtandum excitat, 282. & ſequ. Alia ad Ludovicum Hungariæ Regem, qua ad mittendos Sacerdotes ſæculares Bulgariæ in partes ad Fratres Minores coadjuvandos in Fide dilatanda catholica ſuadet, 283. Altera ad Epiſcopum Boſnenſem, qua Minoritas Fratres illis in partibus prædicationis munus exercentes, multùm recommendat, *ibid.* Alia ad Cornarium Venetiarum Ducem, qua Nobiles, & Catharenſem populum recommendat, & nè à quibuſdam ſchiſmaticis clades patiantur, ſuum eiſdem conſilium ad præbendum hortatur, 283. & ſeq. Altera ad Albaniæ Principes, qua quòd parati ſint ad Fidem reverti catholicam, ſummoperè gratulatur, eiſque inſtructiones, quò ad hoc, porrigit, 284. Alia ad Archiepiſcopum Cretenſem, ejuſque Suffraganeos, qua, ut Sacerdotibus ſchiſmaticis ſe viriliter opponant, præcipit, ac directiones pro erroribus ab Inſula Cretenſi divellendis, porrigit, 184. Alia ad Andream Venetiarum Ducem, qua ad auxilium Palæologo adversùs Turcas præſtandum deprecatur, & de emiſſa à Palæologo profeſſione certiorat, 288. Ejuſdem argumenti dat literas Gabrieli Adurnio Januenſium Duci, *ibid.* Altera ad Prælatos in Imperio Conſtantinopolitano degentes, qua exemplum Imperatoris ad imitandum ſuper deteſtatione ſchiſmatis, hortatur, 289. & ſeq. Cauſam denagatæ facultatis Synodum congregandi poſtulatam præbet, 290. Altera ejuſdem conſolatoria ad Stephanum Boſnenſem à Fratre Bano inſecutum, *ibid.* Altera ad Guillelmum Cambalienſem Archiepiſcopum, in qua multa inſerit privilegia, & inſtructiones, 292. 293. & ſequ. Ejuſdem argumenti dat literas ad Regis Tartarorum Populum, qua Religioſos Minoritas ad ſui Regni partes proficiſcentes unà cum Cambalienſi Archiepiſcopo recommendat, & ad Fidem amplectendam ca-

catholicam invitat, 292. 293. *& ſeq.* Ejuſdem tenoris dat literas ad Tartarorum Regia Populum, 294. *& ſeq.* Ejuſdem argumenti alias dat literas ad Reges, & Principes diverſarum Nationum, 195. *& ſequ.* Altera ejuſdem ad Venetiarum Bailum, qua Fratres Minoritas ad Tartatorum terras proficiſcentes Fidem catholicam propagandi gratiâ, multùm recommendat, 296. Alia ad Guardianos, & Cuſtodes Ordinis Minorum, ac aliis Chriſtifidelibus, quibus Religioſos Minoritas ad Fidem inter Tartaros dilatandam ſe coaferentes, ſummoperè commendat, 297. Alia ad Claram viduam Vallachiæ Principiſſam, qua quòd ad Fidem pervenerit catholicam, gratulatur, & de muneribus Eccleſiæ Sancti Petri donatis, ſummoperè regratiat, 297. Alia ad Vallachiæ Principem, qua ſchiſma ad deteſtandum hortatur, & de gratiis, quas Chriſtianis elargitur, multas refert gratias, 297. Altera ad Archiepiſcopum Pragenſem, Wratislavienſem, & Cracovienſem Epiſcopos, qua Moldaviæ Ducatum commendat, Ducis mentem manifeſtat, & quomodò ſe gerere debent per inſtructiones literis inſertas docet, 298. *& ſeq.* Alia ad Nicolaum Melſat Ordinis Minorum, qua facultatem eligendi & aſſumendi Viros doctos ad Fidem catholicam unà ſecum in Raſciæ, Lithuaniæ, & Vallachiæ partibus concedit, 299. *& ſeq.* Ejuſdem tenoris, & facultatis dat literas Antonio Epiſcopo Milevitano Ordinis Minorum, *ibid.* Altera ejuſdem ad Populum Romanum conſolatoria, qua cauſam ſuæ repetitionis ad Civitatem Avenionenſem (licèt non explicitè) proponit, eumque de bono corde regratiat, 301.

Epitaphium Nicolai IV. ſepulchro appoſitum, 53.

Epithaphium D. Hieronymi in fronte ſpeluncæ, ubi Corpus B. Paulæ reconditum fuit, appoſitum, 176.

Equites Hoſpitalarii nobilem de Turcis in Mari Græco victoriam decantant, 263.

Equites Templariorum variis & enormibus infamantur criminibus, 96.

Equus in pariete pictus mirabiliter hinnitus magnos emittit, 131.

Errores plures Sanctorum Patrum ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium, & Patres, quales? 169. *& ſeq.*

Errores in Armenia tempore Clementis VI. ſuborti, quales? 231.

Eroqkaton Regis Argonis uxor, devotiſſima mulier, tres ſuſcipit filios, eoſque ad Fidem catholicam amplectendam reducere ſtudet, 45.

Eſaias Monachus, vitâ functo Geraſmo, Andronici juſſu ejus loco Patriarcha ſufficitur, 110. Ejuſdem conditiones, quæ? *ibid.* Inthronizatus cum aliis Pontificibus de adhærendo juniori Andronico, & anathematizare Andronico non obtemperantes decernit, conſilium ſpeciale habet, 137. Juſſu Andronici ſenioris in Manganio recluditur Monaſterio, *ibid.* Excarceratur ab Andronico juniore, & magno (licèt prophano honore) ad Solium Patriarchale reſtituitur, 139. Ex Andronici junioris mandato Populum vivum & mortuum, erga quem odium conceperat, abſolvere penſitat, & publicè proclamat condonationem, ſed hæc omnia agit fruſtrà, & cùr? 140. De cladibus Andronico ſeniori à ſuis hoſtibus inflictis multùm gaudet, *ibid.* Juſto Dei judicio miſerè moritur, *ibid.*

Eſſentia Divina nihil ſuperadditum realiter ab ea diſtinctum importat, & rationes hujus veritatis probativæ, quæ? 236.

Evangelica verba de ſibimetipſi mutilatione inferenda, non literaliter, ſed alio proprio ſenſu accipienda ſunt, 51.

Europa ex diverſis inteſtinis bellis inter Europeos Principes exortis, maximas patitur clades, 242. A' ferociſſima fame & peſte flagellatur, *ibid.*

Euſebius multas Virgines, quæ propter Dei cultum ſeipſas interimunt, commendat, 52.

Euthymius exponit illa Chriſti verba, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, ejuſdem tamen expoſitio non ſubſiſtit, & cùr? 185.

Excommunicationis ſententia Benedicti Papæ in Bonifacii offenſores, quæ? 81.

Excommunicatio Martini Papæ in Palæologum Græcorum Imperatorem, 7. *& ſequ.* Ejuſdem excommunicatio in Panormitanos 111. *& ſeq.* Alia ejuſdem in Petrum Aragonem Regem, 12.

F

Fides catholica tempore Joannis XXII. & Uroſii Raſciæ Regis in Raſcia, Macedonia, ac in Armenia ſub Leone ſapiente germinat, non tamen in Græcia, ſchiſmate vigente, 131.

Fides catholica apud Græcos periclitatur, & cùr? 142.

Formula juramenti præſtandi ab Andronico, & ſuis populis à Joanne Papa literis Andronico datis inſerta, 123.

Franciſcus Cajetanus Cardinalis, inventum medium à Cardinali Pratenſi deveniendi ad electionem Pontificis approbat, 86.

Franciſcus de Eſti Civitatis Ferrariæ Vicarius à Venetis ejicitur, 93.

Franciſcus Peruſinus Ordinis Minor. à Joanne Papa Epiſcopus Soltanenſis creatur, 115.

Franciſcus Archiepiſcopus Voſprenſis Ordinis Prædicatorum Pontifici Regis Zichorum converſionem ad catholicam Fidem, & inter Zichos propagationem ejuſdem

Fi-

Fidai, ac Andronici mentem de ſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ uniendo repræſentat, 149.

Franciſcus de Bertuxo Joannis Cantacuzeni Legatus ad Pontificem, vir eſt catholicus, ac in Conſtantinopolina Aula multa pollet gratia, 240.

Franciſcus Catelluxius Metellini Inſulę Princeps Pontificem de propenſa voluntate Joannis Palæologi de unione cum Eccleſia Latina perficienda certiorat, 262.

Franciſcus Ordinis Minorum Tartariæ Vicarius à Pontifice facultatem providendi de ſufficienti Religioſorum numero ad Fidem in Tartaria propagandam catholicam obtinet, 307. *& ſeq.*

Franciſcus de Carraria in Civitate Patavina Vicarius Imperialis, 318.

Fraticellorum ſecta damnatur in Concilio Viennæ in Gallia celebrato, 97. Eorum errores, quales? *ibid.*

Fratres Ordinis Minorum à Clemente V. in partibus Sarracenorum facultatem Sacramentum Confirmationis conferendi, & alia multa obtinent privilegia, 104. *& ſeq.*

Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum Orientalibus in partibus, & Aquilonaribus multùm in dilatanda & propaganda catholica Fide proficiunt, 129.

Fratres iidem Nuncii Joannis Papæ ad Imperatorem Trapezuntinum, 145.

Fridericus acclamatus Rex à Siculis, non curat Imperium recuperare Conſtantinopolitanum, 60. Siciliæ Regnum contra Eccleſiæ jura ſibi uſurpat; indignationem Pontificis incurrit, & monitus, reſipiſcere recuſat, *ibid.*

Fridericus Auſtriacus in Imperatorem Romanorum electus ſchiſma patitur à Ludovico Bavaro, 113.

Fridericus de Aragonia Siciliæ Regens cum Joanna Jeruſalem, & Siciliæ Regina diſſidia habet plurima, 113. Mittit Nuncium ad Pontificem, *ibid.*

Fundamenta, ex quibus Joannes XXII. movetur ad afferendum animas ſeparatas ante finale Judicium nō beari non ſubſiſtunt, eorum genuina explicatio, 168. Alia fundamenta adducta, & eorum ſolutiones, 169.

G

GAbriel Adurnus Reipublicæ Januenſis Dux tumultu populari deponitur, & exauctoratur, & cur? 308.

Galhardus Epiſcopus Regen. adverſùs Joannem XXII. conjuratus diligens Inquiſitor, 113.

Gazenus chriſtianus Argonis Regis filius à Sarracenis in Imperatorem vocatus, legem amplecti Mahumeticam ſpondet, ut Regnum accipiat, adverſùs Baidonem inſurgit, invadit, occidit, & ejus loco imperat, 34. Ejus mors, *ibid.*

Gedemundus Lithuanorum Rex literis ad Pontificem datis, oſtendit ſe Fidem catholicam profiteri velle, ſed poſtea à tali recedit propoſito, & brevi elapſo tempore à Palonio occiditur Equite, 141.

Genebrardus Scriptor non rectè, vitâ functo Innocentio VI. tempus vacationis conſignat, 165.

Georgius Cyprenſis Joſepho ſchiſmatico ſuccedit in Throno, eſt doctus, non ſubito ſacra adminiſtrat, & cùr? 15. Multis criminibus à Plebe afficitur; ejuſdem promotio Principibus non quadrat; eſt ſchiſmatis præcipuus author; Imperatori ſuadet, ut Joannem Bechum in exilium amandet, *ibid.*

Georgius Rex ex Neſtorianorum ſecta, operâ Joannis à Monte Corvino Ordinis Minorum ſacro regeneratur lavacro, 107. Benignè erga Fratres Minoritas ſe gerit; à Neſtorianis de apoſtaſia accuſatur; magnam ſui Regni partem ad catholicam reducit Fidem, & maximum ad Sanctiſſimæ Trinitatis honorem ædificat Templum; moritur catholicus, 107. Ejuſdem conſignata morte à Fratribus, ſchiſma renovatur, *ibidem.*

Georgius Albaniæ Princeps ſchiſmate abjurato, ſacrum ſuſcipit baptiſma, 284.

Geraldus Calvenſis Ordinis Minorum creatur Epiſcopus Suffragan. à Joanne XXII. 115.

Gebraldus Oſcini Regis Armeniæ ad Pontificem Nuncius, 115.

Geraſimus reſignata Sede Patriarchali à Joanne Glyico, Imperatoris juſſu Patriarcha ſufficitur, 101. Ejuſdem qualitates, *ibid.*

Græci à pluribus, & præcipuè à Turcis perſequtionē patiuntur, 60. Nulla fides, nulla conſtantia, nullūve conſilium in eis relucet, & ſemper (teſte Tullio) in Fide infidi, 1. Græcorum infidelitatem experientia comprobat, *ibid.* Juſto Dei judicio ante Andronici coronationem junioris à Tartaris magnas patiuntur clades, 132. In ſchiſmate ſordeſcentes, à Turcis diverſis afficiuntur anguſtiis, 149. Eorum Imperium periclitatur, *ibid.* Græci Cyprenſes priſtinos Græcorum errores ſectantur, & errores, qui? 142. Negant Purgatorium, Infernum, & ante finale Judicium animas ſeparataa Paradiſum ingredi, *ibid.* Euchariſtiam, niſi de Conſtantinopoli deferatur, ſumere recuſant, *ibid.* Ex Græcis multi Euchariſtiæ Sacramentum Brutis projiciunt comedendum, *ibid.* Unionem cum Eccleſia Romana habere nolunt, 158. Super animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium à ſemita ſuorum orthodoxorum Patrum aberrant, 184. Beatam Mariam Virginem ex ſpeciali gratia ante finale

Digitized by Google

le Judicium in Cœlo perfectè beari aſſerunt, 188. Latronem in Cruce cum Chriſto mortuum, immediatè ad Cœlos evolaſſe aſſeverant, hoc tamen aliis idem accidere negant, *ibid.* Ut adversùs Turcas, à quibus anguſtiantur, auxilia à Latinis accipiant, unionem cum Eccleſia Romana habere volunt, 196. Eccleſiam catholicam blaſphemant, *ibid.* Græci, etſi ſacro regenerati lavacro, Pontificem maledicunt, graviſſimaſque in eum blaſphemias proferunt, 197. Turcico vexati flagello, Legationem ad Pontificem deſtinant, & unionem cum Eccleſia Romana poſtulant, 224. Græci omnes unionem cum Eccleſia Latina habere cupiunt, 281. *& ſeq.* In ſchiſmate exſordeſcentes Latinos ſibi ſubjectos in ſuos errores trahere curant, 321.

Græci catholici in Inſula Cretenſi ordines ab Epiſcopis ſchiſmaticis ſuſcipiunt, ſed illicitè, 321.

Græci aliqui Epiſcopi, & alii nobiles, Imperatore ſuo abjurato ſchiſmate, & ſacro regenerato lavacro, adhùc in ſchiſmate ſordeſcunt, 300.

Græci aliqui præclari Viri in re cum Eccleſia Romana ſentiunt, & tantùm in verbis diſſonant, 135.

Græcorum unio cum Eccleſia Romana fruſtratur, & cùr? 137.

Græcorum Patrum ſuper Animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium opinio, quæ? 180.

Græcorum Imperium magnas à Turcis patitur clades, & cùr? 100.

Gregoras ſcriptor ſchiſmaticus Græcus rationem diſſenſionis inter Palæologum, & Carolum exortæ deſcribit, & modum, quo Carolus Palæologum vincit, declarat, 6. Ejuſdem in Hiſtoriæ narratione mendacium, 24. Joannem Bechum paratum eſſe cum Gregorio Cyprio ſentire falsò aſſerit, 26. In aſſignando tempore, quo oſtenta aliqua in Cœlo videntur, errat, 139. In deſcribendo ea, quæ Andronicus ſua in ultima infirmitate diſponit, mendax apparet, 141. Ejuſdem diabolica inventio, nè Græci unionem cum Eccleſia Romana perficiant, Latinos Epiſcopos deridet inter diſputandum, Patriarcham indoctum in publica concertatione quomodò ſe gerere debet, malitiosè docet, 158. Barlaamum perſequitur, & nè hæreſes Monachorum Theſſalonicenſium in Concilio confutet, impedit Synodum celebrari, 218.

Gregorius Cyprius Græcorum Patriarcha, renovato ſchiſmate, primus omnium è Throno eiicitur, 26. De infidelitate fractæ præcipuorum amicorum conqueritur, *ibid.*

Gregorius Silenſis Armenorum Patriarcha abdicationem Summo Pontifici exhibet, 37. Adversùs Sarracenos à Pontifice auxilium petit, 92.

Gregorius Magnus Eccleſiæ Doctor fusè animarum ſeparatarum ante finale Judicium fruitionem oſtendit, 177. Ejuſdem ad quaſdam petitiones ſibi objectas explicatio, & ſolutiones, *ibid.*

Gregorius Nazianzenus aſſerit, animas ſeparatas ante finale Judicium eſſe beatas, & poſt finale Judicium etiam corpus, 183. Beatam Baſilii animam à corpore ſeparatam immediatè ad Cœlum evolare aſſerit, *ibid.*

Gregorius Nyſſenus Doctor Græcus aſſerit, Animas ſeparatas, & maculis purgatas ante carnis reaſſumptionem clarè divinam videre eſſentiam, 184. Ejuſdem aſſertionem univerſa Eccleſia amplectitur, *ibid.* Sancti Ephren Syrii exemplum adducit; ejuſdem plures aliæ rationes, *ibid.*

Gregorius de Sigio Armeniæ Regis Nuncius ad Pontificem, 227.

Gregorius de Sargiis Miles Nuncius Armeniæ Regis ad Pontificem, 230.

Gregorius XI. ſucceſſor Urbani V. 304. Ejuſdem patria, & conditiones ante ſui ad Pontificatum creationem, *ibid. & ſequ.* Initio ſui Pontificatus Reges Angliæ, & Galliæ pacificare ſtudet, *ibidem.* Legationem ad eoſdem deſtinat, ſed ſine effectu revertitur, & cùr? *ibid.* Alios creat Apocriſiarios, *ib.* Principes Europæos componere ſtudet, ut Chriſtianis Orientalibus in partibus conſtitutis adversùs Turcas auxilium præſtent, 306. Scribit ad Joannem Capitalem de Buch. *Vide Epiſtola Gregorii.* Andream Venetiarum Ducem, & Ludovicum Flandriæ Comitē ad auxilia Chriſtianis Orientalibus in partibus præbenda ſolicitat, ſed obturatis auribus nihil obtinet, 306. Petrum Aragonum Minoritam mittit ad Petrum Cypri Regem, & ad Eleonoram Reginam, ut in pace ejus reponat Regnum, 307. Scribit ad Joannem de Liſignano Antiochenum Principem. *Vide Epiſtola Gregorii.* Scribit ad Nicolaum de Croſna Raſciæ Vicarium. *Vide Epiſtola Gregorii.* Scribit ad Franciſcum de Podio Tartariæ Aquilonaris Vicarium. *Vide Epiſtola Gregorii.* Principum Catholicorum diſſidia componere ſtudet, ut contra Turcas viriliter inſurgant, 308. Cives Januenſes inter ſe diſſidentes componere curat, *ibid.* Legationem ad Januenſes deſtinat, *ibid.* Scribit ad Epiſcopum Vercellenſem. *Vide Epiſtola Gregorii.* Accipit, quòd Marchiones de Carreto ſolicitentur ab Epiſcopo Vercellenſi ad ligam adversùs Januenſes conficiendam, & ſummoperè dolet, eoſque, nè ligam habeant cum Epiſcopo Vercellenſi, hortatur, 310. Audita diſſidia inter Marchionem Montisferrati, & Epiſcopum Vercellen. exorta, multùm conqueritur, eiſque Oratorem deſtinat, 112. Ligam cum multis habere cupit, & adversùs

Bernabonem, & Galeatium inſurgere penſitat, 313. Pro fœdere cum Januenſibus conficiendo ad eoſdem, Legatos deſtinat, *ibid.* Diffidia inter Fridericum de Aragonia Siciliæ Regentem, & Joannam Reginam Jeruſalem, & Siciliæ exorta ſedare ſtudet, *ibid.* Ad Fridericum ſcribit, *ibid.* Inter Luſitanum, & Aragonum Reges pacem mittere curat, 314. Poſtulatis Ludovici Hungariæ Regis annuit, *ibid.* Mittit Nuncium ad Januenſes cum literis, 316. Scribit ad Boſnæ Vicarium Ordinis Minorum. *Vide Epiſtola Gregorii.* Scribit ad Ludovicum Hungariæ Regem. *Vide Epiſtola Gregorii.* Diverſos Principes ad viriliter Turcarum potentiæ ſe opponendum ſolicitat, 316. Scribit ad Palæologum. *Vide Epiſtola Gregorii.* Per Galliæ Regem diſſidia inter Januenſes, & Cyprenſes exorta componere ſtudet, 317. Scribit ad Thomam Patriarcham Gradenſem. *Vide Epiſtola Gregorii.* Mittit duos Nuncios ad Januenſes pro unione cum Cypri Rege tractanda, 318. Scribit ad Thomam Patriarcham. *Vide Epiſtola Gregorii.* Diſcordias exortas inter Ludovicum Hungariæ Regem, & alios divellere ſtudet, 318. Ad populum Romanum Nuncium cum literis deſtinat. *Vide Gregorii Epiſtola.* Ejuſdem conſtitutio contra Bernabonem lata, & ejus ſocios Mediolanenſes in Italia tyrannidem exercentes, 319. Cum Italiæ Principibus fœdus ſtabilire ſtudet, eoſq; adversùs Bernabonem, & Galeatium inſurgere ſolicitat, *ibid.* Ad Ludovicum Gonzagam in Civitate Mantuana Vicarium Imperialem Nuncium dirigit pro ineundo adversùs Tyrannos fœdere, *ibid.* Magno conflato Exercitu adversùs Vice-Comites Mediolanenſes inſurgit, eoſque brevi elapſo tempore devaſtat, *ibid.* Vice-Comitibus pacem donare recuſat, & cur? *ibid.* Palæologi Legationem ſuſcipit, & auditis cladibus à Turcis ſuo illatis Imperio auxilium eidem porrigere penſitat, *ibid.* Ad Reges Europæ Legationem deſtinat, eoſque ad auxillum Palæologo porrigendum hortatur, *ibidem.* Ludovici poſtulatis annuit, *ibid.* Diverſis Epiſcopis, ut in Hungariæ, & Poloniæ Regnis adversùs Turcas Crucem prædicent, præcipit, 320. Scribit ad Romanorum Imperatorem, & Venetiarum Ducem. *Vide Epiſtola Gregorii.*

Guido Abbas Cluniacenſis Ordinis Sancti Benedicti Nuncius ad Bertrandum Burdegalenſem Archiepiſcopum in Pontificem electnm, 89.

Guido Armeniæ Rex Legationem mittit ad Pontificem, adversùs Sarracenos auxilium petit, 227.

Guillelmus Ordinis Minorum Pontificis Pœnitentiarius, & ad Argonem Nuncius Apoſtolicus, 41.

Guillelmus Arrufati Cardinalis, 90.

Guillelmus de Franchia Ordinis Minorum cum aliis tribus Fratribus ejuſdem Ordinis creatur Epiſcopus, 102.

Guillelmus Ocham Ordinis Minorum adhæret ſchiſmati adversùs Joannem Papam, 113. Super controverſia de Animarum ſeparatarum ante finale Judicium Joannem Papam errare definiendo aſſeverât, 161.

Guillelmus Adæ Ordinis Minorum à Joanne XXII. creatur Epiſcopus Suffraganeus 115.

Guillelmus Ordinis Prædicatorum creatur Epiſcopus Tarifienſis, 142.

Guillelmus Monachus Epiſcopus Chiſimenſis Ordinis Minorum, & Gaſpertus Cenetenſis Epiſcopus Ordinis Prædicatorum ad Joannem Cantacuzenum Legati Pontificii, 239.

Guillelmus Ordinis Minorum Epiſcopus Siſopolitanus ad Joannem Palæologum Apoſtolicus Nuncius, 260.

Guillelmus Grimoaldus Ordinis Sancti Benedicti in Regno Neapolitano Legatus Pontificius, vitâ functo Innocentio VI. extra Conclave Pontifex creatûr, 264. Recipit ſuæ creationis decretum, Avenionem pergit, & in vigilia Sanctorum Omnium inthronizatur, & Urbanus V. vult appellari, *ibid.*

Guillelmus Noleti Cauſarum Sacri Palatii Auditor, ad Palæologum pro unione perficienda Nuncius Apoſtolicus, 277.

Guillelmus Pratenſis Ord. Minorum Eccleſiæ Cambalienſis creatur Archiepiſcopus, 291. Privilegia, & inſtructiones à Pontifice recipit, & cùr? 292.

Guillelmus Ordinis Minor. Epiſcopus Narnienſis, ad Jannenſes Nuncius Pontificius, 318.

Guyo ſuccedit in Principatu loco Octotæ ejus fratris, 33.

H

Halao Mangonis frater ſuccedit in Imperio, ejus conſignata morte, 23.

Helena Serviæ Regina chriſtiana ſummoperè Fidem propagare Romanam ſtudet, 46. & *ſeq.*

Helena Sclavorum Regina catholica Uroſii, & Stephani mater unà cum fratre imperat, & Fidem propagat catholicam, 29.

Helia Ordinis Minorum Imperatoris Tartarorum Legatus ad Pontificem, 405.

Henricus, dum adversùs Robertum bellum parat, ad Bonum Conventum in Tuſcia moritur, 102.

Henricus Cardinalis, Legatus Pontificius apud Smirnas in bello fœliciter ad Cœlum evolat, 232.

Hieronymus de Aſculo Cardinalis Præneſtinus Ordinis Minorum Summus creatur

Pontifex, & Nicolaus IV. vocari vult, 22. Tempus, & annus ſuæ coronationis, *ibid. & ſeq.*

Hieronymus Minorita Epiſcopus Caphenſis Pontificem de ſacro baptiſmate ab Auſcano Tartarorum Rege ſuſcepto certiorat, 124.

Hieronymus Sanctus Eccleſiæ Doctor ante finale Judicium Animas ſeparatas, & maculis purgatas beari, duobus exemplis probat, 176. Epitaphium in fronte Speluncæ, ubi Corpus B. Paulæ conditum eſt, apponit, *ibidem*. Chriſti verba Latroni in Cruce prolata, *hodie mecum eris in Paradiſo*, exponit, *ibid.*

Hilarius Animas à corporibus ſolutas ante finale Judicium clarè Deum videre teſtatur, & ex Sacræ Scripturæ teſtimoniis probat, 174.

Honorius IV. vitâ functo Martino IV. ei in Pontificatu ſuccedit, 19. Mandat Peruſinis Civibus, ut ad Eccleſiam Sancti Franciſci Aſſiſii Martini IV. corpus, juxta ſuam ultimam voluntatem deferant, 20. Renuit coronari Peruſii, Romam proficiſcitur coronandus, & in Monte Aventino habitationem eligit, *ibid.* Regnum Siciliæ componere ſtudet, *ibid.* Cum Græcis nihil agit. *ibid. & ſequ.* Siculos, eoſque fautores anathematizat, & cùr? 21. Excommunicationem adversùs Jacobum repetit, *ibid.* Ejus mors, *ibid.* In Eccleſia Sancti Petri ſepellitur, deinde ad Baſilicam S. Mariæ de Aracœli transfertur, & in S. Franciſci Sacello reponitur, *ibid.*

Hugo Cypri Rex, accepto quòd Babyloniæ Soldanus in corde Chriſtianorum Principum mortem in ſuo Imperio degentium revolvat, per Oratorem ſubitò Pontificem certiorat, 242.

I

Jacobus Cardinalis Sabellus Martini IV. Teſtamentarius, ei in Pontificatu ſuccedit, & Honorius IV. vult appellari, 20.

Jacobus filius Regis Argonum pluriès excommunicatur, & cùr? 21.

Jacobus Cardinalis diſſenſionis inter Cardinales in electione ſucceſſoris Nicolai exortæ cauſam exhibet, & mala inde ſecuta enarrat, 55.

Jacobus Catarenſis Presbyter Cardinalis Portuenſis, vitâ functo Clemente V. Lugduni in Pontificem creatur, & Joannes XXII. vult vocari, 112.

Jacobus de Columna Purpurâ exutus, denuò eâdem à Clemente V. veſtitur, 90.

Jacobus Brabantius per maleficia mortem Joanni XXII. propinat, 114.

Jacobus Epiſcopus Cabanenſis Oſcini Regis Armeniæ ad Pontificem Nuncius, 115.

Jacobus Glorioſi Ordinis Minorum Orientalibus in partibus pro Fidei confeſſione martyrium ſubit, 129.

Jacobus Novellus Presbyter Cardinnalis vitâ functo Joanne XXII. in Summum eligitur Pontificem, 159. Ejuſdem parentes, patria, & conditiones, *ibid.*

Jacobitarum hæreſes Cypri in Inſula graſſantur, 142.

Janibecus Tartarorum Imperator Catholicis in ſuo degentibus Regno Fidei Romanæ obſervantiam benignè permittit, 227.

Januenſes ex Pontificis mandato Galearum triginta trium claſſe inſtructa ſub Vignoſio Duce in Græciam adversùs Turcas viriliter transfretant, 234. Bellum habent inter ſe, & cùr? 308. Adversùs Sarracenos Galeas auxiliares mittunt, 96.

Idelphonſus Epiſcopus Toletanus Beatam Virginem Mariam nunc in Cœlo perfectè beari aſſeverat, 188.

Jeretanni, Hungarorum Princeps ex ſtirpe oriundus Pontifici Doctorem aliquem catholicum, à quo unà cum ſuo Populo in Fide, ut erudiatur Romana, humiliter petit, 147.

Imperator Tartarorum calumniatores Joannis à Monte Corvino Ordinis Minorum in exilium amandat; Chriſtianorum cantu ſummoperè delectatur, Catholicos diligit, ſacro tamen regenerari lavacro recuſat, 107. A quibuſdam oſtentis territus, eorum inquirit explicationem, 131.

Imperium Conſtantinopolitanum ſub Andronico juniore multas patitur clades, 140.

Innocentius VI. antea dictus Stephanus Epiſcopus Oſtienſis, Clemente VI. vitâ functo creatur Pontifex, 245. *& ſeq.* Ejuſdem Encíclycæ literæ, in quibus de ſua electione agit, *ibid. & ſequ.* Creatus Pontifex, leges à Cardinalibus conditas, & Pontifici præſcriptas, tanquam invalidas, & Pontificię poteſtatis læſivas caſſat & annullat, & contra eas Conſtitutionem edit, *ibid.* Cardinalis adhùc cùm eſſet, leges illas ſine præjudicio poteſtatis Pontificiæ firmat, *ibid.* Duo concedit, & dat Brevia Fratribus Minor. S. Sepulchri in Jeruſalem Cuſtodibus, eiſque multa inſerit privilegia, 245. *& ſeq.* Philadelphis deteſtationem ſchiſmatis ſuadet, & adversùs Barbaros auxilium ſpondet, 249. Unionis negotium ſub Clemente VI. incœptum perficere optat; ſcribit ad Joannem Cantacuzenum. *Vide Epiſtola Innocentii*. Recepto Nuncio Joannis Cantacuzeni cum literis ipſum ad eundem deſtinat, 252. Lectis literis à Raſciæ Regis Nunciis acceptis, aliis cum literis Legatos ad Regem dirigit, 253. Ejuſdem Legatio ad Raſciæ Regem fruſtratur, & cùr? 257. Gratanter Joannis Palæologi Legatos ſuſcipit, eique, quòd paratus ſit cum Eccleſia Romana unionem perficere, ſummoperè gratulatur, 260. Ad

Palæologum Legatos cum literis deſtinat, *ibid.* Scribit ad diverſos nobiles Græcos, eoſque ad auxilium præſtandum pro unione perficienda hortatur, 260. Summoperè Patriarcham Conſtantinopolitanum ad unionis negotium ſolicitat, 260. Grecia adversùs Turchas auxilium porrigit, & ad multos Principes deprecatorias dat literas pro Græcis auxilio ferendo, 263. Principes Europæ inter ſe diſcordes componere ſtudet, *ibid.* Percepta victoria de Turcis ab Hoſpitalariis Equitibus reportata multùm gaudet, 263. Orientales ad celeriter, ac viriliter adversùs Turcas inſurgendum ſolicitat, *ibid.* Scribit ad diverſos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & cur? *Vide Epiſtola Innocentii VI.* Epiſcopum Cretenſem totius Orientis Legatum, dignitate ſpoliat Legatoria, eamque Epiſcopo Smirnenſi confert, qui multùm in Fide propaganda catholica proficit, 264. Dum agit de unione conſumanda, ad Cœlum migrat, & unio fruſtratur, *ibid.* Ejuſdem mors à Solis defectione mirabiliter præſignatur, *ibid.* Ejus tempus, & ætas, *ibid.*

Inſtrumentum Confirmationis Sacri Montis Sion, ac Sancti Sepulchri in Jeruſalem Clementis VI. Fratribus Minoritis, 221. *& ſeqq.*

Inſtrumentum electionis Cœleſtini V. antea dictus Petrus de Murrone, 55. *& ſeq.*

Inſtrumentum Profeſſionis Fidei à Palæologo Joanni emiſſæ, 285. 286. *& ſeq.* Aliud confirmativum Profeſſionis ſuæ, 288.

Inſularum nomina à Chriſtianis ſubjugatarum, 96.

Joachim Cyngi filius adversùs Orientales magno cum Exercitu inſurgit, 33.

Joanna Jeruſalem, & Siciliæ Regina diſſidia plura cum Friderico de Aragonia Siciliæ Regente habet, 313.

Joanna Neapolis Regina Babyloniæ Soldano Fratres Minoritas ſummoperè recommendat, eumque, nè à ſuis aliquæ clades Sancti Sepulchri Cuſtodibus in Jeruſalem inferantur, multùm deprecatur, 247.

Joanna Imperatrix Conſtantinopolitana, 157.

Joannes XXII. ſeu XX. antea dictus Jacobus Caturenſis Presbyter Cardinalis, Clemente V. vità functo, Lugduni in Summum eligitur Pontificem, 112. Aliquorum opinio eſt, quòd ſeipſum in Papam eligat, & quomodò, ſed falſum eſſe ex ſuis Encyclicis colligitur, *ibid.* Lugduni coronatur, & Joannes vult appellari, *ibid.* Eſt natione Gallus humilis conditionis, *ibid.* Ejuſdem ante ſui creationem qualitates, quæ? *ibid.* In difficilia incidit tempora, ſchiſmate in Romano vigente Imperio, *ibid.* Ludovici Bavari in Imperatorem electioni non adhęret, & ideò ab eodem multas patitur anguſtias, *ibid.* Venenum ſibi à ſuis conjuratis paratum detegit, antidota in ipſo retorquet, *ibidem.* Veneno detecto, ſibi alia enormia mortis propinativa parantur, & maleficia, quæ? *ibid.* Sui hoſtes, & mortis propinatores, qui? *ibid.* Sanctum Ludovicum Ordinis Minorum in Catalogo Sanctorum adſcribit, 98. Clementem V. ab omni calumnia à ſuis hoſtibus illata purgat, & eum ſanctæ memoriæ titulo condecorat, 111. Accipit, quòd operâ Joannis à Monte Corvino inter Tartaros Fides propagata periclitatur, valdè triſtatur, eamque pro poſſe vivificare ſtudet. Scribit ad Tartarorum Imperatorem, quem ad quoddam Edictum Fidei obnoxium deſtruendum hortatur, & ad ſacrum ſuſcipiendum baptiſma invitat, 114. Per Religioſos Minoritas in Tartariæ Imperio Fidem catholicam propagare curat, 115. Ex Minorum Ordine plures creat Epiſcopos, *ibid.* Epiſcoporum nomina, *ibid.* Multis cum aliis Religioſis ad Perſianos, & alias Nationes ad Fidem propagandam catholicam Epiſcopos deſtinat Minoritas, *ibid.* Accepto, quòd Eccleſia Armena non perfectè cum Latina concordat, Nuncios Oſcini Regis perfectè ſuper Fidei veritate inſtruit; eiſque Fidei Romanæ formulam profitendæ Oſcino Regi tradendam conſignat, 115. Audit, quòd multi ex Armenis Epiſcopis cuidam Latino Epiſcopo in ſpiritualibus ſe ſubmittunt, ſummoperè gratulatur, quibus etiam gratias maximas refert, & inſtructiones porrigit, 118. Multos Viros in Fide catholica doctos ad Fidem prædicandam in Oſcini Armeniæ Regis Regno deſtinat, & multùm Oſcino recommendat, 119. Accepta Macedonię Procerum mente de obedientia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſtanda, libenter ſuis annuit poſtulatis, eiſque gratulatorias dat literas, 120. A' multis Principibus adversùs Uroſium auxilia expoſcit, *ibid.* Gratanter Philippi Principis Tarentini Nuncios audit, eiſque ſuam ſuper poſtulatis mentem declarat, 121. Mittit Nuncios ad Uroſium ad Fidem docendam, & Uroſio per Apocriſiarios literas porrigit hortatorias, *ibid.* Super legitimitate natalis Uroſium diſpenſat, 123. Georgianos, & alias nationes extrà Andronici dominium exiſtentes, ad Fidem profitendam catholicam inducere ſtudet, *ibid.* Plures ad Tartarorum Imparium Fidem catholicam propagandi gratiâ Nuncios deſtinat: Scribit ad Regem, & alios Regni Proceres, *ibid.* Eccleſiæ Tartariæ accepto ſtatu à Petro, & Jacobo Ordinis Minorum partibus ex illis redeuntibus, ſummoperè gratulatur, & ad eaſdem partes eoſdem remittit, quibus diverſas literas Tartarorum Imperatori tradendas conſignat, 125. Scribit ad multos alios. *Vide Epiſtola Joannis.* Ut Chri-

Chriſti fides dilatetur ubique, ſicuti in corde habet, utitur Religioſis Ordin. Prędicatorum, & Minorum, 129. Sacerdotibus ſimplicibus ſacrum benedicere Oleum, & baptizatos linire Chriſmate, prohibet, *ibid.* Chriſtianorum res in Syria reſtaurare ſtudet, & modus, quo ſe gerit, 133. Principes Catholicos ad Syrianam expeditionem ſolicitat, 138. Audita Andronici voluntate de ſe Romanæ Eccleſiæ reuniendo, multùm gratulatur; Legatos ad eum deſtinat, quibus, ut priùs ad Rohertum Siciliæ Regem ſe conſerant, præcipit, 136. Acceptis à Nunciis Gedemunni Lithuanorum Regis literis, ad eundem Apoſtolicos Apocriſiarios, ut ſuum populum fidem doceant catholicam, mittit, ſed ejus mens, & Legatio ſruſtratur, & cùr? 141. Ad Aſiaticos Græcos ex Prædicatorum, & Minorum Ordine Religioſos ad Fidem propagandam catholicam dirigit, quibus literas Imperatori contradendas conſignat, 145. Accepta relatione de Fidei profectu inter Barbaros à Religioſis Minoritis partibus ex illis reverſis, multùm lætatur, & alios Apoſtolicos Viros ex Prædicatorum, & Minorum Ordine mittere decernit, *ibid.* Guillelmum de Cygis Ordinis Prædicatorum in Epiſcopum conſecrat, quem cum allis ex Prædicatorum, & Minorum Ordine ad barharas nationes dirigit, eique Zachariæ Archiepiſcopo Sancti Thaddæi literas tradendas conſignat, *ibid.* Eccleſiæ Diagoiganenſis Bernardum de Gardiola in Epiſcopum conſecrat, eumque In Perſides ad Fidem propagandam catholicam mittit, 146. Ad cunctos Chriſtianos in Perſidia Imperio conſtitutos literas porrigit, *Vide Epiſtola Joannis*. Receptis Principis Jeretanni literis per Nuncios miſſis, Epiſcopum Geniſcatenſem, & alios Viros catholicos cum literis ad eum remittit, 147. *& vide Epiſtola Joannis*. Suſcipit Imperatoris Tartarorum Nuncios; ſummoperè de Fide catholica ſtudio Fratrum Minorum, & Prædicatorum inter Tartaros propagata gratulatur; multaſque Tartarorum Imperatori de benevolentia, & ſavoribus Viris Apoſtolicis præſtitis gratias reſert, ac ſuis acquieſcit poſtulatis, 148. Per eoſdem Nuncios, quos ad eum remittit, dat literas, *ibid.* A' Nunciis ſibi miſſis, mortem Joannis à Monte Corvino Archiepiſcopi Cambalienſis Ordinis Minorum accipit, & multùm triſtatur, Nicolaum ejuſdem Ordinis loco illius Archiepiſcopum inthronizat, 153. Multos Fratres Ordinis Minorum eidem Archiepiſcopo concedit, quos Chaamo Tartarorũ Imperatori ſummoperè recommendat, *ibid.* Suſcipit Andronici Nuncios, quos benignè audit, & ad eum remittit, eiſque mandat, ut Andronicum, & cæteros Græcos ad unionem conficiendam cum Eccleſia Latina reducere ſtudeant, 151. Auditis magnis cladibus Græcis à Turcis inflictis, Andronicum ad unionem cum Eccleſia Romana perficiendam invitat, eique auxilium adversùs Turcas ſpondet, 157. Scribit ad Imperatricem Conſtantinopolitanam. *Vide Epiſtola Joannis*. Agit cum Franciæ Rege de Cruce prædicanda pro Bello Syriaco adversùs Turcas conficiendo, *ibid.* Franciæ Regem ad Legationem Andronico mittendam ſolicitat, & cùr? 158. Duos Epiſcopos Legatos pro unione conſumanda Conſtantinopolim mittit, ſed ejus Legatio fruſtratur, 158. Tria habet in corde, dum vivit, chriſtianorum Principum unio ad Turcicam retundendam audaciam; novi Imperatoris creatio; & Animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſuper ſtatu controverſiæ deciſio: Hæc tamen omnia, quia morte præventus, ad finem deducere nequit, *ibid.* Ejuſdem infirmitas qualis, locus, ætas, & mors, *ibid.* Magnam auri & argenti copiam in Eccleſiæ Ærario reponit. *ibid.* In extremis conſtitutus, vocatis Cardinalibus Teſtamentum conficit, & acta in Teſtamento, quæ? 159. Aliquibus videtur paratum eſſe auctoritate Apoſtolica definire, Animas ſeparatas non fore beatas; niſi generali conſummato Judicio. & malas pariter non detrudi in Inſerno ante carnis reaſſumptionem, 156. Ejus mens ſuper hac controverſia, qualia? *ibid. & ſeq.* Status controverſiæ explicatur, *ibid.* Opinionum varietas, *ibid.* In quo ſenſu Joannes agitat controverſiam, *ibid.* Ab aliquibus de ejuſmodi controverſiæ deciſione calumniam patitur, *ib.* Calumniatores, qui? *ibidem.* Ex dicta aliquorum, licèt Joannes ſuper hac materia nihil definiat, tamen colligitur, ipſum ſentire, quòd Animæ ſeparatæ ante finale Judicium non fruantur eſſentià divinâ, 162. Joannes ſuper controverſia de ſtatu Animarum ſeparatarum ante finale Judicium auctoritate Apoſtolica nil definiit, qua de cauſa, quòd hæreticus ſit falsò à calumniatorihus aſſeritur, *ibid.* Tantùm causâ inveniendi veritatem controverſiam agitat, *ibid.* Ad Franciæ Reginam ſuper hac materia dat literas. *Vide Epiſtola Joannis*. Joannes cenſuratur, & quare? 163. Ab aliquibus mendaciis ſibi Inflictis apud Franciæ Regem ſe purgat, *ibid.* Ut à Viris doctis controverſia de ſtatu Animarum ſeparatarum ante finale Judicium examinetur, mandat, *ibid.* Teſtimonia Sanctorum Patrum in examinanda controverſia adducit, 164. Joannis proteſtatio ſuper controverſia de ſtatu Animarum ſeparatarum in publico Cardinalium ſuæ mentis declarativa emiſſa, quæ, 165. Ejuſdem revocatoria ſuper iis, quæ quæſtio-

ſtionandi gratiâ ſuper controverſia de ſtatu Animarum ſeparatarum dixit, *ibid.* Mandat Doctoribus, ut ſuper hac controverſia ſuas aperiant mentes, *ibid.* Alia ejuſdem declaratoria, qua in extremis conſtitutus, Animas ſeparatas, & maculis purgatas ante finale Judicium beari definiit, 165. Ea, quæ controvertendo aſſeruit, revocat, *ibid.* & *ſeq.* A calumniis ſibi inflictis vindicatur, & ſenſus, in quo controverſiam agitat, explicatur, 166. & *ſeq.*

Joannes de Monte Corvino Ordinis Minorum ex Aſia reverſus, Nicolao Papæ propenſionem ipſarum Nationum ad Fidem amplectendam catholicam exponit, & à Pontifice in Aſiam remittitur, 30. Legatus Joannis Palæologi ad Pontificem in Concilio Lugdunenſi, *ibidem*. Inter Tartaros magnus Fidei catholicæ propagator, 34. & 102. Archiepiſcopus Cambalienſis creatur, *ibid.* Facultatem inſtituendi Epiſcopos, & Sacerdotes Orientalibus in partibus à Pontifice obtinet, *ibidem*. Omnibus Epiſcopis, & Sacerdotibus præſidet, & maximam obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exhibet, *ibid.* Ejuſdem laudabilia geſta, *ibid.* Nuncius Pontificius ad diverſos Orientis Principes, 106. Multas à Neſtorianis patitur clades, *ibid.* Ejus apud Imperatorem conſtat innocentia, de aliquibus accuſatus, *ibidem*. Ejuſdem in Fide dilatanda profectus, *ibid.* Ad propagandam inter Tartaros Fidem Operarios Apoſtolicos poſtulat à Pontifice, & Superioribus ſui Ordinis, brevioremq; ad ipſum deveniendi viam docet, 107. Rogat, ut illi, ad quorum manus ſuæ pervenient literæ, eas ad Pontificem deferant, *ibid.* Antiphonarium, Sanctorum legendam, & alia pro Divino recitando Officio à Miniſtro Generali expoſtulat, *ibid.* Chaam Tartarorum baptizat, & ſuum ſtatum notificat, *ibid.* Pluſquàm triginta millia Tartarorum, & aliarū Nationum ad Chriſti Fidem convertit, 152. Ejuſdem mors per Nuncium Pontificium præſentatur, *ibid.*

Joannes Cantacuzenus in Tutorem ab Andronico Græcorum Imperatore Joannis ſui filii deligitur, eique Imperii adminiſtrationem conſignat, 140. & 219. Vitâ functo Andronico contra Patriarchæ mentem loco Andronici Imperii gubernationem ſuſcipit, 233. Juramento Andronico corporaliter præſtito, fracto, tyrannidem illicò arripit, faſtigium evehitur, *ibid.* Dydimotichi una tantùm conditione appoſita coronatur, *ibid.* & *ſequ.* Conditio, quæ? *ibid.* Latinos prodere penſitat, & cùr? 234. Ejuſdem peſſima ſimulatio in conjungenda Eccleſia Græca cum Latina, *ibid.* Ad Delphinum Viennenſem Legatos deſtinat; Delphino porrigit, ſe velle Eccleſiam Orientalem cum Latina unire; ſocietatem, & auxilia expoſcit, *ibid.* Ejuſdem mens fruſtratur, & cùr? *ibid.* Negat ſe, vel Joannam Imperatricem quandam ſcripſiſſe Epiſtolam, idque Apocauco tribuit, *ibidem*. Ligam cum Turcica potentia firmat, & adversùs Imperatorem Joannem Palæologum, & Imperatricem magno cum Exercitu inſurgit, ac ferè totum occupat Imperium, *ibid.* Orchano Turcharum Principi ſuam in Concubinam ſub uxoris nomine donat filiam, *ibid.* In Regia Conſtantinopolitana Urbe, conjuratione facta, eam totaliter occupat, 235. Modus, quo in Civitatis occupatione ſe gerit, qualis? *ibid.* Civitate capta Imperator Inauguratur, & quo anno, *ibid.* Unà cum Joanne Palæologo Imperiū gubernat, *ibid.* Helenam ſuam natam Palæologo in uxorem tradit, & cùr? *ibid.* Conciliabolum Conſtantinopoli habet, & qua de cauſa, 256. Barlaami, & Ancidini catholicam doctrinam falſam proclamat, 238. A Turcis flagellatus variis cladibus, ut auxilium obtineat, unionem præcisè & non recto corde cum Eccleſia Latina inquirit, *ibid.* Ampliſſimam ad Pontificem Legationem deſtinat, multa cupit, & quæ? *ibidem*. Nunciis Apoſtolicis morte, antequam ad ejus perveniant præſentiam, præventis, & interim à Turcis vexatus, alios Nuncios, ut auxilium obtineat, ad Pontificem dirigit, 239. Honorificentiſſimè Nuncios recipit Apoſtol, 240. Niſi generalis celebretur Synodus, ei difficilè videtur haberi poſſe Eccleſiarum unionem, Legatos Nuncios ad Concilium generale celebrandum hortatur, *ibid.* Locum de Synodo congreganda determinat, *ibid.* & *ſeq.* Pontificis audita mente de Synodo celebranda, Nuncium ad eum deſtinat, & maximas refert grates, 241. Per Legatos Pontifici acta ab Apoſtolicis Apocriſiariis cum Patriarcha pro unione Eccleſiarum perficienda, fideliter porrigit, & acta, quæ? 243. Innocentii VI. receptis literis, & Clementis audita morte, ad eundem Innocentium cum literis Oratores deſtinat, & de illius ad Pontificatum creatione ſummoperè gratulatur, & de Clementis morte valdè dolet; circa perficiendum unionis negotium ſuam aperit Innocentio mentem, 252. E' Throno ejicitur, & Eccleſiarum unio non perficitur, *ibid.* Sibi, & ſucceſſoribus ſuis Imperium ſtabile curat, ut Matthæus ejus natus Imperii conſors efficiatur, mandat, ac Diademate Imperiali eundem coronat, 258. E' Throno ejectus, monachali veſtitur habitu, & Joſephus vocari vult, *ibid.* Etſi Monachus, Palami errores in corde retinet, & capta occaſione, eoſdem evomitat, 300.

Joannes Palæologus ſuſcepto Conſtantinopolitano Imperio, cum Eccleſia Latina unionem habere optat, ac Summo Ponti-

ſici obedientiam & reverentiam exhibet, 258. 259. *& ſeq.* Fidei profeſſionem, & juratas promiſſionea ad Pontificem per Legatos præſentat, *ibidem*. Legationem ad Pontificem deſtinat, eumque ad viriliter adversùs Turcas inſurgendum, paratum eſſe certiorat, ſupplicesque Pontifici porrigit, nè permittat à Latinis Græcos aliquas pati clades, 269. Ad Pontificem pro perficienda incœpta unione Oratores deſtinat, 273. Pergit Budam ad Ludovicum Galliæ Regem, & de Eccleſiarum unione perficienda cum eo tractatum habet, 275. Ejecto è Throno Joanne Cantacuzeno, totum occupat Imperium, 257.

Joannes Villanua Scriptor eruditus Nicolai III. virtutes, ac ejuſdem commendat pudicitiam, 1.

Joannes Procida inter Palæologum, & Petrū Aragonem Regem pacis mediator, 6. Caroli tranſitum in Conſtantinopolim impedire penſitat, & cùr? 9. Clades, quæ Imperio Conſtantinopolitano imminent, Palæologo annunciat, eumqua ſapienter edocet, ut quamlibet evitare valeat miſeriam, *ibid.*

Joannes XXIII. etſi verus Pontifex, pro bono, & Eccleſiæ utilitate in Concilio Conſtantienſi Pontificatu ſe abdicat, 7.

Joannes Monachus Sozopolitanus loco Athanaſii ſufficitur Patriarcha, 14. A' cunctis deſpicitur, & Thronum relinquit, 61.

Joannes Bechus Conſtantinopolitanus Patriarcha ex ſchiſmatis renovatione Thronum relinquit, & ad Monaſterium Panacranti ſe confert, 14. Amandatur in exilium, & cùr? *ibid.* Poſtulat, ut ejus cauſa examinetur, & ab Imperatore obtinet, 16. In judicio ductus, ſapientiſſimè contrà ſchiſmaticos Spiritus Sancti proceſſionem à Patre, & Filio oſtendit, ac Eccleſiarum unionem neceſſariam declarat, & probat, *ibid. & ſequ.* Tomum à Gregorio Cyprio compoſitum,ſuis cum ſociis amplecti recuſat, & approbare renuit, *ibid.* In carceribus recluditur, & Teſtamentum ſuæ veræ, & catholicæ Fidei profeſſionis deſcribit, & ad Cœlum fœliciter evolat, 17.

Joannes Andreas, argumenta probantia Pontificem ſe Papatu abdicare non poſſe, ſapientiſſimè ſolvit, & rationes in contrarium producit, 72. *& ſequ.*

Joannes Glycus, ejecto Niphone è Throno Patriarchali, ſufficitur ejus loco Patriarcha Conſtantinopolitanus; reſignat Sedem, & cùr? 101.

Joannes Antiochenus Nuncius ad Clementem V. 92.

Joannes Bohemiæ Rex, 121.

Joannes Dominici Ordinis Prædicatorum Nuncius Apoſtolicus ad Uroſium Raſciæ Regem, 121.

Joannes Chryſoſtomus Doctor Græcus, & in verbis, & in re cum Eccleſia Latina concordat, 135. Animas ſeparatas ante finale Judicium beari aſſerit, 182.

Joannes Theſſalonicenſis, vitâ functo Eſaia, ejus loco ſubſtituitur Patriarcha, 140.

Joannes Andreas Andronici junioris natus, ſublato Patre, ei in Imperio ſuccedit, 219.

Joannes de Lemonicla per maleficia Joannā Papæ mortam propinat, 114.

Joannes de Amanto variis modis Joanni Papæ mortem porrigit, 114.

Joannes de Core Ordinis Prædicatorum in Perſides Præfectus Eccleſiæ Solianenſis, 149.

Joannes de Apris vir indoctus afficitur Patriarcha Conſtantinopolitanus, 158.

Joannes Gerſon à Calvino ſuis pro defendendis calumniis Joanni Papæ illatis, malè citatur, 167. Ejuſdem Joannis Gerſon ſuper controverſia de Animarum ante finale Judicium ſeparatarum ſtatu opinio, quæ? *ibid.*

Joannes de Florentia Ordinis Minorum ad Tartarorum Principes Legatus Pontificius, 201.

Joannes Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Barlaami petitionem Monachos Theſſalonicenſes ad Concilium citat, 217. Aliquibus blaſphemiis in pſeudoſynodo proclamatis non adhæret, & ideò deponitur, 236. Acerbè ferens illatam ſibi injuriam, Palamum cum ejuſdem fautoribus anathematizat, *ibid.* Eccleſia Conſtantinopolitana novo fœdatur ſchiſmate, *ibid.* Contra Barlaami doctrinam non rectè Joannes ſe gerit, & cùr, 237. *& ſeq.*

Joannes Ordinis Prædicatorum Legatus Imperatoris ad Pontificem, 241.

Joannes River miles Pontifici clades maximas, quas Babyloniæ Soldani Imperium patitur notificat, viamque facilem ad ſancta loca recuperanda præbet, 241.

Joannes Birellus Chartuſianorum Religionis Præfectus non eligitur in Papam, Cardinali Talayrando impediente, 244.

Joannes Ordin. Prædicatorum Nuncius Joannis Cantacuzeni ad Pontificem, 252.

Joannes Franciæ Rex Exercitus Cruceſignatorum adversùs Turcas ab Urbano V. ſtatuitur Dux, ſed morte ante generale paſſagium prævenitur, 268.

Joannes de Reno Ordin. Minorum Ambaſſiator ad Pontificem, 283.

Joannes Presbytar Cardinalis Legatus Pontificius, 305.

Joannes de Liſignano Antiochenus Princeps, 307.

Joannes Epiſcopus Vercellenſis bellum habet cum Januenſibus, 309. Fœdus cum Marchionibus de Carreto inire penſitat, 310.

Joannes Lancaſtriæ Dux, & Angliæ Regis natus, 306.

Joan-

Joannes Naſcarinus Epiſcopus, Nuncius Armeniæ Regis ad Pontificem, 230.

Joannes Petri Joachimi errores damnantur à Clemente V. in Concilio Viennæ in Gallia celebrato, & quales? 97.

Joannichius Serviæ Patriarcha illicitè creatus, 255.

Jolus Piſanus Laicus, etſi inter Tartaros Fidem propagat catholicam, 32.

Jordanus aſſerit, Martinum Papam excommunicaſſe Palæologum impulſum à Carolo Siciliæ Rege, 8.

Jordanus Ordinis Prædicatorum martyrium quatuor Fratrum Ordinis Minorum Orientalibus in partibus patienter paſſum enarrat. *Vide Jordani Epiſtola*. Nuncius Pontificius, 149.

Joſephus ſchiſmaticus loco Joannis Bechi ſufficitur Patriarcha ab Andronico; Sedem relinquit, & cùr? 14.

Joſephus mutilationes improbat, 49.

Irena Joannis Cantacuzeni uxor, Imperio relicto, Monaſterium ingreditur, & Eugenia vult appellari, 258.

Irenæus ſuper Animarum ſeparatarum ante finale Judicium non benè ſentit, & cùr, 170.

Iſidorus Bonchyras acerrimus Palami propugnator ſufficitur Patriarcha, 236.

L

Lapus Ordinis Prædicatorum Nuncius Pontificius ad Uroſium Raſciæ Regem, 109. Latini Scriptores in conſignando tempore mortis Aytonis Armeniæ Regis decipiuntur, 25.

Latini invadere negligunt Conſtantinopolitanum Imperium, cùm præbetur eis occaſio, & cùr? 102. De Turcis victoriam magnam reportant, 158. In Græcos arma vertere penſitant, 234. Joannis Cantacuzeni perfidiam deteſtant, *ibid.* Pontifici de non inferendo Græcia bello obediunt, & viriliter adversùs Turcas pugnant, multaſque clades eiſdem inferunt, 235. De Turcis victoriam reportant, 238.

Latinorum Patrum ſuper controverſia de ſtatu Animarum ſeparatarum ante finale Judicium, qualis, 274. 275. *& ſeq.*

Latinus pluriès Legatus Pontificius variis à Viterbienſibus afficitur cladibus; in carcere recluditur, ſed dein libertati reſtituitur, 4.

Latislaus Vallachiæ Princeps, 297.

Latro cum Chriſto ad Infernum deſcendit, ibique Paradiſo fruitur, & quomodo? 185.

Latzko ſchiſmaticus Moldaviæ Princeps, 297.

Laurentius Celſus Venetiarum Dux Fratres Minores degentes in Imperio Babyloniæ Soldani, ſummoperè eidem recommendat Soldano, 249.

Legati Pontificii cum Joanne Cantacuzeno de Barbaria inferendo bello, & unione cum Eccleſia Romana perficienda agunt, 240. Cantacuzeni mentem approbant, *ibidem*. muneribus pretioſis ditati, Romam ad Pon- Pontificem remeant, eique Ephemeridas à Cantacuzeno exaratas exhibent, & multis laudibus Cantacuzenum condecorant, *ibid.*

Legati Gregorii XI. ad Reges Angliæ, & Franciæ pro pace inter eos ponendas inter ſe diſſident, 305.

Legati miſſi ad Cœleſtinum cum ſuæ creationis Inſtrumento, 56.

Leo Allatius exhibet Joannis Bechi profeſſionis Fidei ſuæ Teſtamentum, 17. *& ſequ.*

Leo Armeniæ Rex pro Corona Regia ſibi à Pontifice donata, Caſale Eſtelicæ, Caſtrum Paperon, & alia plura Eccleſię in dotem tradit, 35. Ter infirmitate correptus, ſui Regni Baronibus mandat in Regem Robinum ſuum nepotem acceptare, *ibid.* Principia Antiocheni fratri in uxorem tradit, quem dein doloſè interficit, *ibid.* Ejus mors, *ibid.*

Leo Sapiens Armeniæ Rex, ut Ciliciæ Synodus pro unione perficienda celebretur, ſtudet, 115.

Leopardus Piſani Conſiliarius Andronici Imperatoris Nuncius ad Pontificem, 151.

Lex communis ſui ipſius mutilationem prohibet, 51.

Logotheta Andronici ex quodam viſo oſtento, ſignificata mala Imperatori aſſerit, ſed ejus interpretatio fruſtratur, 131. Aſtrologica utitur arte; imperii confuſionem, & clades multas prænunciat, & rectè, Deo ſic permittente, loquitur, *ibid.* Oſtenta viſa, quæ? *ibid.*

Longinus Scriptor in conſignando tempore Pontificatus Nicolai, errat, 2.

Lucas de Sabello Domicellus Romanus cum Populo Romano habet bellum, & cùr? 319.

Lucas Epiſcopus Tudenſis opinioni aſſerenti, Animas ſeparatas ante finale Judicium beari adhæret, 177. *& ſequ.*

Lucretia Romana ſeipſam interimit, & cur? 50.

Ludovicus Bavarus injuſtè in Imperatorem eligitur; eſt Pontificis rebellis, 113.

Ludovicus Hungariæ Rex catholicæ Fidei defenſor, annuente Pontifice adverſus Stephanum Raſciæ Regem viriliter inſurgit, & cum Raſcianis invadit, & Regnum occupat; ſed Stephanus abjurato ſchiſmate, Regnum recuperat, 262. Ludovicus bellum habet cum Stratimiro ſchiſmatico Bulgariæ Principe, eumque viriliter invadit, & Bulgariam occupat, qua validiſſi-

mo

Digitized by Google

mo munita præſidio, in Hungariam cum debellato Principe revertitur, & ad arctam cuſtodiam relegat, 273. Dimittit Stratimirum ſibi juramento præſtito de obedientia Regi Pannoniæ præſtanda, *ibid.* Palæologi poſtulatis de unione Eccleſiarum perficienda annuit, 275. Ex mandato Palæologi Legationem ad Pontificem deſtinat, *ibid.* Bulgaros ad Fidem reducere catholicam cogitat, Apoſtolicos Operarios quærit, 278. Adversùs Turcas bellum parat, *ibid.* Mittit Legationem ad Pontificem; aliqua pro Fratribus Minoritis erigendi Monaſteria facultatem petit, & obtinet, 314. Diffidia habet cum Alberto, Leopoldo Auſtricis, & aliis, 318. Inito fœdere cum Poloniæ Rege Turcico furori omni vi ſe opponere cogitat, 320. Mittit Legationem ad Pontificem;Crucem adversùs Turcas in ſuo Regno prædicari petit, *ibid.*

Ludovicus filius Caroli Secundi Siciliæ Regis habitu Sancti Franciſci veſtitur; creatur Epiſcopus Tholoſanus; A' Clemente V. in Catalogo Sanctorum adſcribitur, & à Ioanne XXII. Canonizatione inſignitur, 98.

Ludovicus Gonzaga in Civitate Mantuana Vicarius Imperialis, 319.

Luna Andronici tempore obſcuratur à principio noctis uſque ad Solis ortum, 137.

Lux Thaborica in Chriſto eſt operatio tranſiens realiter ab eſſentia divina diſtincta, imaginem corporis glorioſi ſignificans, 236.

M

MAgnicartes Legatus Palæologi ad Pontificem pro unione Eccleſiarum tractanda, 277. Rediit ad Palæologum cum duobus Legatis Pontificibus, *ibid.*

Malaſpina Januen. Paleologi Orator ad Pontificem, 269.

Mango Græcorum Imperator, 33.

Marcellus abdicat ſe Papatu, 68. Pœnitentiâ ductus pro Chriſti Fide martyrium ſubiit, 69.

Marcus Lucani Nuncius Uroſii Regis ad Pontificem, 108.

Marforianus Jacobitarum Patriarcha ſchiſmaticus, 149.

Maria Armeniæ Reginæ ſoror, 36.

Mariæ Virginis Aſſumptio in Cœlum probat Animas ſeparatas, & maculis mundatas ante finale Judicium beari, 188.

Marinus Sanutus Nobilis Venetus per Nuncium ab Andronico ſeniore ſibi miſſum, ejus percepta mente de unione cum Eccleſia Romana perficienda, ſummoperè gratulatur, & ad eum dat literas, 133. Curat, ut Andronicus cum Græcis Eccleſiæ Romanæ uniantur, 135. Scribit ad Andronicum. *Vide Epiſtola Sanuti.*

Marinus Ordinis Minorum Legatus Pontificius ad Uroſium Raſciæ Regem, 29.

Martinus Polonus in conſignando tempore Nicolai III. errat, 2.

Martinus IV. ſuccedit in Pontificatu Nicolao III. 4.

Martinus IV. ad inſtantiam Regis Caroli ſcribit Argonum Regi, petens cur Exercitum paret, & reſponſum non obtinet, 6. Regi Carolo Senatoriam reſtituit dignitatem, 8. Anathematizat Palæologum, & cur? *ibid.* Quomodocumque Crucesignatis adversùs Sarracenos pro Terra Sancta recuperanda belligerantibus auxilia porrigentibus,Indulgentiam omnium elargitur peccatorum, 66. Porcheto Ordinis Minorum, ut Crucis ſignum adversùs Sarracenos prædicet, & in Terræ Sanctæ ſubſidium transfretantes,ſigno Crucis ſignet,mandat, *ibid.* Scribit ad Provincialem Ordin. Min. Provinciæ Januen. *Vide Epiſtola Martini IV.* Panormitanos, eoſque fautores anathematizat, & cùr? 10. *& ſequ.* Petrum Aragonem excommunicat, *ibid.* In Palæologum, & ejus complices excommunicationem repetit, 12. Peruſii ad Cœlum evolat, & multa miracula patrat, 19. *& ſequ.* Multùm Fratres diligit Minores, & Dominicanos; habitu S.Franciſci indutus tumulatur, *ibid.* Ejuſdem ſuper ſua ſepultura mens, qualis, *ibid.*

Martinus Zacharia Januenſis Chii Præfectus à Turcis invaditur, & in anguſtiis ponitur, 196.

Martinus Archiepiſcopus Antibarenſis, 77.

Matthæus Joannis Cantacuzeni natus major, 243. Coronatur à Philoteo Patriarcha, 258.

Matthæus Cardinalis Urſinus Martinum V. Lugduni coronari egrè fert; Cum Cardinali Pratenſi conqueritur, & cùr? 89.

Matthæus de Civitate Reatina Ordinis Minorum Nuncius Nicolai ad Argonem, 41.

Medicus Chirurgicus Lombardus multas de Curia Romana, & Occidentis ſtatu inter Tartaros blaſphemias & mendacia evomitat, 107.

Melec Sarracenus Chriſtianos perſequitur; de Terra Promiſſionis eos expellit; Tripolim deſtruit; alio in loco Civitatem ædificat, 39.

Metochita ſapientiſſimè Tomum contra Eccleſiæ veritatem compoſitum, confutat, 17.

Michael Palæologus Caroli Siciliæ Regis vires valdè timet; unionem habere, & fœdus cum Romana Eccleſia ſtudet, 7. Occaſione mendicata fictitia, ad ſchiſma cor convertit, *ibid.* Simulatè Fidem profitetur catholicam, *ibid.* In corde errores nutrit, *ibid.* Siciliæ Regni defectionem ſtudet, variis & extortis utitur mediis ad Siculos Carolo Re-

Regi rebellandos, *ibid.* Excommunicatus, ægrè fert; ad Pontificem Legatos ſolerter deſtinat, ſed honore ſpoliati, ad eundem redeunt infructuosè; Fœdera cum Sancta Romana Eccleſia inita, ſcindere penſitat, ſed à Nobilibus retardatur, 12. Adversùs Joannem Sabaſtoeratenſem Theſſaliæ Principem arma vertere cogitat, ſed morte præventus, ejus fruſtratur cor, *ibid.* In extremis poſitus, Deum devotiſſimè deprecatur; vitâ functo, à ſuis familiaribus maximis cohoneſtatur lacrymis, *ibid.* Dum vivit, Spiritus Sancti proceſſionem à Patre & Filio negat, 18. Sub Martini IV. Pontificatu fit ſchiſmaticus, 6. Cum Petro Aragoniæ Rege adversùs Carolum Siciliæ Regem ligam init, *ibid.*

Michael de Ceſena Miniſter Generalis Ordin. Minor. ſchiſmati adversùs Joannem XXII. excitati adhæret, 115.

Michael Imperator Andronici filius Theſſalonicæ moritur; ejuſdem mors toto Imperio funeſta eſt, 131.

Monachi peſſimi novum dogma ſuper Thaborico lumine excitant, 216.

Mulieres nobiles Januenſes bellatoribus Crucifixi adversùs Turcas pugnantibus pro Terra Sancta recuperanda maxima porrigunt auxilia, & perſonaliter ad belligerandum cum Crucesignatis inſurgunt, 65. Mittunt Nuncium ad Pontificem, & Claſſem marinam parant, 63.

Muſayd Tartarorum Imperator, 125.

Mutilationem Clariſſarum Monialium Monaſterii Achon pluribus rationibus probatur non eſſe licitam, 47. *& ſeq.*

N

Nangius Scriptor non rectè conſignat tempus mortis Nicolai IV. 19.

Napolion Romanus Diaconus Cardinalis, vocatus à Pontifice in extremis conſtitutus, ire recuſat, nec Exequiis, nec ejuſdem Teſtamento vult eſſe præſens, & cur? 159. Benedictum XII. coronat, 160.

Neſtegius Nuncius Raſciæ Regis ad Pontificem, 253.

Neſtorianorum hæreſes in Inſula Cypri graſſantur, & quales? 143.

Neſtoriani titulum Chriſtianitatis contemnentes, tantùm Neſtorianam jubet prædicari doctrinam, 106.

Nicæphorus Gregoras Scriptor Græcus, & ſchiſmaticus infenſiſſimus Barlaami hoſtis, & Palami defenſor, 217.

Nicolaus III. calumnias maximas à Centuriatoribus patitur, 2. Parentes maximè diligit; duos Nepotes habet, quos Regiâ Coronâ induere cogitat, *ibid.* Magnis divitiis Conſanguineos ditat, *ibid.* A' Curia Romana, tanquam ſimoniæ labe infectus, cenſuratur, *ibid.* Imperium in quatuor partes ſcindere ſtudet, & cur? *ib.* A' Bernardo ſuæ vitæ Scriptore à calumniis ſibi à malevolis injuſtè inflictis vindicatur, *ibidem.* Fratres Minoritas ſummoperè diligit, 3. Diſceſſurus ex hac ad Patriam Cæleſtem, Matthæo Rubeo Cardinali S. Franciſci Religionem ſummoperè recommendat, *ibid.* In Caſtro Suriani Sancti Franciſci Regulam exponit, *ibidem.* Suriani in Caſtro apud Viterbium morte ſubitanea prœventus, ad Cœlum evolat, 2. Vitâ functo, Romam defertur, & in S.Petri Eccleſia tumulatur, *ibid.*

Nicolaus IV. antea dictus Hieronymus, vel ſecundùm alios Joannes, Presbyter Cardinalis Ordinis Minorum, vitâ functo Honorio IV. eligitur in Summum Pontificem, 22. Ejuſdem patria, & conditiones, *ibid.* Anno ſuæ creationis, *ibid.* Matrimonium Michaelis Andronici filii cum Catharina Philippi filia approbat, 23. Roberti Comitis Atrebatenſis Siciliæ Regentis prudentiam multùm commendat, eique dat literas. *Vide Epiſtola Nicolai IV.* Lætanter Legatos Argonis Regis ſuſcipit, 27. *& ſeq.* Scribit per Nuncios ſibi miſſos ad Tartarorum Regem. *Vidde Epiſtola Nicolai.* Scribit ad Reginam Tartarorum. *Vide Epiſtola Nicolai.* Mittit Legatos ad Uroſium Regem cum literis. *Vide Epiſtola Nicolai.* Scribit ad Helenam Sclavorum Reginam. *Vide Epiſt. Nicolai.* Mittit Joannem de Monte Corvino Ordinis Minorum ad Chaam, & ſuum Populum ad Fidem docendam catholicam, 30. Cobilæ Tartarorum Imperatori Viros Apoſtolicos ſummoperè recommendat, *ibid.* Scribit ad Argonem Regem. *Vide Epiſtola Nicolai.* Scribit ad Caidonem Tartarorum Principem. *Vide Epiſtola Nicolai.* Mittit literas ad Jolum Piſanum inter Tartaros Fidei catholicæ propagatorem. *Vide Epiſtola Nicolai.* Ad univerſas Orbis partes Fratres Minoritas ad Fidem propagandam catholicam deſtinat, 34. Scribit ad Armeniæ Regem, ad Mariam Armeniæ Reginæ ſororem. *Vide Epiſtola Nicolai.* Ejuſdem ſolicitudo ad Fidem propagandam ubique fructuoſa evadit, 37. A' Joanne de Monte Corvino accipit, Æthiopiæ Regem, ſuumque populum paratum eſſe ad Fidem amplectendam catholicam, hortatorias, & gratulatorias ad Regem, & populum literas deſtinat. *Vide Epiſtola Nicolai.* Scribit ad Patriarcham, & cæteros Æthiopiæ Epiſcopos. *Vide Epiſtola Nicolai.* Principes Chriſtianos pro Terra Sancta recuperanda adversùs Sarracenos viriliter inſurgendum ſolicitat, 41. In ſubſidium Terræ Sanctæ, & Syriæ pro earum recuperatione ſuis ſumptibus magnum mittit Exercitum, *ibid.* Ejuſdem pro Syria recuperanda ſtudia fruſtrantur, & cùr? 41. Recipit Argonis Tartarorum Regis Nuncium, *ibid.* Duos Fratres Ordinis Mi-

Minorum ad Argonem Apocriſiarios deſtinat, quibus dat literas Argoni contradendas, 42. Scribit ad diverſos Reges, & Principes. *Vide Epiſtola Nicolai*. Ejuſdem obitus, 53. Vitâ functo, in Eccleſia S.Mariæ ad Præſepe tumulatur, *ibid*.

Nicolaus Argonis Regis filius ſacro regeneratur lavacro, ſed poſtea fit Sarracenus, & cùr ? 45.

Nicolaus Epiſcopus Cardinalis Oſtien. Ordinis Prædicat. Bonifacio VIII. vitâ functo, ei in Pontificatu ſuccedit, & Benedictus XI. vult vocari, 77.

Nicolaus Cardinalis Pratenſis ſagax & prudens viam deveniendi ad Pontificis electionem tutam adinvenit, 86.

Nicolaus de Francavilla Ordinis Prædicatorum Presbyter Cardinalis, 90.

Nicolaus Falconis Interpres, 93.

Nicolaus Presbyter Cardinalis Legatus ad Philippum Galliæ Regem, cui, & aliis multis Principibus ex Pontificis mandato Crucem tranſmarinam adversùs Sarracenos conſignat, 100.

Nicolaus de Apulia ejuſdem Provinciæ Miniſter Provincialis Orientalibus in partibus creatur Epiſcopus Suffraganeus, 102.

Nicolaus de Piſtorio Ordinis Prædicatorum Joannis á Monte Corvino ſocius, Nuncius inter Sarracenos, 106.

Nicolaus Segeros Palæologi Imperatoris ad Pontificem Legatus, 260.

Nicolaus de Melſac Ordinis Minorum, Vallachiæ Principis Orator ad Pontificem, 298.

Nicolaus de Croſna Ordinis Minorum in Raſciæ Regno Vicarius, eligendi Religioſos ſufficientes ad Fidem eodem in Regno propagandam catholicam à Pontifice facultatem obtinet, 307.

Nicolaus Bonetti Ordinis Minorum, Nuncius ad Tartarorum Principes, 201.

Nicolaus de Molano Ord. Minorum Nuncius ad Principes Tartarorum, 201.

Nilus Metropolitis Patriarcharum Græcorum ad Pontificem Legatus, 282.

Nipho Cyzicenus loco Athanaſii ſubſtituitur Patriarcha, 100. Ejuſdem ſtatus, & conditiones, quæ ? *ibid*. Eiicitur è Throno, & cur ? *ibid*. Andronicum odio perſequitur ſeniorem; Andronico juniori poſtulat, quomodo ſe gerere debet erga Andronicum ſeniorem, & egrè fert audire, quòd humaniter, benignè, & legaliter, 139.

Nomina Cardinalium duodecim à Clem. V. creatorum, quæ ? 9.

O

OCtotam Cyngi filius, Patre tumulato, ei in Principatu ſuccedit; cupidus dilatandi Imperium, contra plagam Occidentalem magnum parat exercitum, 33.

Operationes in Deo duplicis generis, & quomodo ab eſſentia diſtinguantur, 238.

Orchanus Othomani filius Turcarum exercitus Dux, 139. Joannis Cantacuzeni filiam in Concubinam nomine Uxoris ſuſcipit, 234. Ejuſdem Orchani mors, 238.

Origenis ſuper controverſiam de ſtatu animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu, error, & opinio, qualis ? 171.

Origenes probat ſummam Dei ſimplicitatem, 273.

Oroſius, *lege Vroſius*, Scrviæ Rex ſchiſma amplectitur, 77.

Orthogulus Othomani Pater, 61.

Oſcinus Armeniæ Rex pro ardnis negotiis Fratres Minoritas Nuncios ad Pontificem deſtinat, 119.

Otho Generalis miniſter Ordinis Minorum, Pariſiis concionando animarum ſeparatarum ante finale Judicium de frui, vel non, divina eſſentia, quæſtionem explicat, 163.

Othomanus Orthoguli filius Imperiū Othomanum fundat, Jannizeros ad Januas vigiles ponit, eſt per omnia generoſiſſimus, 61.

Otho Marchio Montis Ferrati cum Epiſcopo Vercellen. diſſidia habet, 312.

P

PAchimerus Auctor Græcus, animas ſeparatas ante carnis reaſſumptionem, nec in Cœlo beari, nec in Inferno pænis lui aſſeverat, 180. Non benè Dioniſii mentem interpretatur, *ibidem*. Non cohæret Gregoræ in conſignanda Palæologi morte, 13. *& ſeq.*

Palamus Monachus Hæreticus quoſdam diſſeminat errores, 236. Ejuſdem mendacia quædam in Synodo recipiuntur, & mendacia quæ ? *ibib.* Sedem Archiepiſcopalem Theſſalonicenſem occupat, *ibid.*

Panormitani excommunicātur à Martino Papa, 10. 11. *& ſeq.*

Paterius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarius, & Secundicerius D. Gregorii libri compilator, animas ſeparatas ante finale Judicium beari, & finali conſumato judicio, etiam corpus aſſeverat, 177.

Patriarcha Conſtantinopolitanus tempore Innocentii VI. unionis negotium ſcindere ſtudet, 253. Ullam per Legatos Imperatoris ſuper tractatum unionis Pontifici literam mittit, honeſto tamen prætextu à Pontifice excuſatur, 262.

Patriarchæ Græcorum mittunt Legationem ad

ad Pontificem cauſa tractandi unionem, 282.

Paulus Swidinez Ordinis Minorum Principis Vallachiæ ad Pontificem Orator, 298.

Peruſini, ut corpus Martini IV. ad Eccleſiam Sancti Franciſci Aſſiſii deferatur permittere recuſant, poſtea Pontificis mandatis annuunt, & corpus defertur, 20.

Petrarcha qualitates Clementis Papæ valdè cōmendat, 244. Cauſam repetitionis Pontificis ad Civitatem Avenionenſem, dum Romæ deget, tradit, 302.

Petrocinus de Mantua Minorita Provinciæ Sancti Antonii, Miniſter Provincialis, ad Ludovicum Gonzagam in Civitate Mantuana Vicarium Imperialem, pro fœdere ineundo Nuncius Pontificius, 320.

Petrus de Murone Ordinis Sancti Benedicti, Peruſii in Summum Pontificem eligitur, 55. In corde habet ſuæ electioni aſſenſum non præbere, ſed ei non permittitur, 56.

Petrus de Montechillo Sacriſta Eccleſiæ Narbonen. Nuncius ad Bertrandū Archiepiſcopum Burdegalen. in Pontificem electum, 89.

Petrus Rex Argo à Martino Papa excomunicatur, & cur? 12.

Petrus de Columna à Bonifacio Papa Purpura ſpoliatus Cardinalitia, à Clemente eadem veſtitur, 90.

Petrus de Cappella Epiſcopus Toloſanus, poſtea Epiſcopus Præneſtinus, & dein Cardinalis, 90.

Petrus Arnaldi, ſive Raynaldi Cardinalis, 90.

Petrus Joannes Abbas, Joachimi Diſcipulus, in Concilio Viennæ in Gallia celebrato damnatur, 97.

Petrus de Caſtello Ordinis Minorum Epiſcopus Orientalibus in partibus, 102.

Petrus de Corbaria Ordinis Minorum ſtudio Ludovici Bavari fit Pſeudopontifex, & magnum ſchiſma oritur in Eccleſia, 113.

Petrus Ordinis Minorum Orientalibus in partibus pro fide confitenda catholica martyrium ſubit, 129.

Petrus Textoris Decretorum Doctor, Joannis XXII. hoſtes quærit; idem agunt Petrus de Pratis Juris Civilis peritus, & Petrus de Via, 113.

Petrus Aragonus magnam parat Claſſem; ſimulat ſe adversùs Affricanos Sarracenos inſurgere velle, ſed in corde Siculis auxiliū præſtare habet, ut Regnum Siciliæ obtineat, 9. Occiſione Gallorum audita, à Siculis crudeliter patrata, in Siciliæ Regnum transfretat, & Rex coronatur, *ibidem*.

Petrus de Pratis Cardinalis Præneſtinus ad Reges Angliæ, & Galliæ Nuncius Pontificius, 228.

Petrus Aragoniæ Rex Babiloniæ Soldano Fratres Minoritas in ſuo degentes Imperio ſummoperè recommendat, 247.

Petrus Thomaſius Ordinis Carmelitarum Epiſcopus Pactenſis ad Raſciæ Regem Nuncius Apoſtolicus, 253. A' Rege decipitur, *ibid.* Ludovico Ungariæ Regi ſimulatam Raſciæ Regis mentem ad Pontificem in redeundo declarat 257. Nuncius ad Joannem Palæologum Pontificius, 206. Creatur Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Legatus Cruceſignatorum exercitus, 268. Ex Pontificis mandato Januam ad diſſidia cum Cypri Rege exorta componenda pergit, 271. Malo corde à Januenſibus recipitur, diſſidia componit, & benevolus Januenſibus redditur, *ibidem*.

Petrus Cypri Rex unà cum Daciæ Rege de Pontificis manibus Crucem adversùs Turchas ſuſcipit, 267. Papæ monitis obtemperat, firmata cum Januenſibus pace adversùs Turchas tranſfretare decernit, 271. Sarracenos devaſtat & magnas eisdem clades affert, *ibidem*. A Cruceſignatis decipitur & quomodo? *ibid.*

Petrus Epiſcopus Saucienſis Legatus Pontificius ad Albaniæ Principes, 284.

Petrus de Stagno Cardinalis, Patrimonii Viterbienſis Pontificius Vicarius, 302.

Petrus Rogerius Diaconus Cardinalis, Clementis VI. Nepos, vita functo Urbano V. in Summum eligitur Pontificem, & Gregorius X. nuncupatur, 304.

Petrus Aragonus Petri Cypri Patruus, & Eleonoræ Cypri pater, ex Pontificis mandato Cyprio Regno ad pacem donandam transfretat, 307.

Petrus de Mauro Pacis Procurator ex parte Joannæ Reginæ Jeruſalem & Siciliæ, Capitula cum Petro de Aragonia inita firmat, 314.

Philadelphi à Turcis vexati, Oratores ad Pontificem deſtinant, auxilium petunt, & obedientiam exhibent, ſed mendaces in ſchiſmate perſeverantes, auxiliū denegatur, & magnas à Turcico furore clades patiuntur, 251.

Philippus Pulcher Francorum Rex cenſetur à Bonifacio offenſus; eum crudeliter perſequitur; monita Bonifacii Papæ ſpernit; Prælatorum, & Baronum Gallorum cœtum convocat, & coram Pontificio Legato ad Generale Concilium Bonifacium Papam appellat, eumque in pluribus accuſat; & ut à Papatu deponatur ſtudet, 75. Conſilium habet cum Columnenſibus de Bonifacio capiendo, & Sciarram Columnam multis eum aliis militibus ad Bonifacium mancipandum deſtinat, *ibidem*. Clementem V. ut Bonifacii memoriam ſimpliciter deleat hortatur, ſed Deo diſponente, non obtinet, 90.

Philippus Galliæ Rex Pariſii Baronum, & ſui Regni militum Curiam habet, Balteo militari Ludovicum ſuum natum Navarræ Regem, & alios duos filios cingit, Crucemq; tranſmarinam adversùs Infideles viriliter

Digitized by Google

ſuſcipit, 99. *& ſeq.* Ejuſdem mors in venatione accidit, ſed modus ignoratur, 102.
Philippus Andegavenſis Comes, Cardinales hinc inde diſperſos curat, ut Lugdunum accedant Summū Pontificem creandi cauſa; pactum habet de ipſis non recludendis, ſed bonum reſpiciens Eccleſiæ, non ſtat promiſſis, eoſque uſque ad Pontificis creationem recludit, 111.
Philippus Princeps Tarentinus cum aliis confœderatis Uroſio Raſciæ Regi difficile movet bellum, & cur? 108. Idem Nuncius Pontificius ad Andronicum, 136.
Philippus Francorum Rex Pontificiis poſtulatis de ſuſcipienda adverſùs Turchas Cruce annuit, 157. Non prohibet ſuis communicationem cum Joanne Papa, aliquos tamen Pontificis opinionem ſuper controverſia de animarum ſeparatarum ſtatu ante finale Judicium ſequentes, in carcere detrudit, 167.
Philippus à S. Germano Græcorum Legatus ad Pontificem pro unione cum Eccleſia Latina tractanda, 224.
Philoteus Eracleæ Epiſcopus loco Caliſti ſuſficitur Conſtantinopolitanus Patriarcha, 258. In Imperatorem Matthæum Joannis Cantacuzeni filium coronat, *ibidem*.
Piſanus Vir Nobilis & potens in Andronici Aula ſuum Cappellanum ad Pontificem deſtinat; per literas de Andronici, & duorum Abbatum S. Baſilii & Demetrii Monaſteriorum unionem cum Eccleſia Latina perficiendi mente, certiorat, 151.
Plato ſui ipſius mutilationem reprobat, 48.
Pontifex melius dicitur Chriſti Vicarius, quā ſucceſſor, & cur? 73. Licèt poſſit ſe Pontificatu abdicare, non tamen licet, *ibidem*, Rationes adducuntur, *ibidem*.
Porchetus Ordinis Minorum Archiepiſcopus Januenſis, 65.
Porcus in Civitate Conſtantinopolitana, dum à Clero ſacra Inna cantantur, ex improviſo in medio Pſallentium proſiliit, & confuſionem Eccleſiæ catholicæ indicat, 137.
Principes Chriſtiani in Europa inter ſe diſſident, & bellum habent ad invicem, 192, *&* 196. 319.
Privilegia Palæologo Joanni à Pontifice poſt emiſſam fidei Profeſſionem, quæ? 285.
Proceres Macedoniæ ſtudent à ſervitute Uroſii recedere, & Romano Pontifici obedientiam præſtare, 119.
Prodigia in Cœlo videntur, & Græcorum Imperio clades magnas præſignant, 131.
Profeſſio Fidei Joannis Palæologi Græcorum Imperatoris, 285. 286. *& ſeq.*
Protoſtrator Byzantii adminiſtrationi Præpoſitus clades adverſùs Andronicum ſeniorem machinatur, 139.
Ptholomæus Lucenſis oculatus Scriptor, egregia acta Nicolai III. enarrat, 2. Obitum Joannis Papę deſcribit, 159.

Q

Quegatus Argonis Frater, vita functo Argone, ei in Regno ſuccedit, 33. Multis criminibus, & vitiis eſt habituatus; recuſat baptizari; à ſuis domeſticis ſuffocatur, 34.

R

Raynaldus deſcribit patriam, electionem, coronationem, locum, & tempus Clementis V. 90.
Raymundus, ſeu Bertrandus Archiepiſcopus Burdegalenſis, ut eligatur in Summum Pontificem, Franciæ Regis poſtulatis ſatisfacere ſpondet, 86. Receptis Nunciis Cardinalium cum ſuæ electionis Inſtrumento, ſtatim Pontificatum acceptat, & Clemens V. vult vocari, 89. Cardinalium poſtulatis non acquieſcit, eoſque unà cum Angliæ, Franciæ, & Aragoniæ Regibus, ut ſuæ interſint coronationi, Lugdunum vocat, *ibidem*.
Raymundus Epiſcopus Morlnenſis Legatus Pontificius à ſua incœpta Legatione retrocedit, & cur? 232.
Reges Angliæ, Galliæ, Caſtellæ, & Aragoniæ, mutuò ſe bello impetunt, 315.
Reges Luſitanus, & Aragonus propter Caſtellæ Regnum inter ſe belligerant, 314.
Reges Armenorum in Chriſtianos arma vertunt, & cur? 228.
Regula Sancti Franciſci in Concilio Viennæ in Gallia celebrato exponitur, 98.
Religioſi octo Ordinis Minorum, in Bulgaria, ſpatio quinquaginta dierum, ultra ducenta millia Tartarorum & aliarum Nationum ad Fidem catholicam amplectandam reducunt, Antonino teſte, 278. Oratores ad Pontificem deſtinant, Religioſos ſæculares, ut eos coadjuvent, petunt, 283. A' Bano Provinciæ Boſnæ perſequuntur, *ibidem*. Facultatem à Pontifice extra Boſnæ Provinciam quæſtuandi obtinent, 290. *& ſeq.*
Religioſi Minoritæ Sancti Sepulchri cuſtodes varias à Turcis patiuntur clades, 277. Duodecim à Turcis in Monaſterio Sacri Montis Sion morti traduntur, 304.
Remundus de Got Cardinalis, & Nepos Clementis V. 90.
Rex Galliæ, ſecretum, ex utraque parte juramento præſtito, Archiepiſcopo Burdegalenſi antea ſibi inſenſo aperit, 86. Secretum eſt de ſui in Pontificem creationem ſuper quod eidem omne auxilium Archiepiſcopo ſpondet, ſi aliquibus poſtulatis ſatisfacere promittit, *ibidem*. Poſtulata Regis, quæ, *ibidem*. Promiſſum obtinet, Legatum ſtatim ad Cardinales deſtinat, eoſque, ut in Pontificem Bertrandum eligant, hor-

hortatur, 87. Ejuſdem mens adimpletur, *ibidem*.
Rex ullus divitias, latitudinemque Regni Chaam adequare valet, 107.
Rex Armeniæ mittit Nuncios ad Pontificem, 193. Jurat, ſed coactè obſervare leges à Barbaris ſibi præſcriptas, & leges, quæ? *ibidem*.
Rex Angliæ arma adveſùs Sarracenos parata, in Gallos vertit, & cur? 41.
Riccardus Scriptor virtutes Nicolai III. commendat, 1.
Riccardus de Anibaldenſis Noblis Romanus Præfecturam Viterbii exercens, carcerationem duorum Cardinalium per Viterbienſes paractam approbat, 4. Domino Matthæo Cardinali veniam petit, & obtinet, *ibidem*.
Riccardus Epiſcopus Cerconenſis Pontifici Zichorum Regis converſionem, Fideique catholicę inter Zichos profectum magnum, & de optata unione Andronici manifeſtat mentem, 149.
Robertus Comes Atrebatenſis loco Caroli, Regni Siciliæ Regens, Andronici Oratores gratanter recipit; de quo ab Andronico requiritur, nihil agit, inconſultis Pontifice, & Franciæ Rege; ad utrumque porrigit literas, & Andronici mentem aperit, conſilium attendit, 23.
Robertus Saletinus Cœleſtini Papæ Diſcipulus, animam ab ergaſtulis corporis Cœleſtini ſolutam, ad Cœlos evolare videt, 58.
Rogerius Florus Brunduſinus Latinorum Exercitus Dux, pro Andronico ſubveniendo Conſtantinopolim pergit, 79.
Rogerius Presbyter Cardinalis, vita functo Benedicto XII. in Summum eligitur Pontificem, & Clemens V. vult appellari, 220. Ejuſdem Patria, ſtatus, & conditiones, *ibidem*.
Romanorum Imperium ſchiſmate labe labefactatur, 112.
Romani maximè dolent de Pontificis repetitione ad Avenionenſem Civitatem, mittunt per Oratores literas deprecativas, & reſponſivas conſolatorias recipiunt, 301.
Romani Cives ad invicem belligerant, 319.

S

Sabadinus Legatus Regius ad Pontificem, ſacro regeneratur Lavacro, 29.
Sacerdotes aliqui Græci in Inſula Cretenſi, nè unio Eccleſiarum perficiatur, ſchiſma renovant, 184.
Sacra Scriptura aliquos, qui pro Chriſti amore ſe interimunt, ſummoperè laudat, 52.
Sanutus cum aliis non rectè tempus mortis Argonis Regis conſignat, 42.
Saronus Regis Argonis filius, 43.
Sarraceni Armeniæ Regnum invadunt, eique multas afferunt clades; à Rege Armeniæ vincuntur, & debellantur, 25. Ex diſſidiis Chriſtianorum, Sarracenorum augetur potentia & audacia totamq; Aſiam ſibi ſubiicere minantur, 192. Omnes Moniales Clariſſas Monaſteri Achon interficiunt, 40.
Schiſmatici inter ſe dividuntur, & cur? 14. Curant Chriſtianos Catarenſes in ſuos errores inducere, 283. Abjurato ſchiſmate Legationem ad Pontificem deſtinant, & Fidem catholicam profitentur, 284.
Sciarra Columna ex mãdato Philippi Pulchri Francorum Regis perſequitur Bonifacium Anagniam magna cũ militum multitudine ad eum capiendum pergit, 74. *& ſeq.* Palatio Pontificio magno cum ſtrepitu ingreſſo, in Pontificem verba evomitat contumelioſa, eum captum, ad vigiles cuſtodiendum committit, 75.
Scriptores Vitæ Bonifacii decipiuntur, & multa falſa de ipſo enarrant, & quæ, 76. Conſignata morte Innocentii VI. in aſſignando tempore Sedis Vacantis, inter ſe diſcrepant, 264.
Scriptura Pauli Patriarchæ Conſtantinopolitani, quæ Palami errores ſuper veritate luminis Thahorici enarrat, 300. *& ſeq.*
Scriptura Sacra paſſim ad explicandas res futuras verbis de præſenti utitur; exemplum, *ut qui non credit, jam judicatus eſt*, 185.
Segei Nuncius Soldani ad Templarios, 40.
Sembat Aytonis Regis frater, vitã functo Aytone, eidem in Regno ſuccedit, 36. Romano Pontifici exhibet obedientiam; ſub ejus regimine Eccleſia Armena unitur Latinæ, 37. Celebratur Generale Concilium, & cùr? *ibid.* Nuncios deſtinat ad Pontificem, & cùr? 37.
Sententia Martini IV. in Palæologum, 7.
Seraf-Melec, patre defuncto, ei in Regno ſuccedit, magno cum Exercitu Ptolemaydem pergit, eamque obſedit, & quotquot Chriſtianos reperit, in ore gladii occidit, Deo fortaſsè, eorum ita exigente malitia, juſtè permittente, 39.
Seudomonachi quidam peſſimi Palami doctrinam magnifaciunt, & Simonis Abbatis ſuperſtitiones commendant, 236.
Siculi adverſùs Gallos in Siculo Regno degentes inſurgunt, & quotquot inveniunt, occidunt, 8. Petrum Aragoniæ in Regem vocant, ſuæque obedientiæ ſe ſubmittunt, *ibid.* Hora Veſperarum Gallorum interemptionem patrant, 9.
Sigerus Joannis Cantacuzeni Legatus ad Pontificem, 238.
Simon quidam Abbas à Diabolo orare edocetur, & ejuſdem maledicta oratio, quæ? 216.
Simon Cardinalis Gallus, tumulato Nicolao III. in ejus ſucceſſorem eligitur, & Mar-

Martinus IV. vult appellari, 4. Plurea ante ſui creationem Legationes fungit, 5. Ejuſdem coronatio, *ibid.*
Simon Preſbyter Cardinalis, Pontificius Legatus, 305.
Sirigianus à matre Andronici adoptatur in filium, 140.
Sixtus V. ad nobiliorem locum, etſi in eadem Eccleſia corpus Nicolai IV. transfert, 54. Scriptionem quandam ad ejuſdem ſepulchrum apponit, *ibid.*
Soldanus Babyloniæ, ſive Ægypti Exercitum adversùs Guillelmum ducit, in bello occidit, & Syriæ Regnum occupat, 33. Ptolemaydem cum cæteris Chriſtianorum Civitatibus capit, 4. Magnam cum Caſſano pugnam habet, à quo vincitur, & viriliter perſequitur, 62. Copiam magnam ad Armeniæ Regum depopulandum mittit, & maximas eidem clades affert, 192. Novas congregat vires, ut totaliter Regnum ſuæ ſubiiciat ditioni, 193. Arma crudeliter in Chriſtianos vertit, 228. Per Sicarios omnes chriſtianos Principes in ſuo exiſtentes Imperio necare penſitat, & cùr? 242. Damaſcum, aliaſque Terras, quas Tartari in Syria occupant Capechick donat, 67. Magnam ſui Theſauri partem, & ſuam in uxorem ſororem Capechick, aliquibus interpoſitis conditionibus, dare ſpondet, *ibidem.*
Solimanus Orchani Turcharum Regis filius, Orchano mortuo, ei ſuccedit in Regno; amicitiâ cum Joanne Cantacuzeno initâ & firmatâ, fractâ, Græcorum Imperium arripere cogitat, 238.
Solutiones argumentorum probantium, Pontificem non poſſe ſe Papatu abdicare, 71. *& ſeq.*
Sophia nobilis Matrona Florentina magnum Hoſpitale in Sacro Monte Sion ad Peregrinorum majorem commoditatem ſuis ędificat ſumptibus, 246.
Stephanus de Hungaria Ordinis Minorum ſchiſma deteſtat, & Martyr efficitur, 27.
Stephanus Archidiaconus Brugenſis Cancellarius Regis Galliæ fit Cardinalis. 90.
Stephanus miles Nuncius Oſcini Regis Armeniæ ad Pontificem, 115.
Stephanus Dandalus Andronici Legatus ad Franciæ Regem, ac ad Pontificem, 115.
Stephanus Albertus Epiſcopus Oſtienſis, & Preſbyter Cardinalis, tumulato Clemente VI. eligitur in Chriſti Vicarium, & vocatur Innocentius VI. 245. Ejuſdem patria, mors, & qualitatea ante Pontificatum, *ibidem.*
Stephanus Raſciæ Rex mittit Nuncios ad Pontificem; Viros Apoſtolicos ad ſuum Populum in Fide catholica inſtruendum humiliter petit; errores à ſuo Regno divellere in corde habet, 253. Non ex animarum ſalutis zelo, ſed ex Ludovici Ungariæ Regis timore unionem optat, & ſine fructu Apoſtolicos ſibi miſſos Viros ad Pontificem remittit, 257. Belligerat cum Ludovico Ungariæ Rege, à quo vincitur, & mancipatur, ſed abjurato ſchiſmate Regnum recuperat, 263.
Stephanus catholicus à Bano Provinciæ Boſnæ fratre crudeliter perſequitur, 290.
Strazimirus Bulgariæ Princeps ſchiſmaticus à Ludovico Galliæ Rege debellatus, & arcto in Caſtro recluſus, ſchiſma abjurat, & libertatem cum Principatu recuperat; Pannoniæ Regi obedientiam ſpondet, 274.
Strazimirus ſchiſmaticus abjurat, & Fidem amplectitur catholicam, 284.
Sultanus mittit Nuncios ad Armeniæ Regem, & pacem habere optat, 25.
Synodus Sinenſis celebratur in Cilicia ſub Leone Sapiente Armeniæ Rege, & Aytone ejus patre, 115. Aliqui ea in Synodo unionis Decreto Eccleſiæ Armeniæ cum Latina adverſantur, *ibidem.*
Synodus in Urbe Adano in Armenia, operâ Occini Regis, & Conſtantini Patriarchæ causâ confutandi cavillationes & ſchiſmaticorum errores celebratur, 115. Novum unionis decretum ſtatuitur, cui omnes ſubſcribuntur Optimates, *ibidem.*
Syria tempore Martini IV. à Caſſano, & Babyloniæ Soldano obedientiam exhibet, ac Chriſtianorum ſtudia pro ejuſdem recuperatione fruſtrantur, 67.

T

TAlayrandus Cardinalis Joannis Birelli auſteritatem valdè timens, nè in Summum eligatur Pontificem obſtat, 244.
Talayrandus Epiſcopus Albanenſis Sedis Apoſtolicæ Legatus Cruceſignatorũ exercitus, in bello moritur, 268.
Taugodomor, vita functo Abaga, ei ſuccedit in Imperio, 33. In pueritia ſacro regeneratur lavacro, Imperio potito; fit Sarracenus, & Mahumet Chaam vult appellari, crudeliter chriſtianos perſequitur, *ib.* A'Cobyla Magno Tartarorum Rege reprehenditur Chaamo, *ibidem.* Cobylæ nepotem interficit, ut Argo in carcere recludatur jubet, & ibi vult morti ut tradatur, ſed ejus fruſtratur mens, *ibidem.*
Tartari centumquinquaginta Græcos in ſervitutem redigunt infælicem, & multos ex eis necant, 132.
Templariorum Equites Viennæ in Concilio in Gallia celebrato multis erroribus labefactati inveniuntur, 96. Eorum errores, & Ordo Synodali Decreto damnantur, eorumq; bona Ordini Oſpitalariorum traduntur, *ibidem.* Ipſorum Religio cur extinguatur, variæ afferuntur opiniones, 110. A' criminibus ſibi realiter inflictis non valent

Digitized by Google

lent purgari, *ibidem*. Quid adversùs eos obiiciatur? 111.
Tempus quando Minoriticus Ordo ſacra Loca Montis Sion obtinet, 224.
Terremotus horribilis Græciam concutit, 258. Alius auditur in Europa, ad quem ferociſſima fames, & peſtis conſequuntur, 249.
Tertuliani mens ſuper controverſia de animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu qualis? 171.
Teſtamentum profeſſionis Fidei à Joanne Becho Patriarcha Conſtantinopolitano in carcere confectum, 18.
Teſtes profeſſionis Fidei Joannis Palæologi, qui? 287.
Teſtimonia Sacræ Scripturæ pro genuina ſententia ſuper controverſia de animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu, & eorum explicatio, 184. *& ſeq.*
Theodora Michaelis Palæologi Imperatoris neptis obtinet, ut in D. Andreæ Monaſterio à ſe renovato Palæologi corpus honorificè reponatur, 14.
Theodorus Meghtaſorphylitas Patriarcharum Græcorum Legatus ad Pontificem, 282.
Theophilati opinio ſuper animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu, quæ? 183. Ejuſdem rationes, *ibidem*. Genuinè, & propriè Apoſtoli verba interpretatur, *ibidem*. Etiam corpus poſt finale Judicium beari aſſeverat, *ibidem*, *& ſeq.* Chriſtum in ſuo ad inferos deſcenſu omnes Sanctos ad Cœlum deducere unà ſecum aſſeverat, & probat, 188.
Thomas Anglicus Ordinis Prædicatorum Magiſter in Theologia, & Cardinalis, 90.
Thomas de Tolentino Clementi V. magnam Tartarorum ad Fidem catholicam converſionem manifeſtat, 102.
Thomas Santi Ordinis Minorum, Orientalibus in partibus Fidem confitetur catholicam, & martyr efficitur glorioſus, 129.
Thomas Ordinis Prædicatorum Tartarorum Imperatoris Nuncius ad Pontificem, 148.
Thomas Farignanus Ordinis Minorum Miniſter Generalis ad Cives Januenſes Orator Pontificius pro componendis diſſidiis inter eos exortis, 308. Orator pariter ad Montisferrati Marchionem ad Epiſcopum Vercellenſem eadem de cauſa, 112. Creatur Patriarcha Gradenſis, 113. Nomine Pontificis adversùs Bernabonem, & Galeatium fœdus cum Januenſibus tractat, 319.
Tiyphon Michaelis, Uroſii Raſciæ Nuncius ad Pontificem, 108.
Tuctanis Tartarorum Regina ſacro regeneratur Lavacro, 28.
Tullius Græcos in multis laudat, de Fidei inconſtantia reprhendit, 1.
Turci Græcorum ſcindunt Imperium, & Othomanum augent, ac ſeptem creant Duces, 60. Cognita virtute, & Chriſtianorum potentia procul fugiunt, 79. Ex Andronici ſenioris, & junioris diſſidiis occaſionem ſumunt maximas Græcis inferendi clades, 132. Multas Græcorum Urbes ſuæ ſubiiciunt ditioni, *ibi.* Adversùs Andronicum inſurgunt, & Bithiniæ Provinciam ſimul cum Niceæ Urbe occupant, 139. Treguas violant cum Latinis initas, eiſque bellum indicunt, 238. Adversùs Græcos bellum parant magnum; dum à Latinis agitur de expeditione Cruceſignatorum adversùs Turchas mittenda, ipſi toto conatu Græciam & Cyprum devaſtant, 269. In potentia augentur, & Græcis magnas anguſtias afferunt, 315.
Tyniſbec Tartarorum Imperatoris Usbec primogenitus, 206.

V

Vaticinium funeſtum cujuſdam Epiſcopi ad Nuncium Philippi Pulchri Galliæ Regis ſuper Bonifacii Papæ captura adimpletur, 60.
Ubertinus de Coriolano Nuncius Pontificius ad Fridericum de Aragonia, 313. Nomine Friderici pacis initæ Capitula cum Regina Jeruſalem, & Siciliæ ſubſcribit, *ibid. & ſeq.*
Veneti Græcis multa mala inferunt, 60. Occupant Ferrariam; Pontificis indignationem concitant in ſeipſos, 95. Moniti, non reſipiſcunt; excommunicantur, & armis Pontificibus debellantur, *ibid.*
Vicecomites Mediolanenſes attriti & debellati ab Exercitu Pontificio, pacem poſtulant, ſed non obtinent, & cùr? 319.
Vigilantii opinio ſuper controverſia de animarum ſeparatarum ante finale Judicium ſtatu, quæ? 171.
Vignoſius Galeatum Januenſium Dux adversùs Turcas inſurgit, 234.
Viterbienſes adversùs Cardinales Pontificem eligentes violenter inſurgunt; duos ex eis in carcere recluduntur, quibus magnas inferunt clades, 2. & 4.
Urbanus V. antea dictus Guillelmus Grimoaldi Ord. S. Benedicti, vitâ functo Innocentio VI. abſens creatur Pontifex, 264. Ejuſdem Patria, & genus deſcribitur, 265. Creatus Pontifex, ad omnes chriſtiani Orbis Præſules ſuas Encyclicas dirigit literas, *ibid.* Scribit ad Petrum Placentinum Archiepiſcopum Smirnenſem. *Vide Epiſtola Urbani V.* Initio ſuæ creationis res Italiæ tyrannide aliquorum turbatas componere ſtudet, 267. Adversùs Turcas Crucis ſignum prædicari mandat; Exercitum componit, & eidem Ducem aſſignat, *ibid.* Carolo Regi Franciæ pro parentis obitu dat literas conſolatorias, 268. Creat Le-

ga-

gatum Exercitus Cruceſignatorum Petrũ Thomaſium Conſtantinopolitanum Patriarcham, *ibid.* Audito, quòd Græci à Turcis magnis afficiuntur cladibus, adversùs eos ad viriliter inſurgendum Cypri Regem ſolicitat, 269. Accipit, quòd Thebæ, & Achaiæ multas à Turcico bello patiuntur anguſtias Principes, Archiepiſcopum Patracenſem, alioſque Epiſcopos ad fortiter adversùs eos dimicandum ſolicitat, *ibid.* Recepto Nuncio Joannis Palæologi Græcorum Imperatoris, Palæologo reſcribit. *Vide Epiſtola Vrbani.* Diſſidia exorta inter Cypri Regem, & Januenſes ſedare ſtudet, 271. Petrum Patriarcham ad pacem inter Jannenſes, & Cypri Regē ponendam deſtinat, *ibid.* Firmata pace inter Januenſes, & Cyprenſes ſummoperè gratulatur, *ibid.* Cypri Regem ad transfretandum adversùs Turcas ſolicitat, *ibid.* Græcorum Imperatorem ad unionem perficiendam, & cum Latinis ad Turcicam debellandam potentiam hortatur, 272. Legatos Palæologi benignè ſuſcipit, & ad eum cum literis alium deſtinat Legatum. *Vide Epiſt. Vrbani.* Simulati cordis Græcorum memor, priùs vocat Palæologum ad unionem perficiendam, quàm eidem adversùs Turcas per Cruceſignatorum Exercitum auxiliū porrigat, 274. Ludovico Franciæ Regi, nè tam citò Græcis adversùs Turcas auxilium præbeat, ſed ad annū protrahat, hortatur, & cùr? *ibid.* Receptà Legatione ſibi à Ludovico, & Palæologo, ſtatim ad Palæologum dat literas. *Vide Epiſtola Vrbani.* Mittit Legationem ad Palæologum; ad unionis negotium perficiendum invitat, 277. Diverſos Principes ad auxilium Gręcis adversùs Turcas præbendum ſolicitat, *ibid.* Cruceſignatorum Exercitui Ludovicum Hungariæ Regem præficit, & ad eum dat literas. *Vide Epiſtola Vrbani.* Avenione diſcedit, & Romam pergit, 279. Ejuſdem profectio à Petrarcha deſcribitur, *ibid. & ſequ.* Viterhii Palæologi Legatos recipit, agit de unione perficienda, 280. Scribit ad univerſos Archimandritas, Calogeros, & alios. *Vide Epiſtola Vrbani.* Hortatur Palæologum ad aliud inſtrumentum de ſua emiſſa profeſſione pro majori Principum veritate conficiendum, 288. Scribit ad Venetiarum Ducem. *Vide Epiſtola Vrbani.* Accepto, quòd aliqui Albaniæ Principes ſchiſmatici errore abjurato, ad Fidem redire velint catholicam, gratulatur, & ad eos Legatum cum literis deſtinat, 284. Scribit ad Archiepiſcopum Cretenſem, & ſuos Suffraganeos, & cur? *Vide Epiſtola Vrbani.* Magno cum honore Palæologum recipit, 285. Cardinales, & Archiepiſcopos ad Palæologi profeſſionem excipiendam decernit, *ibid.* Dat Encyclicas literas ad univerſos Chriſtianos, quibus Fidei profeſſionem à Palæologo emiſſam repræſentat, 287. *& ſequ.* Scribit ad Andream Venetiarum Ducem. *Vide Epiſtola Vrbani.* Palæologo multa concedit Privilegia, 289. Scribit ad cunctos Eccleſiaſticos in Imperio Conſtantinopolitano diſperſos. *Vide Epiſtola Vrbani.* Ludovicum Hungariæ Regem, ut ſchiſmati in Boſnæ partibus occurrat, & auxilium Stephano Bani fratri præbeat, ſolicitat, 290. Minoritis Fratribus quæſtuandi facultatem extra Boſnæ Provinciam elargitur, & cùr? *ibidem.* Ad omnes Orientis, & Occidentis Regiones, illis in partibus ad Fidem propagandam catholicam Minoritas Fratres deſtinat, 291. Diploma cum inſtructionibus eiſdem Fratribus concedit, *ibid.* Guillelmum Pratenſem Ordinis Minorum Archiepiſcopum Eccleſiæ Cambalienſis creat, *ibid.* Scribit ad Tartarorum Regem. *Vide Epiſtola Vrbani.* Principem Vallachiæ ad Fidem reducere catholicam ſtudet, eique de beneficiis Chriſtianis donatis gratias refert maximas, 297. Principis Vallachiæ recipit Legationem, ſuiſq; annuit poſtulatis, 298. Vallachię Provinciā Archiepiſcopo Pragenſi, Wratislavienſi, & Cracovienſi Epiſcopis, quibus dat literas, commendat. *Vide Epiſtola Vrbani.* Ut in Moldaviæ Epiſcopum Andream de Cracovia præficiant eiſdem mandat Epiſcopis, 299. Apoſtolicis Viris Bullam expedit & dirigit, in qua Fidei formulam profitendæ inſerit, aliaſq; porrigit inſtructiones, *ibid.* Nicolaum Melſat Ord. Minorum Raſciæ, Lithuaniæ, & Vallachiæ in partibus fidem ad propagandam catholicam deſtinat, eique facultativas dat literas. *Vide Epiſt. Vrbani.* Quatuor Epiſcopos Ord. Minorum in Albaniam, & alias Provincias ad fidem propagandam deſtinat, eoſque diverſis Nobilibus recommendat, 300. Romà diſcedens ad aerem ſalubriorem guſtandam, Montemflaſconem ſe confert, Viterbium declinat, publicè ſuam mentem de Avenionem repetendo aperit, 301. Ejuſdem vitæ Scriptor non genuinè cauſam ſuę repetitionis ad Civitatem Avenionenſem aſſignat, *ibid.* A' S. Birgitta, nè Avenionem ſub mortis comminatione repetat, ſanctè admonetur, juxta ſibi à Dei Genitrice donatam revelationem, non obedit; & ejuſdem Birgittæ admonitio adimpletur, 302. Petrum de Stagnio Cardinalem Viterbienſis Patrimonii Vicarium creat, 302. Avenionem pervenit, & magno cum apparatu & honore recipitur, *ibidem.* Reges Angliæ, & Franciæ componere ſtudet, *ibid.* Renovat conceſſionem factam Religioſis Minoritis Terræ Sanctæ, 303. Ejuſdem Bulla Conceſſionis, & aliorum privilegiorum, *ibid. & ſeq.* Ejuſdem mors, 302. Vità functo, adhùc multis miraculis vivit, 303. Uro-

Digitized by Google

Uroſius, ſive Oroſius Raſciæ Rex in ſchiſmate involutus Legationem mittit ad Pontificem, quem ſe ſchiſma deteſtare paratum eſſe certiorat, & ſpondet, ac Viros Apoſtolicos,ut unà cum ſuo populo in Fide inſtruatur humiliter, ſed apparenter, petit, 108. Unionem cum Eccleſia Romana habere cupit, & Vexillum utendum adversùs Turcas, & alios chriſtiani nominis hoſtes, expoſcit, *ibid.* Honorificè Nuncios Pontificios recipit, promiſſa tamen depravat, & cùr? 110. In ſchiſmate perſeverat; Tyrannidem cum ſuo populo,& præcipuè cum Catholicis exercet, 119. Cum Carolo Rege bellum habet, vincitur, & ejuſdem ſubiicitur legibus, 121. Leges, quæ? *ibidem*. Caroli poſtulatis annuit, *ibid.* Per Philippum Tarentinum cum Eccleſia Romana Unionis negotium perficere curat; pro poſſe ad Imperium recuperandum Conſtantinopolitanum ſpondet, *ibid.* A' Pontifice alios Viros doctos ad ſuum docendum populum petit, *ibid.* Ejuſdem ortus non legitimus, *ibid.*

Usbec Tartarorum Imperator literas à Pontifice ſuſcipit, 114. Hic Imperator non videtur ille, cum quo Joannes à Monte Corvino Ordinis Minorum familiaritatem habet, 115.

Usbec primus ſacro regeneratur Lavacro, & catholicè moritur, pro hac veritate rationes traduntur congruentiales, 115. Legationem mittit ad Pontificem, & cur? 205.

Uſura damnatur in Concilio Viennæ in Gallia celebrato, 98.

Waldemaurus Daniæ Rex à Pontifice poſtulat, ut Urbanum V. in Catalogo Sanctorum adſcribat, 303.

Walſinga antiquiſſimus Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptor, 111.

Weſtmonaſterienſis Nicolai III. virtutes ſummoperè laudat; Centuriatores malè de ejuſdem Pontificis pudicitia ſentientes acriter reprehendit, 2.

Wladislaus Loktekus Poloniæ Rex, 121.

Z

Zacharia Archiepiſcopus Sancti Thaddæi in Perſide Fidem propagat catholicam, 145.

Zachariæ Prophetæ Vaticinium de Sanctorum eductione ab inferis, in Chriſti ad Cœlum deſcenſu diverſimode à Sanctis Patribus interpretatur, 138.

Zopa Begelaus Tartarorum Rex, 125.

Finis Indicis.

36-3

Digitized by Google

005654510

Digitized by Google

Digitized by Google